


A  
12  
174  
~~27. a. 5. 22.~~



2 400 40

Calfe

*Del Collegio della Comp<sup>a</sup> de Jesus de Granada*  
EMMANVELIS  
ALVARAE SOCIE-  
TATE IESV *A 373*


DE INSTITVTIONE GRAMMATICA  
LIBRI TRES,

*costo .10 vici*  
.10.

ANTONII VELLESI EX EADEM SOCIETATE IESV  
IN EBORENSI ACADEMIA PERFECTI STUDIORVM

OPERA

Aucti, & illustrati.



*Antonio de Harria*

EBORAE

Excudebat Emmánuel de Lyra Typographus.

Cum facultate Inquisitorum, & Ordinarij.

M. D. XCIX.

*Ant<sup>o</sup> de Harria*

*V*esta Arte do padre Manoel Alvarez. Não ha nella cou-  
sa por onde se não possa imprimir: antes será couza muito  
proneitosa às eschololas. Euora 1. de Mayo, 1595.  
Christouão Freire.

*V*ista a informação, pode se imprimir esta Arte de Gramma-  
tica: & depois de impressa, torne a este Conselho, pera se cõ-  
ferir, & dar licença pera correr. Em Lisboa 18. de Mayo,  
de 1595. Bispo Deluas. Diogo de Sousa.

*D*ou licença que se imprima esta Arte do padre Manoel Alua-  
rez. Euora 14. de Outubro de 1595.  
Theot. Arceb. de Euora.

## ACCESSERVNT HVIC INSTITVTIONI

**P.** Antonij Vellefij obseruationes complures, & exempla ex probatis Au-  
ctoribus deprompta, varijsq; totius operis partibus inserta.

Carmina singulis præceptis in tota Arte (exceptis Generij, & Rateritorumq;  
regulis, in quibus etiam aliqua concinnata sunt) quæ metro commodè expri-  
mi potuerunt.

Scholia breuia in Genera Nominũ, Declinationes, Verborumq; Præterita  
Aromalorum Nominũ præcepta carminibus illigata, adhibitis explicatio-  
nibus, & scholijs: in quibus etiam inserta sunt aliqua ex Auctoris cõmentarijs  
desumpta.

Varia declinationis, aut Positionis nomina ordine literarũ, quorum itidem  
nonnulla in varijs Auctoris scholijs dispersa continebantur.

Alcaici carminis regule & ligata oratione modulata, & soluta exposita.

¶ Index eorum, quæ in toto opere continentur: & alia quedam minution  
quæ, quoniam facillè discerni possent, & nimis longâ serie indigerent, præter-  
missimus.



## EMMANVELIS ALVARI E SOCIE.

tate IESV de Institutione Grãmatica


LIBER PRIMVS.

PRÆFATIO.



**I**RE optimo labor hic, qualiscumque est, si frustra susceptus  
in tanta librorum multitudi-  
ne videri possit, nisi singularis  
illa virtus, qua res parue crescunt,  
sine qua maximæ dilabũ-  
tur, nos tueretur. Etenim cum  
Patribus nostris illud in pri-  
mis propositum sit, atque ob  
oculos perpetuò versetur, vt,  
qui Societati IESV, eiusdem Dei  
Cpr. Max. beneficio, nomen  
dedimus, non solum in ijs, quæ  
propria ipsius sunt Instituti,  
verum etiam in rebus, quæ  
minimi videntur esse momenti,  
concordissimè viuamus: visum  
est, ab aliquo nostrum Gramma-  
ticam artem scribendam esse,  
qua vbique terrarum, quoad  
eius fieri possit, nostri vterentur.  
Quod onus, cum mihi esset  
impositũ, id equidẽ non meis  
humeris, scio enim quàm sim  
imbecillis, sed sanctæ Obedien-  
tiæ viribus fretus libetẽr suscepi.  
Nam ei, qui sua sponte sui iuris  
esse desijt, proprioque iudicio,  
atque voluntati propter Deum  
nuncium remisit, non tam  
inscitia nota, quàm nec obedi-  
entis animi crimen pertimescendum  
est. Suscepto itaque onere,  
operã dedi, ne officio meo  
dessem: fõtes ipsos adij, M.  
Varronis Romanorum omnium  
eruditissimi libros de Ety-  
mologia, atque Analogia;  
duodecim Fabij Quintiliani  
de Institutione Oratoria, qui  
mihi magnum adiumentum  
attulerunt; Auli Gellij Noctium  
Atticarum vndeiginti; I robi,  
Dionædis, Phocæ, Donati,  
Prisciani Institutiones Gram-  
maticas, vt potui, perlegi:  
quorum postremus ante mille  
annos Iustiniani Principis ætate,  
Athenis floruit. Is præter  
ceteros, decem & octo libros  
scripsit, in quibus passim  
hominũ doctissimorum testi-  
monijs vtitur, quorum hodie  
aut nulla, aut perexigua ex-  
stant vestigia. Est ille quidem  
sermone inornato & incompto,  
sed multa ac varia eruditione.  
Labitur interdum vt homo,  
maximè vbi Latina præcepta,  
vt Græcus, ad Græcorum  
normam exigit: sed grauissimorum  
Auctorum, quos tertio quoque  
verbo citat, præclarã atque  
luculentã doctrinã eius errata  
obteguntur penitus, & obscurantur.  
De rebus vel minimis tenuissimisque  
hoc est primis elementis, quæ  
sunt diligentia, testes locupletissimos  
M. Varronem, C. Casarem,  
Plinium, atque alios quamprimum  
producit. Nemo mihi quidem  
rem Grammaticam copiosius,  
nemo accuratius aut tractasse,  
aut plures veterum Grammaticorum  
commentarios videtur peruoluisse.

Recentiores



recentiores atinet, eos potissimum euoluimus, qui nobis vsui essent futuri. Tactis ad hunc modum fundamentis ex vtriusque Grammatices præcepta delegimus, quæ Terentij, Ciceronis, Cæsaris, Liuij, Virgilij, Horatij, atque aliorum veterum testimonijs, pro nostra tenui, infirmaque parte, confirmauimus. De his, si qui fortè in hunc librum incedissent, breuiter putauimus admonendos. Reliquum est, quoniam librorum infinitus est numerus, scribendorum nullus est finis, vt conuenienter diuini præceptis, congruenterque viuamus: ita enim fiet, vt in libro vitæ conscripti, Dei Opt. Max. conspectu, cui hoc opusculum dicamus, perpetuo fruamur.

### Auctoris carmen ad librum.

*SI quis te criticus docto perstrinxerit ungue,  
Sint tibi censoris munera grata tui.  
Grates letus ages: toruos ne contrabe vultus,  
Nec signa ingrati pectoris vlla dabis.  
Siquid Aristarchus forsan laudauerit idem,  
Lumina deicies, occupet ora rubor.  
Ne te mlceri flatu patiaris inani.  
Debetur soli gloria vera Deo.*

### Idem ad Christianum præceptorem.

*Paucis te vdo, Christiane doctor,  
Aurem, quæso, benignus admoneto.  
Mores, si doceas pios, pudicos  
Primum: dein monumenta purioris  
Linguae cum pietate copulata  
Verà: te faciet beatoris  
Vitæ participem OMNIUM MAGISTER.*

Aluará de sua Magestade nouamente concedido ao Padre Provincial, & mais Padres da Companhia de IESV do Collegio de Euora, sobre a Arte de Grammatica do Padre Manoel Alurez.

**E**V ELREI faço saber aos que este aluará virem, que vistas as causas que na petição atrás escrita allega o padre Provincial da Companhia de IESV, Ey por bem que daqui em diante se não possa vsar da Arte de Grammatica, que fez o padre Manoel Alurez da dita Companhia, saluo a em que estiver escrito de letra de mão o nome do padre que servir de Cancellario, ou Professoro da vniuersidade do Collegio da cidade d'Euora, que o Provincial nomear, sobpena de se perderem todos & quæsquæ volumes da dita Arte que se imprimirem, ou trouxerem de fora, ou vèderem em meus Reinos & senhorios, & pagar mais trinta cruzados cada hũa das pessoas que nisso forem culpadas, de qualquer estado & condição que sejam, ametade de tudo pera os catiuos, & a outra ametade pera quem accusar. E mando a todas as justigas, officiaes, & pessoas a que o conhecimento d'isto pertencer, que cumprão inteiramente este aluará como se nelle contem: & quero que valha, & tenha força & vigor, como se fosse carta feita em meu nome, per mim assinada, & sellada com o meu sello pendente, sem embargo da Ordenação do livro 2. em contrario. Pero de Seixas o fez em Lisboa a 10. de Feuereiro, de 1596.

### TAXA.

**E**V ELREI faço saber os que este aluará virem, que auêdo respeito ao que na petição atrás escrita diz Adrião d'Abreu, & visto as causas que allega, Ei por bem & me praz. que se possa vender a Arte grande commentada, que na dita petição faz menção, que diz imprimio à sua custa, per ordem dos Religiosos da Companhia, a trezentos reis cada livro em papel. E quando os justigas a que este aluará for mostrado, & o conhecimento pertencer, o cumprão como se nelle contem: o qual se registará em principio de cada hũa das ditas Artes, para em todo tempo saler como ouue por bem o conteúdo relicto. E este ei por bem que valha como carta, sem embargo da Ordenação do livro 2. em contrario. Frâncisco Ferreira o fez em Lisboa a 3. de Março de 1600. Pero da Costa o fez escrever.

REY.

ADMODVM R.P.N.  
CLAVDIO AQVÆVI-  
VÆ, PRÆPOSITO GENE-  
RALI SOCIETATIS  
IESV,

Antonius Velleſius S. D.

CVM Inſtitutio hæc ſit generale Scholarum noſtræ Societatis inſtrumen-  
tum, quo via munitur ad iacienda ſuperiorum ſaculærum fundamenta,  
nullius eam patrocinio tutius cõmittendâ exiſtimavi, quã illius, qui vt univer-  
ſæ Societatis, ſic & ſcholarum eius omniũ generalis eſſe moleſtor, & pa-  
rens: vt vtriuſque tituli circumſcripti præſidio prodire poſſet in lucem confi-  
dentiũs, & ſcholis inferuire fruſtuoliũs. Supremi enim in quocũs hominum  
coetu moderatoris nutum omnes intuentur, & liberi parentum voluntati li-  
bentiũs obſequuntur. Hæc verò voluntas ex eo maximè percipi poteſt à quo-  
cumque nutum ſuperioris obſervare cupiente, qui perpenderit, hoc Recogno-  
ſitionis opus olim P. Vinchoari præcepiſſe: deinde per annos cõpures à pri-  
ma editione continuarijæ tandem affiduis exhortationibus, ſtimulis, & man-  
datis perficiendum curaviſſe. Fuiſſe præterea cordi Paternitati V. minoris Ar-  
tis editionem, quæ huius eſt quali partus & compendium, ſatis innovit, non  
ſolum ex honorifica illa, efficaciq; cõmendatione, quæ R. P. Prouinciali intro-  
ducendam vbique, & noſtris auditoribus tradendam edixit: ſed ex ijs etiam li-  
teris, quibus eandem ſibi gratiſſimam fuiſſe oſtendit, tum quod diuturnos la-  
bores & lucubrationes noſtras in lucem editas conſpexerit, tum quod in ma-  
gna ſpe, fructus ex ijs vberes in DEI OP. M. gloriam fore percipiendos:  
tum denique quod noſtrum de varijs Prouinciarum Societatis obſervationi-  
bus, & votis in vtrâque arte recognoscenda exſequendis conſiliũ magna ap-  
probatione, & auctoritate roborauerit.

Quibus ego beneficijs, licet omnibus ſint communia, ſingulariter deuin-  
ctus gratias & habeo, & ago maximas: cõmunemq; Scholarum noſtrarum Pa-  
tronam & Parentem obteſtor, vt qui opus hoc adeo laborioſum & difficile,  
imbecillitati noſtræ cõmiſſum, ad exitũ perduci voluit, ipſum iam ſine ſcho-  
liorum luce euulgatum, & nunc illuſtrioribus cõmentarijs euulgandum patro-  
cinio tuert, amplaq; benedictione impertire dignetur, vt in bonum cõmune  
fructus quos V. P. & noſtra Societas exſpectat, vberimi, cum ſis Reip. lite-  
raræ ſtudioſis vbique proueniant. Eboræ Idib. Sept. anni 1599.

obtestamur optimum illum, & sapientum hominum, Diudrumq; Magistrum, omnium mentibus infundat aeternae suae sapientiae splendorem, quod & veri semper ipsius auditores esse possimus, & alijs tuum vitæ exemplo, cum vera, stabilisq; doctrina splendore, & puritate faciem praefereamus.

**Idem ad Lectorem.**

**E**N tibi prisca damus limâ modò terfa recentî,  
 Et noua, quæ triuit Lydius arte lapis.  
 Fit spectanda magis sociâ nouitate vetustas,  
 Grata fit & nouitas hac sociante magis.  
 Vtraque bis nonum quamuis sint pressa per antrum,  
 Sit mihi Lectoris pro colophone nota.  
 Hinc tamen absit iners, præceps, immane tribunal  
 Iudicis, arbitrum qui Phlegethontis habet:  
 Lippus & atra linens oculis collyria censor:  
 Et cui tabificus viscera liuor edit.  
 Arguat hæc, vitio cui candida lumina, bile  
 Pectora, liuoris viscera tabe vacent.  
 Sacra notæ mihi vatis crunt oracula, numen  
 Maius Apollineo numine censor erit.

*Aliud eiusdem ad Præceptores.*

**I**lla cedro, & plenis sententia digna theatris  
 Omnibus, æquali iure probanda, placet:  
**OMNE TVLIT** punctum, qui miscuit vile dulci. *Horat. in*  
 Vtilis ars: Metri dulcis in ore sonus. *Arte.*  
 Aonidum perfusa ideo præcepta liquore,  
 Omnia conspicuis puñeta tulere notis.  
 Mens capit hæc citius: percepta tenacius hærent;  
 Quæq; puer didicit promit ab ore senex.  
 In medium quoties libeat producere carmen,  
 Ad nutum, & libitum, nec mora, carmen adest.  
 Verba soluta animo labuntur, vt ætheris vnda,  
 Quam bene terfa super marmora fundit hyems.  
 Quæque ho. sic documenta tibi bene fixa videntur,  
 Cras ea, vel primo vespere lapsa fluunt.  
 Vtile misce igitur dulci: dato iura Magister  
 Tempore discipulis non abolenda tuis.

**Errata præcipua sic emendanda.**

Pag. lin. lege.	Pag. lin. lege.	Pag. lin. lege.	Pag. lin. lege.
8. 40. hoc breue.	162. 3. hic.	264. 2. ducitur.	372. 29. a. certad.
17. 31. vnguentis.	170. 33. Schol. 16.	Ibid. 28. in oue.	378. 16. obscuriorum.
Ibid. 36. Synalœpba.	177. 7. perlucida.	265. 35. Magalia.	Ibid. 39. miserimus.
19. 15. post pronon e,	178. 14. fertur.	268. 6. ferre.	362. 2. exprimitur.
adde, relatiuū.	180. 28. dōtos.	273. 2. Taygetus.	Ibid. 37. esse miserus.
21. 8. orationibus.	184. 2. Cathol.	277. 31. ubi de Nominū	365. 38. custodia.
24. 1. Nūqui min <sup>o</sup> .	185. 9. Aena.	286. 22. mutata,	366. 3. dentium.
28. 2. interpretatiōi	191. 14. vfitata.	288. 38. Augiportus.	Ibid. 23. neque.
41. 20. si quidem.	Ibid. 35. cornipedem.	295. 29. lequor.	Ibid. 40. vsui.
43. 11. & 12. Tityre.	192. 3. margine.	296. 24. spicillo.	368. 23. barum rerū.
Ibid. 24. Exspectabis.	Ibi. 4. Reducta, iterūq;	298. 19. cliuum.	369. 28. p. (Ciborū abj
49. 35. εὐκλουδι.	200. 40. in 7. non 2.	301. 25. Summittō.	temius) pone (Consi
52. 20. post si, adde, o, si	201. 3. Naturai.	306. 23. sonui.	lij dubius.
55. 30. culpam.	203. 34. adheresunt.	311. 34. Dele (aliis in lo	369. 16. Paulum.
56. 3. pro presenti.	Ibid. 38. Mattheo.	tis loquitur, & Cels.	Ibid. 39. Ferax.
59. 23. particule.	205. 28. attribuit.	321. 5. desipij.	371. 38. excrucias.
Ib. 33. humanitati tuæ.	206. 9. quadrienniū.	324. 23. composita.	372. 11. postulat.
Ibid. 39. pistinum.	Ibid. 17. Prometheos.	326. 8. Iiliriis.	373. 29. pulcherrima.
62. 9. εἰ μὲδ εἰν.	211. 11. inde ortum.	Ibid. accenduntur	374. 23. honoratissimi.
92. 12. Doceor.	215. 15. Præstatisimo.	330. 11. contemno.	Ibid. 24. contraria.
93. 37. aggressu.	219. 36. Dele Chlamys	336. 21. sentio.	376. 2. iuuenum.
94. 5. dissimilitudo.	pone Pater.	337. 49. fingi.	Ibid. 9. candida.
98. 34. post Nolēt, ad-	220. 40. dele, vhemēs,	340. 2. Latro.	379. 27. peritissimus.
de; Fut. perf. Nō	& pone Breuior.	Ibid. 25. oppertus.	Ibid. 29. nominum.
luero; ris, &c.	226. 35. Dele, Maiorū	Ibid. 26. Curt. lib. 6.	382. 39. copulauit.
105. 20. dele a (partici	&c. vsq; ad punctū.	341. 13. multiplies.	383. 2. incautum.
piū) vsq; ad (sugit.	227. 1. Monosyllaba.	344. 8. dele (Sylleps.)	384. 36. sumuntur.
Ibid. 33. fortasse.	Ib. 12. post, Vm: adde,	& pone (Eclips.)	385. 35. aduersaries.
Ibid. 40. Amabar.	Maiorū, Minorū, &	Ibid. 10. dele (fere) &	386. 19. intelligerent.
115. 14. lege sic, viginti	cetera cōparatina:	scribe (Solet)	Ibid. 37. acceptissimus.
atq; tria enumerat:	229. 15. in 25.	345. 8. adiungam.	388. 39. semisecis.
124. 18. fuit.	231. 17. generis.	346. 9. bis anno.	389. 21. efficaciterem.
136. 29. lib. 2.	236. 21. serpentes.	Ibid. 19. numero.	Ibid. 26. excelsissima.
138. 16. Adde ad marg.	138. 2. sententiam.	348. 4. Veneti.	391. 37. in ascensum.
In (Participiū) secū	239. 19. porrifent.	350. 28. post (habitu)	392. 17. atramentum.
dū prod. per Estasim.	250. 19. dele, Quini de	adde virgulam.	Ibid. 34. igitur.
de qua p. 720. §. 5.	Ibid. 24. fluctū. (ni.	350. 31. sunt loligo.	394. 24. necesse.
141. 8. delle Adipiscor,	256. 38. obscure.	Ibid. 37. Grammatica.	401. 17. Carthaginis
Aggredior, & hominor.	262. 23. Asperiora.	357. 19. iure facti.	402. 10. lib. 37.
146. 15. Causales.	263. 27. Ceramij.	354. 11. viciniori.	404. 25. Apud.

Pag. lin. lege.	Pag. lin. lege.	Pag. lin. lege.	Pag. lin. lege.
40. 15. castigaciones.	405. 16. erogaie.	112. 30. vultus vti.	668. 3. produces.
Ibid. 25. fugitur.	417. 24. emancipo.	586. 27. P. idie.	Ibid. 29. Clypeum.
413. 12. Collatina gra-	496. 20. comouener.	589. 3. ita forari.	670. 7. Scylateum.
du: vt Maiora labo-	497. 23. solent.	590. 5. infernè.	671. 39. & decore.
ribus exstant	499. 14. clafis.	594. 28. Roma toge.	Ibid. 40. nominandi.
416. 15. Attico.	Ibid. 22. fignificatione.	596. 17. venerit.	Ibid. 41. post (V) ad-
423. 28. commenifife.	Ibid. 38. ab vr̄b.	Ibid. 21. Quāto magis.	de(34).
424. 37. dicere fe.	506. 22. post (Idem) ad-	599. 26. inquit.	672. 16. Athiops.
426. 18. & fibi.	de( Cic.)	618. 12. vim habet.	676. 34. longa.
428. 11. Huc.	508. 39. adiunxit.	620. 22. & 29. Helle-	680. 10. Frustrā.
429. 7. vllā acceffionē.	512. 13. Respondendi.	nifmus.	687. 21. afperfa pruiua
431. 12. adiutem.	513. 40. induat.	624. 38. peccata.	694. 10. iura finunt.
Ibid. 18. ante (idem) po-	516. 34. post (& c) adde,	627. 38. poffemus.	Ibid. 11. grande nefas.
ne (& Bene fit.	Cōmentus paffiuè à	630. 37. effe videatur.	Ibid. 29. Æn. 2.
Ibid. 19. Vbi bene fit:	Cōminifcor. Qui. 6	631. 24. Scirps:	697. 14. tribuere velit.
433. 19. Confilio, is:	Met. & Cōnētatus	632. 9. aut duplices.	Ibid. 24. Omitto.
434. 12. Sehol. i.	à Cōmētator, Cic. lib.	635. 9. cum allis	701. 16. conftat. puncto
437. 2. Dele primum	16. epift.	637. 37. rndas.	post, non ante (con-
exemplum Cic.	531. 32. triennium.	640. 17. Platca.	ftat) adhibito.
Ibid. 3. inui. 16.	531. 1. dele exemp. Cic.	Ibid. 19. in geminas.	704. 31. loco menfura
Ibid. 38. Inerro.	542. 6. circuitio.	647. 41. fecunda.	Daclyli in 3. & 5.
439. 15. cap. 38.	543. 4. 4. more.	650. 39. poff( fedis) ad	fedē, pone menfurā
Ibid. 31. inuenies.	546. 20. ex. ita.	de(que primam ha-	Anapæfti fic,
443. 26. Occurfo.	Ibid. 25. amitterent.	bent longam.)	o o -- o o --
445. 29. non proficiet.	Ibid. 39. diuipiendi.	653. 10. primum, A,	727. 35. Hippotæ nepos
450. 28. cantulenam.	548. 14. plorando.	corripiunt.	728. 36. contrahuntur.
451. 38. meridiaret.	Ibid. 21. hercle.	Ibid. 35. Æn. 6.	729. 5. sacerdos.
456. 8. dele Curtij exē	567. 23. fummusq̄.	654. 40. ignaua p̄ pago	732. 31. Æn. 11.
piū vsque ad. (Sic)	568. 38. nobis.	656. 29. Virg. 8.	733. 9. Æn. 12.
457. 1. feignitiara.	Ibid. 39. opera feruata.	688. 29. Nequicquam.	73. 12. difyllaba.
465. 1. app. III.	573. 26. Præpofitas, nō	600. 14. curintbe.	738. 28. circum littora
467. 14. Quidd? (or.	Compoftas.	Ibid. 8. quarto loco.	783. 35. ante Sementis,
499. 20. de le Perpopu	578. 4. præuehuntur.	Ibid. 40. meridiatus.	adde, Selibra, pr. bf.
Ibid. 26. Vador, non Ve	Ibid. 31. Hieronymi.	664. 8. & 12. ftemma.	pag. 658. 36.
473. 21. intelligit. (for.	582. 35. Naturā.	665. 4. d. itā.	
474. 25. iniuriarum.	Ibid. 40. moritur.	Ibid. 40. Exstructur p̄	
476. 37. erarij.	584. 26. loquentia.	flabat.	

# DE NOMINVM DECLINATIONE.



VM PRÆCLARVM illud Horatij dictum,  
Quo semel est imbuta recens seruaabit odorē Testa diu,  
verissimū esse re ipsa quotidie experiamur: dabit in pri-  
mis operam præceptor, vt discipuli, etiam nunc tyrones  
& Latine lingue rudes, iam inde à principio optime  
pronunciatiōni assuescant: quod vt facilius assequantur,  
studiosè diligenterq̄, obseruaabit, quibus præcipuè vitiis  
laboret ea regio, in qua sibi commissam iuuentutem in-

stituet: nam singulis ferè nationibus domestica quedam, ac natiua insunt vi-  
tia, quibus Latini sermonis splendor obscuratur, atq; pene obruitur. Nostra-  
tes pueri, si magistrum diligentem, ac bene pronūciandi studiosum nacti fue-  
rint, non malè equidem pronūciant: sin verò in eum inciderint, qui officio  
suo desit, ac de auditorum progressu parum sit sollicitus, barbarè literas M, &  
N, extremas sonant: vt vntur enim litera nescio qua notha & adulterina, cu-  
ius literæ P. Nigidius apud A. Gelium, lib. 19. cap. 14. mentionem facit. In-  
ter literam (inquit) N, & G, & C, est alia vis, vt in nomine Anguis, & Anga-  
ria, & Anchora, & Increpat, & Incurrit, & Ingenuus. In omnibus enim his  
non verum N, sed adulterinum ponitur: nam N, non esse, lingua indicio est.  
Nam si ea litera esset, lingua palatum tangeret. Hec ille. Loquitur, vt rides,  
non de extrema litera N, sonus tamen & pronūciatio eadem prorsus est, quæ  
nostratum M, & N, cum sunt vltimæ: eodem enim modo barbari M, & N, ex-  
tremas pronūciant. D, T, itidem extremas sæpe numero intactas omittunt:  
interdum posteriori vocalem E, adiungūt, Este, Abeſte, pro Est, Abeſt dicentes.  
C, vltimæ eandem vocalem addunt, eamq̄, sono accedente ad literam Q, pro-  
nūciant Hiche, Hæche, Hoche, effutientes: quos ne primam quidem nominum  
formam patietur præceptor ediscere, nisi prius hâc barbariem penitus exsue-  
rint: nam cum pronomen hoc crebrò sit vsurpandum, opus est vt id antè opti-  
mè pronūciant, quam memoriæ inſigant. In medijs vocabulis C, antè T, vix  
attingunt, Pactum, Dilectum, Dictum, Doctum, Ductum, quæque sunt generis  
eiusdem C, litera priuantes. Eadem iniuria afficiunt P, ante T, & S, Aptus,  
Ineptus, Scriptus, Ruptus, Carpsi, Repsi, Scripsi, Nupsi: siquidem in his, & si-  
milibus verbis vix auditur P. Ijdem alterum S, nonnūquam supprimunt, Dis-  
fero, Dissoluo, Dissipo, Dissidium, & nonnulla id genus perperam sonantes. V,  
post literas Q, & G, cum liqueſcit, ita opprimunt, vel potiùs extinguunt, vt  
Quare, Quam, Aqua, Lingua, & alia eiusdem generis verba fœdissimè cor-  
rumpant.

## Prima nominum declinatio,

¶ MVSA nomen declinationis primæ, generis fœminini, numeri singularis, sic declinabitur.

Nominatiuo	hæc Musa.	Hæc Musa iucunda.
Genitiuo	Musæ.	Hæc ferula acerba.
Datiuo	Musæ.	¶ Paucis post diebus.
Accusatiuo	Musam.	Hæc Musa dulcis. Hæc ferula minax.
Vocatiuo	ô Musa.	Hic nauta vigilans.
Ablatiuo	â Musa.	Hic poeta optimus.
	¶ Numero plurali,	¶ Ne pueri otio disfluât, curabit præceptor, vt substantiuũ nomen cum adiectiuo domi coniungant & declinēt, quorum nominandi casus tantum ipse dictabit: vbi redierint, rationē reposcet; inspiciet diligenter, an emendatē scripserint, errata studiosè corriget: laudabit diligentes, indiligentes
Nominatiuo	Musæ.	
Genitiuo	Musarum.	
Datiuo	Musis.	
Accusatiuo	Musas.	
Vocatiuo	ô Musæ.	
Ablatiuo	â Musis.	

excitabit. Adiectiua ne multa sint, ne inepta, ne temerè congesta: sint delecta, à bonis auctoribus petita: ad summũ duo, vt, Puer diligens, & Ingeniosus.

VETERES illi, ac nobiles Grammatici vel Ciceronis florentissima etate nominibus declinandis Pronomen siue Articulum (nam vtroque modo à Terentio Varrone dicitur) Hic, Hæc, Hoc, casibus omnibus præponebant, quorum nominum genera, tum casus notabant: non quod Græcorum more Romani articulos in oratione adhiberent, sed vt expeditius rem Grammaticam tractarent: ne si virile, muliebre, ac neutrum genus: nominandi, interrogandi, dædi, ceterosq; casus sepius inculcarent, legentibus tædium afferrent. Qua declinandi ratione M. Varro Romanorum eruditissimus frequentissimè vtitur in ijs libris, quos de Analogia scriptos reliquit: in quorum tertio Dicunt, inquit, non habere casus Mox & Vix: Nequam habere, quod dicamus hic Nequã, huius nequam, huic nequam. Idem in eodem, vbi de Naturali & Voluntaria declinatione agit, Naturam dico, cum vniuersi acceptum nomen ab eo, qui imponit, non requirimus quemadmodum id velut declinare, sed ipsi declinamus. vbi huius Romæ, hanc Romam: in eodem, Dicitur enim hic Lepus, & hoc Nemus: si eiusdem generis essent, vtrique præponeretur idem, ac diceretur, aut hic Lepus, & hic Nemus, aut hoc Lepus, & hoc Nemus. P. Nigidius, quem M. Tullius, propter excellentē & ingenij & eruditionis præstantiã coluit, ac plurimi fecit, in 4. & 20. Comment. Grammat. apud Gell. lib. 13. cap. 24. Si huius (inquit)

2  
rumpant. Iam vero X, quocumque loco fuerit, pronunciantes, pingue quiddã & peregrinum sonant vsque eo, vt cum verbi causa, Dixi, pronunciarint, credas te non Romanum, sed Arabicum verbum audisse. In his atque cæteris vitijis exstirpandis nervos omnes vigilans & industrius præceptor contendet. Varia remedia excogitabit, quibus os linguamq; rudem informet: attentissimo ac libentissimo animo suos tyrones legentes audiet; curabit vt M, pressis labris sonent: docebit N, ita pronuncianđum vt lingua palatum tangat: etiam atque etiam instabit, vrgebit, vt Hic, Hæc, Hoc ita pronuncient, vt vocalem quam de suo addunt, procul abijciant: X, in pristinum statum restituet, ac frequentissimè inculcabit compendium esse duarum literarum C, & S, neque aliter, Dixi, 10 pronuncianđum esse, quam si per C, & S, scriberetur DIXSI. Rubiginem in elementarijs ludis contractam diligentissimè deterget: in his enim multa, variag, pronũciationis monstra nascuntur; hinc frequētes illi barbarismi Deio, Meio, Deium, Meium, meia, meiam, meias nostratibus in ore sunt, siquidem I, post E, pronũciant, quoties dictio in syllabis Eum, Eo, Eos, Eam, Ea, Eas desinit. 15 Hinc Etiam, tertio quoque verbo pro Etiam. In iisdem syllabarijs scholis plèraque omnia, quæ supra diximus, orta sunt vitia: nam dum verba articulatim syllabatimq; potiùs mandunt, quam sonant, liter. isq; alias addunt, alias detrahunt, alijs alias permutant, sonos fingunt novos & inauditos. Quare congerenda est magna verborum sylua, quorum pronũciatio difficilior sit, quibus cum tãdiu noui palestricæ luctabuntur, donec deuicta & prostrata scædissima barbaries è palestra gymnasiog, extrudatur, & in perpetuũ relegatur. Hoc idē Fabius lib. 1. initio vehemēter præceptoribus cõmendat his verbis. Non alienũ fuerit exigere ab his ætatibus, quo sit absolutius os, & expressior sermo, 25 vt nomina quæda, versusq; affectate difficultatis ex pluribus asperrimè coeuntibus inter se syllabis catenatos, & velut confragosos quam citatissimè voluant, χαλεπὸν Græcè vocatur. Res modica dictu, qua tamen omiſsa, multa linguæ vitia, nisi primis eximuntur annis, inemendabili in posterum prauitate durantur. Latinum Alphabetum vel syllabatim dictare non erubescet: alioquin, id quod sæpe vsu venit, post multos annos analphabeti reperientur, Eme, Ene, Erre, & alia his deteriora literarum nomina perridiculè vsurpantes. Quod si professor id existimabit humiliter esse, quàm vt suum gymnasium deceat, potiusq; ad elementarios abecedariosq; magistros spectare, meminerit & se, & eã, quam profitetur artem, ab elementis, literisq; nomen traxisse. Nos certè quoniam in eadem versamur, ipsum non nudis formis, sed plenis nominibus libentissimè subiiciemus, A, Be, Ce, De, E, Ef, Ge, Ha, I, Kappa, El, Em, En, O, Pe. Qu, 35 Er, Es, Te, V, Ix, Xp sylon, Zeta. Multa denique, ne longior sim, tyrunculis discenda, multa dediscenda sunt, pro varijs nationum linguis & vitijis, quæ præceptor pro sua prudentia ac eruditione etiam atque etiam considerabit.



amici, vel huius magni scribis, vnum I, facito extremum. Sin verò hi amici, hi magnei casu multitudinis recto, tunc ante I scribendum erit E: atq; id ipsum facies in similibus. Eodè modo Fabius, Probus, Gellius locuti sunt, & qui post eos præcepta Grammaticæ tradiderunt. Donatus non solum articulos casibus, sed ipsi etiam articulis casuum appellationes præposuit hoc modo: Nominatiuo hic magister, genitiuo huius magistri, datiuo huic magistro. Diomedes veterum ritu articulis contentus fuit. Quid ergo, dicat aliquis, tibi in mentem venit, vt à grauissimorum hominum sententia recederes? Ego verò tantum abest, vt ab eorum sententia recesserim, vt ipse etiam in his commentariolis ad imitandum mihi potissimum proposuerim. Quibus igitur rationibus adductus, pueris declinationum formas, prætermisissis articulis, ediscendas proponis? Nimirum quia satis superque arbitror casuum vocabula ipsi casibus præponere, articulos verò nominum tantum positionibus rectis, casibus. Aliud est enim rationem, viamq; tradere, qua Latinam linguam discis, aliud Grammaticæ questiones explicare, nodosq; difficiles expedire. Hic & articulis licet vtare, & aliis, quæ Grammaticorum quidem sunt propria, sed à Latini sermonis cultu, & elegantia longè alienissima: illinc omnia, quæ potius impedimento, quàm emolumento esse possunt, omnino, quoad eius fieri poterit, remouenda sunt. Quorsum enim ea pueri memoriæ mandent, quæ nullam ipsi vtilitatem sint allatura? Quid attinet nomina articulis inferere, quorum nullus in oratione Latina sit vsus? Quod si præcis illis temporibus id studio fuit ludimagistris, vt pueros nomina in casus inclinantes articulis tamquam crepitaculis quibusdam oblectaret, nemini id mirum videri debet, siquidem ea ætate Latinam linguam cum lacte nutricis sugebant. Nobis verò non idem licet, qui musas nò domi natus, sed multo sudore partas colimus. Quæ cum ita sint, ea doceantur, quæ breui eis vsui futura sunt. Incipiant ita nunc loco articulorum mobilia nomina cū fixis coniungere, & in ipso primo aditu, vestibuloq; Grammaticæ adiectiuui, ac Substantiuui nominis consensum, concordiamq; degustare, ac recte constructionis partem, licet imprudentes, experiri: ita enim fiet, vt assidua exereitatione tum expeditius, tum facilius & scribant, & loquantur. Quæ me causa mouit, vt declinandi initium à muliebri vocabulo facerem, vt vel primo ipso die, quo Grammaticam attingissent, aliquem sui laboris fructum perciperent. Nam adiectiua, si eiusdem sint formæ, atque exitus, sine vilo labore cum Substantiuui copulant, vt Ferula acerba: sin autem figura ab ipsa discrepent, non statim, sed paucis post diebus declinanda sunt, vt Ferula minax, Musa dulcis.

### Secunda declinatio.

¶ **DOMINVS** nomen declinationis secundæ, generis masculini, numeri singularis sic declinabitur,

¶ Nominatiuo

Nominatiuo	hic Dominus.	Hic Dominus iustus.
Genitiuo	Domini.	Hic Dominus bonus.
Datiuo	Domino.	Aliquot post dies.
Accusatiuo	Dominum.	Hic Dominus prudens.
Vocatiuo	ô Domine.	Hic animus generosior.
Ablatiuo	à Domino.	Hæc populus procerissima.

Numero plurali,

Nominatiuo	Domini.
Genitiuo	Dominorum.
Datiuo	Dominiis.
Accusatiuo	Dominos.
Vocatiuo	ô Domini.
Ablatiuo	à Dominis.

¶ **TEMPLVM** nomen declinationis secundæ, generis neutri, numeri singularis sic declinabitur.

Nominatiuo	hoc Templum.	Hoc templum sanctissimum.
Genitiuo	Templi.	Hoc ingenium eximium.
Datiuo	Templo.	¶ Suo tempore,
Accusatiuo	Templum.	Hoc templum ingens.
Vocatiuo	ô Templum.	Hoc ingenium illustre.
Ablatiuo	à Templo.	¶ Hic admonedi sunt tyrones


Numero plurali.

Nominatiuo	Templa.	neutra nomina tres casus habere similes, Nominandi, Accusandi, & Vocandi, eosque numero multitudinis A, litera terminari: cætera in suum locum disferatur.
Genitiuo	Templorum.	
Datiuo	Templis.	
Accusatiuo	Templa.	
Vocatiuo	ô Templa.	
Ablatiuo	à Templis.	

### Tertia declinatio,

¶ **SERMO** nomen declinationis tertiæ, generis masculini, numeri singularis sic declinabitur,

Nominatiuo	hic Sermo.	Hic sermo elegans.
Genitiuo	Sermonis.	Hic sermo quotidianus.
Datiuo	Sermoni.	Hæc virtus admiranda.
Accusatiuo	Sermonem.	Hæc oratio elegantior.
Vocatiuo	ô Sermo.	¶ Hic nostrates pueri præter cæteros admonendi sunt, vt Sermonem elegantem
Ablatiuo	à Sermonem.	



	<i>Pluraliter,</i>	<i>elegantem, Orationem elegantiore, &amp; alios eiusdem figuræ accusandi casus pressis labris pronuntient: nec longius progrediantur, nisi prius in huius literæ pronuntiatio- ne, quæ eis negotiū faceffit, mediocres pro- gressus fecerint.</i>
¶ Nominatiuo	Sermones.	
Genitiuo	Sermonum.	
Datiuo	Sermonibus.	
Accusatiuo	Sermones.	
Vocatiuo	δ Sermones.	
Ablatiuo	à Sermonibus.	

¶ **TEMPVS** nomen declinationis tertiæ, generis neu- tri, numeri singularis, sic declinabitur,

¶ Nominat. hoc Tempus.	<i>Hoc tempus pretiosum.</i>
Genitiuo	Temporis.
Datiuo	Tempori.
Accusatiuo	Tempus.
Vocatiuo	δ Tempus.
Ablatiuo	à Tempore.

	<i>Pluraliter,</i>	<i>Ne existimes voces Pluraliter, Singulari- ter, barbaras esse, iam enim Quintiliani æ- tate natæ erant. Audi ipsum lib. 8. c. 6. Est etiam huic tropo quadam cum Synecdoche vicinia. Nam cum dico vultus hominis pro vultu; dico pluraliter, quod singulare est, quod plurale est, singulariter.</i>
Nominatiuo	Tempora.	
Genitiuo	Temporū.	
Datiuo	Tēporibus.	
Accusatiuo	Tempora.	
Vocatiuo	δ Tempora.	
Ablatiuo	à Tēporibus.	

¶ **PARENS** nomen declinationis tertiæ, generis com- munis, numeri singularis, sic declinabitur,

¶ Nō hic & hæc Parens.	<i>Quorsum, dices, hæc forma, num ai ter- Parens inflectitur quam Sermo? Non quæ dē: sed ut iam inde ab ipso tyrocinio intelligat adolescentuli, esse quadam nomina generis communis: id quod etiam à veteribus Græ- maticis accepimus.</i>
Genitiuo	Parentis.
Datiuo	Parenti.
Accusatiuo	Parentem.
Vocatiuo	δ Parens.
Ablatiuo	à Parente.

	<i>Pluraliter,</i>	
Nominatiuo	Parentes.	<i>Hic &amp; hæc civis.</i>
Genitiuo	Parentum.	<i>Hic &amp; hæc hostis.</i>
Datiuo	Parentibus.	¶ <i>His nominibus adduntur Adiectiva non coniunctim, sed separatim; ut hic Ci- uis Romanus: hæc Civis Romana.</i>
Accusatiuo	Parentes.	
Vocatiuo	δ Parentes.	
Ablatiuo	à Parentibus.	

Quarta

Quarta declinatio.

¶ **SENSVS** nomen declinationis quartæ, generis mascu- lini, numeri singularis, sic declinabitur.

¶ Nominatiuo hic Sensus.	<i>Hic sensus hebes. Hic sensus tardus.</i>
Genitiuo	Sensūs.
Datiuo	Sensui.
Accusatiuo	Sensum.
Vocatiuo	δ Sensus.
Ablatiuo	à Sensu.
	<i>Numero plurali.</i>
Nominatiuo	Sensus.
Genitiuo	Sensuum.
Datiuo	Sensibus.
Accusatiuo	Sensus.
Vocatiuo	δ Sensus.
Ablatiuo	à Sensibus.

¶ **GENV** nomen declinationis quartæ, generis neu- tri, numeri singularis, sic declinabitur.

¶ Nominat. hoc Genu.	<i>Hoc genu flexum. Hoc genu tumens.</i>
Genitiuo	Genu.
Datiuo	Genu.
Accusatiuo	Genu.
Vocatiuo	δ Genu.
Ablatiuo	à Genu.
	<i>Pluraliter.</i>
Nominatiuo	Genua.
Genitiuo	Genuum.
Datiuo	Genibus.
Accusatiuo	Genua.
Vocatiuo	δ Genua.
Ablatiuo	à Genibus.

*Omnis, Quemcumque, Qualemcumq̄, Namq̄, Numquam, Tamquam, Vnum- quemq̄, Circumsisto, Circumsono, Triumuir, Decemuir, Quamuis, Quem- uis, Verumuis, Quatumuis, & id genus alij.*

Quinta declinatio,

¶ **DIES** nomen declinationis quintæ, generis masculini, numeri singularis, sic declinabitur.

Nomi-

Nominatiuo hic	Dies.
Genitiuo	Dici.
Datiuo	Dici.
Accusatiuo	Diem.
Vocatiuo	ð Dies.
Ablatiuo	à Dic.

Numero plurali,

Nominatiuo	Dies.
Genitiuo	Dierum.
Datiuo	Diebus.
Accusatiuo	Dies.
Vocatiuo	ð Dies.
Ablatiuo	à Diebus.

Hic dies letissimus.  
Hic dies illustris.  
Hæc res domestica.  
Hæc res familiaris.

¶ Dies generis esse incerti nemo est quinesciat: sed quia femininū genus rarissime multitudinis numero reperitur, hoc loco virili suimus contenti.

## De nominum Adiectiuorum declinationibus directis & obliquis.

¶ **BONVS**, bona, bonum nomen mobile declinationis primæ & secundæ, sic declinabitur,

Nomin. Bonus, bona, bonū.	Pl. Nomin. Boni, bonæ, bona.
Genit. Boni, bonæ, boni.	Gen. Bonorū, bonarū, bonorū.
Datiuo Bono, bonæ, bono.	Datiuo Bonis.
Accusat. Bonum, bonā, bonū.	Accusat. Bonos, bonas, bona.
Vocatiuo ð Bone, bona, bonū.	Vocatiuo ð Boni, bonæ, bona.
Ablatiuo à Bono, bona, bono.	Ablatiuo à Bonis.

¶ Qui primam & secundam nominum formam memoriæ mandauerit, existimet se etiam hanc mandasse. Nam Bonus vt Dominus; Bona vt Musa; Bonum vt Templum declinatur. Quare curet magister, vt discipuli ita in scriptis formis exerceantur, vt cum huc peruenierint, ne in his directis, & transuersis ordinibus aliquid inesse noui arbitrentur: sic enim declinantur, vt Dominus, Musa, Templum: Domini, Musæ, Templi: Domino, Musæ, Templo: Dominum Musam, Templum, & reliqua eodem modo.

Si veterum Grammaticorum vellems persequi vestigia, nihil erat cur hæc, & proximas Adiectiuorum formas superioribus adiungeremus. Illi enim mobilia nomina, quæ ternas aut binas figuras haberent, non coniunctim, sed separatim singula per se declinabant: hic bonus exempli causa, vt hic Dominus: hæc bona, vt hæc Musa: hoc bonum, vt hoc templum: vnde hæc Adiectiua primæ & secundæ declinationis appellantur Hic & hæc breuis, vt Hic & hæc parens: hoc braue, vt hoc tēpus: aut singula per se, hic breuis, vt hic sermo: itidem

isidem hæc breuis. Quod etiam apud Varr. lib. 3. de Analog. videre est: sic enim quosdam ordines disponit, Hic albus, huic albo, huius albi: hæc alba, huic albæ, huius albæ: hoc album, huic albo, huius albi. In eodem, Eius casus his literarum discriminibus facilius reliquorum varietate discernere poterit, quod ei habent exitus aut in a. vt hac terra: aut in e, vt hac lance: aut in i, vt hac leui: aut in o. vt, hoc celo: aut in v, vt hoc versu. Verum quoniam hæc declinandi ratio nonnullas habet opportunitates, non existimauimus prætermittendam esse, relicturus tamen docentibus iudicium suum. Primum enim sciunt adolescentuli esse voces quasdam, ex quibus ternæ figuræ fiant, quarum prima generis sit masculini, altera feminini, tertia neutri: alias è quibus duæ, vt breuis & breue, quarum prior sit generis communis, posterior neutri: esse demum alias, quæ vna figura casu recto singulari sint contentæ, quæ omnia genera cōplectantur, vnde & omnis sint generis. Deinde hoc pacto Adiectiua à Substantiuis facilius secernunt, & internoſcunt, quam definitionibus, teneris ingenijs parum idoneis. Ad extremum, vt planius intelligant, quæ paulo post de nominum generibus dicenda sunt, cum de partibus orationis, quæ Rudimenta vocantur, agendum erit. Ne mireris quòd declinationes tum directas & obliquas, tum directos & transuersos ordines appellarim; sic enim Varro appellat. Sunt enim, si formam ipsam inspicis, vni transuersi, alteri directi, vt in tabula fieri solet, in qua latrunculis luditur. Directi sunt, inquit idem lib. 3. de Analog. qui à recto casu rectè declinantur, vt albus, alba, album: transuersi qui à recto casu obliquè declinantur, vt albus albi, albo. Hæc ille.

¶ Subiecta nomina eodem modo declinātur, nisi quòd casus interrogandi syllabis, ius, dandi vero i, litera terminatur.

Alter, altera, alterum, altérius, ál-	Vter, vtra, vtrum, vtrius, vtri.
Alius, alia, aliud, alius, alij. (teri.	Néuter, neutra, neutrum, neutrius, neutri.
Solus, sola, solum, solius, soli.	
Totus, tota, totum, totius, toti.	Vterque, útraque, vtrumque, vtriusque, vtrique.
Vnus, vna, vnum, vnus, vni.	
Vllus, vlla, vllum, vllius, vlli. (li.	Altéruter, altérutra, altérutrum, alterutrius, altérutri.
Nullus, nulla, nullū, nullius, nul-	

¶ Hæc præcis illis temporibus vsitatam, ac tritam declinandi rationem seruabant: Alter, alteri, altero: Alius, alij, alio: & cætera eodem modo: Legè Prisc. lib. 13. vbi nonnulla exempla ponuntur. Huc etiam spectant cætera, quæ ex nomine Vter componuntur, Vtercumque, Vterlibet, Vteruis. Genitiuo Neutri vtitur Varro lib. 2. de Analog. Maris, inquit, sœmine & neutri. Item Probus, Phocas, Diomodes, Donatus, ceterique veteres, quem à præcis acceptum suo iure conseruarunt, & retinuerunt.

**H**Æc eadem & nonnulla alia quidam ex recentioribus de sententia atq; auctoritate Varronis, Probi, Diomedis, Donati, Seruij, ac cæterorū bene sententiarum Grammaticorum decet esse pronomina. Quod ad Varronem attingit, nullam de his mentionem facit in libris de Analogia, cum de pronomini-  
 5 nibus, quos Articulos appellat, multis locis differnerit. Probus in libro, quem Artium instituta inscripsit, in quo de pronomini-  
 10 bus agit, ne verbum quidem de iisdem fecit. Donatus in priore libello de Octo partibus orationis, quem alij Primam artem, alij Primam editionem vocant, quatuordecim tantum pro-  
 nomina posuit, in quibus nullum horum est. In posteriore, quem Priscianus Se-  
 15 cundam artem, & alij Secundam editionem appellant, hæc ad verbum de his, & nonnullis alijs nominibus scripsit. Neuter, Vter, Omnis, Alter, Alius, Vllus, Ambo, Vterq; sunt qui pronomina existiment, eo quod articulis in declinatione non indigeant. Seruius in commentariolis, quæ in hanc ipsam posteriorem  
 20 artem scripsit, negat præter vnum & viginti pronomina, quæ ipse enumerat, esse alia, in quibus nullum ex his numeravit. Sergius doctus, & antiquus Grammaticus, qui in eadem artem scripsit, sic inquit; Neuter, Alius, & reliqua constat esse nomina, quoniam Probus viginti vnū dicit esse pronomina, in quibus ista non computantur. Hæc ille. Solus Diomedes ex veteribus, quos quidē  
 25 legerim, hæc inter pronomina recenset. Priscianus lib. 13. aliquot locis docet esse nomina, quamuis ea quidam similitudine declinationis decepti, inter pronomina numerauerint: nam Vnius vni, Solius soli, & reliqua, quod ad patriū & dandi casum attinet, pronomina, vt Illius illi, Istius isti, referunt atque imitantur. Siquis fortē in 1. de Analog. legerit nomen Vnus vnus vni, à Varrone sine articulis declinatum, ne ideo existimet pronomem esse: alia enim simul eodem loco inclinatur in casus, quæ sine vlla controuersia nomina sunt: quæ declinandi ratio nobiscum facit, & ne querendo loco defatigeris audi ipsum Varronē. Relinquitur (inquit) de casibus, in quo Aristarchei suos contendunt neruos. Primū si in his esset analogia, dicunt debuisse omnes nominatiuos (sic interdum appellat nomina) & articulos habere totidem casus: nunc alios habere vnum solum, vt literas omnes: singulos: alios tres, vt Pradium, prælij, prædio: alios quatuor, vt Mel, mellis, melli, melle: alios quinque, vt Quintus, quinti, quinto, quintum, quinte: alios sex, vt Vnus, vnus, vni, vnum, vne, vno. Non esse ergo in casibus analogias. Hactenus ille. Hic, vt vides, nominatiui, id est, nomina cum nominibus conferuntur, non articuli, id est, pronomina cum articulis. Nam idem Varro lib. 3. ait articulos carere vocandi casu, quem hic apertissimè vides: nam fenos habet casus, Vnus.

### Tertia nominum adiectiuorū declinatio.

¶ **ACER**, acris, acre. nomen adiectiuum, declinationis tertiæ, numeri singularis, sic declinabitur,

Nominatiuo

Ntō hic **ACER**, hæc acris, hoc acre. Pl. Nomin. Acres, & acria.

Genitiuo Acris. Genitiuo Acrium.

Datiuo Acri. Datiuo Acribus.

Accusatiuo Acrem, & acre. Accusat. Acres, & acria.

¶ Vocatiuo ô Acer, acris, & acre. Vocat. ô Acres, & acria.

Ablatiuo ab Acri. Ablat. ab Acribus.

¶ Quoniam proximè adiectiua primæ, & tertiæ declinationis, quæ ternas formas habent, posuimus, visum est non incommodum, quæ tertiæ declinationis totidē figuris haberent, primò ponere, deinde quæ duas, postremo quæ vnam.

¶ Si nomen adiectiuum habuerit tres formas, prima erit generis masculini, altera sœminini, tertia neutri. Varro in libris de Analog. modo ternas figuris, modo tres formas appellat. Sic declinatur Alacer, Campester, Celer, Celeber, Equester, Paluster, Pedester, Volucer, Syluester, Saluber.

¶ **BREVIS**, & breue nomen adiectiuum, declinationis tertiæ, numeri singularis, sic declinabitur.

¶ Nominat. hic, & hæc, Breuis, & Pl. Nomin. Breues, & breuia.

Genitiuo Breuis. (hoc breue. Genitiuo Breuium.

Datiuo Breui. Datiuo Breuibus.

¶ Accusatiuo Breuem, & breue. Accusatiuo Breues, & breuia.

Vocatiuo ô Breuis, & breue. Vocatiuo ô Breues, & breuia.

Ablatiuo à Breui. Ablatiuo à Breuibus.

¶ Si adiectiuum nomen duas habuerit formas, prior erit generis communis, posterior neutri. ¶ Nonnulla è proximis etiam huc spectant, vt Hic, & hæc

¶ Alacris, & hoc alacre, Campestris & campestre, Celebris & celebre, Salubris & salubre, Palustris & palustre, Syluestris & Syluestre.

¶ **BREVIOR**, & breuius nomen cōparatiuum declinationis tertiæ, numeri singularis, sic declinabitur,

¶ Ntō hic & hæc breuior, & hoc Pl. Ntō. Breuiores, & breuiores.

Genit. Breuioris. (breuius. Genitiuo Breuiorum.

Datiuo Breuiori. Datiuo Breuioribus. (ra)

Accus. Breuiorē & breuius. Accusatiuo Breuiores & breuior

Vocat. ô Breuior & breuius. Vocatiuo ô Breuiores & breuior

¶ Ablat. à Breuiore vel breuiori. Ablatiuo à Breuioribus. (ra)

¶ **FELIX** nomen adiectiuum declinationis tertiæ, generis omnis, numeri singularis, sic declinabitur.

¶ Ntō hic & hæc, & hoc Felix. Datiuo Felici.

Genitiuo Felicis. Accusatiuo Felicem & Felix.

Vocatiuo ô Felix.	Datiuo Felicibus.
Ablatiuo à Felice vel Felici.	Accusatiuo Felices & Felicia.
Pl. N. Felices, & Felicia.	Vocatiuo ô Felices & Felicia.
Genitiuo Felicium.	Ablatiuo à Felicibus.

**S**I nomen adiectiuum vnam tantum habuerit formam, erit omnis generis. Qualia sunt Par, Impar, Arpinus, Quadrupes, Elegans, Diligens, Solers, Cōfors, Multiplex, Pernix, Ferox, Trux, Audax. ¶ Misceantur nonnumquam omnes gradus, vt Felix, Felicior, Felicissimus. Sic enim fit lingua celerior, & exercitator: ita tamen vt cum aliquo Substantiuo coniungantur.

¶ Pœta bonus, melior, optimus. Scurra malus, peior, pessimus. Digitus paruus, minor, minimus. Vir magnus, maior, maximus. Facilis, facilior, facilissimus. Difficilis, difficilior, difficillimus. Humilis, humilior, humillimus. Similis, similior, simillimus. Dissimilis, dissimilior, dissimillimus.

## Nomina Anomala.

¶ Nomina Anomala, quod ad rem attinet, dicuntur, quæ à similibus declinatione aliqua ex parte deflexerunt, vt Dominus, exempli causa, quamuis sit quarta declinationis, & simile his nominibus Manus, Tribus: tamen ab eorum declinatione deflexit, cum aliqua ex parte nomina secundi ordinis imitetur. Item Duo, duæ, duo: Ambo, ambæ, ambo, ita quidem cum adiectiuis primi & secundi ordinis consentiunt, vt ab eis etiam discrepēt. Verum de Analogia, & Anomalia suo loco, Deo iuuante, non nihil dicemus.

Nomin. hæc Domus.	Pl. Nomin. Domus.
Genitiuo Domi, vel domus.	Genit. Domorū vel domuū.
Datiuo Domui.	Datiuo Domibus.
Accusatiuo Domum.	Accusatiuo Domo vel domus.
Vocatiuo ô Domus.	Vocat. ô Domus.
Ablatiuo à Domo.	Ablatiuo à Domibus.

¶ Quæ voces locum, quæ aedificium, quæ vtrumq; significant, procedete tempore discent pueri. Quare nihil aliud hic ab eis, quam declinandi ratio exigatur. Harum domuum, et has domus reperies quidem, sed rarius. Cic. in Verr. 6. Tot domus locupletissimas domus istius vna capiet? Sic Cornel. Tacit. lib. 19. Liu. decad. 5. lib. 5. et Senec. Herc. Oetæo, in fine. Domu collapsa, Traianus ad Plin. lib. 10. Hac domu. Plaut. in Milit. dixerunt. Domo, dandi casu Horat. Epist. 1. Ponendæq; domo querenda est area primum. Cato sepius in lib. de Rust. c. 139. Eius rei ergo te bonas preces precor, vt sis volens propitius mihi, domo, familiaq; meæ, liberisq; meis, &c.

Plu.

	Pluraliter.	Pluraliter.
Ntō Duo, duæ, duo.	Ntō Ambo, ambæ, ambo.	
G. Duorum, duarum, duorū.	G. Amborū, ambarū, amborū.	
D. Duobus, duabus, duobus.	D. Ambobus, ambabus, ambobus.	
A. Duos vel duo, duas, duo.	A. Ambos, vel ambo, ambas, am	
V. ô Duo, duæ, duo.	V. ô Ambo, ambæ, ambo. (bo.	
A. à Duobus, duabus, duobus.	A. ab Ambobus, ambabus, ambobus.	
AMBO eodem modo declinatur.		

¶ Duo & Ambo accusandi casus generis masculini, etsi potius ad pœtas, ad alios etiam scriptores pertinent. Varro de Rust. lib. 3. c. 5. Tabula cauata fit vt tympanum in latitudinem duo pedes, & semipedem. Sic Vitru. lib. 5. c. 12. Cic. de Fato, Morietur, cum duo & septuaginta annos vixerit. Idem lib. 7. ad Gall. Præter duo nos, loquitur isto modo nemo. Illa eiusdem in Verr. 4. Harum pater abhinc duo & viginti annos est mortuus. Et ad Q. fr. lib. 1. Quoniam duo Mystos insuisses in culeum, variè leguntur. Liu. ab Urb. 8. Prætores tum duos Latini habebant L. Annium, & L. Numitium, ambo ex colonijs Romanis. In multis libris sic inuenio. Idem citra omnem controuersiam lib. 5. dec. 5. Ambo infirmos dicit.

## De Pronominum declinatione,

**P**ronomina distribuit M. Varro in Finita & Infinita: illa Pronomina, hæc Prouocabula appellat: utraq; Articulos. Infinita, & Prouocabula vocat, quod ponatur pro vocabulis, quæ Infinita sunt; Finita vero & Pronomina, quod pro nominibus ponantur, quæ Finita sunt. Articulos autem, quod sint veluti quidam nodi & articuli orationis, nam nomen & verbum membra sunt præcipua, ex quibus corpus orationis constat. Dicam apertius, Quæ recentiores nomina appellatiua siue communia vocant, eadem Varro Vocabula appellat: quæ illi Propria, hæc Nomina. Idem Vocabula, Infinita: Nomina, Finita dicit. Audiamus ipsum Varronem (quem Fabius lib. 10. Romanorum eruditissimum, ac lingue Latine peritissimum appellat) de Analog. 1. Sequitur, inquit, de Nominibus, quæ differunt a Vocabulis, ideo quod sunt finita, ac significat res proprias, vt Paris, Helena: cum vocabula sint infinita, ac res communes designent, vt vir, mulier. Idem in eodem, Quare quod ad vniuersam verborum naturam attinet, hæc attigisse modo satis est: quod ad partes singulas orationis, deinceps dicam: quarum vis quoniam sunt diuisiones plures, nunc ponam potissimum, in quæ diuiditur. Oratio secunda, vt natura in quatuor partes: vnam, quæ habet casus: alteram, quæ habet tempora: & tertiam, quæ habet neutrum: & quartam, in qua est vtrumque. Has vocant quidam Appellandi, Dicendi, Adminiculandi, Iungendi, Appellandi dicitur, vt Homo, Nestor. Dicendi, vt

B 3

Scribo

Scribo, & Lego. Iurgenđi vt At. q. Adminiculandi, vt Doctē, & Comodē. Appellandi partes sunt quatuor, ē quibus dicta à quibusdā Prouocabula, quæ sunt vt Quis, Quæ: Vocabula, vt scutum, gladius: Nomina, vt Romulus, Remus: Pro-nomina, vt hic, hæc. Duo media dicuntur Nomina: prima & extrema Articuli. Vides quemadmodum prima & extrema, hoc est Prouocabula & Pronomina appellet Articulos? Illud etiam obiter notabis duo media, idest, Vocabula & Nomina appellari Nomina. Itaque Nomen hic complectitur & propria & appellatiua. Audiamus cætera, quæ sequuntur, Primum genus est infinitum, secundum: vt infinitum, tertium vt finitum, quartum finitum. Primum genus, hoc est, Prouocabula appellat infinitum; secundum, idest, Vocabula, vt infinitum; tertium vt finitum, idest Nomina: quartum finitum, hoc est Pronomina. Idem in 3. postquam de Articulis egit, hæc adiungit, Proprium illud habent, quod partim sunt finita, vt hic & hæc: partim infinita vt Quis, & quæ. Et in eodem. Vt in articulis duæ partes sunt finita, & infinita, sic in vocabulis duæ, Vocabulum & Nomen, non enim idem oppidum & Roma, cum oppidum sit Vocabulum; Roma Nomen. Cum dixit, In vocabulis duæ, Vocabulū propria & appellatiua comprehendit, vt supra Nomen. Itaq; Vocabulum & Nomen interrim apud Varronem in eadem re dicuntur. Probus grammaticus in primis nobilis, qui etiam Gellius, & Suetonium ætate antecessit, tertium genus, Minus quam finitū, addiit. Itaq; pronomina distribuit in Finita, & Infinita, & Minus quā finita, quem postea Diomedes, Donat. Seruius secuti sunt.

Finita sunt (inquit Diomedes) quæ notant certum numerum, & gestum dirigunt ad certam personam, vt Ego; Infinita, quæ certam non recipiunt personam, vt Quis, quæ, quod; Minus quā finita sunt, quæ certis & incertis personis aptari possunt, vt Ipse: Ego, Tu, Ille appellat cæteri finita. Probus pronomina personalia, quod idem est. Sergio non probatur Probi diuisio, ait enim pronomina omnia aut esse finita, aut infinita, Donatumq; melius in priore libello in has duas partes diuisisse, quod quidem Donatus initio fecit, sed in pronomibus declinandis, etiam Minus quam finita vocat. Sed ne nimium sim grammaticus, qui plura volet, ipsos adeat, quos citauit. Vnum superest necessario explicandum, Prouocabula etiam pro Nominibus, hoc est pronomina infinita, vt Quis, quæ, quod, etiam pro proprijs nominibus posse poni. Cic. ad Att. lib. 8. Volo etiam exquiras, quā diligentissime poteris &c. num quem accusent, num cui succēseat: quid dico, num cui? idest, num Pōpeio. Vides vt prouocabulū, Cui, interprete eodē Cicerone, ponatur pro nomine proprio Pompeio? Quidā recētiores prouocabula appellat quæuis pronomina. Quod ad numerū pronominiū attinet, alij, vt supra diximus, vnum, & viginti, alij plura, alij pauciora posuerunt: nos, quæ pleriq; omnes admittunt, ex tū multis selegimus: quib; nemo veterū, quos quidē viderim, certas declinationū formas attribuit, præter vnū Priscian. qui ea in quatuor formas distribuit. Sed cur certi eis ascribatur ordines, cū sin-

gula singulis constant vocabulis? Deinde cum vltima litera, vel syllaba genitiui alias formas ab alijs separet, qua ratione tria primitiua Mei, Tui, Sui à deriuatiuis separabimus? Postremo cum hæc declinationum distinctio nullam afferat pueris vtilitatem, non video cur multitudine preceptorum sint obruendi.

Quare more veterū simpliciter ea declinabimus, nulla facta ordinū mētionē.

## De pronominum primitiuorum declinatione.

¶ EGO pronomē persone prime,	¶ TV pronomē persone secunde,
numeri singularis, sic declinabitur.	numeri singularis, sic declinabitur.
¶ Nominat. Ego.	¶ Nominat. Tu.
Genit. Mei.	Genit. Tui.
Dat. Mihi, vel mi.	Dat. Tibi.
¶ Accus. Me.	¶ Accusat. Te.
¶ Ablat. à Me.	Vocat. ò Tu.
Pluraliter.	¶ Ablat. à Te.
¶ Nominat. Nos.	¶ Pl. Ntō Vos.
Genit. Nostrū, vel nostri.	¶ Genit. Vestrū, vel vestri.
¶ Dat. Nobis.	¶ Dat. Vobis.
¶ Accusat. Nos.	¶ Accusat. Vos. Voc. ò Vos.
¶ Ablat. à Nobis.	¶ Ablat. à Vobis.

¶ Interrogandi casus nis, & tis, consultō omisimus, quorum neque Grammaticorum proceres Probus, & Diomedes vllam mentionem fecerunt. Dativus Mi, alijs quā pōetis, parum est vsitatus.

¶ SVI pronomē persone tertie, numeri vtriusque, sic declinabitur.

¶ Genitiuo Sui.	Plur.	Genitiuo Sui.
¶ Datiuo Sibi.		Datiuo Sibi.
¶ Accusat. Se.		¶ Accusat. Se.
¶ Ablat. à Se.		¶ Ablat. à Se.

¶ Hæc tria docent veteres esse omnis generis, quod cum omnibus generibus iungantur. Ego vir, fœmina, mancipium hoc feci: quo pacto facile probasent, Animal esse omnis generis cū iisdem adiungatur, siquidem Vir animal; fœmina animal, mancipium animal hoc feci. Videntur hæc potius substantiuorum naturam redolere.

¶ Pronomina Hic, Ille, Ille, Ipse, Is, Idem, quæ aliqua ex parte primam & secundam nominum adiectiuorum declinationē imitantur, sic declinabuntur.

¶ Ntō	Hic, hæc, hoc.	Numero singulari.	¶ Ntō	Ipse, ipsa, ipsum.	Numero singulari.
G.	Huius.		G.	Iplius.	
D.	Huic.		D.	Ipsi.	
A.	Hunc, hanc, hoc.		A.	Ipsum, ipsam, ipsum.	
A.	ab Hoc, hac, hoc.	Numero plurali.	A.	ab Ipso, ipsa, ipso.	
¶ Ntō	Hi, hæ, hæc.		Pl.N.	Ipsi, ipsa, ipsa.	
G.	Horum, harum, horum.		G.	Ipforū, ipforum, ipforū.	
D.	His.		D.	Ipsis.	
A.	Hos, has, hæc.		A.	Ipsos, ipsas, ipsa.	
A.	ab His.	Numero singulari.	A.	ab Ipsis.	Numero singulari.
¶ Ntō	Iste, ista, istud.		¶ Ntō	Is, ea, id.	
G.	Istius.		G.	Eius.	
D.	Isti.		D.	Ei.	
A.	Istum, istam, istud.		A.	Eum, eam, id.	
A.	ab Isto, ista, isto.		A.	ab Eo, ea, eo.	
Pl.N.	Isti, ista, ista.		Pl.N.	Ij, eæ, ea.	
G.	Istorum, istarum, istorū.		G.	Eorum, earum, eorum.	
D.	Istis.		D.	Eis, vel ijs.	
A.	Istos, istas, ista.		A.	Eos, eas, ea.	
A.	ab Istis.	Numero singulari.	A.	ab Eis, vel ijs.	Numero singulari.
¶ Ntō	Ille, illa, illud.		¶ Ntō	Idem, eadem, idem.	
G.	Illius.		G.	Eiusdem.	
D.	Illi.		D.	Eidem.	
A.	Illum, illam, illud.		A.	Eumdē, eamdē, idem.	
A.	ab Illo, illa, illo.		A.	ab Eodem, eadem, eodem.	
Pl.N.	Illi, illa, illa.		Pl.N.	Iidem, eadem, eadem.	
G.	Illorum, illarum, illorū.		G.	Eorū, earū, eorū.	
D.	Illis.		D.	Eisdem, vel iisdem.	
A.	Illos, illas, illa.		A.	Eisdem, eadem, eadem.	
A.	ab Illis.		A.	ab Eisdem, vel iisdem.	

**C**ur non dicitur Ipsud, vt Illud, Istud? Quia apud priscos, Ipsus, ipsa, ipsum, vt Bonus, a, um, dicebatur: consuetudo tamen Ipsus reiecit, Ipse vero probauit. Vide Diomedem lib. 1. ¶ Ei, & Eidem nominandi casus multitudinis à Diomede, & Donato pretermisisti sunt, quos tamen Priscianus non omnino reiecit: quorū posteriore licet vtare, cum apud bonos auctores legeris, id quod non facile assequeris. Priore vsi sunt Cic. in Verr. 7. Itaque ei cursus vndique

vndique, fiebant. Sic idem de Clar. orat. Varr. de Analog. lib. 3. Quod ei casus habent exitus, aut in a, & c. Plaut. Pseud. Ei homines cænis sibi coquunt. Sic idem in Pers. & Mercat. Eodem bis vtitur Vitru. lib. 5. c. 4. & iterū lib. 7. proæmio. & lib. 10. c. 21. ¶ Iisdem & Eisdem satis vsitata sunt, licet primum vsitatus. Quare Grammatici quibus, Eisdem, non placuit, non videntur adisse Cic. pro Plan. Non ab omnibus eisdem, à quibus antè solitus sum dissentire, assentiebant. Ad Att. lib. 3. Nos eisdem in locis esse. & 4. de Fin. Nos ab eisdem & c. Ibid. Eisdemq; de rebus. Verr. 3. Eisdem lapidibus: & alios scriptores, apud quos scapissimè reperitur. De vtroq; scribit Cic. in Oratore sic, in templis iisdem, probauit Ennius: at eisdem erat verius, nec tamen opimitus: male sonabat iisdem: impetratum est à consuetudine, vt peccare suauitatis causa liceret. hæc ille. Ennius cum dixit: In templis iisdem, maluit vti verbo imminuto Iisdem, quam pleno Eisdem vel Iisdem; male sonabat eo loco Iisdem: ipse tamen Cic. sic adeo frequenter loquitur, vt Diomedes & Donatus, Eisdem, ob eam causam videantur minus probasse. ¶ Tria pronomina Hic, iste, ille, tum composita, tum syllabicis adiectionibus affecta cõperias. Sic ea pueri declinabunt. Hicce, hæcce, bocce. Huiusce, & c. Plur. Hicce, hæcce, hæcce, Horumce, harumce, horumce, & c. qui casus omnes (exceptis Huiusce, hisce, hosce, hasce) ad comicos ferè pertinet. Hiccine, hæccine, boccine, Huiuscine & c. Plural. Hicine, hæcine, hæccine, & c. Hac vero declinandi formula ceteri etiã scriptores vtuntur. ¶ Istic, vel Isthic, istec, istuc vel istoc; Istunc, istanc, istuc vel istoc; ab Istoc, istac, istoc. Plur. Nomin. & Accusat, Istac, in genere neutro tantum. Hoc non solum a comicis, sed ab alijs etiam vsurpatur. ¶ Illic, vel illhic, illac, illuc: Illunc, illanc, illuc; Illoc, illac, illoc. Plur. Nominat. Illec, Accusat, Illec. Comici poetæ particulam, Cine, addere solent his duobus. Isticcine, isteccine, istuncine: Illiccine, illaccine, illuccine. Idem quoq; tametsi rard, Istecce, Istisce, & Istocine; Illisce, Illace, Illiuce, Eiuuce dicunt. Horum omnium exempla apud idoneos auctores inuenies. ¶ Eiuscemodi vsus est Senec. Nat. q. lib. 1. Plaut. Pænul. Itē nos sumus eiuscemodi. Idem Menach. Illic pro Illice posuit. Quid illic homines ad me currunt? ¶ Istec, numero multitudinis genere feminino videtur vsurpasse idem Plaut. Mosel. Nam istec veteres, que se vngentis vnditant, pro ista, aut certè pro istecce posuit, quemadmodum & ipse in Mercat. Pænul. & Milit. Horumce & Harumce pro Horumce & Harumce pronūciat. Quem imitatus est Terent. Heaut. Sperabit sumptum sibi, senex leuatum esse harumce abitu. Idem Eunuch. Hecce puella nouitie. Et in Heaut. Hecce min. e. dixit. Quare Istec contumelie. Istec veteres per apocopen literæ, e, dicta fuisse conijci potest. Coniecturam augent dicta Prisciani lib. 13. Vocali (inquit) sequente: e, ablata per synalepam, manentibus duabus, cc. solebant producere Hoc; vt Virg. in. 2. En. Hoc erat alma parens, quod me per tela, per ignes Eripis? Sed scriptorū negligentia vnum, c, pretermisit. Istecce ridicularia dixit etiam Plaut. in Trinum

num. pro Iſt. ec. Huiusmodi ſive Huiuscemodi, Iſtiusmodi, Illiuſmodi, Eiuſmo-  
di monoptota ſunt, id eſt, quæ in nullo caſu variantur, & adiectiuorum in-  
ſtar omnibus vtriuſq; numeri generibus adhaereſcunt.

## De pronominum deriuati- uorum declinatione.

¶ Meus, Tuus, Suus, Noſter, Veſter, declinantur, vt nomina adiectiua  
primæ & ſecundæ declinationis.

¶ Numero ſingulari.

¶ Ntō Meus, mea, meum.

G. Mei, meæ, mei.

D. Meo, meæ, meo.

A. Meum, meam, meum.

V. ō Mi, mea, meum.

A. à Meo, mea, meo.

Pl. N. Mei, meæ, mea.

G. Meorū, mearū, meorū.

D. Meis.

A. Meos, mea, mea.

V. ō Mei, meæ, mea.

A. à Meis.

¶ Hæc tria vocatiuo carent.

Tuus, tua, tuum. Suus, ſua, ſuum.

Veſter, veſtra, veſtrum.

¶ Noſter, noſtra, noſtrum.

Voc. ō noſter, noſtra, noſtrum.

¶ Noſtras & Veſtras pronomina deri-  
uatiua, omnis generis, declinantur  
vt nomina adiectiua tertie de-  
clinationis.

¶ Ntō Hic, & hæc, & hoc Noſ-

G. Noſtratis. (tras.

D. Noſtrati.

A. Noſtratem, & noſtras.

V. ō Noſtras.

A. à Noſtrate, vel noſtrati.

Pl. N. Noſtrates, & noſtratia.

G. Noſtratium.

D. Noſtratibus.

A. Noſtrates & noſtratia.

V. ō Noſtrates & noſtratia.

A. à Noſtratibus.

¶ Hic, & hæc, & hoc Veſtras vo-  
catiuo caret.

V Ectres Mius dicebant, vnde vocatiuus ō Mi. Vide Diomed. lib. 2. Cari-  
ſum & Celſum apud Priſcian. lib. 12. Noſtras, Veſtras, Arpinas, Cape-  
nas, Caſſinas, Priuernas, & multa alia eiufdem generis priſcis illis temporibus  
plena fuerunt. Noſtratis, Veſtratis, Arpinatis & cætera eodem modo. Caſ-  
ſius Hemina in 3. Annal. apud Priſcian. lib. 12. Hos libros ſiquis noſtratis ſa-  
piens. Cato in 1. Origin. apud eundem. lib. 7. Siquis mortuus eſt Arpinatis, eius  
heredes ſacra non ſequuntur. Idem in eod. Sed lucus Capenatis. Liu. lib. 3.  
bel. Mac. Ager Belbinatis reſtitutus eidem ciuitati. Plaut. Moſtel. Sarſinatis  
mulier. hoc eſt Sarſina oppido oriunda. ¶ Cuiatis crebrius eſt. Accius in Ze-  
ſepho. Qui neq; cuiatis eſſet, vnquam potuimus multo rogitates ſcire. Plaut. in  
Menech. Rogant cuiatis ſit, quod ei ſit nomen. In Curcul. & Pænul. eodem no-  
mine uſus eſt. Neutrum deſinebat in e, vt placet grammaticis: nullum tamen,  
quod ſciam, ponunt exemplum, Vnum tamen inuenio apud Plin. lib. 16. c. 16.

Tertium

Tertium genus [inquit] noſtrate vocat. Eruditius ſeculū maluit imminutis, quam  
plenis vci, ita vt figura vna omnia genera cōpleteretur. Cic. ad Att. 12. Inſu-  
la Arpinas habere poteſt germanā ἀποβιωσιν. Ad eūd. lib. 16. Veniſſemq; diluculo  
ad pontem Tiretium, in quo flexus eſt ad iter Arpinas. Liu. 5. ab Vrb. Corne-  
lijſ Falicum bellum, Valerio, ac Seruilio Capenas ſorte euenit. Et 8. Eodem  
anno Priuernas bellum initum. Colum. lib. 5. c. 6. Illud genus atiniæ, hoc noſ-  
tras dicitur. Plin. lib. 35. c. 10. Decet & nō ſileri & Ardeatis tēpi picloſē. Sex-  
tus caſus ſepe in e. deſinit. Cic. pro Clu. C. & L. Fabricij fratres gemini fue-  
runt ex municipio Aletināte. Idem pro Vareno apud Priſc. lib. 7. C. Ancha-  
rius Rufus fuit è municipio Fulgenāte. in eodem, In præſectura Fulgenāte.  
Liu. lib. 5. ab Vrb. In Capenāte agro. Ibid. lib. 10. Depopulato Aſināte agro.  
Columel. lib. 3. c. 13. Sicut in agro Rauenate. Plin. lib. 10. c. 29. In Fidenāte a-  
gro. Valer. Max. lib. 6. c. 11. Ex illo Mario tam humili Arpinate, ille Marius  
euasit, qui Aſicam ſubegit.

¶ Pronocabulum, ſeu pronomen Qui, quæ, quod, ſic delinabitur.  
Plurali.

¶ Numero ſingulari.

¶ Ntō Qui, quæ, quod.

G. Cuius. D. Cui.

A. Quem, quam, quod.

A. à Quo vel qui, qua vel

qui, quo vel qui.

¶ Ntō Qui, quæ, quæ.

G. Quorū, quarū, quorū.

D. Quis vel quibus.

A. Quos, quas, quæ.

A. à Quis vel quibus.

P Otuit quidem Latina lingua relatiuis carere, niſi elegantie rationem ha-  
uiſſet. Quotus enim quiſq; etiam ornate, & elegantis orationis hoſtis,  
faſtidiū jerret, ſi antecedentia vocabula, & nomina tertio quoq; verbo repe-  
rentur. In horū itaq; locum prouocabula, & pronomina non neceſſitate exigē-  
te, ſed elegātia repetitionis tediū horrente, atq; reformidante ſubſtituta ſunt.

¶ Prouocabulum relatiuum Qui, quæ, quod ſeparauimus ab interrogatiuo  
Quis, ne permixta, & confuſa declinatio pueris tenebras offunderet.

¶ Quis prouocabulum, ſive pronomen interrogatiuum, ſive  
inſinitum, ſic declinabitur.

¶ Numero ſingulari.

Ntō Quis vel qui, quæ, quod vel

G. Cuius. (quid.

D. Cui.

A. Quem, quā, quod vel quid.

A. à Quo, qua, quo vel qui.

Plurali.

Ntō Qui, quæ, quæ.

G. Quorū, quarū, q uorum

D. Quis vel quibus.

A. Quos, quas, quæ.

A. à Quis vel quibus.

Q Vis modo interrogatiuū eſt. Teren. And. Quis hic loquitur? modo inſi-  
nitum: Virg. 3. eclog. Neſcio quis teneros oculus mihi ſcincinat agnos.  
Qui interdū pro Quis ponitur. Cic. pro Dom. ſua: Qui tantus fuit labor? quæ  
ſimilitas



simulatus? Idem pro Planc. Neg. enim qui illi numi fuerint, nec quæ tribus, nec qui diuisor, ostenderis. Terent. Phorm. Nam qui erit rumor populi, inquit, si id feceris. Idem And. Nescio qui senex modo venit. Liu. Dec. 5. lib. 1. Vti nec sibi, nec aliis, quinam homo esset, satis cõstaret. ¶ Ablatiuus Qui, est omnis generis: quo vtimur postposita præpositione. Terent. Heaut. Qui-cum loquitur filius? Cic. Sulp. lib. 4. Nemo est omnium quicum potius mihi, quam tecum communicandum putem. Idem de Offic. 3. Cum enim fidem alicuius bonitatemq; laudent, dignum esse dicunt, quicum in tenebris mices. Virg. Æn. 11. Tunc sic exspirans Accam ex aequalibus vnam Alloquitur, fida ante alias, quæ sola Camilla, Quicum partiri curas. Cic. 1. de Inuēt. In reprehendendo conueniet simile id negare esse, quod conferetur ei, quicum conferetur. Itemq; amota interdum præpositione. Plaut. Amphit. Nunc tibi hanc pateram Pterela rex, qui potauit tibi condono, Qui pro Qua. Idem Mercat. Achillem orabo, aurum mihi det, Hector qui expesus est. Qui pro Quo. Cic. Att. lib. 13. Magis enim doleo me nõ habere, cui possessiunculas meas tradam, quam delector habere, qui vtar. Ita Cato de Re rust. c. 6. & 7. Terent. Eun. Spero me habere, qui hunc meo excruciem modo. Idem Heaut. Dum id quero tibi, qui filium restituerem. ¶ Quis pro quibus relatiuè positum poetis maximè, & historicis frequens est. Plin. lib. 12. c. 1. Mille præteria sunt vsus earum sine quibus vita degi nõ possit. Tacit. lib. 12. Antepositis propugnaculis, ex quibus ballistæ tenderentur. Ouid Fast. 4. —procul hinc discedite quis est Cura bonæ mentis. ¶ Cui apud præcos etiam fuit genitiuus, Plaut. Bacchid. Is Helenam abduxit, cui causa nunc facio obsidium Iliu. Idem Rudent. — cui ad aures Vox mihi aduolauit? Vnde Quisquis, Cuicui. Cic. pro Sext. Rosc. Vereor enim cuicumodi es Rosci, ne ita hunc videar seruare vt tibi omnino non pepercerim. Idem ad Att. lib. 3. Tuq; ad me velim omnia quàm diligentis simè, cuicumodi sunt, scribas. Et in extremo lib. 5. Tusc. Equidem me etiam conscripturnm arbitror, vbi enim melius vti possimus hoc, cuicumodi est, otio. Idem Tusc. 5. Superest enim nobis hoc, cuicumodi est, otium: pro cuiusmodi est. Vide Priscian. lib. 13. ¶ Datiuus Quis, parum videtur vsitatus, cum interrogatiuè aut infinitè accipitur. ¶ Distulimus in hunc locum prouocabulum Quis vel Qui, propterea quod à quibusdam inter nomina, ab alijs vero inter pronomina numeretur. Pronomen quidem esse infinitum affirmant Probus, Diomedes, Donatus, Seruius, & ceteri veteres grammatici. Varro prouocabulum, vt pauld ante diximus, & infinitum articulum appellauit. Probus non solum Quis vel Qui, sed etiam Quantus, Tantus, Qualis, Talis, pronomina infinitæ qualitatæ nominat: his addit Diomedes. Cuius, Quotus, Totus: Donatus in posteriore libello de Octo partibus, adiungit Cuius, cuius, cuium, Quot, Tot. Priscianus tamen, qui etate Iustiniani Cæsaris scripsit, ait lib. 2. Veteres grammaticos Grecos fuisse deceptos, qui hæc putauerint esse pronomina, corũq; er-

tores Latino: fuisse secutos: se vero Appollonij, & Herodiani, qui veterum errata correxerint, sententiæ accedere. Idem lib. 13. Longa disputatione idem nititur confirmare, cuius disputationis hæc ferè est summa, Pronomina pronominiibus proprijs dumtaxat poni, vt Cicero scribit, idem recitat: at Quis, non esse pronomem, cum accipiatur, tum pro proprio, tum pro appellatiuo, vt Quis fecit? Virgilius, vel poeta. Cuius argumentum quantum sit, non difficile est intelligere. Cur enim non dicam, Orator orationes scribit, idem eas recitat? Idem pro Oratore accipitur, & Eas, pro Orationibus, quæ nomina sunt appellatiua. Cic. 1. de Off. Itaq; viros fortes, eosdem bonos esse volumus. Idem ad Att. 2. Venit mihi obuiam puer tuus, is mihi literas abs te reddidit. Sed hæc apertiora sunt, quàm vt confirmatione egeant. Quare pronomina pro proprijs & appellatiuis accipiuntur, sed frequentius pro proprijs: quæ de causa à Varrone pronomina vocatur, quod nimirum pro nominibus, hoc est, proprijs sæpius ponatur: Quis vero, prouocabulum, quod frequentius pro vocabulis hoc est appellatiuis accipiatur. Vide quæ Paulo ante de hac re scripsimus. Donatus declinat Quis vel qui, quæ vel qua, & plurali numero genere neutro, quæ vel quæ: item accusatiuo quæ vel qua. Femin. in a vsus est Liu. bel. Mac. 9. Ne qua pecunia communis esset. Cic. Tusc. 5. Etiam si qua pars abesset. Potius Diomedem sumus secuti, qui merito, Qua, prætermisit, cum nisi in compositis nonnullis rarissimè reperiatur.

¶ Composita ex prouocabulo Quis, cum præcedit.

**Q**uisnam, quænam, quodnam vel quidnam, cuiusnam, cuiquam. Quispiam, quæpiam, quoppiam, vel, quippiam, cuiuspiam, cuiquam. Quisquam, quæquam, quodquæ vel quidquam, cuiusquæ, cuiquam. Quisque, quæque, quodque vel quidque, cuiusque, cuique. Quisquis, quidquid, cuiuscuius, cuicui, quemquem, quidquid, à quoquo.

Pl. Quiquid, quorūquorū, quibusquibus, quosquos, à quibusquibus.

¶ Composita ex Quis, cum sequitur.

**A**liquis, aliqua, aliquod vel aliquid, alicuius, alicui. (cui.) Ecquis vel ecqui, ecqua vel ecquæ, ecquod vel ecquid, eccuius, ecnumquis nūquæ vel nūqua, nūquod vel nūquid, nūcuius, nūcui. Nequis vel nequi, nequa vel nequæ, nequod vel nequid, necuius, necui.

**S**iquis vel siqui, siqua vel siquæ, siquod vel siquid, sicuius, sicui.

¶ Composita ex prouocabulo Qui.

**Q**uicumque, quæcumq; quodcumq; cuiuscumque, cuicumque. Quidam, quædam, quoddam vel quiddam, cuiusdam, cuidam. Quilibet, quælibet, quodlibet vel quidlibet, cuiuslibet, cuilibet. Quisuis, quæuis, quoduis vel quiduis, cuiusuis, cuiuis.

¶ *Quidam ex supradictis rursus componuntur.* (vnicuiq;

**V** Nulquisq; vnaquaq; vnūquodq; vel vnūquidq; vniuscuiusq;  
Ecquūnam, ecquānam, ecquodnam vel ecquidnam.

**S** Ergus in posteriorem libellum Donati de Octo partibus orationis declinat  
¶ *Quisquis hoc modo, quem Laurentius lib. 3. c. 16. affert, Quisquis, quid-*  
quid, cuiuscuius, cui cui, quemquem, quidquid, a quoquo. Quiqui, quorumquo-  
rum, quibusquibus, quosquos, a quibusquibus. Verisimile est omnes casus fuisse  
in vsu: sed cum infinita propè volumina antiquorum interierint, mirum non  
est, si aliqui eorum nunc desiderentur. Ponam igitur nonnullos, quorum non  
ita facilis est inuentio. Plaut. Milit. — *quaque aspexerit Mulier &c.* 10  
Terent. Hecyr. *Quin spolies, mutes, laceres, quemquem nacta sis.* Sic  
Plaut. aliquoties. *Ablatiuus, Quaque, rarus est.* Tacit. lib. 5. *Perinde in foro, in*  
*conuuiuo, quaque de re locuti incusabantur, vt, &c.* Scauola lib. Pandect. 32.  
*Vt subpœna centum promittant, eam agri plagam, partemue ad Seiam, pos-*  
*teriore sue eius non peruenturum quaque ratione.* At verd, *Quoquo, vsitatif-* 19  
*simus est.* Cic. ad Q. fr. lib. 1. *Tu quoquo modo, quoniam Ephesi est, hominem*  
*inuestiges velim.* Idem pro Rabir. perd. reo. *Quoquo consilio fecit, fecit certè*  
*suo.* Idem *Quiqui numero plurali vsus est: ad Att. 16. Veteranos, quiqui Casti-*  
*lini, & Calatis sunt, perduxit ad suam sententiam.* Plaut. Menæch. *Veni-*  
*bunt, quiqui lucebunt, presenti pœunia.* Idem in Ajinar. *Quiqui pro Quisquis* 20  
*vsurpant.* *Quiqui obuiam huic hic occesserit irato, rapulabit.* Idem Aul. —  
*neq; partem sibi ab eo, quiqui est, inde poses, neq; surè excipies?* Idem in Ajn.  
*Cætera, quaque volumus vii. græca mercamur fide.* Hæc duo proxima loca sic  
prorsus in libris emendatoribus habentur. Idè ipse *Quidquid pro Quodcumq;*  
*seu Quodquod in: sitato, posuit in Menæch. Quisquis es, qui quid tibi nomen* 25  
*est senex.* Sic rursus idem in Pseudol. Liu. dec. 5. lib. 1. *Nam & ne stirpem do-*  
*ni relinquerent, liberos suos quibus quibus Romanis in eam conditionem, vt*  
*manu mitterentur, mancipio dabant.* ¶ *Qui sputas omisimus propterea*  
*quod non sit vsitatum.* ¶ *Quidcumq;* non videtur esse in vsu, maxime cū,  
*Quodcumq;*, etiam substantiuè ponatur. Colam. lib. . . c. 5. *Quodcumq;* rubigi-  
*nis, aut spurcitiis resedit, &c.* idq; alijs quibusdam vsu cœnit, nimirum  
*Quoddam, Quodq;*, *Siquid, Quod, Aliquod*, Lucr. lib. 2. *Immutabile enim*  
*quoddam superare, necesse est.* Cic. 1. de Inuent. *Aperta narratio poterit esse,*  
*si vt quodq; primū gestū crit, ita primum ponetur Varr. de Re rust. lib. 1. c. 12*  
*Potius in sublimi loco edifices, qui quod perflatur, siquod est, quod aduersariū* 30  
*inferatur, facilius discutitur.* Plin. Ruf. lib. 9. *Omnes qui magnū aliquod, me-*  
*morandumq;*, fecerunt, &c. Horū simplex, *Quod, multo est vsitatus.* Cic. 1. Off.  
*Quibus vitis declinatis, quod in rebus honestis, & cogitatione dignis operæ cu-* 35  
*racq;*, ponetur, id iure laudabitur. Idem Att. 8. *Respondit, se, quod in numis ha-*  
*beret, nescire quod loci esset.* Liu. ab Vrb. 10. *Ad quadraginta millia militum,*  
quod

*quod roboris in Samnio erat, conuenerunt.* Idem bel. Mac. 7. *Quod floris, quod*  
*roboris in iuuentute fuerat, amiserant.* Pomp. Mel. lib. 1. c. 1. *Quod terrarū ia-*  
*cet à Freto ad ea flumina &c.* Plin. paneg. *Tristius aliquod seculo tuo passis si-*  
*ficit, vt scias.* Cels. lib. 3. c. 18. *Rotundo aliquo super poplitem impo-*  
*sit, vt autem istæc pro substantiuis, ita Quid, & Quidquā pro adiectiuis Quod,*  
*Quodquam vsurpantur, nimirum a Plauto, Menæch. Quid erat nomen no-*  
*stre matris? Idem Pseud. Sed quid nomen esse dicam ego isti seruo? Sic idem*  
*sæpe aliàs eloquitur. Idem Merc. Egon' ausim tibi vsquam quidquam facinus*  
*fulsum proloqui? Idem Menæch. Numquam quidquam facinus feci peius, neq;*  
*scelestius, quam hodie. Cum pronocabulū Quis sequitur, foemina singulari nu-* 10  
*meri, & neutra multitudinis pro &, diphthongo ferè A, admittunt: vt Siquis,*  
*siqua, siquod: Plur. siqui, sique, siqua. Liu. bel. Mac. 4. Ne qua mulier plus semis*  
*cia auri haberet, neu vestimento versicolori uteretur. Ibid. lib. 9. Neue nauigā-*  
*to citra Calydnium, neue Sarpedonium promontoria, extra quam siqua nauis* 15  
*pecuniam, stipendiam: aut legatos, aut obsides portabit.* Cicero frequenter *Ec-*  
*que pro Ecqua, num. singulari, vitur. Ad Att. 7. Quod quæris, ecque spes pa-*  
*cificationis sit, &c.* Idem pro Sest. *Ecque seditio vnquam fuit, in qua non ille*  
*princeps: ecque turbulenta concio, cuius ille non concitator? Sic Verr. 4. & ali-*  
*bi. Plaut. Bacchid. Ibo in Piræum, visam ecque aduenerit. In portum ex-* 20  
*Ephesonauis mercatoria. Sic Virg. Æn. 3. ¶ Huius interim vestigia sequun-*  
*tur Neque, & Sique, Cic. Att. 12. De Cælio vide, quæso, neque lacuna sit in*  
*auro. Ad eund. 4. Sique vis esset facta. Porro hæc tria mascul. genere, I, litera*  
*aliquando finiuntur, sicut eorum simplex Qui, de quo paulò ante. Cic. Verr. 6,*  
*Ecqui pudor est: ecque religio Verres: ecqui metus? Idem in Pis. Vereor nequē* 25  
*sit, qui istius insignem nequitiam frontis inuolutam integumentis nondum*  
*cernat. Idem pro Cluent. Itaq; ei legat grandem pecuniam à filio, siqui natus*  
*esset. Idem Philip. 2. Qualis [dux] siqui nunc esset, tibi idem, quod illis accidit,*  
*contigisset. Sic idem sepius. Horat. Serm. 1. sat. 6. Vt siqui egrotet quo morbo*  
*Barras haberi, &c. Multo deniq; rarissima sunt Quinam & Quiq;*, pro Quis- 30  
*nam Quisq;*, Sil. lib. 10. — *quinam ille sinistre pugnet morti iuuenis.*  
*Liu. ab Vrb. 9. Vt quæreere libeat quinam euentus Rom. rebus, sicut Alexandro*  
*foret bellatum, futurus fuerit. Idem bel. Pun. 4. Nam vt quiq; hostem impi-*  
*grè occiderat, capita inter turbā tumultūq; abscindendo tēpus terebat. ¶ Neu-*  
*tra multitudinis in, &, diphthongū interim terminatur. Idem ad Cass. lib. 15.* 35  
*Sed sique sunt onera tuorū, si tanta sunt, vt ea sustinere possis &c.* Plin. lib. 16.  
*c. 33. Imbres aliq; plerūq; semina afferūt, &c.* Sic prorsus habent libri cor-  
*rectissimi. ¶ Quis, Quina, Aliqui, Nūqui, similesq; ablatiu admodū rari sūt.*  
*Terēt. Adelph. Abs quinis homine &c. Plau. Ajn. — neq; cū quiquā alio qui-*  
*dē. Sic ibidē bis. Idē in Pers. Nec satis à quiquā homine accepi. Idē Epid. Ali-*  
*cūde, ab aliqui aliqua tibi spes est. Idē Most. Hoc ob perbū te donabo hodie aliq;*  
idē

ideſt aliqua re. Idem Rud. Numquam minus haſce oportet eſſe liberas? ¶ Si-  
 militer ablatini multitudinis Quiſcumqꝫ, Quiſuis. Valer. Fl. lib. 5. Hic ſibi me  
 aurato pecudis quiſcumqꝫ periculis Exuias perferre iubet. Lucr. lib. 4. Pre-  
 ſto ſint ſimulacra locis in quiſqꝫ parata. Cato de Re ruſt. c. 17. Quiſuis anni  
 tēporibus legere poſſis: itē quiſuis anni tēporibus matura eſt, & tempeſtiua. §  
 ¶ Ablatiuum Quouiſcumqꝫ, uſurpauit Mart. lib. 14. Quouiſcumqꝫ loco, &c.  
 Lucret. lib. 3. Cuiuiſcumqꝫ dixit, Nec repētis itū cuiuiſcumqꝫ animātis.  
 Itē accuſandi caſus eſt, ab Itus, uſ[qua uoce & Cic eſt uſus. 15. ad Att.] lib.  
 uerō 5. Vnūquidquid, Sic vnūquidquid paulatim protrahit etas In medium.  
 ¶ Ecquiſnam, ecquenam, ecquodnam & ecquidnam apud Cic. ſapius legun- 10  
 tur. In Vatin. Ecquid audieris, ecquiſnam tili dixerit, C. Caſarem nuper  
 Aquileto &c. Idem ad Q. fr. lib. 1. Perſpicis proſecto, ecquenam nobis ſalutis  
 ſpes relinquatur. Idem Philip. 10. Ecquodnam principium putabis libertatis  
 capeſſendae. Idem in Top. Ecquidnam honeſtum ſit, ecquid equum: re uera, an  
 haec tantum in opinione ſint. Idem in Vatin. Ecquofnam alios poſſet nomina- 15  
 re. Lucr. lib. 5. Ecquanam fuerit mundi genitalis origo. Poſtremo Quaequam  
 terminationem femin. generis numeri ſingul. Donatus in illum locum Te-  
 rent. Eun. — illarum neque Quiſquam te nouit, neque ſcit qui ſies;  
 Quiſquam, inquit, quia quaequam dicere, abſurdum eſt. ¶ Numquis in ſo-  
 cieatē compoſitorum à Quis, non minus quam Siquis, Quiſnam, Nequis, 20  
 adſciſcendum putauimus. Nec uero te moueat, quod multis in libris ſepara-  
 tum Quis à Num ſepe numero offendas: cum id proximis etiam tribus eueni-  
 re ſoleat, ſecurumqꝫ ab ea cura & religione te Numquiſnam, & Numquid-  
 nam poſſe reddere uideatur. Cum uero relatiuum eſt, neceſſario diſiungitur, ut  
 Num quem optimis diſciplinis laborioſe inſtitui, eum perditis adoleſcentibus 25  
 conuiuere patiar? Nūc ex multis, quae congeſſeram, pauca uerū exēpla ſubiū-  
 gam. Ter. Eun. Numquis hic eſt? nemo eſt. numquishinc me ſequitur? Cic. pro  
 Flac. Numquis eſt igitur, qui dicat &c. Idē de Nat. deo. 1. Numquid tale Epi-  
 cure uidiſti? Auctor ad Her. lib. 2. Videndū eſt primum, numque abrogatio, aut  
 derogatio ſit. Plau. Capt. Numqua cauſa eſt. quin, ſi ille huc nō redeat, uiginti 30  
 Minas mihi des pro illo? Quidā per. c. diſphtōgū hic legit: ſed libri correſtio-  
 nes, ut citauimus, ita prorsus habēt. Cic. de Ora. 1. Quid in Numa Pōpilio? &c.  
 numquod eloquentiae uſtigū apparet? Idem pro Syl. Numquod lateat facinus,  
 numque crudelitas, numque audacia. Idē pro Flac. Numquid harū rerū à me  
 fingitur? Idē Verr. 4. Numcui dubiū eſſe poterit, quin &c. Liu. ab Vrb. 7. Muſ-  
 ſantesqꝫ, inter ſe rogabant, numquem plebeij conſulis pæniteret. Plaut Me- 31  
 necch. Numquem mulier alium hominem, non me forte queritas? Idem Rud.  
 Numquī minus haſce oportet eſſe liberas? Numquī dixit caſu ablatiuo. Idem  
 Bacch. — numquī numi exciderunt, here, tibi quod ſic terram obtueret?  
 Hirc. de bel. Afr. Ut perſpiceremus, numqua ſoſſe eſſent facte. Cic. Verr. 5.  
 Numque

Numque in toto imperio pecunia cellae nomine coacta sunt? Ibidem. Quoretis  
 numquas ex hisce rebus pecunias ceperit. Horat. Ser. 1. Saty. 3. — deniqꝫ, to  
 ipſum Concutte, numqua tibi uitiorum inſeuerit olim Natura, aut con-  
 ſuetudo mala. ¶ Numquiſnam rarius eſt, maxime genere maſcul. Plaut.  
 Milit. Numquiſnam hinc prope adest, qui alia potius curet, quam ſua? Cic.  
 pro Seſt. Roſc. Numquiſnam praeterea? complures libri, Numquiſquam, ha- 5  
 bent. Numquidnam crebrius uſurpatur. Trent. Eun. Numquidnam hic quod  
 nolis uides? P. te. G. credo at numquid aliud? Idem And. Operiar, ut fa-  
 ciam, numquidnam haec turba triſtitia adferat. Cic. in Part. Numquid-  
 nam de Oratore ipſo reſtat? Idem de Nat. 1. Solis numquidnam, aut Luna,  
 aut quinqꝫ errantium ſiderum ſimile uidiſti? ¶ Qua ratione Vnuſquiſque  
 ab aliis, eadem Vnuſquiſuis conſtatū eſt à Lucret. lib. 4.

## De uerborum coniugatione.

Nomina declinare & uerba in primis pueri ſciant: neque enim aliter  
 peruenire ad intellectum ſequentium poſſunt. Haec Fabius lib. 1. cap.  
 4. De nominum declinatione haecenus dictum eſt: de uerborum antequam  
 dico, oratos etiam atque etiam eos uelim, qui hoc declinationis commentario-  
 lum chartas euoluendi magis, ut ſepe ſit, quam legendi animo, in manus ſumi-  
 pturi ſunt: ne me longiorem putent, atque de re trita, & uulgata pluribus  
 uerbis egiſſe, quam res ipſa poſtularēt. Nam ſi ſecum ipſi reputent, quam  
 multa, quam uaria, quam noua, & inaudita opinioes quotidie exoriantur,  
 non, ut opinor, nobis uitio uertant, ſi in ueterum, grauiffimorumqꝫ auctorum  
 ſententiis non ſolum numerandis, ſed etiam pro noſtra tenui parte exponen- 25  
 dis aliquantulum fuerimus immorati. Etenim ſi res, ut iam coepit ire, longius  
 proceſſerit, breui futurum eſt, ut uerba ipſa penitus extinguantur. Quid enim  
 aliud ſuper eſt, Modis omnibus, contra Varronis, Fabij, omniumqꝫ ueterum ſen-  
 tentiam, funditus ſublatis? Iam uerō, ſi non modo ueterum ac nobilium gram-  
 maticorum, uerum etiam iuriſconſultorum de temporum ſignificatione con- 30  
 trouerſias cum animis ſuis iſdem cogitent, in bonam, ut ſpero, partem noſtrae  
 hanc cunctationem accipient. Quid? Q. Scruola, Brutus, Manilius dum accu-  
 ratiffime diſputant, ſit ne uerbum Surreptum erit, ad ante, an poſt facta re-  
 ferendum, praeteritum ne, an futurum tempus adſignificet, otioſi exſtimandi  
 ſunt? P. Nigidius Ciceronis aequalis: ciuitatis Romano doctiſſimus, ut Gell. lib.  
 17. cap. 7. teſtatur, dum in eodem modo explicando, quarto & uigeſimo Com-  
 mentariorum grammaticorum ſeſe torquet, nonne apertiffime nos docet uer-  
 borum naturam non leuiter attingendam, ſed penitus ac radicibus excutien-  
 dam? Praeterea queſtionem illam in Saturnalitiis conuiuiis poſitam, qua cog-  
 nita & perſpecta multi nodi ſoluuntur: uerba Scripſerim, Venerim, Legerim,  
 P. ſint

sint ne prateriti, an futuri, an vtriusque temporis. Mitto alia eiusdem generis, quæ ne longus sim, non inuitus præmittito. Ij verò qui non solo chartarum numero contenti erunt, mihi in primis exorandi sunt, vt si quid in ipso statim ingressa offenderint, quod à recentiorum placitis alienum videatur, tantisper assensionem suslineant, dum quæ in primam verborum declinationem scripsimus, diligenter perlegant. Inscripteram hoc commentariolum, De verborum declinatione: solet enim Varro & Fabius etiam, cum de verbis est sermo, tum declinationis nomine, tum declinandi verbo vti: ne tamen grammaticis fastidium mouerem, malui inscriptionem perdere.

## De verbi substantiui declinatione.

**C**VM præteritum perfectum, & vterius in Patiendi verbis necessarium ex Substantiuo verbo supplenda sint: prudenter mihi videntur fecisse, qui ipsum in quatuor coniugationum tanquam vestibulo collocarunt: quorum mensententia haud pœnitet esse, etiam si aliud veteribus placuisse minimè ignorè. Ad cuius tamen declinationem priusquam aggredior; pauca de Lusitana interpretatione videntur dicenda: non quòd existimem posse me bene loquendi præcepta Lusitanis tradere: sed vt admoncam Latinæ linguæ rudes, ne dum alienum peregrinumq; sermonem assequi student, natiuum atque domesticum amittant: id quod sæpe audiui viros doctos, nec Lusitanæ linguæ imperitos, conquerentes. Huius, nisi fallor, detrimenti culpam sustinent, qui primùm è Bætico in Lusitanum verborum declinationes conuerterunt: siquidem eas totidem ferè verbis interpretati, vtramq; linguam permistam, atque confusam ediscendam pueris proposuerunt: ad cuius regulam dum præceptores (quid enim aliud agant?) themata in Latinum conuertenda dictare compelluntur, auctores enarrare, atq; ex eisdem locutiones depromere, fit, vt tyrones, antequam Latinam linguam degustare incipiant, Lusitanam amittant. Cuius generis vt propius ad rem accedamus, sunt circuitiones ille, Eu auia sido, Auerci sido, Oxalá eu aja sido, Oxalá eu ouuera, & Ouuesse sido, Como eu aja sido, Como eu ouuera, & Ouuesse sido, Auerc sido. Mitto alias, quibus verba quatuor coniugationum suppleuntur. Videsne hic voces partim Beticas, partim Lusitanas? Sido, verbum quidem est elegans, & bene Beticum, sed Lusitanis (excipio semper eos, qui iam inde à pueris hanc loquendi sarraginem in scholis haustam mordicè retinent) nouum & inauditum. Ey, Ouue, Ouuera, Auerci, Aja, Ouuesse, Auerc, voces sunt planè Lusitanæ, quas tamen si cum participiis coniungas, nemo, qui modo Germanus sit Lusitanus, te audiet: verbi causa, Ey estado em Roma, Ido a Roma, Andado por Roma, Tornado de Roma: Ey escrito em Roma muitas cartas: Ey visto muitas cidades, à Lusitanæ linguæ proprietate

ac stylo alienissima sunt, quæ tamen ratio loquendi apud Beticos elegantissima est, neque mirum: illud enim ferè omnibus linguis vsu venit, vt multa quæ in aliis eleganter, & ornate dicuntur, barbarè ac rusticè in aliis dicantur, si totidem verbis trãferantur. Quid ergo inquiet aliquis, agendum? Facile est remedium: pro vocibus Ey, ouue, ouuera, auercy, aja, ouuesse, auerc, aut útere verbis, vnde fiunt participia, quæ cum eis iunguntur, aut in earum locum, substitue has: Tenho, tiue, tiuera, terei, tinha, tiuesse, ter: exempli gratia, Ey estado, ido, andado, tornado, escrito, visto, non dicuntur bene Lusitanè: útere verbis participiorum sic, Estiue em Roma, fui a Roma, andei por Roma, tornei de Roma, escreui muitas cartas, yi muitas cidades. Aut útere participiis cum verbis Tenho, tiue, tiuera, &c. sic, Tenho ido muitas vezes a Roma, Tenho uos escrito muitas cartas, visto muitas cidades. Sed hic etiam labèris, nisi eum, qui omnium magistrorum præcepta superat (vsu dico) diligenter confulas. Non enim aut cum omnibus participiis, aut semper licet verba Tenho, tiue, &c. copulare. Ceterùm si in alterutro peccandum sit, malim hoc, quam illud cum participiis coniungere: illud enim numquam locum habet, hoc frequentissimè. Sed de his satis. Aliquando enim ad verbi ipsius declinationem accedamus.

### ¶ SVM verbum substantiuum, modi Indicatiui, sic declinabitur.

#### ¶ Modi indicatiui tempus præsens.

SVM, ES, EST.	Eu sou: ou Estou.	Pl. Sumus,	Nos somos: ou Estamos.
	Tu es: ou Estás.	Estis,	Vos sois: ou Estais.
	Elle he: ou Está.	Sunt,	Elles são: ou Estão.

#### Præteritum imperfectum.

¶ Eram,	Eu era: ou Estaua.	Pl. Erâmus,	Nos éramos: ou Estauamos.
Eras,	Tu eras: ou Estauas.	Erâtis,	Vos ereis: ou Estaueis.
Erat.	Elle era: ou Estaua.	Erant,	Elles erão: ou Estauão.

#### Præteritum perfectum.

Fui,	Eu fui: ou Estiue.	Pl. Fúimus,	Nos fomos: ou Estiuemos.
Fuisti,	Tu foste: ou Estiueste.	Fuistis,	Vos fostes: ou Estiuestes.
Fuit,	Elle foi: ou Estiue.	Fuêrût vel Êre,	Elles forão: ou Estiuerão.

#### Præteritum plusquamperfectum.

¶ Fueram,	Eu fora: ou Estiuera.	Pl. Fuerâmus,	Nos fóramos: ou Estiueramôs.
Fueras,	Tu foras: ou Estiueras.	Fuerâtis,	Vos foreis: ou Estiuereis.
Fuerat,	Elle fora: ou Estiuera.	Fuerant.	Elles forão: ou Estiuerão.

**A**suescant iam nunc pueri aliquid Latinè dicere, ne verbum ipsum sine fructu memorie mandasse videantur: ita enim ad cetera ediscenda ala-

criores erūt. Nihil est virtute pulchrius. Nihil enīquā fuit virtute amabilius.  
 ¶ Non adiecimus interpretationi Lusitanæ aduerbium, *Ja*, ne quis exstimet voces, quibus præponitur, semper huc spectare; sæpe enim ad potentialem modum pertinent, ut *Ja* vos escrucera, *Ja* vos tiuera escrito, se tiuera portador.

¶ Futurum.

¶ Ero, *Eu* serci: ou Estarei. Pl. Erimus, Nos seremos: ou Estaremos.  
 ¶ Eris, *Tu* seras: ou Estarás. Eritis, Vos seréis: ou Estareis.  
 ¶ Erit, *Elle* será: ou Estará. Erunt, Elles serão: ou Estarão.

Futurum perfectum, siue exactum.

¶ Fuero, *Ja* eu então serci: ou Estarei. Fueris, *Ja* tu então seras: ou Estaras. Fuerit, *Ja* elle então será: ou Estará. Plur. Fu-  
 erimus, *Ja* nos então seremos: ou Estaremos. Fueritis, *Ja* vos então seréis: ou Estareis. Fuerint, *Ja* elles então serão, ou Estarão.

¶ Hoc futurum eandem quoque significationē habet, ac primum. Fuero, *Eu* serci, ou Estarei. Vide in 3. schol. i. coniugationis exempla.

¶ Imperatiui modi tempus præsens,

¶ Es, vel Esto, *Se* tu: ou Está. Sit, *Seja* elle: ou Esteja.  
 Plur. Simus, *Sejamos* nos: ou Estejamos. Estc, vel Estote, *Sede* vos, ou Estai. Sint, *Sejão* elles: ou Estejão.

¶ Futurum siue Modus Mandatiuus.

¶ Esto tu vel Eris, *Seras* tu: ou Estarás. ¶ Ecquid hæc Imperatiui  
 Esto ille vel Erit, *Será* elle: ou Estará. species noua tibi videtur?  
 Pl. Estote vel Eritis, *Sereis* vos: ou Estareis. Lege que in primam ver-  
 Sunt vel Erunt, *Serão* elles: ou Estarão. borum declinationem scri-  
 psimus: nam spero fore, vt

planissime intelligas, nihil contra aut veterum grammaticorum sententiam, aut usum & consuetudinem auctorum à nobis esse factum.

¶ Modus Optatiuus.

¶ Vid attinet toties ad primæ coniugationis scholia te reijcere? Nisi etiã  
 Quintilianum hanc Optatiui dispositionem probasse cognoueris, om-  
 nium in me culpam transferto. Ne mireris easdem voces Lusitanas variis  
 temporibus subseruire: quod etiam apud Latinos interdum reperies: cuius  
 rei causa est ipsa optandi affectio, que sæpenumero ita perplexa est, vt vix  
 discernas ad quodnam potissimum tempus spectet. Præteriti perfecti hæc &  
 familia esse poterunt, Audio tres milites tantum fuisse desideratos: vtinam nõ  
 fuerint multo plures, Queira Deos que não fosses muitos mais. Pa-  
 ter tuus melius valebat proximis diebus: vtinam fuerit planè confirmatus.  
 Queira Deos que seja saõ deo doo. Verbum *Seja*, beneficio aduerbij *Ja*,  
 ad præteritum relatum est.

¶ Optatiui modi tempus præsens, & imperfectum.

Vtinam

¶ Vtinam essem, *Oxala* fora eu, ou Fosse: Estiuera, ou Estiuessẽ.  
 Eesses, Foras tu, ou Fosses: Estiueras, ou Estiuesses.  
 Eesset: Fora elle, ou Fosse: Estiuera, ou Estiuessẽ.

Plur. Vtinam essemus, *Oxala* foramos nos, ou Fossemos: Estiueramos,  
 ou Estiuessemos.

Eessetis, Foreis vos, ou Fosses: Estiuereis, ou Estiuessẽis.  
 Eessent. Forão elles, ou Fosses: Estiueraõ, ou Estiuessẽem.

¶ Præteritum perfectum.

¶ Vtinam fuerim, *Queira* Deos que fosse eu: ou Estiuessẽ.

Fueris, *Que* fosses tu: ou Estiuesses.

Fuerit. *Que* fosse elle: ou Estiuessẽ.

Plur. Vtinã fuerimus, *Queira* Deos que fossemos nos: ou Estiuessẽemos.

Fueritis, *Que* fosses vos: ou Estiuessẽis.

Fuerint. *Que* fosses elles: ou Estiuessẽem.

¶ Præteritum plusquamperfectum.

¶ Vtinam fuisset, *Prouera* a Deos que fora eu: ou Estiuera.

Fuisses, *Que* foras tu: ou Estiueras.

Fuisset. *Que* fora elle: ou Estiuera.

Pl. Vtinam fuissetem, *Prouera* a Deos que foramos nos: ou Estiuera-

Fuissetis, *Que* foreis vos: ou Estiuereis.

Fuissent. *Que* forão elles: ou Estiueraõ.

Fut. Vtinam sim, *Praza* a Deos que seja eu: ou Esteja.

Sis, *Que* sejas tu: ou Estejas.

Sit. *Que* seja elle: ou Esteja.

Pl. Vtinam simus, *Praza* a Deos que sejamos nos: ou Estejamos.

Sitis. *Que* sejas vos: ou Estejais.

Sint. *Que* sejão elles: ou Estejão.

## De modo Coniunctiuo.

¶ Coniunctiuus modus dumtaxat apud Latinos quinq; temporibus, totidẽ  
 vocibus distinctis constat. Greci enim Præsenti & Imperfecto vocem  
 vnã tantum, Perfecto itidem vnã, & Plusquamperfecto tribuunt. Hæ-  
 brei, Chaldaei, Syri cum Subiunctiuo careant, eum ex Indicatio adhibitis  
 certis particulis, vel ex Infinito præfixis certis literis, seu præpositionibus,  
 suppleunt: quos etiam Arabes imitati sunt. Lusitani, excepto Præsenti, &  
 Imperfecto cetera tempora serè aliunde mutuuntur. Præs. *Seja*, sejas, seja:  
 Pl. *Sejamos*, sejas, sejão: Imperf. *Fora*, ou Fosse, Fosses, Fosse. Pl.  
*Foramos*, ou Fossemos, fosses, fossẽem. In hæc voces, exempli causa,  
 conuertunt Præsens, & Imperfectum verbi Substantiu accedentibus parti-  
 culis, *Vt*, *Ne*, & nonnullis aliis: interdum etiã Aduersatiuis coniunctionibus,

cuius modi sunt *Quamuis, Licet, Quamuis sim, Posto que seja: Quamuis essem, Ainda que fosse. Quod si particula, Cum, antecedit non solum Præteritum perfectum, & plusquamperfectum, sed etiam Præsens & Imperfectum necessariò ex Indicatio, aut Participiis ei supplenda sunt, qui Lusitanè velit loqui. Dicit fortasse aliquis, Deuisses potiùs particulis, Vt, Ne, Quamuis, vel aliam huius generis Coniunctiuo præponere, vt saltem Præsens & Imperfecti proprias voces pueri ediscerent. Sæpe id quidem tentauit: sed parùm processit conatus. Sunt enim nonnulla tempora, cum quibus aut nullo modo, aut durissimè eadem particula coniunguntur: quod forsitan animaduertentes veteres Grammatici, C V M, cæteris anteposuerunt. Hanc enim Diomedes, hanc Donatus Subiunctiuo præfixit: hanc nos, quando aliter fieri non potest, eidem præposuimus. Ne quis autem eorum, qui veteri interpretatione imbuti fuerant, nos in Lusitanam linguam nouas & inusitatas locutiones induxisse conqueratur, teste locupletissimo, hoc est vsu ipsò quotidiani sermonis, non aliter Lusitanos ipsos loqui, planum faciemus. Qua de re cogor copiosius agere, quòd sciam multos primo aspectu interpretationis nouitate percussum iri: deinde, vbi rem diligentius expenderit, nobiscum esse facturos speramus.*

¶ Cum sis vir bonus neminem existimas esse improbum: Como fois bom, pareceuos que ninguem he mau. ¶ Cum sis fur, omnes tui similes esse suspicaris: Como es ladrão, sospeitas que todos o saõ. ¶ Cum esses fur, omnes tui similes esse suspicabaris: Como eras ladrão, sospeitauas que todos o erão. ¶ Cum essem innocens, neminem profus timebam: Como eu era innocête, de ninguem me temia. ¶ Cum eo tempore essem puer, non magni faciebam tua consilia: Como então era moço, não fazia muito caso de vossos côselhos. Quod si quis hæc Lusitanè sic reddat, Como sejas bom, pareceuos que ninguem he mau: Como sejas ladrão, sospeitais que todos o saõ: Como fosse innocente, de ninguem me temia: Como então fosse moço, não fazia muito caso de vossos conselhos: ab his, qui Lusitanè sciunt, planè irridebitur.

¶ Nunc Perfecti & Plusquamperfecti exempla subiiciam: Cum semper fueris auarus, neminem non existimas eodè morbo laborare: Como sempre fostes auarento, pareceuos que todos saõ doentes da mesma doença. Cum diu fueris agrotus, non miror te adhuc imbecilè esse: Como fostes muito tempo doête, não me espanto estardes ainda fraco. Cum antea decem prope annos miles fuisset, facillè nauigationis labores ferebam: Como dantes fora soldado perto de dez annos, sofria bem os trabalhos do mar. Vulgus his locis ferè, Como quer que, solet dicere; Como quer que dantes fora soldado, sofria bem os trabalhos do mar, quod tolerabile est. Porrò quis te audiet, si ita dicas? Como sempre auais sido auarento, parecevos, &c. Como

Como dantes ouuelle sido soldado, sofria, &c. Quid enim attinet duas linguas Beticã dico & Lusitanã, tam barbarè cõfundere ac permiscere. ¶ Idem Modus adhibita eadem particula, CVM, non minùs eleganter suppletur ex Gerundiis, aut Participiis. Non te pudet ista committere, cum sis summo loco natus? Não vos correis de fazer essas coufas, sendo tão nobre? Non te decet, maximè cum sis puer, tam liberè loqui: Não vos estã bem falar tão soltamente, principalmente sendo moço. Didici literas Græcas cum essem adhuc adolescens: Aprendi Grego sendo manucebo. Cum essem Romæ, binas ad te literas dedi: Escreuiuos duas cartas estando em Roma.

¶ Gerundio Sendo, vel Estando, non solum Præsens & Imperfectum interpretantur Lusitani, sed etiam Perfectum, & Plusquamperfectum. Nam, Sido, quod est participium præteriti temporis, ijs, qui purè & emendatè loquuntur, inauditum est: quamuis eo Beticis certis locis pereleganter vtantur. Non miror te tam lentè conualescere, cū tamdiu fueris agrotus: Não me espanto conualecerdes tão de vagar, estando tanto tempo doente: aut per verbum & participium, Pois fostes, ou Estiuestes tanto tempo doente. Incidi in grauissimum morbum, cum numquam antea fuisset agrotus: Cahi em hũa grande doêça, não sendo até então doente. Como ajaes sido doente: Como nũqua até então ouuelle sido doête: nemo vmq̃a dixit, qui lingua Lusitanæ vel mediocriter esset peritus.

¶ Sunt nonnullæ locutiones, quæ commodiùs particulis, Pois, Despois, quàm Como, aut Gerundio, in Lusitanum conuertuntur. Non miror te ista dicere, cum sis miles: Não me espanto dizerdes essas coufas, pois fois soldado. Obijt Kalendis Septembris, cum septem annos Summus Pontifex fuisset: Morreo o primeiro de Setembro, depois de ser Papa sete annos. Posterius exemplum etiam Gerundio simul & verbo explicari potest, Auendo sete annos que era Papa.

¶ Illustrauimus hunc modum tam multis exemplis, vt intelligant, qui de Lusitanæ lingue, maximè hoc loco, inopia conqueruntur, ei sepenumero non tam verba deesse, quàm qui ea velint exquirere. Habet Coniunctiuus etiam voces proprias Seja, Fosse, quibus locus est, cum eas particule, Vt, Ne, & aliæ nonnullæ præcedunt. Nunc te rogo, vt sis liberalis, olim ne esses prodigus rogabam: Agora rogote que sejas liberal: os annos passados rogauate, que não fosses prodigo. Cic. ad Att. 8. Plura scriberem, si ipse possem: Se podéra. Terent. Adelph. — si tu sis homo Hic faciat, Se fordes homem. Itaq; SIM, nulla præposita particula, potest reddi Lusitanè, Eu sou, seria, for, sendo eu. Essem, Eu era, Fora, Fosse, Sendo eu. Quo pacto pueris Lusitanis hæc duo tempora, si fieri posset, ediscenda essent, sublati inquam particulis. Nam si particulã CVM, præponas, & voces hæc omnes adiungas, non coherent, sit enim solæcismus,

mus, aut certè solacópbanes, si dicas Como eu seja, Como eu fosse. Quare in margine ponemus etiam alias particulas, vt tyrones intelligant variam esse horum temporum interpretationem. ¶ Particula Lusitana, Como, necessarid omnibus personis præponenda fuit, ne tyrones putarent esse Indicatiuum.

¶ Coniunctiui modi tempus presens.

**C**um sim, Como eu sou: ou Sendo eu. Sis, Como tu es: ou Sendo tu. Sit, Como elle he: ou Sendo elle. Pl. Cum simus, Como nos somos: ou Sendo nos. Sitis, Como vos sois: ou Sendo vos. Sint, Como elles são: ou Sendo elles.

Præteritum imperfectum.

¶ Cum essem, Como eu era: ou Sendo eu. Eesses, Como tu eras: ou Sendo tu. Eesset, Como elle era: ou Sendo elle. Pl. Cum essemus, Como nos eramos: ou Sendo nos. Eessetis, Como vos eris: ou Sendo vos. Eessent, Como elles erão: ou Sendo elles.

Præteritum perfectum.

¶ Cum fúerim, Como eu fui: ou Sendo eu. Fúeris, Como tu foste: ou Sendo tu. Fúerit, Como elle foi: ou Sendo elle. Pl. Cum fuerimus, Como nos fomos: ou Sendo nos. Fueritis, Como vos fostes: ou Sendo vos. Fúerint, Como elles forão: ou Sendo elles.

Præteritum plusquamperfectum.

¶ Cum fuisset, Como eu fora: ou Sendo eu. Fuisset, Como tu foras: ou Sendo tu. Fuisset, Como elle fora: ou Sendo elle. Pl. Cum fuissetis, Como nos foramos: ou Sendo nos. Fuissetis, Como vos foreis: ou Sendo vos. Fuissent, Como elles forão: ou Sendo elles.

**H**ic interdum, maxime præpositis particulis Si, Nisi, vtimur voce Lusitana Fosse, & similibus, vt Minatus est mihi mortem, nisi Kal. Ianuarij fuisset Roma, Se não estiuesset: ou Se não me achasse em Roma. Iurauit, si ille pecuniam non soluisset, ad diem se soluturum, Se elle não pagasse.

Futurum.

¶ Cum fuero, Como eu for: ou Estiuero. Fúeris, Como tu fores: ou Estiueres. Fúerit, Como elle for: ou Estiuero. Pl. Cum fuerimus, Como nos foremos: ou Estiueremos. Fuéritis, Como vos fordes: ou Estiuerdes. Fúerint, Como elles forem: ou estiuerem.

Coniunctiui proprie voces Lusitanæ.

Præs. Quamuis sim, Posto que eu seja. Sis, Tu sejas. Sit, elle seja.

Pl. Quamuis simus, Posto q nos sejamos. Sitis, Vos sejaís. Sint, Elles sejaõ.

Imperf. Quamuis essem, Posto que eu fora: ou Fosse. Eesses, Tu foras: ou Fosses.

Effect, Elle fora: ou Fosse. Pl. Quamuis essemus, Posto que nos fora-

mos: ou Fossomos. Eessetis, Vos foreis: ou Fosses. Eessent, Elles forão: ou Fosse.

Perf.

Perfect. Quamuis fúerim, Posto que eu fui. Fúeris, Posto que tu foste. Fúerit, Posto que elle foi. Plur. Quamuis fuérimus, Posto que nos fomos. fuéritis, Posto que vos fostes. Fúerint, Posto que elles foram.

Plusq. perf. Quamuis fuisset, Posto que eu fora. Fuisset, Posto que tu foras. Fuisset, Posto que elle fora. Plur. Quamuis fuissetis, Posto que nos foramos. Fuissetis, Posto que vos foreis. Fuissent, Posto que elles forão.

**P**erfecti, & plusquamperfecti verbi Substantiui nullæ sunt proprie voces Lusitanæ: nec enim dicunt, Posto que eu aja sido, Posto que eu ouuera sido. Pro quibus iisdem temporibus Indicatiui modi vtuntur. Nam particula, Posto que, Ainda que, etiam Indicatiuum petunt, Posto que fui, Posto que fora.

¶ De modo Potentia, Permissiuo, siue Concessiuo.

**P**otentia, siue Concessiuus, siue Permissiuus digni quidem sunt, propter eorum singularem ornatum, & elegantiam, qui non solum, vt ceteri, pleni, ac integri perscribantur, sed etiam vt aureis literis exarentur: plus enim splendoris soli, & venustatis orationi, quam ceteri omnes afferunt. Fuerint ne cogniti veteribus grammaticis, & an eodem nomine appellati: item que eorum sit vis, atque natura, omniumq; temporum exempla suo loco inuenies. ¶ Modus Coniunctiuus, Potentia, Permissiuus, siue Concessiuus quinque habent tempora, atque easdem ferè voces: significationes tamen longè diuersas. Vnde apertissime intelligimus Modorum diuersitatem precipue ex significationis dissimilitudine proficisci: quod idè in nominum casibus videre licet. Nam quamuis nominatiuus & vocatiuus multitudinis, datiuus itidem & ablatiuus voce similes sint, diuersi tamen sunt casus: alia enim nominandi, alia vocandi, alia dandi, alia auferendi est significatio. Quare vt casus, quamuis voce simillimi, à Grammaticis tamen propter significationis dissimilitudinem distincti sunt, ita hi tres modi mihi necessarid videntur separandi.

¶ Quid attinet, dixerit quispiam, tamdiu in verborum declinationibus immorari? Non est contemnenda mora, que fructus afferat vberimos. Quoties in explicandis auctoribus hærebit Ludimagister, nisi hos modos discernat, eorumque vim, ac naturam penitus internoscat? Cuinam Modo hæc, atque alia quam plurima loca adscribet? Terent. Andr. Bonus hic vir est. S. hic vir sit bonus? Plaut. Amph. Vir ego tuus sim. Crassus in Philippū apud Quint. lib. 8. c. 3. Ego te Consullem putem, cum tu me non putes Senatorem? Quintil. lib. 1. cap. 9. Frangas citius, quam corrigas, que in prauum induruerunt. Cic. pro Rab. perd. reo. Tu deniq; Labiene quid faceres tali in re, ac tempore? Terent. Andr. Diceret, quid fecit? S. illust. in Catil. Sed confecto prælio, tum verò cerneret quanta audacia, quantaq; vis animi fuisset in exercitu Catilinæ. Virg. Aen. 9. Vnus homo, & vestris ó cines vndiq; septem Aggeribus, tantis strages impunè per vrbe

Edidit? iuuenum primos tos miserit Orco? Cic. pro Cornificio lib. 12. Plura scripsissem, nisi tui festinarent. Suet. in Vesp. c. 8. Maluissem allium oboluissem. Virg. Aen. 4. — faces in castra tulissem, Implesemque foros flammis, gnatumque, patremque Cum genere extinxem memet super ipsa dedissem. Cic. in Orat. Pomeridianas quadrigas, quam postmeridianas libentius dixerim. Plin. lib. 8. c. 48. Nec facile dixerim, qua id etate coeperit. Hec sanè Potentiali adscribenda facile iudicabit, qui eius naturam penitus perspectam, cognitamque habuerit. Quae verò subijciam, quo pacto Permissiuo, siue Concessiuo esse attribuenda intelliget, qui eius nomen, ac vim prorsus ignorauerit? Cic. 2. Acad. Hec si vobis non probamus, sint falsa sanè, inuidiosa sanè non sunt. Terent. Aeph. Profundat, perdat, pereat, nihil ad me attinet. Cic. 3. Verr. Malus ciuis, improbus Consul, seditiosus homo Cn. Carbo fuit, fuerit alijs, tibi quando esse coepit? Virg. Aen. 4. Verùm anceps pugnae fuerat fortuna; fuisset. Cic. 2. Acad. Age restitero Peripateticis, &c. Sustinuero Epicureos, &c. Diodoro quid faciam Stoico, quem à puero audiui?

#### Modi Potentialis tempus praesens,

¶ Sim, Que seja eu? Que ei eu de ser? Serei eu?

Prat. imp. Essem, Seria eu: Fora: ou Podera ser.

Präteritum perfectum, Fuerim, Pude eu ser.

Prat. plusquamperf. Fuissem, Fora eu: ou Podera ser.

Futurum, Fuerim, Seria eu: Serei: Poderei eu ser.

Fut. aliter, Fueris, Ia que assi he, se embora, faze o que quiseres.

#### ¶ Modi Permissiuui, siue Concessiuui

Tempus praesens, Sim, Seja eu: Doulhe que seja: Mas que seja.

Präteritum imperfectum, Essem, Fora eu: Doulhe que fora: Mas que fora.

Präteritum perfectum, Fuerim, Fosse eu: Doulhe que fosse: Mas que fosse.

Prat. plusquamperf. Fuissem, Fora eu: Doulhe que fora: Mas que fora.

Futurum, Fuero, Doulhe que venha, ou Chegue a ser.

#### ¶ De modo Infinito.

**M**odus tum Coniunctiuus, tum Infinitus, praeter ceteros, tyronibus in compositione negotium exhibent. Quoniam igitur de illo egimus, nõ grauabimur de hoc etiam in eorum gratiam pauca scribere. Infinitus apud Lusitanos vnam dumtaxat habet vocem propriam, que Praesens, & Imperfectum cõplectitur, ex qua Gerũdia, & Supina adhibitis certis particulis suppleuntur: vt Cupio ad te scribere, Desejo de vos escreuer, Praesens est. Cur piebam heri ad te scribere, Desejava de vos escreuer, Präteritum imperfectum est. Non est tẽpus scribendi, Nãõ he tẽpo de escreuer. Vocor ad scriben-

scribendũ, Chamãome pera escreuer. Sum de seffus scribẽdo: Estou cã-lado de escreuer. ¶ Präteritum perfectũ, & plusquamperfectũ ex Indicatio suppletur, addita particula, Que. Existimo patrem tuum fuisse virum doctũ: Pareceme q̄ vosso pai foi homẽ douto. Et, Existimabã patrẽ tuũ fuisse virum doctũ: Pareciamẽ q̄ vosso pai fora homẽ douto. Interdum suppleuntur hæc duo tempora etiam ex Participijs, accedente eadẽ particula: Audio venisse Regem; Ouço dizer que vco, ou Que he vindo el Rei. Credebam abiisse Regẽ: Pareciamẽ que se fora, ou Que era ido el Rei. Doleo me non scripsisse ad patrem tuum: Pefame porq̄ nãõ escreui a vosso pai; vel, Pefame de nãõ ter escrito. ¶ Praesens & imperfectum etiam suppleuntur ex Indicatio praeposita eadẽ particula: nãõ accedant verba Opirandi, Timendi: item Possum, Debeo, Gaudeo, Incipio, Cõstituo, Soleo, Volo, Malo, Nolo, & nonnulla alia; tunc enim proprio Infinito contenta sunt: vt Non possum loqui: Nãõ posso falar. Volo audire, Quoero ouuir Aliã circuitiõne opus est: vt Audio te esse nobilem; Ouço dizer que fois fidalgo. Putabam te esse nobilem; Cuidaua que creis fidalgo. Aliquando vtuntur Lusitani suo subiunctiuo: vt Malo te esse doctum, quã diuitem: Antes quero que seja is douto; que rico. ¶ Futurum etiam Indicatio & praesenti Infiniti modi eiusdem verbi suppleuntur: vt Scio te esse futurum virum doctum; Sei que aucis de ser homẽ douto: Aucis, verbum est Indicatiui, Ser, praesens Infiniti modi eiusdem verbi, cuius est futurum Latinum. Scio te aliquando amatorum esse literas, Sei que ainda a aucis de amar as letras. Aliquando suppletur etiam ex futuro Indicatiui modi. Putas me aliquando futurum virum doctum? Pareceuos que se-rei algũa hora douto? vel Pareceuos que ei algũa hora de ser douto? Quod si verba Sperandi, Promittendi, Iurandi accedat ex praesenti Infinito & Particula, De, suppleendum est; Spero me fore virum doctum: Espẽro de ser homem douto. Promitto, Iuro me numquam fore Reipub. hostem: Prometo, Iuro de nunca ser imige da Republica. ¶ Cum igitur in his duobus modis tanta insit vtilitas, atque ex eorum cognitione bona pars Syntaxeos pendeat ( nusquam enim turpius, quã in Aodorum, Temporumque structura labuntur tyrones) curabit quã diligentissimẽ Magister, vt quotidie inter declinandã verba, breuius in Latinum orationes conuertant. Meminerit tamen pingui, vt aiunt, Minerua exercendos esse, ne tadio affecti literis nuncium remittant, sed Latina potius oratiuncula recreati ad maiores progressus alliciantur & excitentur. Scio me esse rudem: Sei que sou ignorante. Sciebam me esse rudem: Sabia que era ignorante. Scio me fuisse rudem: Sei que fui ignorante. Sciebam me fuisse rudem; Sebia que fora ignorante. Scio me semper fore rudem: Sei que sempre ei de ser ignorante.



¶ Infiniti modi tempus præsens,

¶ Esse, Ser: ou Que sou, es, he, somos, sois, são.

Pr. imperf. Esse, Ser: ou Que era, eras, era, éramos, eréis, erão.

Pr. perfect. Fuisse, Que fui, foste, foi, fomos, fostes, forão.

P. plusq. perf. Fuisse, Que fora, foras, fora, foramos, foreis, forão.

Fut. Fore vel Futurum, am, um esse, Que ei, has, ha de ser: ou Que fereí, serás, será.

Pl. Fore vel futuros, as, a esse, Quo

auemos, auéis, háo de ser: ou Que seremos, seréis, serão.

Futurum, am, um fuisse, Que ouuera, ouueras, ouuera de ser.

Pl. Futuros, as, a fuisse, Que ouueramos, ouueréis, ouuerão de ser.

Participium futuri. Futurus, a, um, O que ha, ou Ouuer de ser.

## Admonitio necessaria,

**V**ocibus Lusitanis, quibus futurū Infiniti modi explicatur, tum vtimur, cum verba presentis temporis antecedunt: Spero te fore virum doctum: Espero que has de ser, ou Que seras. At si præcedat verbum præteriti temporis, alijs vocibus vtimur: Sperabam te fore virum doctum; Esperaua que auias de ser, &c. ou Que serias, &c. Quare necessariò addende sunt hæc voces, Fore, vel Futurum, am, um esse, Que auia, auias, auia de ser: ou Que seria, serias, seria. Plur. Fore, vel Futuros, as, a esse, Que auiamos, auieis, auião de ser: ou Que seriamos, serieis, serião.

¶ Participium Ens, formauit nouum Sergius Flavius ex Græco v. Vide Quintil. lib. 8. c. 3. Gerundia, vel Participialia verba, Essendi, essendo, essendum, que in libello Donati, de Octo partibus orationis, leguntur, argumento sunt, non ab ipso, sed ab alio nescio quo, coniugationum exempla, aut certe verba anomala addita fuisse: nusquam enim apud veteres leguntur.

¶ Tres fuisse dumtaxat apud veteres Grammaticos coniugationes.

**V**eteres illi, que illustres literati (sic enim olim Grammatici, vt auctor est Suetonius in libello de Illustribus Grammaticis, dicebantur) tres tantum verborum declinationes statuerunt: quarum postremam in correptam, & productam distribuentes, tertiam correptam appellabant, quam nunc tertiam simpliciter dicimus: tertiam verò productam, quam quartam appellamus. Quo modo Probus, Phocas, Diomedes, & Donatus in posteriore libello, de Octo partibus orationis, loqui consueuerunt. Hinc facile intelligitur locus ille Plautinus in Merc. De. Hodie ire in ludū occæpi literarium *Lysimache*, ternas scio iam. *LT. quid ternas? DE. Amo. Vides ne etiam prisca illis seculis Amandi verbum in scholis fuisse decantatum?*

¶ De modis verborum.

**C**um Modus, vt Grammaticis placet, nihil aliud sit, quam voluntas, vel animi

animi affectio per vocem adsignificata, mirum est eos tam multas, tam varias hominum voluntates, & affectiones tam paucis modis circūscripsisse: ad quas rem prope infinitam conantur reuocare, quàm rectè ipsi viderint. Certè voces non pauca sunt, quarum elegantiam admireris quidem, sed Modum non facile agnoscas. Ex plurimis nonnulla exempla subiiciemus. Liu. lib. 6. dec. 1. Tum verò ego, inquit, nequicquam hac dextra Capitolium, arcem que seruaerim, si ciuem commilitonem que meum tamquam Gallis victoribus captum in seruitutē, ac vincula duci videam. Terent. Hecyr. — denique hercle aufugerim Potius, quàm redeam, si eo mihi redeundum sciam.

Quintil. lib. 10. c. 1. de Demosth. Et fortasse epilogos illi mos ciuitatis abtulerit: sed & nobis illa, quæ Attici mirantur, diuersa Latini sermonis ratio minùs permiserit. In eodem: Ciceronem cuiumque eorum fortiter opposuerim. Virg. 8. Aen. — at tu dictis Albane maneres. Idem 4. Verum anceps pugne fuerat fortuna, fuisse. Quem metui moritura?

faces in castra tulissem, Implesemque foros flammis: gnatumque patremque Cum genere extinxem: memet super ipsa dedissem.

Idem 6. Hac Troiana tenuis fuerit fortuna secuta. Cic. 2. Acad. Age restitero Peripateticis, qui sibi cum oratoribus cognationem esse: qui claros viros à se instructos dicunt Remp saepe rexisse: sustinuero Epicureos tot meos

familiares: tam bonos tam inter se amantes viros; Diodoro quid faciam stoico, quem à puero audiui? Atticus ad Cic. lib. 9. Ego quidem tibi non sim auctor, si Pompeius Italiam relinquit, te quoque profugere. Portius Latio declam. in Catil. Verum ea dicendi voluptas olim sapientissimo viro M. Cato ni planè contigerit, necnon & Galbæ & c. nobiscum verò, sententia no-

stra, bene ageretur, &c. Que cum ita sint, mirum non est si alij plures, alij pauciores Modos statuerunt. Quintil. lib. 1. c. 5. ait quosdam sex, alios octo fecisse. Id per omnes (inquit) orationis partes deprehendimus, frequentissimè in verbo, quia plurima huic accidunt: ideoque in eo fiunt solæcismi per genera, tempora, personas, modos, (sive cui status eos dici, seu qualitates placet) vel sex, vel, vt alij volunt, octo. Hic obiter notabis Modos tum status, tum qualitates, à nonnullis fuisse appellatos: Modumque ipsum attributum esse verbi: & vt apertius cum Quintiliano loquar, Modum verbo accidere: id quod recentiores quidam prorsus negant. Varro lib. 3. de Analog. Modos verborum Species appellat. Quinta (inquit) species optandi, vt Dicerem, Facerè,

Dicam, Faciam: sexta imperandi, vt Cape, Rape, Capito, Rapito. Diomed. lib. 1. docet quosdam sex, alios septem, nonnullos octo, quosdam nouem, alios denique decem statuisse: quorum appellationes, ne longior sim, præmitto, Si vacat, Diomedem legito. Nos quinque, quem numerum, vt idem etiam auctor ait, plerique, amplexi sunt, pueris ediscendos proponemus, in scholis tamen nihil eorum prætermisuri, quæ ad rem facere videbuntur.

¶ De

## ¶ De Temporibus.

**T**empora tria sunt Præsens siue Instant, Præteritum, Futurum. Præsens dicitur, cum adhuc aliquid agimus: Præteritum, cum agere desinuimus: Futurum, cum acturos nos pollicemur. Verùm, quoniam sepe fit, vt quæ agere desuimus, partim inchoata, partim perfecta relinquamus, opus fuit duobus temporibus, vt altero inchoatam, altero verò perfectam actionem significaremus: vnde illud Præteritum imperfectum, hoc perfectum merito appellatum est, vt Scribebam, Scripsi. Sunt præterea nonnulla iam quidem absoluta & perfecta, non simpliciter tamen, sed respectu Præteriti perfecti, aut imperfecti: quæ etiam suo tempore indigebant, quod Plusquamperfectum siue Vltimus vocatur, vt Iam scripseram, cum tu scripsisti. Quo tempore tu scribebas, iam ego scripseram. Cælius Ciceroni lib. 8. Hoc nondum fecerat, cum priorem epistolæ partem scripsi. Senec. lib. 3. declamat. Seruauit me, quem sepe seruaueram. Cic. ad Att. lib. 8. Cum hæc scribebam, Pompeius iam Brundisium poterat venisse. Varr. lib. 2. & 3. de Analog. Futurum in Infectum (sic enim solet ille Imperfectum appellare) & Perfectum distribuit: siquidem docet tria esse tempora Infecta, vt Pungebam, Pungo, Pungam: Discebam, Disco, Discam, & totidem perfecta, vt Pupugeram, Pupugi, Pupugero: Didiceram, Didici, Didicero. Cuius sententiæ quidam accedentes futurum hoc Exactum appellarunt, atque sex tempora Indicatiui adscripserunt: cum quibus hæc, & nonnulla alia loca facere videntur. Cic. ad Att. 9. Cum tu hæc leges, ego fortasse illum conuenero. Idem pro Sext. Rosc. De Capitone post viderimus. Idem ad Planc. lib. 10. Qui Antonium oppresserit, isteterrimum bellum consecerit. Idem Verr. 1. Da mihi hoc, quod cum dederis, sine vlllo tuo periculo, sine infamia illud dederis, vt is absoluitur, cuius ego causa laboro. Idem in eum. 4. Da mihi hoc, iam tibi maximam partem defensionis præcideris. Idem ad Cælium lib. 2. Etsi, cum tu hæc leges, ego annum meum consecero. Terent. Adæph. Vbi illinc rediero Nihil est, refrixerit res. Frequentissime tamen vox hæc nihil aliud significat, quàm futurum Infectum, nisi fortè sensus aliquis nobis incognitus latet. Cic. Seruilius lib. 13. Feceris igitur mihi gratissimum, si ei declararis, quanti me faciās. Idem Sil. in eod. Id mihi, fratir, meo gratissimū feceris. Ibid. Cæso, Virum bonum, tuamq; amicitia dignū tibi adiuxeris. Terent. And. Si te equo animo ferre accipiet, negligentē feceris. Ibid. Interea aliquid boni acciderit.

## ¶ Modus Indicatiuus.

**C**um hoc modo indicemus, rogemus, respondeamus, fateamur, pronunciamus, definiamus merito à Grammaticis Indicatiuus, à Varr. lib. 3. de Analog. tum rogandi, tum respondendi species, à Quintil. lib. 1. c. 6. Modus fatendi, à Probo, & Donato 2. Edit. Pronunciatiuus, à Diomede Finitiuus, à Prisc.

Prisc. lib. 8. Definitiuus appellatur, quem etiam Diomed. Prob. Donat. Prisc. Indicatiuum nominant. Huic modo omnes quinque tempora attribuunt, præter Varr. & qui in eius sententiam ierunt. Nam cum futurum perfectum siue exactum addant, sex ei adscribant necesse est.

## Prima Coniugatio.

¶ A M O verbum actiuum, coniugationis primæ sic declinabitur,

10	¶ Indicatiui modi tempus præsens,	¶ Præteritum imperf,	
	Amo, Eu amo.	Amâbam, Eu amaua.	¶ Amas, 2, mutata in bā, sic Amabam, sic
	Amas, Tu amas.	Amâbas, Tu amauas.	
	Amat, Elle ama.	Amabat, Elle amaua.	
	Pl. Amamus, Nos amamos.	Pl. Amabâmus, Nos amauamos.	Docebam
	Amatis, Vos amatis.	Amabâtis, Vos amaneis.	
15	Amant, Elles amâo.	Amâbant, Elles amauâo.	

**A**mo modestiam tuam; Amo te propter singularem tuam virtutem. Hæc & his similes locutiones ducent pueri per omnia tempora, vt Amabam modestiam tuam, Amaui modestiam tuam, &c. Neque primas aut secundas pronominum personas exprimant, doceanturq; nunc dumtaxat Latinos id raro facere: nam suo tempore, quando sint exprimenda, docebuntur. Neq; sit magister sollicitus de nominatiui & verbi consensu: priusq; si fieri poterit discipulos doceat bene Latine loqui, quam causas bene loquendi.

¶ Præteritum perfectum.

¶ Præteritum plusquamperfect.

25	¶ Amaui, Eu amei: ou Tenho amado.	Amâueram, Eu amâra: ou Tinha amado.	
	Amauisti, Tu amaste.	Amâueras, Tu amâras.	¶ Amaui, i, in, e, & ad dita ram, sic Amauerā, sic in ceteris coniug.
	Amauit, Elle amou.	Amâuerat, Elle amâra.	
	Plurali,		
	Amâuimus, Nos amamos.	Pl. Amauerâmus, Nos amâramos.	
30	Amauistis, Vos amastes.		
	Amauerunt, vel Amauerê,	Amauerâtis, Vos amâreis.	
	Elles amâram.	Amâuerant, Elles Amâram.	

¶ Posteriore locutione vtuntur Latini certis locis. Semper præceptorem meum plurimum amaui, ac parentis loco habui: hic, Sempre amei, rectè dicitur: at, Tenho amado, locū non habet. Sæpe ad te literas dedi: Multas vezes vos escreui, vel, Multas vezes vos tenho escrito, vt trumq; rectè dicitur.

¶ Futurum.

Plurali.

	Amâbo, Eu amarei.	Amâbimus, Nos amaremos.	¶ Amas, 2, in bō, sic Amabo, sic Do-
	Amâbis, Tu amarás.	Amâbiris, Vos amareis.	
	Amâbit, Elle amarâ.	Amâbunt, Elles amaram.	
			Futurū cebo.

*Futurum perfectum,*  
 Amávero, Ia entáo eu terci amado. Amauerimus, Nos teremos amado.  
 Amáueris, Tu teras amado. Amaueritis, Vos tercis amado.  
 Amáuerit, Elle terá amado. Amáuerint, Elles teráo amado.

*Plurali.*  
 Secundam personam prateriti perfecti vtriusque numeri, & tertiã multitudinis sepiusimè auctores imminutam potius, quàm plenam vsurpant, vt *Amasti Amastis, Audisti Audistis, Audiérunt, Recreastis Recrearunt.* Quod idem de ijs, quæ à praterito sunt, dictum sit, *Amàram, Audieram, Audiero: Amassem, Audissem.* Prima & tertia singularis coniugationis tertia, & quarta etiam imminuuntur, vt *Petij, Petijt, Perij, Perijt.* Sed hinc optimus magister vsus in consilium adhibendus erit. Sunt enim quedam, quibus plenis libentius, quàm imminutis vtuntur oratores, vt *Muniui, Audi ui.* De hac imminutione lege Ciceronis Oratorem. *Quid, quod (inquit) sic loqui, Nosse, Iudicasse vetant, Nouisse iubent, & Iudicauisse? quasi verò nesciamus in hoc genere & plenum verbum rectè dici, & imminutum vsitatè.* Vide de eadem re *Fabium lib. 1. cap. 6.* Imminutiones ille *Adduxti, Aduexti, Conclusssem, Dixti, Dixe, Dixis, Diuissse, Euasti, Euasset, Extinxem, Induxis, Induxti, Iusso, Iusti, Mixti, Amisti, Immisti, Promisti, Promisse, Percussi, Porxit, Prospexti, Sensi, Siris, Siritis, Sirint, Surrexe, Terssi, Vixet, pro Adduxisti, Aduexisti, Conclussisti, Dixisti, Dixisse, Dixeris, Diuississe, Euassisti, Euassisset, Extinxisssem, Induxeris, Induxisti, Iussero, Iussisti, Luxisti, Misisti, Amisisti, Immisisti, Promisisti, Promisisse, Percussisti, Porrexit, Prospexisti, Sessisti, Siueris, Siueritis, Siuerint, Surrexisti, Terssisti, Vixisset* poetarum sunt propria. *Prisc. lib. 10.* admonet hanc verborum imminutionem locum non habere in verbis quibus inest, v, litera, vt *Lauo, Fauco, Moueo, Soluo, Voluo:* nec enim *Lasti, Fasti, Mosti, Solsti* patitur Latini sermonis munditia, pro *Lauisti, Fauisti, &c.* Reperies tamen interdum in Indicatiuo aliquid huius generis: siquidem *Cic. ad Q. fr. Commòrat expectationem dixit pro Commouerat: & Virg. Aen. 4. Admorunt vbera tigres, pro Admouerunt.* *Horat. Serm. 2. sat. 1. Remòrant pro Remouerant.* Et in *Epod. od. 11. Promòrat pro Promouerat.* In Coniunctiuo etiam idem *Horat. 1. Serm. sat. 9. Summosses pro Summouisses: & lib. 2. Commòrit, pro Commouerit. Adiuero pro Adiuuero. Ennius apud Cic. lib. de Senect. Catul. de coma Berenices Iuierint dixit pro Iuuerint in fine Pentametri. Sil. lib. 17. Amòrim pro Amouerim. Cic. 3. Verr. Commosset pro Commouisset: & pro Planc. Ego omnium parricidarum sola commossem? Celius ad Cic. lib. 8. Commòrit pro Commouerit. Quidam Amauere, Docuere, & id genus alia, ad dualem numerum spectare crediderunt: hoc est, vtendum esse his vocibus, cum de duobus tantum esset sermo, quorum errorem *Fabius lib. . . c. 5. refellit.* *Cic. in Oratore vtriusque vocis meminit his verbis, Nec verò reprehenderim — Scripsere alij rem, &**

*etsi Scripserit esse verius sentio: sed consuetudini auribus indulgenti libenter obsequor. Hac imminutione interdum idem ipse Cic. vtitur. 3. Verr. Quo in numero è vobis complures iuere. Ibid. Socij verò spem omnium primum abiecere. Futurum Indicatiui quidam Promissiuum modum appellarunt, quod eo promittamus nos alij id facturos; qua appellatione frequenter vtitur *Diomedes. Donatus in 2. Edit. hunc modum non recipit, quamuis eo nomine aliquando futurum ipsum appellet. Ponitur frequenter, & eleganter pro futuro Coniunctiuui. Cic. Curioni lib. 2. Numquam labere, si te audies. Idem Att. 2. Interea scribas, siquid intelliges, aut suspicabere. Horat. Epist. lib. 1. Ipse Deus, simul atque volam, me saluet, opinor, &c. Columel. lib. 12. c. 19. Nec abistat id facere, donec videbitur aliquantum omni face mustum carere. Suet. in Aug. c. 56. Numquam filios suos populo commendauit, vt merebuntur. Terent. Andr. Si te aquo animo ferre accipiet, negligentem feceris. Idem Adelp. — omnia hæc si voles, In animo verè cogitare Demea; Et mihi, & tibi, & illis dempseris molestiam. Ibid. Ni facient, quæ illes æquum est, haud sic auferent. Sallust. bel. Iug. Equidem ego regnum vobis trado firmum, si boni eritis: sin mali, imbecillum. Cato de Re rust. cap. 156. Conquito vsque dum ea commadebit, aquam de fundito. Vtrumque hoc futurum interdum coniungitur, Terent. Adelp. — siquidem porro Mitio Tu tuum officium facies, at huic aliquid paululum præ manu Dederis, vnde vtatur, reddet tibi cito. Cic. Att. 12. Quare cum poteris, id est, cum Sextij auctioni operam dederis, reuises nos. Colum. lib. 4. c. 21. Sin parum procera fuerit, locumq, idoneum obtinebit, vnde, &c. Ego sanè si per Criticos liceret, vellem alterum futurum nimirum, Ro, syllaba finitum addere, non diuersa, sed eadem significatione, nisi fortè aliqua perfectio, & absolutio lateat: est enim eius vsus adeo frequens, vt non minus huic modo, quàm Coniunctiuo debeatur. Curt. lib. 9. Quamdiu vobiscum in acie stabo, nec mei, nec hostium exercitus meminero. Terent. Andr. — atque aliquis dicat nihil promoueris. Multum molestus ei fuero, atque animo mouerem gesserò. Cic. Acad. 2. Quid inuentum sit, pauld post videro. Idem Verr. 5. Sed ego habuero rationem auctoritatis meæ, meminero quo animo accesserim. Idem 2. de Finib. Aut pertinacissimus fueris si in eo persisteris ad corpus ea quæ dixi referre, aut deserueris. Idem Att. 2. Respiraro si te videro; & illa, Negligentem feceris: Dempseris molestiam, & alia propè infinita eiusdem sunt generis.**

#### ¶ Modus Imperatiuus.

**Q**uamuis hoc modo iubeamus, imperemus, prohibeamus, mandata legesq, demus, deprecemur, hortemur, auxilium denique & misericordiam imploremus, Grammaticis tamen visum est, vt ab imperando potissimum diceretur. Mirum est quàm variè modus hic à Græcis, & Latinis, & Hebræis

Grammaticis tractetur: siquidem Græci præsens, & præteritum & utrumque aoristum ei tribuerunt. Veteres Latini præsens & futurum ei tantum adscripserunt, quorum quidam in Imperativum & Mandatiuum dimiserunt: alij primam personam pluralem addiderunt; nonnulli eandem subtraxerunt. Fuerunt qui tertiam personam huic modo minimè conuenire affirmarent: propterea quod præsentibus propriè imperemus, & per eos absentibus. Ex recentioribus quidam futuro sublato, præteritum addiderunt: alij, sublato præsentis, futurum tantum ei reliquerunt. Restat nunc, ut aliquis eum præsentis, præterito & futuro spoliaret, qua certè spoliatione Grammaticorum lites sedarentur, nec deinceps noue tragædiæ excitarentur. Nam cum eadem voces & ijs que statim fieri imperamus, & post centum annos rectè accommodentur, non facillè præsens tempus à futuro discernas. Quare Hebræi ijs incommodis occurrentes, nulla facta temporis præsentis, præteriti, aut futuri mentione duas voces Imperatiuo tribuunt: alteram, qua secundam personam singularem, alteram, qua eandem multitudinis explicat: de genere virili loquor, nam totidè mulierum attribuit: etenim apud ipsos genus masculinum & femininum more nominum admittunt verba: tertiam verdè à futuro Indicatiui mutuatur.

¶ Duo esse tempora Imperatiui præsens, & futurum de sententia Varronis, aliorumque veterum.

¶ Quando aliqua tempora huic modo necessariò attribuenda sunt, datimus operam ne à veterum sententia discedamus: simul videndum erit, an cum causa id recentiores quidam fecerint. Probus quidem, alter Latinorum Aristarchus quem in Grammaticorum illustrium numerum Suetonius Tranquillus retulit, qui à Gellio, Diomede, alijsque viris doctis, ut testis locupletissimus sæpe numero citatur, ei duo tantum tempora præsens & futurum attribuit: cum quo Diomedes, Donatus, Seruius, Priscianus (quorum ultimus ante mille triginta annos floruit) mirificè consentiunt. Neque M. Terentium Varronem, cuius libros M. Tullius si quando de re aliqua paulò accuratius esset disputaturus, solitus erat diligenter euoluere, in alia fuisse sententia paulò inferius planum faciemus. Porro futurum duplex est; alterum, To, syllaba terminatum, ut Amato, Doceto; alterum, quod cum futuro Indicatiui voce quidè congruit, sed cum imperium mandatumque, adsignificat, huc procul dubio spectat, ut Amabis, Docebis. Cicero, Att. 2. Tu hec si ebis. Quintilianus, lib. 1. c. 1. de nutricibus loquens, Has primum audiet puer, harum verba effingere imitatio conabitur. Ibid. Quapropter optime, sicut hominum, pariter & habitus & nomina edocebuntur. Si enim imperandi modus is est, quo imperamus, ac mandamus, quid nam causa esse putè, cur hoc tempore fraudatus sis? Nam si hinc ideo rejiciendum est, quia vox ipsa antè modo factè adscripta fuit, Cõiunctiuum temporibus primemus, cum eadè ipsa Optatiuo ante fuerint attributa. Modos itidè Permissiuum ac Potentialè, quibus Romana lingua miram in modum illustratur, ex numero modorum eijciamus, atque ex Latini sermonis finibus exterminemus, propterea quod voce cum Subiunctiuo consentiat.

Ama,

¶ Ama, Amato, similesque voces sæpe reciprocari: item quid inter Amato & Amabis, cum est futurum Imperatiui, intersit.

¶ Hoc tamen inter utrumque; inter est, quod, To, syllaba finitum, maximè secundum ab auctoribus usurpatur: usque eo, ut in eadem periodo, atque ad eodè versu simul locum habeant. Cicero in eo Commentariolo, in quo Marco fratri precepta petendi consulatus tradit, frequentissimè utrumque; nisi et. Cura (inquit) ut tua cupidi sint, elaborato, appetito, allegato, summo beneficio te afficere ostendito. Cato de Re rust. c. 89. Bis in die farciat, & meridie bibere dato. Virg. ecl. 9. Tytire, dum redeo (breuis est via) pasce capellus, Et potum pastas age Tytire: & inter agendum Occursare capro (cornu ferit ille) caueto. Plaut. Pœn. AGOR. Mipatrue salue. Pœn & tu saueto Agorastocles. ¶ Neque si alterum pro altero ponitur, & utrumque; eodem sensu in eadè periodo cernitur, continuo existimandum est, vnicum duntaxat esse tempus. Habent sane Græci suam præsens, habent primum & secundum aoristum, quibus non solum utuntur pro præsentis, sed etiam præsens ipsum & aoristum in eadem periodo, atque ad eodè in eodem versu eadè prorsus significatione non raro ponunt: nemo tamen ad hunc diem ex duobus aoristis & vno præsentis tempore vnum facere est ausus. Præterea videas grauissimos auctores interdum præsens Cõiunctiuum pro futuro eiusdem modi usurpates, neque; tamen ob eam causam quis utrumque; vnum esse tempus dixerit. At Sunto, Agunto interpretantur Grammatici Sint, Agant: & à præsentis Indicatiui sunt addita, o, litera. Hoc eodem argumento valebis, Curabis, Espectabis, & sexcenta alia docebunt, qui futurum tempus Imperatiuo subtrahunt, præsentis esse temporis. Cicero ad Trebatium lib. 7. Sed valebis, meaque; negocia curabis, meaque; diis iuuantibus ante brumam expectabis. Hæc enim iidem ipsi pro Vale, Cura, Expecta posita esse docent. Neque ratio formandi tempora ad rem facit, cum futurum Indicatiui à præsentis & Cõiunctiuum à præterito formetur. Nec Seruius cum illis facit; ut qui in Donati artem disertissimis verbis docet, Agant præsentis esse temporis, Agunto futuri. Imperatiuus (inquit) duo tantum habet tempora; præsens & futurum, &c. & paulò post, In tempore futuro, tam in numero singulari, quam in plurali, prima persona defuit: secunda verdè & tertia in numero singulari vno modo proferuntur, ut Legito tu, Legito ille, ut est apud Virg. Tertius Argolica hac galea contentus abito. Nam si dicam Legito, Legat: Legito quidem est tempus futurum, Legat verdè præsens. Item tertia persona pluralis, his regulis continetur. Indicatio modo tempore præsentis, tertia plurali, numero plurali, o, accipit, & facit hanc personam Imperatiui modi per omnes cõiugationes Amat, amato: Docet, doceto: Legit, legito: Nutrit, nutrinto: quod seruauere maiores, ut Horatius, Et, quocumque; volet, animus audi-

toris agunto. Nam si diceret Agant, tempus presens ostenderet, non futurū. Hęc Seruius ad verbum. Diomedes, cuius testimonio nituntur sententiam suam confirmare, copiosè de futuro Imperatiui agit lib. 1. atque inter alia ita inquit, Quem sermonem nonnulli consueuerunt Mandatiuum potius, quam Imperatiuum dicere, quoniam presenti tempore imperare solemus, vt fiat, in futurum verò magis mandare. Hęc ille. In qua sententia fuit Cornelius Fronto: sic enim in Differentijs ait; Videte, & Videtote, Videte imperat, Videtote mandat. Agunto, Amanto, Legunto, & cetera huius generis negat Diomedes hoc loco esse mandatiua, siue futuri temporis: siquidem docet futurum Imperatiui propriè secundam personam vtriusq; numeri tantum habere, & has voces presenti attribuit: quamuis easdem voces in declinandis verbis semper futuro, vt ceteri omnes Grammatici attribuat. Sed vt ed, vnde digressi sumus, redeamus, licet presens, & futurum, vt dixi, reciprocentur, mutuasq; tradant operas: videas tamen auctores sepe futuro propriè vtentes. Cic. Att. 4. Vbi nihil erit, quod scribas, id ipsum scribito. Idem ad eumd. lib. 1. Tu velim sepe ad nos scribas: si nullam rem habebis, quod in buccam venerit, scribito. Idem ad Tiron. lib. 16. Cum valetudinis rationem, vt spero, habueris, habeto etiam navigationis. Idem 4. Verr. Cum hec confessus eris, qua in foro palam Syracusis in ore, atque oculis provincie gesta sunt, negato sanè, si voles pecuniam accepisse. Idem in Vatin. Tum respō. deto ad ea, que de te ipse rogaro. Idem pro Cæl. Quod cum vobis adolescentium proposueritis, constituitote vobis ante oculos huius etiam miseri senectutem. Q. Cic. ad Tironem lib. 16. Etiam si, quid scribas non habebis, scribito tamen. Terent. Hecyr. Sed cum saturā, atque ebria eris, puer vt saturetur facito. Ibidem. Senex, si quæret me, modo isse dicito

Ad portum percontatum aduentum Pamphili: Audin' quid dicam Scirte? si quæret me, vti Tum dicas; si non quæret nullus dixeris. Ouid. 9. Metam. Cumq; loqui poterit, matrem facitote salutet. In his locis futurum Imperatiui, cum futuro alterius modi iungitur. Nos trates etiam futuro Imperatiui his locis, & frequentius, & elegantius vtuntur, Illo melius me escreueras, Entāo responderas ao que te preguntat, & ceter. ¶ Alterum futurum, quod vt diximus, voce simile est futuro Indicatiui sepe presenti explicari potest. Cic. ad Cass. lib. 15. Valebis igitur, meq; amabis, vt à puero fecisti. Idem ad Treb. lib. 7. Sed valebis, meq; negotia curabis, meq; diis iuuantibus, ante brumam expectabis. Idem ad Papir. lib. 9. Tu me diliges, & amabis. Idem Att. 4. Quod superest etiam puerum Ciceronem curabis, & amabis, vt facis. In eod. Tu Attrica salutem dices. Ad eumd. 6. Valebis igitur, & puella salutem articulatè dices. In eod. Valebis igitur, & valere Piliam, & Cæciliam nostram iubebis literis, & salnebis à meo Cicerone. Pleraque ex his locis quispiam presenti permutet;

ego verò malim cum Cicrone futuro vii, quod mandatis dandis maximè est accommodatum. Nonnulla tamen sunt loca, in quibus presens ita locum habet, vt futurum hoc secundum excludat. Idem ad eumd. lib. 2. Si dormis, expergiscere: si stas, ingredere: si ingrederis, curre: si curris, aduola. Plaut. Mercat. Quiesce inquam: isthanc rem ego rectè videro. Virgil. Aen. 4. — ite Ferte citi flammis, date vela, impellite remos. Idem 9.

Ferte citi ferrum, date tela, scandite muros. Idem 10. Nunc ð lecta manus validis incumbite remis. Hęc loca futurum sine dubio respuerent. Ex his planum, nisi fallor, factum est, duplex esse futurum forme imperandi, quod Mandatiuum modum, vt diximus, nonnulli appellarunt, propterea quòd mandatis dandis maximè sit appositum: quorum vtrumq; Virgilius cum presente paucis carminibus complexus est. Aen. 2. Cui Pyrrhus, Referes ergo hæc, & nuncius ibis Pelidæ genitori, illi mea tristitia facta, Degeneremq; Neoptoleum narrare memento. Nunc mörere.

15 Vides mandatiua Referes, Ibis, Memento, quam propriè sint apposita? Iam verò illud, Nunc mörere, tam presens est, quam quod presentissimum. Idè lib. 9. Olli subridens sedato pectore Turnus. Incipe, si qua animo virtus, & consere dextram. Hic etiam inuentum Priamo narrabis Achillem. Plaut. in Mercat. Presenti quidem tempore seruum in villam iubet ire, futuro verò mandata dat: I tu hinc ad villam, atque istos rastros villico Pisto ipsi facito eorā vt tradas in manum. Vxorī facito vt nuncies, negotium Mihi esse in vrbe, ne me expectet: nam mihi Treis hodie lites iudicandas dicito, Ei & hoc memento dicere. —

25 ¶ Imperatiui modi tempus presens,

¶ Ama, vel Amato, Amā tu. Amet, Ame elle. ¶ Amas, & ablatā, sic Ama, Eodè modo Dōce, Audi.

Pl. Amemus, Amemos nos. Amate, vel Amatote, Amā vos. Ament, Amem elles.

30 ¶ Futurum, vel potius modus Mandatiuus, siue Legitimus, hoc est, quo precipuè præcepta, legesq; dantur.

¶ Amato tu, vel Amabis, Amāras tu. ¶ Prima persona Amato ille, vel Amabit, Amāra elle. ¶ Amāt ad- singularis hęc locū Amato: sic Pl. Amatote, vel Amabitis, Amāreis vos. habere non potest, in ceteris. Amanto, vel Amabūt, Amāram elles. nisi quis sibi tam-

35 quàm secunde imperet, seq; tamquàm alterum alloquatur: sic Melibæus se alloquitur, Inferere nunc Melibæe pyros, pone ordine rites. Et Syrus Adelp. Aedepol Syrisce te curasti molliter, Lauteq; munus admini- strasti tuum; Abi — ¶ Secunde personæ presentis temporis secundam Futuri, To, syllaba terminatam adiunximus, propterea quòd sepe

numero, vt discimus, reciprocentur, atque altera pro altera ponatur. Ter-  
 tia personæ, non ausi sumus tertiam futuri addere, quod ferè numquam re-  
 peritur apud eos, qui soluta oratione scripserunt, exceptis legislatoribus, vt  
 Leges duodecim tabularum docent: & eæ, quas Cato de de Re rust. scripsit,  
 Oleæ pendentis legendæ, faciundæ, vini pendentis; & id genus cetera. Multæ  
 etiam sunt apud Cic. 3. de Legib. Iusta imperia sunt, ijsq; ciues modestè, ac  
 sine recusatione parento. Ibid. Regio imperio duo sunt, ijsq; præeundo,  
 iudicando, consulendo, Prætores, Iudices, Consules appellantur: militia sum-  
 mum ius habento: nemini parento, ollis salus populi suprema lex esto. Eadē  
 poetæ legibus ferendis vtuntur. Virg. 5. Vbi leges præmiorum ab Aenea in-  
 dicuntur, sic ait, Omnibus hic erit vnus honos, tres præmia primi Ac-  
 cipient, flauaq; caput nectentur oliua. Primus equum phaleris insignem  
 victor habeto. Tertius Argolica hac galea contentus abito. Hic planif-  
 simè vides vtramq; vocem futuri, Accipient, Nectentur, Habeto, Abito. Ho-  
 ratius, cum poetis leges dat, eadē vtitur. Non satis est pulchra esse poe-  
 mata, dulcia sunt: Et quocumq; volent, animū auditoris agunto. Aliàs  
 rarissimè inuenias has voces; nam rei rusticæ scriptores, etiam prisci, ijs ferè  
 abstinent cum præcepta de eadem re tradunt: nisi fortè leges scribant, vt  
 pauld ante diximus. Lege Catonis cap. 5. de officio villici. Disciplina bona  
 vtatur. Fera seruentur. Alieno manum absteineat. Villicus ne sit ambula-  
 tor. Sobrius fiet semper. Ad cœnam ne quid eat. Parasitum ne quem ha-  
 beat. Primus cubitu surgat. Postremus cubitum eat. Non vtitur, vt vi-  
 des, persona tertia, To, syllaba finita. Poetæ tamen interdum ea vtuntur.  
 Virg. 10. — Nunc coniugis esto Quisq; sue, tectiq; memor: nūc magna  
 referto. Facta patrum, laudes: vltro occurramus ad vndam. Idem 12.  
 Nequa meis esto dictis mora: Iuppiter hac stat. Neu quis ob incœptum su-  
 bitum mihi segnior ito. Terent. Phorm. Age nunc, age, Phormionem, qui  
 volet, lacessito. Columel. lib. 5. c. 2. Esto, pro Sit, dixit: Esto area rotunda,  
 cuius diametros habeat pedes septuaginta. Primam personam multitudinis  
 modò tribuit, modò subtrahit Diomedes Imperatiuo. Plurali (inquit cum de  
 Modis agit) tres personæ necessariò adhibentur, conserit enim se prima cum  
 alijs, & dum imperat, se quoq; in idem ministerium vocat, quem quidā Hor-  
 tatiuum esse putauerunt. At in prima coniugatione, Quidam [ait] putant,  
 Amenus, Imperatiuum esse pluralem, & primam personam, quod nos Horta-  
 tiuum appellamus. Hæc ille.

¶ Rei rusticæ scriptoribus gratissimam esse secun-  
 dam personam futuri.

Futuri vel potius Mandatiui modi secunda persona mirum in modum de-  
 lectantur rei rusticæ scriptores. Cato de Re rust. c. 33. Salictū suo tēpore  
 cædito, glūbito, arcteq; alligato. Librū conseruato, & cū opus erit in vinea,

ex eo in aquam coniucito. Vimina, vnde corbula fiant, conseruato. Colum.  
 lib. 12. c. 55. Semen sinâpis diligenter purgato, & cribrato; deinde aqua sri-  
 gida eluito: & cum fuerit bene lotum, duabus horis in aqua esse finito; postea  
 tollito, & manibus expressum in mortarium nouum, aut bene emundatū con-  
 iucito, & pistillis contèrito, &c. Idem de Arbor. c. 9. Quatuor vel quinque,  
 sue etiam plures voles virgas sumito, easq; colligato. Idem lib. 12. c. 36. al-  
 tero futuro vtitur toto capite. Id misum coniucies im amphoram nouam; &  
 implebis ad summum: tum adijcies ramos roris marini, &c. Idem eod. lib. c. 33  
 modo præsentis, modo futuro Imperatiui vtitur. Eadē persona sēpe vtun-  
 tur etiam alij auctores, vt diximus. ¶ Personā tertiam rariùs adhibere so-  
 lent. Cato, c. 56. Si amplius ibit, sumito farine conchas duas, infriet in  
 aquam, paulum bibat. Idem, c. 146. Emptor domino debeto, & id satis da-  
 to. Idem, c. 87. Siliginem purgato bene, postea in aluū indat, ed aqua addat.  
 Et c. 89, Bis in die farciat, & meridie bibere dato. Pro tertia, vtitur ferè  
 15 tertia præsentis, aut alterius futuri, nisi, vt dictum est, leges scribamus. Cic.  
 1. offic. Quæ grauis & fortis ciuis, & in rep. principatu dignus fugiet, atq;  
 aderit, eradetq; se totū reip. neq; opes, aut potentiā consecrabitur; totā eā sic  
 tuebitur, vt omnibus consulat. Idē lib. 2. Ab hoc igitur genere largitionis,  
 vt alijs detur, alijs auferatur, aberunt ij, qui rep. tuebuntur: in primisq; operā  
 20 dabūt, vt iuris & iudiciorū equitate, suū quisq; teneat. Idē lib. 3. Ita nec, vt  
 emat melius, nec, vt vedat, quicquā simulabit, aut dissimulabit vir bonus. Qua-  
 re diligēter admonendi sunt pueri, ne tertia persona modū Legitimi vtatur  
 (Legitimiū voco, quod legibus ferèdis fit apus) sed aut præsentis, aut eius fu-  
 turi, quod voce cū Indicatiui futuro cōsentit. ¶ Primā personā futuro plu-  
 25 ralis numeri detraximus, tū quia vox ipsa Mandatiuo modo minimè cōuenit,  
 tum etiam quia vox Amenus (hanc enim Diomedes, & Donatus etiā futura  
 tribuunt) præsens potius tēpus, quàm futurum significat: tū demū quia Ser-  
 uius in Donatum futurum ea carere affirmat: quod idem Diomedes, cum de  
 modis in vniuersum agit, etiam docet.

¶ Imperandi formā, auctore Varrone, præter se carere.

30 **M** Terentius Varro lib. de Analog. vbi respondet ijs, qui negabant esse  
 analogiā, quod Imperatiuus non haberet ternas personas, totidemq;  
 tempora, affirmat hunc modum præterito carere. Quo res fiat planior, au-  
 diamus ipsum Varronem, Etiam hoc reprehendunt, quod quedā verba neque  
 35 personas habent ternas, neque tempora terna. Id imperitè reprehendunt, vt  
 siquis reprehēdat naturā, quod non vnijs modi finxerit animantibus omnes.  
 Sic enim, natura non omnes forme verborum terna habent tempora, ternas  
 personas, cum non habeant totidem verborum diuisiones. Quare cū impe-  
 ramus, natura, quod affectaba, solum habet, cū & præsentis, aut absēri impe-  
 rat sūt terna, vt Lege, Legito, Legat. Perfectū enim imperat nemo. Hæc ille.

## DE VERBORVM

48

Ex hoc eodem loco luce meridiana clarius illud efficitur, imperandi formam duo habere tempora, presens & futurum. Perfectum enim solum excludit Varro. Idem lib. 3. Vbi enumerat sex verborum species, siue modos, presens a futuro separauit. Quinta (inquit) species optandi, vt Dicerem, Facerem, Dicam, Faciam; Sexta imperandi, vt Cape, Rape, Capito, Rapito. Qui prateritum addit, id exemplis futuri temporis nituntur confirmare. Cic. ad Att. 7. Sed amabo te, nihil incommodo valetudinis feceris. Mart. lib. 14. Dic quous es, quanti cupias cenare, nec vllum Addideris verbum, cena parata tibi est. Idem lib. 7. Viue velut raptu, fugitiuaq; gaudia carpe.

Perdideris nullum visa reuerfa diem. Hec namq; futuri sunt temporis, vt multa alia. Cic. ad Q. frat. lib. 1. Siquis est, in quo iam offenderis, de quo aliquid senseris, huic nihil credideris, nullam partem existimationis tue commiseris. Idem Att. lib. 5. Tu illi nihil dixeris. Idem ad Gallum lib. 7. Secretu hoc audi, tecum habeto, ne Apella quidem libertu tuo dixeris. Plaut. Merc. Caue isthuc dixeris Mart. in epitaph. Erotij infantis lib. 5. Mollia nec rigidus cespes tegat ossa, nec illi Terra grauis fueris, non fuit ille tibi. Senec. ad Martiam, de Consolat. Ne obsecro te, concupieris peruersissimam gloriam. Terent. Hecyr. Audin' quid dicam, Scirtet? si quæret me, vti Tum dicas: si non quæret, nullus dixeris.

Quis, obsecro, hæc & similia credat prateriti esse temporis? Tu illi nihil dixeris, Huic nihil credideris, prateritum adsignificant? Qui fieri potest, vt id ipsum quod factum est, quis prohibeat, ne fiat? Priscian. lib. 18. Et Greci quidem (inquit) habent imperatiua prateriti temporis, nos autem in adiuuis, vel neutralibus verbis penitus ea habere non possumus, in passiuis verd, & omnibus, que habent participia prateriti temporis, per circumlocutionem possumus habere, vt διδιδάξα, doctus es vel esto: διδιδάχθω, doctus sit vel esto: κεκοσμηθω, ornatus es vel esto: κεκοσμηθω, ornatus sit vel esto: similiter Venæratu sit vel esto: Placatu sit vel esto: Clausu sit vel esto: Secutu sit vel esto: & per omnes sic personis secuti simus, sitis, sint, imperatiuè dicta inueniuntur, cum sint prateriti temporis. Sed hanc vim habent, vt imperemus, vt in futurum sint transacta, vt si dicam, Clausa sit mox fenestra, impero vt statim claudatur, & mox sit clausa: vel si dicam, Post horam primam sit iuratus, ostendo me imperare, vt iuret ante horam primam finitam. Hec ille.

¶ Græcorum praterita modi Imperatiui ferè presens aut futurum adsignificare.

Praterita etiam Græcorum presens vel futurum tempus adsignificant. Nam ἐγγιστο, quid aliud quam Vale, Valeto, aut Valebis significat? Item μινυνο, Memento, vel Memineris planè significat. Illa ανιωχθητω πδλη, & κωδιστω πδλη, Aperta sit porta, Clausa sit porta. Illud etiam Ciceronis in

Orat.

Orat. Postitum sit igitur in primis, quod post magis intelligetur, sine Philosophia non posse effici quem quærimus eloquentem. Item 4. de Finib. Sed primum positum sit nos meti ipsos commendatos esse nobis. Itemq; Att. lib. 5. Sed antequam proficiscare, vtique explicatum sit illud, &c. Denique in Partit. Vterque habeat exemplorum copiam: maximeque sit in hoc genere meditatus, vt possit, &c. Plaut. Trinum. Tu in perendinum paratus sis, vt ducas. Liu. ab Urb. 5. Nec id mirati sitis prius, quam quale sit, audieritis. Plin. lib. 15. c. 16. Testatumq; sit obiter & ramo eam feri. Præterea illa quotidiana, Parata sint omnia suo tempore; Vinum aqua sit dilutum: Caro sit cocta: & cetera generis eiusdem tempus futurum videntur adsignificare: aut certè videtur praterita futuris permista: quod etiam Prisc. lib. 8. docet. Apud Græcos (inquit) etiam prateriti temporis sunt Imperatiua: quamuis ipsa quoque ad futuri temporis sensum pertineant, vt ανιωχθητω πδλη. Aperta sit porta. Videtur enim imperare, vt in futuro tempore sit prateritum, vt si dicam, Aperi nunc portam, vt crastino sit aperta. Ergo nos quoque possumus in passiuis, vel alijs passiuam declinationem habentibus vti praterito tempore Imperatiui coniungentes participium prateriti cum verbo Imperatiuo presens vel futuri temporis, πεφιδιστω, Amatus sit, vel esto: διδιδάχθω, Doctus sit vel esto: κεκοσμηθω, Clausus sit vel esto. Quod autem vim prateriti habeat huiusmodi constructio, ostendunt subiunctiua prateriti perfecti, que similiter proferuntur in passiuam declinationem, vt Amatus sim, sis, sit: Ergo si Amatus sit in Subiunctiuo prateriti est temporis, bene etiam in Imperatiuo prateriti temporis potest accipi. Quippe cum etiam in presenti tempore Imperatiui tertia persona similis sit in omni coniugatione tertia personæ prateriti Subiunctiuo, vt Amet, Doceat, Legat, Ametur, Doceatur, Legatur. Hec ille. Verùm, hæc eadè ipsa non difficile erit ostendere futuri esse temporis. Cum Amatus sim, sis, sit, non minus sit futuri, quam prateriti Subiunctiuo. Nam vt voces agendi Amauerim, Docuerim, Legerim, communè sunt prateriti & futuri: ita patiendi Amatus sim, vel fuerim, id quod in modo Coniunctiuo planissimum fiet. Præterea si fatemur hæc, Ne dilueris atramentum aqua: Ne aperueris ianua: Ne paraueris cœna, si hæc, inquam, & similia fatemur esse futuri temporis: Ne dilutū sit aqua atramentum: Ne sit aperta ianua: Ne sit parata cœna, & similia cur prateriti temporis erunt? Sed hæc viderint Critici. Illa magis urgent que Græci in peroratione solent addere. Arist. in extrema prima Categoria νεπι μιν τῆς ουσιας τωδωτα ερηθω. Hæc de substantiua dicta sint. Plato epist. 7. ερηθω ουμβουλι, Dictum sit consilium, vel Dictum sit de consilio: vel Sit finis consilij. Cicero circuitio- ne magis, quam hoc genere loquendi delectatur. De Amicitia, Hæc habui de amicitia, que dicerem. Græci dicerent νεπι μιν τῆς φιλιας τωδωτα ερηθω, De amicitia hæc dicta sint. Idem de Senect. Habui hæc de senectute, que dicerè. Varro lib. 5. de lingua Latina, Quod ad temporum vocabula Latina attinet,

G

hactenus

hactenus sit satis dictum. Quins. lib. 1. c. 1. De pueris, inter quos educabunt ille huic spei destinatus, idem quod de nutricibus dictum sit. Idem lib. 10. c. 1. Neque id statim legenti persuasum sit, omnia, quae magni auctores dixerint, esse perfecta. Liu. ab Urb. 1. Haec dicta sint patribus. Te, Imperator, milites tui oramus, &c. & lib. 8. Exanimatum auctores quoniam non omnes sunt, mihi quoque in incerto relictum sit. Quid ergo, non constat sibi Varro Respondebimus negare eum, speciem imperandi agendi habere preteritum, non patendi: vel potius ad modum Potentialem spectare. Mihi quoque in incerto relictum sit: quid aliud significat, quam, Ego quoque in incerto reliquerim? sic, Haec dicta sint patribus; Haec plebs dixerit patribus. Idem, quod de nutricibus, dictum sit; Idem quod de nutricibus dixerim. Quo modo loquuntur grauiissimi auctores. Cic. in Bruto, Hoc loco ipsum Domitium non relinquo. Nam et si non fuit in oratorum numero, tamen pono satis in eo fuisse orationis atque ingenij, quo & magistratus, persona, & consulari dignitate tueretur: quod idem de C. Caelio dixerim. Quintilianus dixisset, Quod idem de C. Caelio dictum sit: sic enim loquitur lib. 7. c. 2. Nam si diuersae propositiones erunt: quod idem de petitionibus dictum sit. Quod Cic. circuitione illa non obscure significauit. Haec habui, quae dicerem: hoc est, quae possem dicere. Quod si ad Imperatum haec pertinent, concedamus necesse est, ipsum etiam primam personam admittere. Ut enim dicimus, Mihi quoque in incerto relictum sit: ita & Mihi haec probata sint; Hactenus haec mihi dicta sint; & sexcenta alia huius generis dici possunt, quae quidem si in verba agendi velis resolvere, nullo modo tibi Imperatum utendum erit. Sed haec quoque viderint Aristarchi: & ea mihi quoque in incerto relictum sint. Illud tamen admoneri possunt pueri, ut si quando Imperatum passio huius formae uti velint, tertia persona tantum utriusque numeri, ac genere dumtaxat neutro utantur.

ESSE, & alias voces, quibus idonei auctores utantur imperando.

Propter eas voces, quas Imperatum tribuimus, sunt & aliae, quibus non raro probati auctores utuntur. Q. Cic. de Petit. consul. Hos interno scas, & videto, ne spe in aliquo maiore posita, praesidium parum comparetur. Perquiras etiam, & inuestiges homines ex omni regione, eosque cognoscas, appetas, confirmes. Cic. Att. 16. Ei dicas plurimam salutem, & suauissimae Atticae. Caes. bel. Ciu. 3. Tuae mini (inquit) castra, & defendite diligenter, si quid durius acciderit. Plin. lib. 18. c. 19. Sulco vario ne ares. Tempestiue ares. Terent. Hecy. — puerum accipias: nam is quidem In culpa non est. — Idem Eun. — si certum est facere, facias. Idem Andr. D. Faciam hercle sedulo. S. potes nunc, dum animus irritatus est. D. Quiescas. — Idem Hecyr. Tua quod nihil refert, percontari desinas. Idem Haut. — proin tu sollicitudinem ista falsam, Quae te excruciat, amittas. Plant. Cistell. Accipias clauis, si quid tibi

tibi opus erit promptu, promito. In his & similibus lectionibus, aut ponitur Coniunctiuus pro Imperatio, aut certe desideratur verbum Fac, vel Facito, quae etiam crebro adhibentur. Terenz. Adelph. Bono animo fac sis Sôbrata, & istam, quod potes, Fac consolere. Idem ibid. — quae so, facito haec tecum cogites. Virg. Aen. 12. Tu facito, mox cum matura adoleuerit aetas, Sis memor — Plaut. Pscnp. Auerte ergo animum, & fac sis promissi memor. Idem ibid. C. Non possum. PS. fac possis. C. quoniam pacto possum vincere animum? Cic. Brut. lib. 11. Fac valeas. Planc. ad Cic. lib. 10. Fac valeas meque mutuo diligas. Hic rursus particula, Ut, sepe adhibetur. Cic. ad Dolabell. lib. 9. Fac ut diligentissime te ipsum mi Dolabella custodias. Plaut. Cistell. — facito ut facias stultitiam sepelibilem. Donatus in illud Terentij — si certum est facere, facias. Facias (inquit) pro facito: & in illud eiusdem, Quiescas, pro Quiesce (inquit) aut deest Volo, aut Facito. His & similibus vocibus multo frequentius utimur, cum prohibemus. Ne facias, Ne sis: & futuro Subiunctiuus Ne feceris, Ne dixeris. Futuro tamen ferè utimur prohibendo; aliter admodum raro. Liu. 1. ab Urb. Fuerit ista eius deliberatio, qui regnum suscepit, me Albani gerendo bello ducem creauere. Tibul. lib. 3. eleg. 6. Ite procul durum cura genus, ite labores. Fulseris hic nineis Delius alitibus. Verbum Non, pro Ne, hisce modis prohibendo subseruit. Plin. lib. 18. cap. 23. Milium, panicum, rapa, napus, nisi in stercoreato non serantur. Mart. lib. 2. Non metuas mortem Ne uole, sed tineas. Columel. lib. 9. cap. 15. Non omnes [savi] eximantur. Terent. Hecyr. Non visas, nec mittas quidem visendi causa quemquam. Cic. pro Cluent. A legibus non recedamus. Senec. de Ira lib. 3. Colamus humanitatem: non timori cuiquam, non periculo sumus. Quintil. lib. 11. c. 3. Vocem delictis non molliamus. Verbo Memineris, meminerit. Plur. Meminerimus, memineritis, meminerint, etiam iubentes imperantesque utimur: nam cum modus Coniunctiuus, vnde mutuamur hoc tempus presenti deficiat, necessario preterito pro presenti utimur: quod etiam Indicatio & ceteris modis usu venit. Si cui tamen futurum esse potius videtur, sit ita sanè: modo intelligat hoc raturum esse: id quod de verbis Oderis, oderit, &c. interdum Noueris, nouerit, dictum sit. Quintil. lib. 11. cap. 3. Quare norit, se quisque, nec tantum ex communibus praeceptis, sed etiam ex natura sua capiat consilium formandae actionis. Pers. saty. 4. Tecum habita, & noris, quam sit tibi curta supellex. Voces Imperatiui proprias etiam prohibendo crebro usurpant poetae. Terent. Adelph. Quando tuum non curo, ne cura meum. Idem Andr. — ab ne me obsecra. Idem Adelph. Da veniam. A. ne grauare. Virgil. lib. 9. Ne trepitate meas Tenebris defendere naues.



Oratores admodum rard eas admittunt. *Quintil. declam. 6. Matrem, inquit, tibi per hec merita commendo: tu illum tuare, defende, ama, ne relinque.*  
*Plin. Ruff. lib. 8. Inuicem tu, siquid istic epistola dignum, ne grauarē scribere.* *Li. ab Urb. 3. Crastino die redite in aciem, eris copia pugnandi, ne time.*  
 ¶ *Legislatores suo iure tum imperando, tum vetado Imperatiuis, To, syllaba terminatis vtuntur.* *Cic. 2. de Legib. Impius ne audeto placare donis iram deorū.* *Ibid. Ne quis stipē cogito.* *Plin. lib. 18. c. 31. Vuam calidā ne legito, &c.* *Colum. de Arb. c. 5. Per brumam vitem ne colito. Hec habui, quae de imperandi specie dicerem: teditim fortasse tibi attulerim, sed quid agerem tam multis, tam variis Grammaticorum opinionibus pene obrutus?*

¶ Optatiui tempus praesens & imperfectum.

**V**tinam amarem Oxala amāra eu: ou Amasse.  
 Amares, Amāras tu: ou Amasses.  
 Amaret, Amāra elle: ou Amasse.  
 Plur. Vtinam amarēmus, Oxala amāramos nos: ou Amassemos.  
 Amarētis, Amāreis vos: ou Amāssis.  
 Amārent, Amāram elles: ou Amassem.

¶ Ama, addita, rem, Amāre. Ab eādē persona Imperatiui hanc Docē, ē, tēgerē, Audi rem.

**M**odus Optatiuis, vt nomen ipsum indicat, ab optando nomen accepit: vnde optandi aduerbia ei praeposimus, O si, O vtinam, Vt, Quam, & si qua eiusdem generis sunt. *Virgil. Aen. 8. Sin aliquem infandum casum fortuna minaris, Nunc o nunc liceat crudelem abrumpere vitā. Idē 7. Adsis o tandem, & propius tua numina firmes. Idem 6. Si nunc se nobis ille aureus arbore ramus Ostendat nemore in tanto —* ¶ *Idem 8. O mihi praeteritos referat si Iuppiter annos. Pers. sat. 2. — & o si, Sub rastro crepet argenti mihi serui dextro Hercule —* ¶ *Lucan. lib. 2. O vtinam, celiq; deis, Erebiq; liceret Hoc caput in cunctas damnatū exponere poenas.* ¶ *Virg. eclog. 9. Sic tua Cyrneas fugiant examina taxos: Sic cytiso pasta distentent vbera vaccae: Incipe siquid habes —* ¶ *Vt, pro Vtinam frequens est apud Comicos. Terent. Adelph. — vt, Syre tecum tua Menstracione magnus perdat Iuppiter. Idem Eun. Vt illum di, deaq; senium perdant.* ¶ *Cic. Att. 15. Quam vellem Bruto studium tuum nauare potuisses! Idem ad eumd. lib. 2. Quam vellem Romae mansisses!*  
 ¶ Optandi aduerbia saepe praetermittunt auctores; nam, vt lib. 18. docet Prisc. Optatiua verba indicant per se & rem, & votum: aduerbia verò tantum votū significant, ad ampliorem tamen demonstrationem verbis adduntur. *Terēt. Adelph. Dij tibi Demea omnes semper omnia optata asserant. Cic. pro Deiot. Dij te perdant fugitiue: ita non modo nequam & improbus, sed fauus & amens es. Quintus Marco fratri lib. 16. Ita te tumque filium videam, vt mihi gratissimum fecisti, cum &c. Cic. Att. 5. Ita viuam, vt mu-*

ximos

ximos sumptus facio. Idem ad eumd. 8. Moriar si magis gauderem, si id mihi accidisset. Idem Gallo lib 7. Sed ne viuam, si tibi concedam, vt eius rei tu cupidior sis, quam ego sum. Idem Att. 14. Melius fuit periisse illo interfecto, quod nunquam accidisset, quam haec videre. *Lucan. lib. 2. Me gemina figant acies, me barbarataelis Rheni turba petat. — Mart. lib. 2. Si non mentiris Classice, dispaream.*

¶ Praesens & praeteritum imperfectum Optatiui vna atque eādē voce contineri.

**10** **P**robus, Diomedes, Donatus, Seruius, Priscianus vna atque eādē voce praesens & imperfectum Optatiui complexi sunt. Quorum Diomedes, Sunt (inquit) qui excludant ex hoc modo praesens tempus: necesse est enim omnium consensu in futurum optemus. Nonnulli verò admittunt, quod nimis videtur absurdum, quoniam nemo optat, quod habet, sed vt habeat. Itidem hi qui admittunt, in ambiguum ducunt tempus futurum, cui simile faciunt instans, dicendo, Vtinam legam, Vtinam faciam, pro instanti, & futuro idem vsurpantes: nec respiciunt quantum discrimen sit inter haec tempora, quae vniiformiter prauè declinantur. Debenit enim cum sint inter se longè discrepantia sensu, declinatione quoque dissentire. Rectius ergo alij fecerunt, qui, ob ambiguitatem, imperfecto etiam instans iunxerunt, vt sit id instans, & imperfectum, Vtinam facerem. *Prisc. lib. 8. inter alia multa, In hoc (inquit) modo dūtaxat, & Infinitiuo temporum coniuncta habent Latini praesens cum praeterito imperfecto, & praeteritum perfectum cum plusquamperfecto ad imitationem Graecorum: quamuis haec quoque conati sint quidam distinguere, sed melius est esse coniuncta. Rationes, quas*  
**21** *assert, ne sim longus praetermitto. Quint. lib. 9. c. 3. in eādē sententia est. Transferūtur (inquit) etiam tempora, Timarchides negat esse ei periculum a securi. Praesens enim pro praeterito positum est. Et futurum pro praesenti, Hoc Itachus velit. Haec ille. Locus est Virgilij 2. Aen. Hoc Itachus velit, & magno mercentur Atridae. Velit, docet Fabius futurum esse: rogo cuius nam sit modum, num Coniunctiuū? minimè verò; imo certè praesens est Coniunctiuū, Cum Velim, velis, velit, &c. Cuius ergo? an Potentialis? non fieri potest, cum Potentialis & Coniunctiuus voce omnino consentiant: & qui negat Optatiuum futurum habere, idem ipse affirmat futurum Potentialis simile esse futuro exacto, hoc est, primam personam syllaba, Ro, esse terminatam. Quod si etiam demus Optatiuum & Potentialē voce consentire: habeat Optatiuis futurum necesse est. At si Velim, velis, velit, Optatiui futurum est, praesens diuersum sit à futuro necessarium est. Nam si eādē vox esset praesentis & futuri, numquam Fabius dixisset futurum pro praesenti positum esse. Cum ergo futurum sit Velim, reliquū est, vt Vellem praesens sit. M. Varro in eādē mihi videtur sententia fuisse. Nā lib. 3. de Analog. Species quinta (inquit) Optandi, vt Dicerem, Facerem, Dicam, Faciam.*

Faciám. Solet enim presens cum futuro inflecto, ut ipse loquitur, coniungere. Vni Latine duas voces Lusitanas reddidimus, quae ita permixtae praesenti & imperfecto seruiunt, ut difficile tempus alterum ab altero secerni possit. Terent. Adlph. Vtinam hic prope adesset alicubi, atque audiret haec. Oxala estiuera aequi pecto &c. Idem Andr. Vtinam mihi esses aliquid hic, quo me praecipitem darem. O se estiuera aequi &c. Vtinam adesset nunc pater tuus. Oxalase achara aequi vollo pay. Vtinam talis essem, qualem me esse existimas, Oxala fosse eu tal, qual vos cuidais que sou. Quint. lib. 1. c. 2. Vtinam liberorum nostrorum mores non perderemus. Prouesse a Deos que não dannaessemos, ou deitassemos a perder. &c. Ouid. 1. de Trist. 1 tamen, & prome tu, cui licet, aspice Romam. Dij facerent, posses ne meus esse liber. Plaut. Capt. Vtinam te dij prius perderent, quam perijisti patria tua. **Voces Lusitanas etiam alijs temporibus accommodari possunt; nam prior plusquam perfecto, posterior perfecto etiam seruit, ut mox dicemus: Neque mirum id tibi videatur; nam in Latino sermone non raro permiscerentur tempora huius modi: obscura enim, & perplexa est ipsa affectio, ratioque optandi.**

## Præteritum perfectum.

**V**Tinam amauerim, Queira Deos que tenha eu amado: ou Oxala amasse eu.  
 Amaueris, Que tenha tu amado.  
 Amauerit, Que tenha elle amado.  
 Pl. Vtinam amauerimus, Queira Deos que tenhamos nos amado. Amaueritis, Que tenhamos vos amado.  
 Amauerint, Que tenhamos elles amado.

¶ Amaui, i, in, e, & addita, rim, Amauerim: sic in cæteris.

**P**eriq; veterum, qui quidem nunc exstant, præteritum perfectum & plusquam perfectum optandi modi voce vna comprehenderunt, in quibus est, Prob. Donat. Seru. & Prisc. lib. 8. ut paulo ante dixi; vbi, si vacat, lege quibus rationibus adducti Grammatici, utrumque tempus coniunxerint. Vnus Diomedes ex ijs, quos quidem legerim perfectum a plusquam perfecto separauit; id quod in verbis declinandis semper obseruat. Priscianus etiam si utrumque misceat, dum verba inflectit; tamen lib. 18. vbi accuratius de Modis atque Temporibus agit præteritum Optatiuo tribuit. Et per se tamen (inquit) verbum optatiuum sæpe ponitur sine prædictis particulis, ut Lucan. lib. 1. — dij visa secudent, Et fibris fit nulla fides; sed conditor artis Finxerit ista Tages — Et nota, quod Subiunctio simile protulit præteritum perfectum Optatiui: quod multis placuit artium scriptoribus. Hactenus ille. Mas queira Deos que tenha Tages fingido &c. Idem in eod. Quod autem Latini quoque omnibus temporibus Subiunctiuo modo etiam in Optatiuo vtuntur, ostendit tam vsus, quam antiquiores Donato scriptores artis. Virg. 6. Hac Troiana tenus fuerit fortuna secuta. Ecce

**hic** fuerit, optatiue posuit in precatone Aeneas, quod verbum tam præteriti perfecti, quam futuri potest esse: quod Donatus, & quidem alij Subiunctiuo tantummoda putant esse; cum alia omnes voces Optatiui communes sint etiam Subiunctiuo. Ergo non immerito in supra dicta Attica constructione, quia illi Optatiuis vtuntur, hoc quoque tempore indifferenter nostri sunt vsi; Haec ille. Si forte dubitas spectet ne Lucani locus ad Optatiuum, quia nullum optandi aduerbium vides præpositum: hunc Plinij ad Arrium Clementem lib. 1. epist. 10. accipe. qui tibi scrupulum, dubitationemque omnem eximat. Atque vtinam sic ipse, quam spem tunc ille de me concepit, impleuerim, ut ille multum virtutibus suis addidit. **10** Etiam hic vni Latine respondent duæ voces Lusitanæ: quarum prior verbis actiuis, altera cæteris serè accommodatur. Aiunt tres tantum obijisse: vtinam non obierint plures: Queira Deos que não morresseim: Oxala não morresseim mais. Dicitur abijisse ille, qui tibi molestus erat: vtinam abierit: Queira Deos que seja ja ido. Toto hoc triennio ad te octauo quoque die scripsi, vt **15** nam singulis mensibus scripseris. Queira Deos que me tenhaes escripto cada mes.

## Præteritum plusquam perfectum.

**V**Tinam amauissem, Prouera a Deos que amára eu: ou Tinuera amado.

Amauisses, Que amaras tu. **¶** Amaui, i, in, e, & addita, rim, Amauerim: sic in cæteris.  
 Amauisset, Que amára elle.  
 Pl. Vtinam amauissemus, Prouera a Deos que amáramos nos. cæteris.  
 Amauissetis, Que amáreis vos.  
 Amauissent, Que amáram elles.

**15** **P**ræteritum plusquam perfectum multo vsitatus est, quam perfectum. Cic. ad Att. lib. 9. Vtinam ego tantum ei prodesse potuissem, quantum ille mihi potuit. Idem ad eund. 8. Vtinam tui consilij certior factus essem. Idem ad Octau. M. Antonius vir animi maximi (vtinam etiam sapientis consilij fuisset.) &c. Idem Philip. 1. Vtinam Antoni auum tuum meminisses. Ibid. Sed novi firmitatem tuam: atque vtinam ut culpa, sic etiam suspicionem vitare potuisses. Terent. **30** Phorm. Quod vtinam ne Phormioni id suadere in mentem incidisses.

Fut. Vtinam amem, Praza a Deos que ame eu.

Ames, Que ames tu. Amet, Que ame elle. **¶** Amo, o, in, e, & addita, me.  
 Pl. Vtinam amemus, Praza a Deos que amemos nos.  
 Amemtis, Que ameis vos. Ament, Que amem elles.

**35** **F**uturum tempus vsque aded proprium & peculiare est formæ optandi, ut quidam è veteribus presens ei prorsus ademerint, quod nemo optet, quod habet, sed ut habeat, ab alijs verò quasiu fuerit, esset ne ei præteritum tribuendum. Quæ enim, aiebant, fieri potest ut quis in præteritum optet? Lege Diomedem, Quintilian. ut paulo ante diximus, apertissime futurum Optatiuo attribuit; **liquidem**

siquidem futurum docet pro presenti poni, in illo versu Virgilij Hoc Itachus velit. — Lege scholia in prateritum imperfectum. Quod si aliquando futurū presentem positum legeris, figurata constructio eris. Hebræi, qui vocum proprietatem, & vim maximè obseruant, futuro Indicatiui addita particula optandi Optatiuum suppleunt: nisi fortè de re transacta ac praterita fiat sermo. Tunc enim praterito eiusdem Indicatiui preposita eadem particula vtuntur. Adhæc, apud Latinos quàm plurima sunt testimonia, quæ clamant Optatiuo futurum tribuendum esse. Terent. Andr. — vtinam Id sit quod spero. Cic. de Senect. Habui hæc de senectute, quæ dicerem: ad quam vtinam perueniatis, vt ea, quæ ex me audistis, re experti probare possitis. Idem Att. 3. Vtinam illum diem videam, cum tibi gratias agam, quod me viuere coegisti. Idem in Epist. ad Brut. Cesaris vero pueri mirifica indoles virtutis. Vtinam tam facile cum florentem & honoribus & gratia regere ac tenere possimus, quàm facile adhuc fecimus. Idem Philip. 2. Vtinam aliquando dolor populi Romani patriat, quod iam diu patitur. Idem 3. Verr. Plurima signa, plurimas tabulas optimas deportasse te, negare non potes, atque vtinam neges. Quint. lib. 12. c. 1. Vtinamq; sit tempus vniquam, quo perfectus aliquis orator hanc partem vendicet sibi. Qui hæc putat ad presens Potentiale reijcienda esse, vt illud Ciceronis ad Att. 8. Est mihi præcipua causa manendi, de qua vtinam aliquando tecum loquar. Item illud Ouid — Vtinam temeraria dicar, &c. is totum Optatiuum in Potentialem iam reiecerit. Dij vota secundent, id est secundare velint. Cic. Att. 2. Vtinam adesses, id est, adesse posses: & illud Plinij, Vtinam spem impleuerim, hoc est, implere potuerim: & illud Terentij, Quod vtinam ne in mentem incidisset, hoc est, incidere potuisset. Quare veterum vestigijs ingrediamur, si volumus maxima incommoda effugere. ¶ Nostri aliquando more Hebræorum futuro Indicatiui vtuntur. Terent. Hecyr. Ita me dii bene amabunt, haud propterea te rogo, vt hoc proferam — Idem Heaut. Ita me dii amabunt, vt tuarum miseritum est Menedæme fortunarū. Idem Hecyr. futuro Optatiui vsus est, Tu nescis? S. non ita me dii bene ament. — Idem Eun. Ita me dii ament honestus est. — Plautus saepe eadem permutatione vtitur. ¶ Præter hoc futurum, est aliud simile praterito perfecto. Terent. Adelph. — dii me pater Omnes oderint, ni magis te, quàm oculos nunc amo meos. Liu. ab Urb. 6. Vides ne tu (inquit) A. Sempronij, loci fortuna illos fretos, ad Alliam constitisset nec illis dii immortales certioris quicquam fiducia, maiorisue, quod sit auxiliij, dederint. Teren. And. Vtinam aut hic surdus, aut hæc muta facta sit. Neque enim prateritum hic videtur locum habere, siquidem sensus est, Vtinam aut hic surdus, aut hæc muta fiat: Propertius quodam loco, Sic ego non illos iam norim, &c. dixit; vbi Norim apertissimè futurum est Optatiui; prepositum est enim ei, Sic optandi, aduerbium. Idem sentit Priscian. lib. 18. Vide scholia in prateritum perfectum.

Coniunctiui

## Coniunctiui modi tempus presens.

- C**um amem, Como eu amo: ou Amando eu.  
**A**mes, Como tu amas. Ament, Como elle ama.  
**P.** Cum amēmus, Como nos amāmos.  
**A**mētis, Como vos amāis. Ament, Como elles amā.  
**P. imp.** Cum amārem, Como eu amāua: ou Amando eis.  
**A**māres, Como tu amāuas.  
**A**māret, Como elle amāua.  
**P.** Cū amarēmus, Como nos amāuamos.  
**A**marētis, Como uos amāueis.  
**A**mārent, Como elles amāuāo.  
**P. perf.** Cū amāuerim, Como eu amāi: ou Tenho amado: ou Amāmasse, do eu: ou Tendo amado.  
**A**māueris, Como tu amāste. Amāuerit, Como elle amō.  
**Plur.** Cū amauerimus, Como nos amamos.  
**A**maueritis, Como uos amāstes.  
**A**māuerint, Como elles amāram.  
**P. plusq.** Cū amāuisē, Como eu amāra: ou Tinha amado: Amāuado eu: ou Tendo amado. Amāuisses, Como tu amāras.  
**A**mauisset, Como elle amāra.  
**Pl.** Cū amāuissemus, Como nos amāramos.  
**A**mauissetis, Como uos amāreis. Amāuisēt, Como elles amāram.  
**M**odum hunc grammatici tum Coniunctiuum, tum Adiunctiuum, tum Subiunctiuum vocant, propterea quod sententiam perfectam minimè efficiat, nisi sibi alterum verbum coniungat: nam Imperatiuum, Optatiuum, itidem Indicatiuum magna ex parte alterius adminiculo non indigent. Magna ex parte dixi, quia Imperfectum & Plusquamperfectum alterū desiderant, vt sensum perficiant. Adiunctiuus (sic enim etiā à Probo, & Diomede appellatur) sibi alia verba adiungit ferè beneficio particularum Cum, Quod, Si, Ni, Nisi, Quamuis, Licet, Vt, & Vti, Vtne, Quod pro Vt; Dum pro Dūmodo: & Modd cum ponitur pro Dūmodo: item relatiui, Qui, quæ, quod: & infinite particule, siue partis orationis dubitatiue, vt Nescio quid dixerit, cur venerit, an redierit. Cic. pro Quint. Hæc tria cum docuero, perorabo. Idem Tironi lib. 16. Satis te mature videro, si planè confirmatum videro. Idem Att. 9. Admiratus sum, quod ad me tua manu scripsisses. Idem 4. Verr. Ei, quem sefellere, ne pecuniam quidem reddes? Liu. bel. Pun. 10. Prator edixit, vti editui ædes sacras aperirēt. Cæterarum exempla passim tibi occurrent. ¶ Nonnullæ ex his particulis interdum omittuntur maximè Vt, Si. Iuven. sat. 3. Greculus esuriens in celum, iusseris, ibit. Horat. 1. Serm. sat. 3. — decies centena dedisses Huic parco

parco paucis contento, quinque diebus Nil erat in loculis. — Cic. Philip. 13. Neque te istinc si cupis possis explicare, recesseris, omnes insequentur: manseris, habebis. pro Si iusseris, Si dedisses, Si recesseris. Si manseris. Vide Priscian. lib. 18.

¶ Qui Lusitanæ lingue sunt periti, negant speciem coniungendi præposita particula, CVM, bene in Lusitanum conuerti hoc modo, Como eu ame, Como eu amasse; Como eu aja amado: Como eu ouera, e Ouelle amado, sed vtendum esse temporibus Indicatiui, qua de re supra in Coniunctiuo verbi Substantiuui satis dictum est. Dixerit fortasse aliquis quoniam igitur pacto Coniunctiuus ab Indicatiuo separabitur? Hinc eundem ego rogarim, quoniam modo Optatiuus, Permissiuus, & Potentialis à Subiunctiuo discernantur. Itidem qua ratione Hebræi Optatiuum, ac Subiunctiuum ab Indicatiuo disjungant; nam cum vterque modus apud ipsos proprijs vocibus careat, additis particulis optandi atque coniungendi ex Indicatiuo suppletur. ¶ Sed quoniam supradictum est, quo pacto Coniunctiuus, accedente particula, CVM, in Lusitanum conuerteretur, vbi præcipue Substantiuui verbi exemplis vsi sumus: nunc etiam aliorum verborum exempla ponenda sunt, vt voces Lusitanas, que à regione respõdent, maxime Latinis temporibus conuenire ostendamus. ¶ Coniunctiuus aliorum verborum, accedente particula, Cum, in Lusitanum conuertitur vel per Indicatiuum, vel per Gerundiũ tantum, vel per duplex, vel per Gerundiũ & verbũ, vel per Gerundiũ simul & Participiũ, vel per Indicatiuum & Participium, vel per solum Participium.

¶ Per Indicatiuum, Cum te pater tuus vehementer amet, absentiam tuam fert acerbissime: Como vosso pai vos quer tanto, sente muito vossa ausencia. Cum te pater tuus vehementer amet, absentiam tuam se rebat acerbissime: Como vosso pai vos quera tanto, sentia muito vossa ausencia. Cum te pater tuus semper vnicè amauerit, nemini mirum videri debet, si casum tuum acerbissime lugeat: Como vosso pai vos quis sempre tanto, como se não tiuera outro, &c. Cum te pater tuus annis superioribus vnicè amasset, sperabant omnes tecũ aliquãdo in gratiam rediturum: Como vosso pai os annos passados vos tiuera tã grãde amor, esperauão todos, &c.

¶ Per Gerundium tantũ. Patrem tuum fugis, cum te vnicè amet? Fugijs de vosso pai, querendouos elle tanto, como se não tiuera outro? Patrem tuum fugiebas, cum te vnicè amaret? Fugieis de vosso pai, querendouos elle, &c. Mirantur omnes te patrem tuum fugere, cum te semper vnicè amauerit: Elpantãose todos fugirdes de vosso pai, querendouos elle sempre tanto, como se não tiuera outro. Filium tunc vehementer oderat, cum eum antea vnicè amasset: Tinha então grande odio a seu filho, tendo lhe dantes grande amor.

¶ Per Gerundiũ duplex. Cum has ad te literas exarare, redditis mihi sũt tue, Estãdo escreuendo esta carta recebi a vossa. Mortuus est repentinũ, cum de morte disputaret: Morreo de repente estãdo disputãdo da morte.

¶ Per

¶ Per Gerundium & verbum, Tandem miserandum in modum animam efflavit, cum annos quatuor continuos omnibus membris captus iacuiisset in lecto: Espirou por derradeiro miseravelmente, auendo quatro annos continuos que jazia entreuado em hua cama.

¶ Per Gerundium & Participium, Numquam ad me scribis, cum ad te sæpissime longissimas literas dederim: Nunca me escreueis, tendouos eu escrito mui largamente por muitas vezes. Cum esses Roma, ne literam quidem ad me misisti, cum ad te sæpe numero scripsissem: Nem hũa só letra me mandastes quando estaueis em Roma, tendouos eu escrito muitas vezes. Hæc circuitio, Tendouos escrito, ensinado, lido, ouuido, &c. sæpe perfectum, & plusquam perfectum elegantissime reddit, qua verbo primæ declinationis tantum respondet, ne pueri tam multis vocibus perturbentur.

¶ Per Indicatiuum & Participium, Cum ad te crebrò literas dederim, neque vllas acceperim, incipio piger esse in scribendo: Como vos tenho escrito 15) to muitas cartas, & recebido nenhũa, começo de me fazer, &c. Cum ad te crebrò literas dedissem, neque vllas accepissem, incipiebam piger esse in scribendo: Como vos tinha escrito muitas cartas, & recebido nenhũa, &c.

¶ Per solum Participiũ. Cum frater tuus ex Africa discessisset, allate sunt Regis literæ, quibus eũ nusquã discedere imperabat: Partido vosso irmão; &c.

20) ¶ Curent præceptores, vt pueri inter declinanda verba cum ad hunc locum peruenerint non solum, CVM, sed etiam particulas alias præponant, vt Quauis, Si, Nisi. Ita enim fiet, vt propriè ac bene Lusitanè Latinas voces reddant. Illud in super admonendi sunt pueri; cũ particula Si, Nisi, præponuntur præsentis Cõiunctiuui, ferè in futurum à Lusitanis conuerti. Quint. lib. 1. c. 4. Nec, si rationem 25) syderum ignoret, poetæ intelligat. Plaut. Trinum. — edam, nisi si ille vetet.

Fut. Cum amãuero, Como eu amar: ou tiuer amado. ¶ Amãueris, Como tu amares. Amãuerit, Como elle amar. in, e, & addita, 10, Amãuero. Eodẽ modo in cæ Pl. Cum amauerimus, Como nos amãremos. (marè) teris.

30) Amaueritis, Como vos amãredes. Amãuerint, Como elles amãuerint. ¶ Robus duplex futurum Subiunctiuo tribuit, alterum quod voce omnino cum futuro Indicatiui congruit. Cic. Att. 9. Cum tu hæc leges, ego illum fortasse conuenero. Idem ad eund. lib. 1. Quod si me audies, & si humanitati iuc constare voles, certè putabis. Alterum quod, RO, syllaba finitur. Colum. lib. 2. c. 21.

35) Quem (librum) componere in animo est, cum agriculationis totam disciplinam præscripsero. ¶ Est tertium futurum quod cum præterito perfecto voce prorsus consentit. Plaut. Pseud. B. Si tu argentũ attuleris, cum illo perdidierim fidẽ. Ibid. Quis mihi igitur drachmã reddet, si dederim tibi? Terent. Andr. Verberibus casum te in pristinum Daue dedam vsq; ad necẽ, Ea lege atq; omnie, vbi si te inde exemerim, ego pro te molã. Ib. — certe si rescuerim. Idẽ Eun. — debẽ

Credo isti quisquā furcifero, si id fecerim. Idem Adelp. *Caut nunc iam oculos à meis oculis quoquam dimoveas tuos. Ne mora sis, si innuerim, quin pugna cōtinuò in mala berças.* Gell. lib. 18. c. 2. *Saturnalibus, ait, septem quæstiones conuivis fuisse postas, quarū postrema hæc fuit, Scripserim, Venerim, Legerim, cuius temporis verba essent, præteriti, an futuri, an vsiusq;.* Hactenus ille. Idem de passio futuro dicendum est. Terent. And. *Vbiuis facilius passus sim, quam in hac re me deludier.* Idem Hecy. — *te sedulo Et moneo, & hortor ne cuiusquam misereas, Quin spolies, mutiles, laceres, quemquem nacta sis.* ¶ Fuit præterea quartum futurum apud priscos, primæ quidem declinationis, *Affo, syllabis finitum, vs Amasso, Iudicasso, Irritasso, amassit, &c.* Secundæ *Esso, vs Prohibesso, prohibessit, &c.* Tertiæ, *Im, vs Faxim, Axim, Edim, Perduim, Duim, dui, duit, &c.* quæ interdum etiam pro præsentis eiusdem modi ponuntur, de quibus post in Anomalis. ¶ *Amauerimus, amaueritis, præteritum acuto accentu declinatur, vs docet Diom. lib. 1. Futurum circumflectitur Amauerimus, amaueritis. Quod si quædo futuri penultima correpta inueniatur, non à futuro primo, sed à tertio fit, hoc est, non à futuro cuius prima persona syllaba, Ro, terminatur, vs Amauero, sed Rim, vs Amauerim: vs enim præterito simile est voce, ita & accentu.*

#### ¶ Coniunctiui tempora alia alijs permutari.

**P**resens Coniunctiui interdum pro Imperfecto eiusdem modi ponitur. Terent. And. *Facile omnes cum valemus, recta consilia egrotis damus. Tu si hic sis, aliter sentias.* pro Tu si hic esses, aliter sentires. Liu. ab. Vrb. 3. *Tribunus militū imperauit, vs sarcinas in vnū conuici iubeas: pro iuberet. & contra Imperfectum pro Præsentis.* Plaut. Aul. *Sexcenta sunt, quæ memorem, si sis ocium: Pro Memorare, si esset.* Senec. epist. CXI. *Postea videbimus, an tanou dijs vacet, vs priuatorum negotia procurarent.* Cic. pro Cæcin. *Vsum fructum omnium bonorum suorum Cæsennæ legat, vs frueretur vnâ cum filio.* Idem 4. Verr. *Cogero incipis eos, vs absentem Heraclium condemnarent.* Curt. lib. 7. *Edicit vs omnes in vestibulo regie præsto afforent.* Idem lib. 8. *Ille paulatim mente collecta, quid afferrent, interrogat.* Terent. Heaut. — *cum exponendam do illi, de digito anulum Detraho, & eum dico vs vnâ cum puella exponeres.* Liu. bel. Pun. 2. *Quoque pronior esses in vitia sua agitare eum, atque irritare Pænus parat.* Ibid. lib. 7. *Signū dat, vs pariter ab suis quisque latebris exorirētur.* Quint. lib. 11. c. 1. *Quando etiam ipsos loqui deceret, quartus liber continet; pro deceat, exoriantur, sit, exponat, afferant, adsint, condemnent, fruatur, procurēt.* ¶ *Præteritum Imperfectum, pro Plusquamperf. videtur positum in illo Terent. Adelp. — tu nunc tibi Id laudi ducis, quod tum fecisti inopia. Iniurium est: nam si esset, vnde id fieret, Faceremus.* pro fuisset, fecissemus. Præsens pro futuro. Plaut. Merc. — *quid est? D. Dicam, si videam tibi operâ esse, aut otium.* ¶ *Quoniam in copulandis, coniungendisq; temporibus facili*

facilis est lapsus, legat qui volet Diomedem de Verborum qualitatibus lib. 1. Priscianum de Constructione Subiunctiui. 18. Ex Diomede nonnulla subiiciemus. Futurum, (inquit) finitiuorum (hoc est Finitiu modi, seu Indicatiui) præsentis Subiunctiuorum, & futuro iungitur, & Optatiuorum futuro. Dicam, si intelligas: Dicam si intellexeris: Dicam vt intelligas. Diomedes solet modum, cui præponuntur particule, Vs, Ne, Optatiuum appellare. Itē Subiunctiua vicissim inter se iunguntur hoc pacto, Imperfectū Imperfecto, vt Dicerē, si scirē. Plusquāperfectū Plusquāperfecto, vt Dixissem si scuissem Item Imperfectū Plusquāperfecto, Sic Dicerem, si scuissem. Et versa vice Plusquāperfectum Imperfecto, sic, Scripsissem tibi si scirem. Et priore quidem sermone, Scriberem tibi si scissem, significat fuisse se scripturum vel semel, si sepius cognouisset. Sequenti, Scripsissem tibi si scirem, significat scripturum sepius se fuisse, si vel semel scires. Hactenus ille. Quæ si vera sunt, sicuti existimo pleraq; esse. Pleraq; dixi, quia discrimen hoc redolet, nescio quid grammaticum, quod Terent. non seruauit Adelp. 5. *Tetigi ne tui quicquā? Æ. si attigisses, ferres infortuniū.* Hic Attigisses, Si vel semel, vel leuissimè attigisses, significat. Si, inquit, hæc vera sunt nō video cur dicamus in illo loco Terentij, quæ modo attulimus, Imperfectum positum esse pro Plusquamperfecto; sed solere Latinos rem præteritam vsroq; tempore efferre. Cic. Att. 8. *Plura scriberem, si ipse possem. Plura scripsissem si ipse posuisssem, idem valet.* Idem Tusc. 5. *Numquam id diceret, si se audiret.* Idem Att. 7. *Si scriberem ipse, longior epistola fuisset: sed dictaui propter lippitudinem. Neq; item opus esse arbitror in illo Plaut: Dicam, si videam tibi operam esse: positum esse præsens pro futuro.*

#### ¶ Coniunctiui propriæ voces Lusitanæ.

**P**resens, *Quamuis amem, Posto que eu ame. Ames, Tu ames, &c.*  
**P.** imperf. *Quamuis amarem, Posto que eu amara: ou Amasse. Amares, &c.*  
**Pr.** perf. *Quamuis amauerim, Posto que eu tenha amado. Amaueris, &c.*  
**P.** plusquamperf. *Quamuis amauissem, Posto que eu tiuera amado. Amauisses, &c.*  
 ¶ *Quorsum, inquit, Coniunctiuū ita pueris inculcas? Primum vt intelligant esse huius etiam modi proprias voces Lusitanis, adhibitis nonnullis particulis: deinde vt Lusitanum sermonem in Latinum conuertant. Futurum prætermisi, quodd semper eodem modo, quo futurum Indicatiui, reddatur Lusitanè, quacumq; præcedente particula, Quamuis fuero, Posto que ja então eu ferei: ou Estarei, &c. Quamuis legero, Posto que ja eu então lerei: ou Terei lido, &c.*

#### ¶ Modus Potentialis.

**N**emo veterum huius meminisset modi hoc nomine, neque eum à Coniunctiuo separauit: fortasse quia ferè cum alijs verbis iungitur. Coniunctiuus enim modus, vs Prisc. lib. 8. ait, non à significatione, vs alijs, sed à constructione nomen accepit: siquidem Indicatiuus ab indicando, Imperatiuus ab imperando, Optatiuus ab optando dictus est: at Subiunctiuus à constructione, nam cum alijs verbis

construitur, atque coniungitur, de cuius variis significationibus lib. 18. doctè ac copiosè agit. Vbi, postquam de eo pauld latius disputauit, subiungit. Iste igitur modus ( vt breuiter eius vim colligam ) apud Latines est, quando dubitationem, quando comprobationem, quando possibilitatem significat. Idem pauld post docet Græcos modum Indicatiuum, atque Coniunctiuum vsurpare, cum possibilitatem demonstrant adhibita coniunctione ἄν. quos nostri imitantes Optatiuis sine Subiunctiuis per se positus ( nam eadem, inquit, sunt voces ) vtuntur, eadem possibilitatem demonstrantes, vt Docuissem si discere voluisses: ἂν ἴδωμεν ἄν, ἂν ἴδωμεν ἂν ἴδωμεν, docuissem, id est, poteram docere. Similiter, Docerem, si discere velles: id est, docere poteram. Hæc ille. Quam ipse possibilitatem ap-

pellat, potentiam quidam ex recentioribus vocat; vnde Potentialem hunc modum nominauit, quod potentiam siue facultatem præcipuè adsignificet. Solet enim verbo Possium explicari. Horat. 1. Carm. od. 6. Quis Martem tunica tectum adamantina Dignè scripserit? Scripserit (inquit Priscian.) scribere poterit. Idem de Arte poet. Dixeris egregiè, notum si callida verbum Reddidit iunctura nouum. Id est, vt idem, inquit, poteris dicere egregiè. Cic. 3. Verr. Voconia lex videlicet te delectabat; imitatus esses ipsum illum Voconium, qui hæreditatem lege sua ademit nulli. Imitatus esses, imitari potuisses, vt idem interpretatur. Virg. 2. Aen. — quos omnes vndique Graie Circum errant acies; & ni mea cura resistat Iam flammæ tulerint, inimicus & hauserit ensis. Pro poterant tulisse, & poterant hausisse, vt idem explicat. Adsignificat etiam debitum, vnde verbo Debeo, aliquando explicatur. Cic. in Ver. 3. De iure verò ciuili si quid noui quis instituerit, is non omnia, que antea acta sunt, rata esse patiatur: id est, non debet pati rata esse, vt idè exponit. Interdum & voluntatem; Virg. 1. Aen. — & quisquã numen Iunonis adoret? id est, adorare velit. Cuius Modi etiã possunt illa esse, Discã potiùs, quam doceã: Paream potiùs, quam imperè. Consentit hic modus voce cum Subiunctiuo; què etiam si Romana lingua lumen & ornamentum iure optimo possis appellare: eũ tamen scholiorũ canellis circũscribendum duximus, ne sermonè daremus ijs, qui iniquo animo ferũt ipsum à Coniunctiuo diuelli. Quare liberum erit ludi magistro, vel ediscendũ auditoribus proponere, vel intactũ prætermittere: quod idè de Permissiuo, siue Concessiuo dixerim. Nos certè nostro fungemur munere.

¶ Pot. modi. Præs. Amem? Que ame eu? Que ey eu de amar? Amarei? Hæc voces Lusitana præsentis temporis cum interrogatione vsurpatur. Ob quam causam interrogationis notam adiecimus, Que ame eu? Que ey eu de amar? postrema Amarei, etiam sine interrogatione vtimur interdum. Accipe exempla. Crassus in Philip. apud Quint. lib. 8. c. 3. Ego te Consulem putem, cum tu me nõ putes Senatorem? Que cuide eu q̄ sois vos Consul, &c. Que ey eu de cuidar que sois vos Consul, &c. Plaut. Mostel. — tibi obtemperè, cum tu mihi nequeas? Idem Amph. Vir ego tuus sim? Terent. Adelp.

Hei

Hei mihi quid faciam? quid agam? quid clamem, aut queram? Idem Andr. Tu ne impunè hoc facias? Que ajais vos de fazer isto sem leuardes o pago. Idem Phorm. Loquar ne incèdam, taceam? infligem, purgem me! laterem laucm. Plin. lib. 1. epist. de Euphrate philosopho, Nullus horror in vultu, nulla tristitia, multum seueritatis: reuereris, occursum non reformides. Cic. orat. 1. in Catil. Te vt vlla res frangat? Que aja, ou possa auer couisa que te dobre? Idem ibid. Tu vt vnquam te corrigas? Que te ajas algũa hora de emendar? Quintil. lib. 6. c. 5. Videas enim plerosque ita percitos exclamantes, vt &c. Virg. 4. Aen. Migrantes cernas, totaque exurbe ruentès. Quint. lib. 1. c. 9. Frangas citiùs, quam corrigas, que in prauum induruerunt. Plaut. Mercat. Ni oculos lacrymæ defendant, iam ardeat, credo, caput. Terent. Andr. — si Simo hunc noris satis, Non ita arbitrèrè. — Amem tefferas, que me toties perdidderunt? Ey eu de amar? que aja eu de amar. ¶ Præmunitiones illæ, vt ita dicam, vt sic dicam, huc etiam spectant; que & futuro efferuntur, vt ita dixerim, vt sic dixerim. Interdum simul ponitur hic modus, & eius interpretatio. Virg. 2. Aen. Quis cladem illius noctis, quis funera fando Explicet? aut possit lacrymâ equare labores? Possit equare, & æquet idem valent: Adiungimus tam multa exempla, tum vt naturam modi planius ostenderemus, tum vt aperitissimè videres tam multas voces Lusitanas posse respondere vni Latine. Nunc pauca ex Prisciano cum interpretatione Græca Subijciamus. Virg. 4. Aen. Sed mihi vel tellus optè prius ima dehiscat, Ante pudor, quã te violè. Optem, ἂν ἴδωμεν ἄν. Idè 3. Eloquar, an fileam? An fileam, ἂν ἴδωμεν ἄν. Idem 1. O, quam te memorè virgo? namq; haud tibi vultus Mortalis. Memorè, ἂν ἴδωμεν ἄν. Que dubitationè, aut interrogationè adsignificat, serè coniunctione ἄν solet ille explicare. Illud mihi penè exciderat, tẽpus hoc etiã futurũ tempus redolere; nec mirũ, cum Præsens ipsum Coniunctiuũ futuri naturam respiciat. Cic. 3. Verr. Vnũ aliquid de nefarijs istius factis eligã, quo facilius ad Sicilia possim aliquando peruenire. Possim nonne futurũ potiùs, quam præsens adsignificat? Itè illa trita, & quotidiana. Peto à te vt cras ad me venias. Rogo te ne deinceps mihi sis molestus; & sexcèta alia quid aliud videntur quã futurũ clamare? ¶ Imperf. Pot. modi. Amãrem, Amaria eu: Amãra: ou Podèra amar. ¶ Cic. pro Rab. perd. Tu deniq; Labiene quid faceres tã in re, ac tẽpore? Que fizèras, q̄ pudèras fazer? Idè Treb. lib. 15. Ferreus essem, si te non amarem. Seria eu logo de ferro, &c. Terent. Andr. — redeo indè iratus atq; agrè serès: Nec satis ad obiurgandũ causã diceret, Quid feci? Diria, Poderia dizer: ou Dissera, Podèra dizer. Sall. in Catil. Sed, cõfecto prælio, tum verò cerneret quanta audacia, quantaq; vis animi fuisset in exercitu Catiline. Então videris vos, &c. Plaut. Pers. Cras ires potiùs, hodie hic cœnaret. Antes vos diueris de ir à menhã & ceãreis aqui oje. Cic. Att. 8. Plura scriberè, si ipse potuissè. Idè in Ep. ad Brut. Scriberè plura, nisi ad te hæc ipsa nimis multa esset. Idem

Idem 5. Tusc. Numquam id diceres, si ipse se audiret. Idē Verr. 6. **Qui viderent** equum Troianum introductū, urbem captam esse dicere. Quint. declam. 10. Miser ille nisi teneretur, iam ad patrē veniret. Terent. Adelph. si attigisses, serres infortunium. Virg. 8. — at tu dicitis Albane maneres, Ficareis vos noque discesstes; Comprirere vosla palaura. Ego te desererem? Que vos auia eu de descomparat? Amarem aleas, que toties me nudarunt? Auia eu de amar, &c. Quibus beneficijs te ille afficeret, cum esset pauperrimus? Que merces vos podia elle fazer, &c. Nonnumquam malunt auctores duobus verbis, quam vno, vii. Cic. 4. Verr. Verum si de pecunia testibus planum facere non possent, illud negare posses? Potuit vno verbo dicere, illud negares? Accipe vnum atq; alterum ex ijs, que Priscianus affert cum Græca interpretatione. Cic. 3. Verr. Que ego non commemorarem, nisi vos illud vellem recordari. Non commemorarem. *ὅτι ἂν ἰμνησάμενοι*. Virg. Aen. 6. Quem Socium exanimam vates, quod corpus humanum Diceret, λίγυ' ἔφα. Cum hoc tempore iunguntur aduerbia tam presentis, quam futuri tēporis. Virg. Aen. 8. Non ego nunc dulci amplexu diuellerer vsquam, *ἄνευ τούτου* — Scriberem ad te cras, si esses tabellarius.

Præteritum perfectum. Amāuerim, Pude eū amar.

**V**Nus miles tantam stragem ediderit? Que pode hum só soldado fazer tão grande estrago? Foi possiuel hum soldado fazer tamanho estrago? He possiuel que hum soldado fizesse tamanho estrago? Ego, in quem omnium oculi sunt coniecti, tantum scelus commiserim? Plaut. Amph. Audistis? tu me narrare hoc hodie? SO. vbi ego audiuerim? Plin. ad Falc. lib. 1. Ipse cum tribunus essem, errauerim fortasse, qui me esse aliquid putauit, Po de ser q̄ não acertei. Virg. Aen. 9. Vnus homo, & vestris, ô ciues, vndiq; septus Aggeribus, tantas strages impune per urbem Ediderit? iuuenum primos tot miseris Orco? Idem. 2. Non prius aspicias, vbi fessum etate parentem Liqueris Anchisen? superes coniūgens Creusa, Ascaniū que puer? quos omnes vndiq; Graic Circumerrant acies, & ni mea cura resistat, iam flammæ tulerint, inimicus & hausit ensis. Pro poterant tulisse; & poterant hausisse interpretatur Priscianus, & rectè; nam hic videtur esse temporum permutatio, pro Ni mea cura resisteret, siue resistisset, iam flammæ tulissent, & hausisset ensis. Quint. lib. 10. c. 1. de Demosthene, & Cicerone agens; Et fortasse epilogos illi mos ciuitatis abstulerit: sed & nobis illa que Attici mirantur, diuersa Latini sermonis ratio minus permiserit, Bem pode ser que o costume da terra lhe tirasse, &c. Cic. in Bruto, Resertæ sunt orationes amplius centum quinquaginta; quas quidem adhuc inuenerim, & legerim, & rebus, & verbis illustribus. Das que eu etequi pude achar, & ler. Idem. 5. Tuscul. Precidi caput iussit M. Antonij omnium eloquentissimi, quos ego audieris, Mais eloquente de todos os que eu pude ouuir: Idem in Bruto, Sed omnium oratorum

oratorum siue rabularum, quos quidem ego cognouerim, solutissimum in dicendo iudico Q. Sertorium. Quint. lib. 10. c. 1. Sunt & alij multi disertis; corum, quos viderim, Domitius Afer, & Iulius Africanus longè præstantissimi. Idem, lib. 12. c. 11. dixit, Quos mihi cognoscere contigit; quod Cic. dixit, Quos quidem cognouerim. Vidi ego longè omnium, quos mihi cognoscere contigit, summum oratorem Domitium Afrum valde senem. Huc etiam videntur illa, & que sunt generis eius sêdê spectare, Te vt vniquam vlla res fregerit? Tu vt vniquam te correxeris? Nescio an id mihi vniquam in mentem venerit. Rogas, quisnam id vniquam dixerit? pro Frangere potuerit, Corrigere volueris, &c. Horat. In Epod. Impunè vt urbem nomine impleris meo? Sed hæc fortasse, dixerit aliquis, hoc tempus, cum prouocabulum, aut interrogatio, aut dubitatio, aut infinita particula adhibetur, ad Coniunctiuum spectare, atq; Coniunctiuum pro Indicatio poni: cuius sententiæ ego non inuitus acceperim, dummodo fateatur esse quædam, que huc potius spectent. Cuiusmodi fortasse sint ea, que attulimus: & quod ingenuè hic fatendum sit, extra interrogationem, dubitationem, prouocabulum, & particulas infinitas, vix vniquam vtuntur scriptores hoc tempore aliquid affirmantes, sed potius circuitione. Cic. in Bruto, Hanc enim mortem rhetoricè & tragicè ornare potuerunt. Idem 4. Verr. Sed intelligere potuisti, priore actione ciues Romanos ex Sicilia plurimos, &c. pro testimonio dicere. Priscianus que su t huius generis, ἔφα, Græca coniunctione, non, ἂν, solet interpretari; quorum pleraq; huic loco videntur aliena. Cic. 3. Verr. Qui adem Castoris testem furtorum tuorum esse volueris ἰδίαις ἔφα. Ibidem, Nam que so redite in memoriam, que libido istius in iure dicendo fuerit ἰδίαις ἔφα. Ibidem, Videte vt hoc iste correxerit διὰ τὸ ἔφα. Qui magis apposita exempla inuenerit, his adiungat: nam illa, Non facile dixerim, Hæc ad quædam prodesse non negauerim, Eo magis Fabio crediderim, & alia penè infinita ad futurum spectant tempus, vt paulò post dicemus. In illo Quint. proæm. lib. 1. Sit igitur orator vir talis, qualis verè sapiens appellari possit, nec moribus modò perfectus, sed etiam sciencia, & omni facultate dicendi, qualis adhuc fortasse nemo fuerit. Fuerit pro fuit videtur positum. Item Liu. ab Urb. 6. Tum verò ego, inquit, nequicquam hac dextra Capitolium, arcemq; seruaucrim, si ciuem, commilitonemq; meum tanquam Gallis victoribus captum in seruitutem, ac vincula duci videam. Plaut. Amph. — tecum fui. Amph. Tun' mecum fueris?

Præc. plusquamperfect. Amāuissim, Amara eu: ou Podera ter amado.

**H**OC tempus frequentissimum est. Cic. Cornif. lib. 12. Plura scripsissem, nisi tui festinarent; Mais vos escreuéra, podéra, ouvéra, ou deuvéra escruer, se não estiuerao tão depressa. Idem in Bruto, Si corpore valuisset, in primis habitus esset disertus. Ibid. Is processisset honoribus longius, nisi semper infirma, atque etiam ægra valetudine fuisset. Ibid. Neq; enim iam Troicis temporibus tantum laudis indicendo vlyssi tribuisset Homerus, & Nestori, quod

alterum vim habere voluerit, alterum suauitatem, nisi iam tum esset honos eloquentie. Idem pro Planc. An, si unquam in me vitæ cupiditas fuisset, ego mense Decembri mei Consulatus omnium pernicidarum tela commossem. Idem 3. Verr. Dixit iuratus P. Potitius tutor pupilli Iunij, dixit M. Iunius tutor & patruus Mustius dixisset, si viveret. Ibid. Quem ego hominem, si eius fidei diffusus essem, iudicem non retenuissem. Ibid. Quæd hoc planius egissem, si ita narrauissem? Dio quidam fuit Halesinus, &c. Ibid. Si tibi antea displicuisses, idem fecisses, quod anno post M. Piso. Idem. 4. Neq; enim tam facile opes Carthaginis tantæ concidissent, nisi illud ei rei frumentarie subsidium, & receptaculum classibus nostris pateret. Teren. Eunuch. — paululum si cessissem Pythia, Domi non offendissem. Ibid. — ceterum Idem hoc tute me. Ius quanto inuenisses Thraso! Plaut. Pseud. Tantum, quantum loquere, iam isse ad forum. Qui. ut. decl. 6. Si potuisset, redimere oculos matris, qua pietate fuit, vicarios suos dedisset. Suet. in Vesp. c. 8. Maluissimæ alium oboluissem. Val. Max. lib. 8. c. 7. Migrasset profecto ex hominibus inertia, si eodem animo vitam ingrederentur, quæ eam Solon ingressus est; la fora desterrada, &c. ¶ Quorsum, inquit, tam multa exempla? Quia sunt, qui putant, rara esse huius temporis, vitationemq; esse periphraſim, quod an ita sit, peruolucandis scriptoribus experire: periphraſi raro velim uti. Mitto locum illum Virg. 4. Aen. qui à plerisq; assertur — faces in castra tulisset, Impleſſemq; soros flammis, gnatumq; patremq; Cum genere extinxem, memet super ipsa dedissem. Mitto illud Ouid. 15. Met. Quod petis hinc, propiore loco Romane petisses. Mitto Lucan. 1. decantatissimum carmen, Subiuga iam Seres, iâ barbarus isset Araxes. Quis enim omnia sine fastidio enumeret? Ne tamen contra cæptum ordinem faciamus, audiamus Prisciani interpretationem. Cic. 3. Verr. Si hoc iuris non vnus hominis causa dixisses, cautius cõposuisses, &c. Ibid. Quæd si tanta pecunia colūnas dealbari putasse, certe nūquā adilitatē petiuisse, &c. Ibid. Hac cõditōe si quis de populo accessisset, nō esset vsus &c. av xp̄ōō. Ponitur interdū Plusquā perfectū Indicatiui loco huius. Horat. 2. Car. Me trūcus illapsus cerebro Sustulerat, nisi Faunus ixtum Dextra leuasset. Sustulerat pro Sustulisset posuit, inquit idē Priscianus, propter metrum. At Quint. nulla carminis necessitate compulsus decl. 6. Excecaueram, pro Excecauissem dixit. Quantum inter hæc fleuit! Quamdiu cecidit oculos suos: si perseuerassem, duos excecaueram. Idem Decl. 3. Tamen pater occiderat agrum, si reliquisset. Idem lib. 6. c. 3. Quod si tradita mihi sequi præcepta sufficeret, satisfeceram huic parti. Curt. lib. 10. Quas [opes] ipsi fundauerant, si unquam aduersus immodicas cupiditates terminus stare. Plin. Paneg. Temerè fecerat Nerua si adoptasset alium. ¶ Circuitiōnis vnum atq; alterum exemplum adiungam, vt Futuro locus etiam relinquatur. Cic. Att. 8. Sed cum hæc scriberem quinto Kal. Pompeius iam Brūdam poterat venisse. Vbi, poterat, legi; non potuerat, vt quidam legit.

Virg.

Virg. 10. Debueram patriæ pœnas, edisq; meorum Omnes per mort. s animam fontem ipse dedisse.

¶ Futurum, Amāuerim, Amaria eu; Amarei; Poderei amar.

¶ Suprà cum ageremus de futuro Coniunctiui, multis veterum exemplis planum fecimus, esse futurum quoddam simile Præterito perfecto eiusdem modi, quod hic multo est vſitatus: id quamuis quidam existimant præteritum esse, significatio tamen ipsa, futurum esse apertissime docet. Cic. 3. de Orat. Syrtim patrimonij, [copulum] libentius dixerim: Charybdim, voraginem potiùs. Antes diria, De millhormente diria eu. Idem in Orat. Pomeridianas quadrigas, quàm postmeridianas libentius dixerim. Ibid. Nec verò reprehenderim; Scripsere alij rem. Ibid. Nec enim, tam libenter dixerim armum, iudicium, et si est apud eundem. Idem. 5. Tusc. A. Errare me hercule malo cum Platone, quam cum istis vera sentire. M. Maeste virtute, ego ipse cum eodem ipso, non inuitus errauerim, Erraria de boamente. Idem. 1. de Leg. Ego verò libenter audiverim, quid enim agam potiùs? aut in quo melius hunc consumam diem? Idem in Bruto, Ista verò, quàm necessaria fuerint, non facile dixerim. In eod. Hoc verò sine vlla dubitatione confirmauerim. Idem in eod. Neq; secundum tamen, neq; tertium dixerim, Diria. In eod. Non facile quem dixerim plus studij, quam illi. Liu. 7. ab Vrb. Iniusu tuo, inquit imperator, extra ordinem numquam pugnauerim: Non, si certā victoriam videam. Idem. 1. ab Vrb. Eò magis Fabio pictorici crediderim: Crieria eu. Quint. lib. 11. c. 3. Et quidem hæc ad quedam prodesse non negauerim. Nāo negaria eu. Idē lib. 1. c. 1. In parentibus verò quam plurimum esse eruditionis optauerim. Idem lib. 8. c. 3. Sterilem platanum, tonsasq; myrtos, quàm maritam vltimum præoptauerim? In eod. c. 6. At ego in agendo nec Pastorem populi, auctore Homero, dixerim, nec Volucres pennis remigare, &c. Idem lib. 10. c. 1. Ciceronem cuiumq; eorum facile opposuerim. Idē lib. 11. c. 2. Equitē vel mediocre orationē commendatā viribus actionis affirmauerim plus habituram esse momenti, quam optimam eadem destitutam. Idem lib. 6. c. 4. Illa potiùs vrbana esse dixerim. Idem lib. 1. c. 5. Mihi placet Latinam rationem sequi, quousque patitur decor. Nec iam Calypsōnem dixerim, vt Iunonem. Idem proœm. eiusd. lib. Ac veterum quidem sapientiæ professorū multos & honesta præcepisse, & vt præceperunt, etiā vixisse: facile concesserim. In eod. c. 8. De Menandro loquor, nec tamen excluderim alios. Plin. lib. 8. c. 48. Neq; facile dixerim, qua id atate cæperit. Illud eiusdem Plinij lib. 2. c. 93. Et hercule non cælestia enarratu difficiliora fuerint; pro Esse poterunt dictum videtur. Colum. lib. 6. c. 1. Quæ in emendis bubus sequenda, quæq; vitanda sunt, non ex facile dixerim. ¶ Huc etiam videntur pertinere locutiones illæ, quibus veniam, pacemq; præſamur. Cic. 5. Tusc. Cuius ego iudicium, pace tua dixerim, longè antepono tuo. Plin. lib. 34. c. 11. Hæc omnia medici, quod pace eorum dixisse liceat, ignorant: & Quint. lib. 1. c. 6. Sed pace dicere hominis eruditissimi

I 2

liceat.



liceat. Ouid. 3. de Pont. Pace tua dixisse velim. Virg. 10. Non ego te Ligurum ductor fortissime bello Transferim. Idem. 11. Nec vos arguerim Teucri. — Terent. Hecyr. — deniq; hercle aufugerim Potius, quam redea, si ed mihi redeundum fiet. Idem Heaut. — si paululu modo quid te fugerit, ego perierim. Idem Andr. Vbiuis facilis passus sim, quam in hac re me deludat. P. ssum sim, Sofrerei, poderei sofrer. Idem Hecy. — ego propterea te seduid Et moneo, & hortor, ne cuiusqua misereat, Quin spoliis, mutiles, laceres quemquem nacta sis. Qualquer que poderdes aueras maos. Senec. de Clem. lib. 2. c. 2 Maluerim veris offendere, quam placere adulando. Plin. lib. 17. c. 11. Id quidem in horam diei quintam vel octauam spectare maluerim. Iuuen. Sat. 2. Quis tulerit Gracchos de seditione querentes? Quem sofrera? Quem podera sofrer? Quis dixerit vel vnum ex tam multis exemplis prateritum adsignificare? vsq; ed futurum adsignificant, vt Donatus illud Aufugerim, dixerit esse Coniunctiuum pro Indicatiuo. Coniunctiuum [inquit] modum posuit pro Indicatiuo futuro, vel, vt alij dicunt Promissiuo. Et Priscianus illud Virg. 2. georg. Non alios 15 prima crescentis origine mundi Illuxisse dies, alium ve habuisse tenorem Crediderim: futuro Græco explicat τῆς ἡμέρας. In eodem — tamen hæc quoque siquis Inserat, aut scribibus madet mutata sub actis, Exsuerint syluestre animum. Exsuerint. Perderao, ou poderao perder a braueza. Exsuerint etia explicat Priscianus futuro Græco ἀδύνατον ἄρ, non præterito, vt quidam ait ἀδύνατον ἄρ. Qui hæc ad præteritum reijciunt, futurum, Ro. syllaba terminatum huic modo attribuunt; sed nullo id testimonio confirmant; id quod a Prisciano videntur mutuatis; sic enim ille eodem lib. 18. Electiuè [inquit] quoq; sepiissime hoc modo vtimur, vt Imperem potius, quam moneam: Discam, quam doceam. ¶ Tamen & præterito plusquam perfecto præteritum imperfectum 25 solent Romani coniungere, vt Fecissem, nisi impedires: & contra, Facerem, nisi impedisses. Et præsentis præsens, vel futurum, vt Faciam, nisi impedias; & faciam, nisi impedieris. Et futuro futurum, vel præsens, vt Fecero nisi impedieris, & Fecerem, nisi impedias. Nonnulla hic immutauimus, quo magis essent aperta, & perspicua: exempla tamen Prisciani sunt. Idem, Sic ergo quod illi solent (nimirum 30 Græci) & per Indicatiuum, & per Optatiuum facere, addentes ἄρ: coniunctiuum Græcum: nos Subiunctiuus per se positus solemus demonstrare (subaudi possibilitatem vel potentiam; dixerat enim ante, Nostri ergo quoq; in omnia illos sequentes, quando possibilitatem demonstrare volunt, Optatiuis siue Subiunctiuis vtuntur verbis) vt Docuissem, si discere voluisses, ideo Poteram docere. Similiter 35 Docerem, si discere velles: id est Docere poteram. Et præteritis quidem vtentes ostendimus rem, qua potuisset facta esse, non esse factam. Præsentis verò, vel futuro subiunctiuo vtentes, in huiuscemodi constructione, ostendimus posse fieri aliquid, nisi quid impediatur, vt Doceam si velis; id est, Possum docere, si voluntas tua non impediatur: Similiter in futuro, Docuero, si volueris, id est, Potero docere si volueris. Horat. 1. Carm. ode 6. Quis Martem tunica testum adamantina Dignè Scripserit?

Scripserit? pro, Scribere poterit. ¶ Quorsum dicet aliquis, tam altè repetita oratio? Primum, vt modi huius natura melius percipiatur, deinde vt his auobus exemplis, Fecero, nisi impedias, aut impedieris; & Docuero, si volueris; planum fiat, id quod nobis probandum erat. Priscianus tamen non id aperte probat, Nam 5 illud Horatij Scripserit, cur non dicam esse a futuro Scripserim, scripseris, scripserit? Quod si concedendum est, futurum syllaba, Ro. finitum huc spectare: fatendum etiam nobis erit, illud Ciceronis ad Att. 2. Respiraro, si te videro: & ad Tironem. 16. Satis te maturè videro, si plane confirmatum videro. Id est, respirare potero, videre potero. Deniq; huc reijcienda erunt alia penè innumera, qua idem 10 ipse, qui Potentiali modo primus nomen imposuit, docet pro futuris Indicatiui poni: qua de re supra satis, abundèque dictum est. Caterum si Priscian. dixisset, vt hæc, Respirare si te videam: Respirarem, si te viderem: Respirassem, si te vidissem, ad Potentialium modum pertinent; sic hoc, Respiraro, si te videro; quid respondisset? nam videntur eiusdem generis esse. Mihi certè non videntur. Quid illud 15 Terentij Adelph. M. ah, si pergis abire? abire potero significat, nonne potius affirmat se statim sine vlla mora abiturum? sed ista viderint. Critici: nobis aliud properantibus non licet esse tam otiosus.

### Modus Permissiuus seu Concessiuus.

20 **P**ermissiuus siue Concessiuus modus Permissionem, siue concessionem adsignificat: vnde & nomen inuenit, quem in hunc locum reseruauimus, quod Coniunctiuo voce simillimus sit. Eius vsus, excepto futuro, in secundis & tertijs personis potissimum cernitur. Primas enim non facile inuenias. Huic etiam scholiorum cancellos circumdabo: modo enim eius elegantia, & ornatus intelligatur, per me, vel publico careat, licet.

¶ Permissiuus siue Concessiuus modi tempus præsens.

¶ Mem, Ame eu: Douhe que ame: Mas que ame.

**T**erent. Adelph. D. — quid istuc? tibi si istuc placet: Profundat, perdat, pereat, nihil ad me attinet. Gaste: Mas que gaste, & lance a 30 perder a si, e a fazenda. Cic. 3. Verr. Sustinebunt tales viri se tot Senatoribus, tot equitibus Romanis nõ credidisse? sustineat. Douhe q̄ sofrão. Ibid. Confringat iste sanè vi sua consilia senatoria, quæstiones omnium perumpat, euolet ex vestra seueritate, mihi credite, arctioribus apud pop. Rom. laqueis tenebitur. Idem 2. Acad. Hæc si vobis non probamus, sint falsa sanè, inuidiosa 35 sanè non sunt. Idem in Bruto. Sit Ennius sanè, vt est, certè perfectior, &c. Idem 7. Verr. Sit sacrilegus, sit fur, sit flagitiorum omnium vitiorumq; princeps: at est bonus imperator. Seja: Douhe que seja.

¶ Pr. imperf. Amarem, Amara eu: Douhe que amara: Mas que amara.

¶ Hic nullum occurrit exemplum, si quod offenderis, cura adiungendum.

¶ Pr. perf. Amauerim, Amasse eu: Douhe que amasse: Mas que amasse.

Cic. 3. Verr. Erunt etiam fortasse iudices, qui illum eius peculatū vel acerrimē vindicandum putent, &c. Emerferit ex peculatus etiam iudicio. Et paulo inferius, Ex hoc quoq; euaserit: proficiſcar eō, quō me iam pridē vocat Pop. Rom. &c. Ibid. Malus ciuis Cn. Carbo fuit: fuerit alijs, tibi quādo esse cōpiti? Douthe que fosse maõ pera os outros, &c. Vir ille, quem iniuria affecisti, proximō anno fuit Consul. Fuerit, Mas que fosse.

¶ Plurq. perf. Amauissem, Amāra eu: Douthe que amāra: Mas q̄ tiuera amado.

V Irq. 4. Aen. Verū anceps pugna fuerat fortuna: fuisſet. Fuisſet, Amda que fora: Mas q̄ fora. Hic fuerat, pro Fuisſet poſitū est. Sic Horat. Suſtulerat, Quintil. Excecauerā dixerunt pro Suſtulisset, Excerauissem, vt antea dictum est. Poteris similia exēpla fingere etiā primæ personæ. Verū victa fuissem: Fuisſe, Mas q̄ fora. Prius Fuissem, Potēiale est. posterius Permissiuū.

¶ Futurum, Amauero, Douthe que venha, ou Chegue eu a amar.

C Vr miser literas tantopere fugis? Cur tibi aded, sunt inuisæ? Age amauro literas, quam ex ipsis gloriā reportauero? Ora bē, douthe q̄ chegue a amar as letras, &c. Cic. 2. Acad. Age resitero Peripateticis; sētinuero Epicurēos, tot meos familiares; Diodoro quid faciā Stoico, quē à puero audiui? Dion. lib. 1. hunc modū affirmatiuā speciem appellat. Affirmatiua (inquit) species est huiusmodi. Cum in re dubia, in qua parū altercantibus assentimur, specie subiunctiua, quasi sit factū affirmans, veluti cum dicimus, Fecerit, Dixerit, id est, crede eum dixisse, aut fecisse, quod neque dixerit, neque fecerit. Nam si factū esse re uera animum inducimur, finitiuo v. amur sermone, id est, Fecit. Lege cetera, si vacat, de eadem re: Ad extremū inquit, Talis est affirmatiua quæ altercationis tollendæ gratia, sub simulatione confessionis inducitur. Specie vocat more Varronis, quem Modum appellamus; Finitiuū sermonem, modum Indicationum.

¶ Fut. aliter, Amaueris, Ia que assi he, ama emora, faze o q̄ quiseres.

H ic prima personæ singularis desideratur: conuenit hic sermo potissimum ijs, qui diu aliquid suaserunt, sed frustra: itaque tadio confecti, atque omni persuadendi spe abiecta in has voces prorumpunt. Exempli causa, Vixeris vt libet, satis sit te tuorum scelerum conscientia cruciari: Ia que assi he, viuey embora à vossa vontade, balternuos os continuos remorſos de vossas maldades. Diomedes hoc genus loquendi Concessiuam speciem vocat. Concessiuā (inquit) species est, quā tum demum vtimur, Subiunctiuam inserentes qualitatē, cum suadendo cuiſpiam, quod expediat, non persuademus, & desistentes, dum nos volumus crimine absoluerē, concedimus, arbitrio eius remittentes, quod pertendat facere. Vt cum loquimur ne faciat, sanē suadentes, illo pertendente vt magis faciat, addimus, Videris, Feceris, id est, Licet tu videas, tu perspicias quid feceris. Hoc dicimus sub specie concedendi potius euenctantes. Nam cum facere ex animo suademus, non ita loquimur; Feceris, Videris; sed Facias, Videas, exhortatiuo

vtentes

vtentes sermone. Enunciatione igitur eadem Affirmatiua & Concessiuā est species, sensu verō differt. Quoniā, quæ liqueant nobis non esse, affirmantes quasi sint facta defendimus. Item, quæ nequaquam volumus fieri, verbo velut fiant concedimus, vt pertinaciam contendendi cuitemus. Hæc ille. Subiunctiuam qualitatem appellat modum subiunctiuum; nam, vt supra ex Quintiliano diximus, quidam Modos qualitates nominarunt. Ad hanc speciem Concessiuam spectat illud Sallustij in Cic. Egeris, Oro te Cicero, perfeceris quod libet, satis est perpeſſos esse: etiam ne molestissimis verbis insectabere. Neq; enim præteritum est: non enim adiunxisset Oro te, si præteritū esset. Ia q̄ assi he, fazey peçouos Tullio embora, & acabai tudo, o q̄ vos vier à vontade, basta que vos temos sofrido: Como, ainda nos aueis de estar aqui deshonorando? Item Ciceronis in Sall. Vixeris vt libet Sallusti, egeris quæ volueris. Ia que assi he Sallusti, viuei à vossa vontade, fazei tudo o que quiserdes? Huc etiam videtur referendum illud Terentij Andr. Adducti, qui illam ciuem hinc dicant: viceris. Ia que assi he, fae com a tua, vence ja, acaba, faze o que quiseres. Vbi Donatus, Viceris, verbum est eius, qui vix sibi extorquet vt abiciat curam, & proprium patribus, ac familiare iratis. Interdum mitius, ac lenius iisdem vocibus vtimur, quibus significamus nos alicuius rei curam penitus abicere, eamq; aliorum arbitrio, iudicioq; committere. Cic. 5. Tusc. Quam sibi conueniat, ipso viderit. La o veja elle. Idem de Amicit. Quam id recte faciam, viderint sapientes. La o vejaõ. Idem de Nat. deor. 3. Quam simile istud sit, tu videris. Quo pacto frequentissime idem loquitur. Liu. 1. ab Urb. Vos, inquit, videritis quid illi debeatur. Prima tamen persona pluralis Viderimus, pro Videbimus videtur poni. Cic. pro Rosc. Amer. Sed de Capitone post viderimus, si quem admodum paratū esse audio, testis prodierit. Sic Gell. lib. 19. c. 8. loquitur. Videbimus autē post de Inimicitijs, & Quadrigis, ac fortasse de Quadrigis veterum auctoritati concessero. Cic. pro Quint. Posterius, inquit, ista videbimus. Sic Videro, pro Diligenter videbo. Etiam atq; etiam considerabo, Frequentissimum est. Idem pro Cælio. Videro hoc posterius. Idem 4. Verr. Alio loco de oratorum animo & iniurijs videro. Et illud Tu videris, solent Græci futuro Indicationi dicere D. Mart. 27. Ille autē dixerūt. Quid ad nos tu videris si A. S. πρὸς τὴν ἀποδοχὴν οὐδὲν ἔστι: Idē ib. vos videritis, quæ dicitur, nec enim ad speciem imperadi spectat, vt nonnulli opinantur.

¶ Modus infinitus.

Q Vint. lib. 1. c. 6. Infinitū, Gell. lib. 1. c. 7. Indefinitū, Gramatici serē Infinitū hunc modū appellant; quāuis Probus etiā Infinitum vocet, quē vt idē & Diomedes atunt, quidā Perpetuum vocant. Infinitus quidem sine Infinitiuū dicitur, quod neq; personas, neq; numeros desinat. Legere enim, exēpli causa, omnes personas & vtrūq; numerū cōplectitur, obscure tamē, & permixte: cū verba finita personas numerosq; aperte desinat, vt Lego, legis, legit, legimus, legitis, legūt. Vides ne personas, numerosq; certos & definitos: Id certē in verbis infinitis cerni nō potest

niſi

72 nisi accedant pronomina, quorum beneficio complicata & inuoluta persona nō meriq; explicentur & euoluantur, vt Praclarum est me, te, illum, nos, vos, illos pro Deo opt. Max. vitam profundere. Vnde nonnulli (vt Diomedes refert) Insignificatiuum, ac Imperfonatiuum nominarunt: Perpetuum verò (vt idem ait) Propterea quòd id perpetuum sit, quod finem non habet. Quidam (vt Prisc. lib. 8. ait) Nomen verbi Infinitum ipsum appellant, tamquam finita verba propriè sint verba appellanda: Infinita verò ipsorum nomina que sepe numero pro nominibus ponantur: vt Scire tuum nihil est. Virtus est vitium fugere, & alia eiusdem generis; Scire enim pro scientia, & Fugere pro fuga ponitur.

Infiniti modi tempus praesens.

- ¶ Amare, Amar: ou Que amo, amas, ama, amamos, amais, amão. ¶ Ama, addita re, Amare. Sic Docere, Legere, Audire.
- P. imp. Amare, Amar: ou Que amaua, amauas, amaua, amauamos, amauais, amauão.
- P. perf. Amauissè, Ter amado: ou Que amei, amaste, amou, amamos, amastes, amárão: ou Que tenho, tens, tem amado; temos, tendes, tem amado.
- P. plusq. Amauissè, Ter amado: ou Que amára, amáras, amára, amáramos, amáreis, amárão: ou Que tinha, tinhas, tinha amado; tinhamos, tinheis, tinham amado.

Vo dumtaxat modi, vt Prisc. lib. 8. docet, Optatiuus nimirum, & Infinitus tempora habent coniuncta more Graecorum, praesens cum imperfecto: perfectum cum plusquamperfecto. Lusitani verbis Possum, Debeo, Cupio, Opto, Volo, Malo, & alijs eiusdem significationis subiiciunt Infinitum proprium temporis praesentis, & imperfecti. Cic. ad Att. 3. Videre te cupio: Delejo de vos ver, praesens est. Cupiebam te videre: Delejava de vos ver, imperfectum est. Aliàs ferè circuitione Infinitum Latinum reddunt. Vtuntur enim verbis Indicatiui, aut Participijs, praeposita particula, Que. Idem Terentia 14. Omnes labores te excipere video, timeo vt sustineas, Vejo que tomals todos os trabalhos, &c. Idem ad Att. 2. Quam vellem Romae mansisses! Quanto folgára que ficáreis em Roma! Ibidem, Certi sumus perisse omnia: Sabemos de certeza que tudo he perdido. Interim suo Subiunctiuo vtitur vt Malo te doctum esse, quam opulentum: Antes quero que sejas. Cupio te literis operam dare: Delejo que estudes. Quo facilis rudes linguae Latinae haec percipiant, singula tempora exemplis illustranda sunt: Malo amare literas quam pecuniam: Antes quero amar as letras, &c. praesens est. Malebam amare literas, qua pecuniam: Antes quera amar as letras, &c. Imperfectum est. Scio te amare literas: Sei que amais as letras, Praesens est. Sciebam te amare literas: Sabia q amauais as letras. Imperfectum est. Scio auum tuum vehementer amasse literas: Sei que voffo auò amou muito as letras, Praeteritum

teritum perfectum est. Sciebam auum tuum vehementer amasse literas: Sabia que voffo auò amára muito as letras. Plusquam perfectum est. Illa vero locutiones, Sei amádes muito as letras. Sabia voffo auò ter amado muito as letras, Primum ijs, qui bene Lusitanè loquuntur, vehementer displicent: deinde praesens ab imperfecto minime discernunt. Scio me saepe ad te scripsisse: Sei q vos escreui muitas vezes, ou Que vos tenho escrito muitas vezes. Sciebam me saepe ad te scripsisse: Sabia que vos escreuera, ou Que vos tinha escrito: Sabia teruos escrito muitas vezes. Illa verò, Sei teruos escrito: Sabia teruos escrito, durissima sunt. Doleo me non scripsisse ad patrem tuum: Pelame de não ter escrito a voffo pay. Dolebam me non scripsisse ad patrem tuum: Pelauame de não ter escrito: Vtrumque rectè dicitur. Verum si vis apertius perfectum à plusquamperfecto discernere, conuerte hoc modo, Pelame porque não escreui, ou Porque não tenho escrito a voffo pay. Pelauame porque não escreuera, ou Porque não tinha escrito a voffo pay. Audio venisse patrem tuum: Ouço dizer que he vindo voffo pay, ou Que veyo. Audio abiisse patrem tuum, Ouço dizer que he ido, ou Que se foi voffo pay.

Futurum.

- ¶ Amaturum, am, um esse, Que ey, has, ha de amar: ou Que amareis, amarás, amará. Pl. Amatueros, as, a esse, Que auemos, auéis, hão de amar: ou Que amaremos, amareis, amarão.
- ¶ Amaturum, am, um fuisse, Que ouuera, ouueras, ouuera de amar. Pl. Amatueros, as, a fuisse, Que ouueramos, ouueris, ouuerao de amar.
- L Lusitani Futurum infinitum antecedente verbo praesentis temporis, sic reddunt, Putò te amaturum viros probos, Pareceme que has de amar, ou Que amarás, &c. Quòd si praecedat verbum praeteriti temporis, longè aliter futurum ipsum conuertunt: Putabam te amaturum viros probos; Pareciam me que auias de amar, &c. ou Que amarias. Quare necessariò addenda sunt haec voces Lusitane: Amaturum, am, um esse; Que auia, auias, auia de amar: ou Que amaria, amarias, amaria. Pl. Amatueros, as, esse; Que auiamos, auiais, auia da amar; ou Que amariamos, amariéis, amariao: ¶ Sunt qui futurum Infiniti modi; non solum accusandi; sed etiam nominandi casu efferant sic, Amaturus vel Amaturum esse, neque immerito: siquidem infinitum Esse, vt rumq; casum, admittit. Videor ne tibi aliquando amaturus esse literas? Putas me aliquando amaturum esse literas? Pareceuos que terei affectio, ou Me affectioarei ás letras? Nos tamen veteres Grammaticos secuti, accusandi casu tamquam proprio Infiniti fuimus contenti. Siquis verò & nominandi addiderit, minime displicebit. ¶ Verba Sperandi, Promittendi, Iurandi apud Lusitanos Infinitum praesens cum praepositione, De, postulant. Promittone rediturum breui. Prometo de tornar cedo. Cetera ferè circuitionibus

74 *bus gaudent hoc modo, Credo me breui iturum Romam, Pateceme que cedo  
irei a Roma: aut sic, Pareceme que cedo hei de ir a Roma. Auer de  
amar, Auer de enlinar, & cetera id genus, Lusitanis inaudita sunt. Quotus  
onim quisque sic loquitur? Pareceme auer de ir cedo a Roma; Espero a.  
uer de tornar cedo. ¶ Fuit priscis seculis futurum, Rum, syllaba finitum,  
quod omnibus generibus, & vtriq; numero citra discrimen accommodabatur, in  
cuius locū substitutū est participium in Rus, cum infinito Esse, quo vtimur mu-  
satis casibus, generibus, numeris pro re de qua agitur. ¶ Fuit aliud futurum à  
prisco futuro Coniunctiuū deductū, nam prisci (vt supra in futuro Cōiunctiuū di-  
ximus, & vt in Anomalis planius dicemus) Amasso pro Amauero dicebant: vnde  
futurum Infinitū Amāssere, Expugnāssere, Impetraſsere formabant, vt Græci à  
suo ἄσσω verberabo, ἄσσω verberatum esse ducunt. ¶ Circuitiones illæ Ama-  
sum ire, Doctum ire, & quæ sunt generis eiusdē, potius Præsens, quam futurum  
tēpis adsignificant. Sed tā de futuro Prisco, quàm de his circuitionibus, Gerun-  
dijs, & Participijs satis superq; in Constructione dictū est, ad quā, ne bis eadē  
legas, te reijcio. Vbi etiā, quibus nominibus à veteribus Gerūdijū dicantur inuenies.*

Gerundia. ¶ Amandi, De amar. ¶ Amans, antics, in di, do, dū: eodem modo in  
Amando, Em amar: De amar: Amādo: & Sēdo amado. tēp. & ceteris coniug.  
Amādum, Amar: Pera amar: A ser, & Pera ser amado. ¶ Gerūdijū ablatiuū variè in Lusitanū conuertitur. Es impiger in scribendo,  
¶ Sois diligente em escreuer. Desessus sum ambulando, Estou cāsado  
de andar. Eripis lacrymas non consolando, sed minando; Não tirais as lagri-  
mas cō consolar, mas cō ameaçar. Romanus sedendo vincit: Assentado,  
ou Estando assentado. Em amādo, Em chegādo, Em vindo, Em fa-  
zādo, & cetera huius generis, non sunt huius loci. Simulac primūm verbū sum in-  
gressus, statim patrē tuū conuēni. Logo em entrando, Tanto q̄ entrei. Si-  
mulatq; è nauī egressus sum, in grauissimū morbū incidi, Logo em desembar-  
cando. Simulac Romā attigi, statim fratrē tuum salutauī. Cum geminantur  
Gerundia apud Lusitanos, eleganter Cōiunctiuo exponuntur, maximè si alterū  
sī neutrum: Estando escreuēdo esta, recebi hūa vossa: Cum ad te literas  
examarem, reddite mibi sunt tue.

¶ Supina, Amatum, Amar, Pera amar:  
Amatu, De ser amado, Pera se amar.  
¶ Participia declinationis actiuæ, temporis præ-  
sentis & imperfecti.  
¶ Amans, amantis, O que ama, & Amaua.

Hoc participiū variè à Lusitanis explicatur. Auum vnicè amantem fugiſt  
Que te ama. Patrē vnicè te amantē in extremo spiritu deseruisti: Que  
te amaua. Virg. 10. Tū Pallas biugis fugientē Rhætea præter Traijcit. Que  
fugia: imperfectū est. Inserfecit illū dormientē: Matou o estādo dormindo.

Futuri

Futuri,  
¶ Amaturus, a, um, O q̄ ha, ou ouer de amar; Pera amar.  
¶ Non huc te accusaturus, sed defensurus veni: Vim pera vos defender, e  
Nāo pera vos accusar. Coniectus est in carcerem, discessurus postridie in  
Hispaniā: Estādo pera partir ao outro dia. ¶ Doceant Præceptores pueros,  
Participia futuri tēporis tā actiua, quàm passiuā etiā verbo Substantiuo contun-  
gere, ne semper verbo Debeo, quod illis familiarissimū est, vtantur. Sum amatu-  
rus, Es amaturus, &c. pro Debeo amare, Debes amare, &c. Amaturus erā, eras.  
10 pro Debebam, debebas amare, &c. Amandus sum, es, pro Debeo, debes amari.  
Amandus eram, eras, &c. pro Debebam, debebas amari. Formauimus hoc parti-  
cipium à priore supino propter verba neutra, que posteriore carent.  
¶ AMOR verbum passiuum sic declinabitur.  
Indicatiui modi tempus præsens.

85 AMOR, Eu sou amado. Amāris vel âre, Tu es amado.  
Amātur, Elle he amado. Pl. Amāmur, Nos fomos amados.  
Amāmini, Vos sois amados. Amantur, Elles são amados.  
P. ip. Amābar, Eu era amado. Amabâris, vel âre, Tu eras amado.  
Amabâtur, Elle era amado. Pl. Amabāmur, Nos eramos  
amados. Amabâmini, Vos eris amados. Amaban-  
tur, Elles erão amados.  
P. perf. Amatus, a, um sum, vel fui, Eu fui amado.  
Amatus, ta, tum es, vel fuisti, Tu foste amado.  
Amatus, ta, tum est, vel fuit, Elle foi amado.  
25 Pl. Amati, tx, ta sumus, vel fuimus, Nos fomos amados.  
Amati, tx, ta estis, vel fuistis, Vos fostes amados.  
Amati, tx, ta sunt, fuērūt, vel fuēre, Elles forão amados.

Præteritum plusquamperfectum,  
¶ Amatus, ta, tum eram, vel fuerā, Ia eu era, ou Fora amado.  
30 Amatus, ta, tum eras, vel fueras, Tu eras, ou Fora amado.  
Amatus, ta, tū erat, vel fuerat, Elle era, ou Fora amado.  
Pl. Amati, te, ta erāmus, vel fuerāmus, Ia nos eramos,  
ou Foramos amados.  
Amati, tx, ta erātis, vel fuerātis, Vos eris, ou Foreis ama-  
Amati, tx, ta erāt, vel fuerāt, Elles erão, ou Forão amados.  
Fut. Amābor, Eu serai amado. Amāberis, vel berē, Tu seras  
amado. Amābitur, Elle será amado. Pl. Amābimur,  
Nos seremos amados. Amābimini, Vos seris amados.  
Amabuntur, Elles serão amados.  
Fut. perf. Amatus, a, tum fuēro, Ia eu então serai amado.  
Amatus, a, tum fuēris, Ia tu então seras amado.

K 3

Amatus,

Amatum, m, mu-  
tata in rus. Amatu-  
rus. Cetera eodē  
modo.  
¶ Amo, ad-  
dita, r, A-  
mor. Cete-  
ra eod. mo-  
do.  
¶ Amabam,  
m, murata  
in r, Amā-  
bar. Sic in  
ceteris,  
¶ Amatu,  
addita, s, A-  
matus. Sic  
in ceteris.  
¶ Aduerbiū Lu-  
sit. Ia, iungitur  
participiū cū vō  
cib, Era, Eras,  
Era, &c. nā his,  
Fora, Foras. Fo-  
ra, &c. iunctum  
eas ad Potētia-  
lem frequētius  
trahit: Ia fora  
morto seme nā  
ajudareis.  
¶ Amabo, ad-  
dita, r, Amabor.  
Sic in ceteris.

Amatus, a, um, fuerit,  
Pl. Amati, x, a fuerimus,  
Amati, x, a, fueritis,  
Amati, x, a fuerint,

Ia elle então será amado.  
Ia nos então seremos amados.  
Ia vos então se reis amados.  
Ia elles então serão amados.

**V**eteres grammatici verbo Actiuo solebant Imperfonale adiungere: prop-  
terea quod crederent actionem significare. Verum sine ne Imperfonalia;  
& an agendi, an patiendi naturam habeant, satis in Constructione dictum est.  
Quod verò ad eorum declinationem attinet, cum ad D:fectiuam ventum erit, non  
nihil etiam de ea dicetur. Præteritum perfectum, & plusquam perfectum debent  
Latini participio præteriti temporis, & verbo Substantiuo; neque enim ea voce  
vna more Hebræorum, aut Græcorum declinare possunt. Itaque Amatus sum  
verbum est præteriti temporis: quamuis enim, Sum, per se positum præsens sit,  
participio tamen iunctum vim temporis sui amittit, atq; in præteritum migrat,  
nec duo verba, sed vnum censendum est. Nam si duo essent, tunc Amatus nomen  
esset, Sum verò verbum, vt Legatus sum, idest fungor Legati mun:re. Audia-  
mus P. Nigid. de hac re apud Gell. differentem lib. 17. c. 7. Legis veteris Atiniæ,  
inquit Gellius, verba sunt; Quod surreptum erit, eius rei æterna auctoritas esto.  
Quis aliud putet in hisce verbis, quam de tempore tantum futuro legem loqui?  
Sed Q. Scæuola patrem suum, & Brutum, & Manilium viros apprime doctos  
quæsisse ait, dubitasseque, vtrum ne in postfacta modo surta lex valeret, an etiam  
in antefacta: quoniam, Quod surreptum erit, vtrumque tempus videretur of-  
tendere, tam præteritum, quam futurum. Itaque P. Nigid. ciuitatis Romanæ  
doctissimus, super dubitatione hac eorum scripsit in XXIII. Commentario-  
rum grammaticorum. Atque ipse quoque idem putat incertam esse temporis  
demonstrationem. Sed angustè perquam, & obscure disserit, vt signa rerum ponere  
videas ad subsidium magis memoriæ suæ, quam ad legentium disciplinam. Videba-  
tur tamen hoc dicere, verbum Esse, & verbū Erit, quando per se se ponuntur, ha-  
bent, atque re inent tempus suum. Cum verò præterito iunguntur vim tempo-  
ris sui amittunt, & in præteritum contendunt. Cum enim dico, In campo est,  
In comitio est, tempus instans significo. Item cum dico, In campo erit, tem-  
pus futurum demonstro. At cum dico, Factum est, Scriptum est, Surrep-  
tum est: quamquam, Est, verbum temporis sit præsentis, confunditur tamen  
cum præterito, & præsens esse desinit. Sic igitur, inquit, etiam istud, quod in  
lege est, si diuidas, separetque duo verba hæc, Surreptum, & Erit, vt sic audias  
Surreptum, tamquam Certamen erit, aut Sacrificium erit: tunc videbitur lex in  
postfuturum loqui: si verò copulatè, permixtèque dictum intelligas, vt Surreptum  
erit, non duo, sed vnum verbum sit, idq; vnica patiendi declinatione fit: tum hoc  
verbo non minus præteritum tempus ostenditur, quam futurum: Hactenus ille:  
Non me fugit Grammaticos etiam veteres hanc circuitionem bifariam diuisisse,  
appellasseq; Vteriora tempora, quibus verbum Fui, Fueram adiuncta essent, vt

Amatus

Amatus fui, Amatus fueram, & q; id significare, quod multò antè factum esset: quæ  
verò aliquid proximè factum significarent, Sum, Eram, recipere, quæ propin-  
quiora à quibusdam video appetari, vt illa remotiora: quod idem de futuro Ama-  
tus ero, fuerò dictum sit. Scriuus in Donatum ita inquit, Sed scire debemus in  
omnibus passiuis verbis præterita tempora, idest perfectum, & plusquam perfe-  
ctū habere vteriora præterita. Diomedes, vbi præteritū perfectum Amatus sum,  
es, est, sumus, estis, sunt, per se declinauit, subiicit: Vteriore modo Amatus fui, fuisti,  
fuit, &c. Plusquam perf. Amatus eram, eras, erat, &c. Vteriore modo Ama-  
tus fueram, fueras, fuerat, &c. quod idem obseruat in reliquis modis & futuro  
Coniunctiu. Quam tamen differentiam cum videam Latinos rarè obseruare,  
non putari pueros propinquieribus, vterioribusq; præteritis, aut futuris eneran-  
dos. M. Tull. Latinæ lingue princeps ferè præterito propinquiore vtitur, etiam  
cum de rebus multò antè actis sit sermo. 4. Verr. Horum pater abhinc duos, &  
viginti annos est mortuus. Idem pro Rabir. Posth. In ipso genere mortis imi-  
tatus est P. Decium filius. Idem pro eod. Platonem in maximis periculis, infi-  
dijsq; esse versatum accepimus. Idem pro Rab. perd. reo. Causam suscepisti an-  
tiquiorem memoria tuâ; quæ causa antè mortua est, quam tu natus esses.

## Imperatiui præsens.

20 ¶ Amâre vel Amâtor, Se tu amado. Ametur, Seja elle amado. ¶ Ama, addita  
Pl. Amêmur, Sejamos nos amados. Amâmini, vel Amâmi-  
nor, Sede vos amados. Amentur, Sejão elles amados. re, Amate. Sic  
in cæteris.

Futurum, siue modus Mandatiuus.

¶ Amâtor tu, Amâberis vel Amâbere, Serás tu amado. ¶ Amato, addi-  
25 ¶ Amâtor ille, vel Amâbitur Será elle amado. ta, r. Amâtor.  
Pl. Amâminor, vel Amâmini, Sereis vos amados. Sic in cæteris.  
Amantor, vel Amabuntur, Serão elles amados.

**P**ersonas Amator, Amâminor, Amantor, & cæteras eiusdem generis, non  
tam faciliè inuenies voce patiendi, quam agendi Amâto, Amâto, Amâto.  
30 Terent. Adelph. Æ. Fac; promisi ego illis. M. promisti autè? de te largitor puer.  
Idem Heaut. — loquitur paucula. Ibidem Vbi scies &c. tum istoc uitior.  
Plaut. Asin. Quæso æquo animo pátitor: Idem Trinum. Et gratulator meæ  
sorori. Idem Epid. — si placebit vtmior Consilium si non placebit  
reperitôte rectius. Cato de Re rust. c. 5. Bulbulcis obsequitor statim, quo libenti-  
35 tius boues curent. Cic. 3. de Leg. Regio imperio duo sunt: ijq; præcundo; iudi-  
cando, consulendo, Prætores, Iudices, Consules appellantur.

Optatiui modi præsens &amp; imperfectum.

¶ Vtinam Amârer, Oxala fora eu, ou Fosse amado.  
Amarêris, vel Amarêre, Foras tu, ou Fosses amado.  
Amarêtur, Fora elle, ou Fosse amado

¶ Amârem  
m, mutara  
in, r, Ama-  
rer. Sic in  
cæteris.

Pl. Vtinam amarēmur, *Oxala foramos nos, ou Possēmos amados.*  
 Amarēmini, *Foreis vos, ou Fosseis amados.*  
 Amarentur, *Foram elles, ou Fosseam amados.*

Præteritum perfectum.

¶ Vtinam amatus, a, um sim, vel fūerim, *Queira Deos que fosse eu amado.*  
 Amatus, ta, tum sis, vel fūeris, *Que fosses tu amado.*  
 Amatus, ta, tum sit, vel fūerit, *Que fosse elle amado. (amados.*  
 Pl. Vtinam amati, tæ, ta simus vel fuerimus, *Queira Deos q̄ fossemos nos*  
 Amati, tæ, ta, sitis vel fueritis, *Que fosseis vos amados.*  
 Amati, tæ, ta, sint vel fuerint, *Que fosseem elles amados.*

Præteritum plusquam perfectum.

¶ Vtinã, amatus, ta, tũ essem vel fuissē, *Prouera a Deos q̄ fora eu amado.*  
 Amatus, ta, tum esses vel fuisses, *Que foras tu amado.*  
 Amatus, ta, tum esset vel fuisset, *Que fora elle amado.*  
 Pl. Vtinam amati, tæ, ta essemus, vel fuissēmus, *Prouera a Deos que fo-*  
*ramos nos amados.*

Amati, tæ, ta, essetis, vel fuissetis, *Que foreis vos amados.*  
 Amati, tæ, ta, essent, vel fuissent, *Que forão elles amados.*  
 Futurum, Vtinam amer, *Praza Deos q̄ seja eu amado. Amêris,*  
 vel Amêre, *Que sejas tu amado. Ametur, Que seja elle amado*  
 Pl. Vtinam amēmur, *Praza a Deos q̄ sejamos nos amados. Amē-*  
 mini, *Que sejas vos amados. Amētur, Que seião elles amados.*

Coniunctiui modi tempus præsens.

¶ Cũ amer, *Como eu sou, ou sendo eu amado. Amêris vel*  
 Amêre, *Como tu es amado. Ametur, Como elle he amado.*  
 Pl. Cum amēmur, *Como nos somos amados. Amēmini,*  
*Como vos sois amados. Amentur, Como elles são amados.*

Præteritum imperfectum.

¶ Cum amârer, *Como eu era; ou Sendo amado.*  
 Amarêris, vel Amarêre, *Como tu eras amado.*  
 Amaretur, *Como elle era amado.*  
 Pl. Cum amarēmur, *Como nos eramos amados. Amarēmini,*  
*Como vos ereis amados. Amarētur, Como elles erão amados.*

Præteritum perfectum.

¶ Cum amatus, a, um sim, vel fūerim, *Como eu fui amado; ou Sendo eu a-*  
 Amatus, ta, tum sis, vel fūeris, *Como tu foste amado. (mado. 33*  
 Amatus, ta, tum sit, vel fūerit, *Como elle foi amado.*  
 Pl. Amati, tæ, ta simus, vel fuerimus, *Como nos fomos amados.*  
 Amati, tæ, ta sitis, vel fueritis, *Como vos fostes amados.*  
 Amati, tæ, ta sint, vel fuerint, *Como elles forão amados.*

¶ Amem, m, in r, A-  
mer. dicia 20  
cæteris.

¶ Si amer, Se  
eu for amado. Nisi a-  
mer, Se eu  
não for a-  
mado.

¶ Si amârer, Se eu for a,  
ou Fosse a-  
mado.  
Nisi amarer, Se eu não fo-  
ra, ou nã tol-  
se amado.

Præteritum plusquam perfectum.

¶ Cum amatus, ta, tum essem vel fuissē, *Como eu ja era, ou Fora ama-*  
*do; ou Sendo amado.*

Amatus, ta, tum esses, vel fuesses, *Como tu ja eras, ou Foras amado.*  
 Amatus, ta, tum esset vel fuisset, *Como elle ja era, ou Fora amado.*

Pl. Cum amati, tæ, ta essemus, vel fuissēmus, *Como nos ja eramos, ou*  
*Foramos amados.*

Amati, tæ, ta essetis, vel fuissetis, *Como vos ja ereis, ou Foreis amados.*  
 Amati, tæ, ta, essent vel fuissent, *Como elles ja erão ou forão amados.*

Futurum.

¶ Cum amatus, ta, tum ero vel fuero, *Como eu for amado.*  
 Amatus, ta, tum eris, vel fueris, *Tu fores amado.*

Amatus, ta, tum erit vel fuerit, *Elle for amado.*  
 Pl. Cum amati, tæ, ta, erimus, vel fuerimus, *Como nos foremos amados.*

Amati, tæ, ta, eritis, vel fueritis, *Vos fordes amados.*  
 Amati, tæ, ta, erunt, vel fuerint, *Elles forem amados.*

Coniunctiui proprie voces Lusitanæ.

Præsens, *Quamvis amer, Posto que eu seja amado. Amêris vel Amêre, &c.*

Imp. *Quãuis amârer, Posto que eu fora, ou Fosse amado. Amarêris vel rêre, &c.*

Perf. *Quãuis amatus, a, ũ sim vel fuerim, Posto q̄ eu fui amado. Sis vel fueris, &c.*

Plus. *Quãuis amatus, a, ũ esse, vel fuissē, Posto q̄ eu fora amado. Esses vel fuissē, &c.*

Potentialis modi.

Tempus præf. *Amer? Que seja eu amado? Que ei de ser amado? Serei eu amado?*

Præteritum imperfectum, *Amârer, Seria eu, Fora, ou Pudera ser amado.*

Præteritum perfectum, *Amatus, a, um sim, vel fuerim, Pude eu ser amado.*

Præf. plusq. perf. *Amatus, a, um essem, vel fuissē, Fora eu, ou Pudera ser amado.*

Futurum, *Amatus, a, um sim, vel fuerim, Seria eu, Serei, Poderei eu ser amado.*

Permissiui, siue Concessiui modi.

Tempus præsens. *Amer, Seja amado: Doube que seja, Mas que seja amado.*

Imperfectum, *Amârer, Fora amado: Doube que fora, Mas que fora amado.*

Perf. *Amatus, a, ũ sim, vel fuerim, Fosse amado: Doube q̄ fosse, Mas q̄ fosse amado.*

Plusq. *Amatus, a, ũ essem, vel fuissē, Fora amado: Doube q̄ fora, Mas q̄ fora amado.*

Futurum, *Amatus, a, um fuero, Doube que venha, ou cbegue a ser amado.*

Infiniti modi tempus præsens.

Amari, *Ser amado: ou Que sou, es he, somos, sois, são amados.*

Præf. Imp. Amari *Ser amado: ou Que era, eras, era, eramos, ereis, erão amados.*

P. perf. Amatum, am, um esse, vel fuissē, *Que fui, foste, foi amado.*

Pl. Amatos, as, a esse vel fuissē, *Que fomos, fostes forão amados.*

¶ Amare, e, in, i, Ama-  
ri: sic Do-  
ceri, Audi-  
ri.

**P. Plusq.** Amatam, am, um esse vel fuisse, *Que era ou fora, eras ou foras, era ou fora amado.*  
**Pl.** Amatos, as, a esse vel fuisse, *Que eramos ou foramos, eréis ou foreis, eráo ou foráo amados.*  
**Fut.** Amatam iri, vel Amandum, á, ú esse, *Que ei, has, ha de ser amado: ou Que seréi, serás, será amado.*  
**Pl.** Amatam iri, vel Amandos, as, a esse, *Que auemos auéis, háo de ser amados: ou Que seremos, seréis, seráo amados.* ¶ Amandú, á, ú fuisse; *Que ouuerá, ouueras, ouuera de ser amado.* Pl. Amandos, as, a, fuisse, *Que ouueramos, ouueréis, ouueráo de ser amados.*

¶ Hic etiam, vt in actiuo futuro diximus, necessariò adiungendæ sunt hæ voces, Amatam iri, vel Amandum, á, ú esse, *Que auia, auias, auia de ser amado, ou Que feria, ferias, feria amado.* Pl. Amandos, as, a, esse, *Que auiamos auicis, auião de ser amados: ou Que feriamos, &c.*

**P**osteriorem circuitionem, quæ ex participio in *Dus* fit, non reperi apud veteres grammaticos, quos quidem legerim. Probus namq; Donatus, Priscianus priore contenti fuerunt: Diomedes in exemplo primæ dumtaxat coniugationis Amatam iri [inquit] vel Amandum esse. Neq; miror esse prætermittam: cum voces, *Dus*, & *Dum*, etiam cum sextum casum post se habent, necessitatem, & officium potius quam futurum tempus adsignificare videantur. Verum cum Quintil. lib. 9. c. 3. Gerendum, in illo Virg. carmine — socijs arma capessant Edico, & dira bellum cum gente gerendum, doceat esse participium: non putauit prætermittendam: qua de re, quid sentiam, apertius in Participio dicam.

¶ Participium præter. temporis, Amatus, a, um, *Causa amada.* ¶ Amatu, addita s, Amatus: cætera eodem modo.  
**P**articipijs præteriti temporis abundant Lusitani, que non solum à verbis actiuis, sed etiam à neutris deducunt. *Ido, Vindo, Tornado, Andado.* &c. Presentis verò & futuri circuitione suppleant, exceptis admodum paucis presentis temporis.  
 ¶ Participium futuri, Amandus, da, dum, *Causa q̄ ha, ou Ouuer de ser amada.*

### Secunda coniugatio.

¶ DOCEO verbum actiuũ, coniugationis secundæ, sic declinabitur.

**D**oceo, *Eu ensino, Doces, docet.* Pl. Docêmus, docêtis, docent.  
**P. Imperf.** Docebam, *Eu ensinava, docêbas, docebat.* Pl. Docebamus, docebâtis, docébant.  
**Præter. perf.** Docui, *Eu ensinei; ou Tenho ensinado, docuisti, docuit.* Pl. Docuimus, docuistis, docuerunt, vel docuêre.  
**Præter. Plusq. perf.** Docueram, *Eu ensinára, ou Tinha ensinado, docueras, docuerat.* Pl. Docuerâmus, docue râtis, docuerant.

Futurum

**Futurum, Docêbo, Eu ensinaréi, docêbis, docêbit.**  
**Plur.** Docêbimus, docêbitis, docêbunt.  
**Futurum perf.** Docuero, *Iá eu entáo teréi ensinado, docúeris, docúerit,*  
**Plur.** docuerimus, docueritis, docuerint,  
 ¶ Imperatiui præsens, Doce vel docêto, *Ensiná tu. Doceat, En sine elle.*  
**Plur.** Doceâmus, docête vel docetôte, doceant.  
 Futurum, siue Modus mandatiuus.  
**Docêto tu vel docêbis, Ensináras tu. Docêto ille vel docêbit Ensinará elle.** Pl. Docetôte vel docêbitis, *Ensinareis vos. Docento vel docêbunt, Ensinaráo elles.*  
 ¶ Optat. præf. & imp. Vtinam docêrem, *Oxala ensinára eu; ou Ensinasse, docêres, docêret.* Pl. Vtinam docerêmus, docerêtis, docerent.  
**Præter. perf.** Vtinam docúerim, *Queira Deos que tenha eu ensinado, docúeris, docúerit.* Pl. Vtinam docuerimus, docueritis, docuerint.  
 15 **Præter. plusq.** Vtinam docuissim, *Prouera à Deos que ensinára eu; ou Tiuera ensinado, docuisses, docuisset.* Plur. Vtinam docuissimus, docuissetis, docuissent.  
**Futurum** Vtinam doceam, *Praza à Deos que ensine eu, dóccas, dóccat.*  
 Pl. Vtinam doceâmus, doceâtis, doceant.  
 20 ¶ Coniunct. præf. Cum doceam, *Como eu ensino; ou Ensinando eu, dóccas, dóccat.* Pl. Cum doceâmus, doceâtis, doceant.  
**Præter. imp.** Cum docêrem, *Como eu ensinava; ou Ensinando eu, docêres, docêret.* Pl. Cum docerêmus, docerêtis, docerent.  
**P. perf.** Cum docúerin, *Como eu ensinei; ou Tenho ensinado, docúeris, docúerit.* Pl. Cum docuerimus, docueritis, docuerint.  
 25 **P. plusq.** Cum docuissim, *Como eu ensinára; ou Tinha ensinado, docuisses, docuisset.* Pl. Cum docuissimus, docuissetis, docuissent.  
**Futurum** Cum docúero, *Como eu ensinar, ou Tiuer ensinado, docúeris, docúerit.* Pl. Cum docuerimus, docueritis, docuerint.

Coniunctiui propriae voces Lusitanæ.

**Præsens, Quamvis doceam, Posto que eu ensine, dóccas, doceat, &c.**  
**P. imp. Quamvis docêrem, Posto que eu ensinára; ou Ensinasse, docêres, &c.**  
**P. perf. Quamvis docúerim, Posto que eu tenha ensinado, docúeris, docúerit, &c.**  
**Præteritũ plusq. Quãuis docuissim, Posto que eu tiuera ensinado, docuisses, &c.**  
 Potentialis modi præsens,  
 35 ¶ Doceã? *Que ensine eu? Que ey eu de ensinar? Ensinarei eu?*  
**Præteritum imperfectum, Docêrem, Ensinaria eu; ou Podera ensinar.**  
**Præteritum perfectum, Docúerim, Pude eu ensinar.**  
**Præteritum plusquam perfect. Docuissim, Ensinára eu; ou Podéra ter ensinado.**  
**Futurum, Docúerim, Ensinaria eu: Ensinarei: Poderei eu ensinar.**

L

Permi-

Permissiui, siue Concessiui praesens,

¶ *Doccam, Ensiue: Doube que ensine, Mas que ensine.*

Præteritū imperf. Docērem, Ensinara: Doube que ensinara: Mas que ensinara.

Præteritū perfectum, Docērim, Ensinasse: Doube que ensinasse, Mas que ensinasse.

Præteritū plusq. Docuissē, Ensinara: Doube que ensinara: Mas que tivera ensinado.

Futurum, Docūero, Doube que venha, ou Chegua a ensinar.

Infiniti praesens,

Docēre, Ensinar: ou Que ensino, ensinas, ensina, ensinamos, ensinais, ensinão.

Præteritū imperf. Docēre, Ensinar: ou Que ensinava, ensinavas, ensinava, &c.

Præteritū perf. Docuissē, Ter ensinado: ou Que ensinate, ensinaste, ensinou:

ou Que tenho, tens, tem, temos, tendes, tem ensinado.

Præteritū plusq. Docuissē, Ter ensinado: ou Que ensinara, ensinaras, ensinara, &c.  
ou Que tinha, tinhas, tinha, tínhamos, tínheis, tínhão, ensinado.

Futurum, Docturum, am, um esse, Que ei, has, ha, de ensinar; ou Que ensinar, &c.

Pl. Docturos, as, a esse, Que auemos, auéis, hão

de ensinar: ou Que ensinaremos, ensinaréis, ensinarão.

¶ Docturum, am, um fuisse, Que ouuera, ouueras, ouuera de ensinar.

Pl. Docturos, as, a fuisse, Que ouueramos, ouueréis, ouuerão de ensinar.

¶ Gerundia, Docendi, De ensinar.

Docendo, Em ensinar: De ensinar Ensinando, & Sendo ensinado.

Docendum, A ensinar: Pera ensinar: A ser, Pera ser ensinado.

¶ Supina, Doctum, A ensinar: Pera ensinar.

Doctū, De ser ensinado; Pera se ensinar.

¶ Participia declinationis actiuae praesentis, & imperfecti,

Docens, tis, O que ensina, & ensinava.

Futuri, Docturus, a, um, O que ha, ou Ouuer de ensinar.

DOCEOR verbum passiuum sic

declinabitur.

¶ Indic. praes. Doceor, Eu sou ensinado. docēris, vel docēre, docetur.

Pl. Docēmur, docēmini, docentur.

P. imp. Docēbar, Eu era ensinado. docebāris, vel docebāre, docebatur.

Pl. Docēbāmur, docebāmini, docebāntur.

Præteritū perf. Doctus, a, um sum vel fui, Eu fui ensinado. es vel fuisti, &c.

Præteritū plusq. Doctus, a, um eram, vel fueram, Ia eu era ou fora ensinado. eras vel fueras, &c.

Futurū, Docēbor, Eu serei ensinado. docēberis, vel docēbere, docebitur.

Pl. Docēbimur, docebimini, docebuntur.

Fut. perf. Doctus, a, um fuero, Ia então eu serei ensinado. fueris, &c.

¶ Imperatiui praesens, Docēre, vel Docētor, Se tu ensinado. doceātur

Pl. Docēamur, docēmini, vel docēminor, doceantur.

Futurum

Fut. siue Modus mandat. Docētor tu docēberis, vel docēbere, Seris tu ensinado. Docētor ille, vel docebitur, Sera elle ensinado.

Pl. Docemīnor, vel docebimini, Sereis vos ensinados.

Docentor, vel docebuntur, Sereio ellos ensinados.

¶ Opt. praes. & imp. Vtinam docērer, Oxalá fora eu: ou Fosse ensinado. docerēris, vel ère. Pl. Vtinā doceremur, doceremini, docerētur.

Præteritū perf. Vtinam doctus, a, um sim, vel fuerim, Quira Deos que fosse eu ensinado. sis vel fueris, &c.

Præteritū Plusq. Vtinam doctus, a, um essem vel fuissē, Prouera a Deos que fora eu ensinado. esses vel fuisses, &c.

Fut. Vtinam docear, Praza a Deos que seja eu ensinado. doceāris, vel àre, doceātur. Pl. Vtinam, doceāmur, doceāmini, doceantur.

¶ Coniuncti. praes. Cum docear, Como eu sou ensinado: ou Sendo eu ensinado. doceāris, vel àre, doceātur. Pl. Cū doceāmur, doceāmini, doceātur.

P. imp. Cum docērer, Como eu era: ou Sendo eu ensinado, docerēris, vel ère, docerētur. Pl. Cum docerēmur, docerēmini, docerentur.

Præteritū perf. Cum doctus, a, um sim vel fuerim, Como eu fui ensinado: ou Sendo eu ensinado. sis vel fueris, &c.

Præteritū plusq. Cum doctus, a, um essem vel fuissē, Como eu ja era, ou Fora ensinado, ou Sendo eu ensinado. esses vel fuisses, &c. (ris, &c.

Fut. Cum doctus, a, um ero, vel fuero, Como eu for ensinado. eris vel fueris, &c. Coniunctiui proprie voces Lusitana.

Præteritū, Quamuis docear, Posto que eu seja ensinado. doceāris, vel doceāre, &c.

P. imp. Quāuis docērer, posto q̄ eu fora: ou fosse ensinado. docerēris, vel rere, &c.

P. perf. Quāuis doctus, a, ū sim vel fueri, Posto q̄ eu fui ensinado. sis vel fueris, &c.

P. plusq. Quāuis doctus, a, ū esē vel fuissē, Posto q̄ eu fora ensinado. esses vel fuisses, &c. Potentials modi praesens, (ses, &c.

¶ Docear? que seja eu ensinado? Que ei eu de ser ensinado? serei eu ensinado.

Præteritū imperfectum, Docērer, Seria eu, Fora, ou Pudera ser ensinado.

Præteritū perfectum, Doctus, a, um sim vel fuerim, Pude eu ser ensinado.

Præteritū plusq. Doctus, a, um essem vel fuissē, Fora eu, ou Pudera ser ensinado.

Futurum, Doctus, a, um sim vel fuerim, Seria eu, Serei, Poderei eu ser ensinado.

Permissiui, siue Concessiui modi praesens,

¶ Docear, Seja eu ensinado: Doube que seja, Mas que seja ensinado.

P. imperf. Docērer, Fora eu ensinado: Doube que fora, Mas que sim ensinado.

Perf. Doctus, a, ū sim vel fueri, Fosse ensinado, Doube q̄ fosse, Mas q̄ fosse ensinado.

Plusq. Doctus, a, ū esē vel fuissē, Fora ensinado: Doube q̄ fora, Mas q̄ fora ensinado.

Futurum, Doctus, a, um fuero, Doube que venha, ou Chegua a ser ensinado.

Infiniti praesens,

Docēri, Ser ensinado: ou Que sou, es, he, somos, sois sãõ ensinados.



**P. imp.** Doceri, *Ser ensinado: ou Que era, eras, era, eramos, ereis, erão ensinados.*  
**Prat. perf.** Doctum, am, um esse vel fuisse, *Que fui, foste, foi, fomos, fostes, forão ensinados.*

**Pl.** Doctos, as, a esse, vel fuisse, *Que fomos, fostes, forão ensinados.*

**P. plusq.** Doctum, am, um esse vel fuisse, *Que era ou fora, eras ou foras, era ou fora ensinado.* **Pl.** Doctos, as, a esse vel fuisse, *Que eramos ou foramos, ereis ou foreis, erão ou forão ensinados.*

**Futurum,** Doctum iri vel docendum, am, um esse, *Que ei, has, ha de ser ensinado: ou Que serai, seras, sera ensinado.*

**Pl.** Doctum iri, vel docendos, as, a esse, *Que auemos, auéis, hão de ser ensinados: ou Que seremos, &c.*

**Docendum,** am, um, fuisse, *Que ouuera, ouueras, ouuera de ser ensinado.*  
**Pl.** Docēdos, as, a fuisse, *Que ouueramos, ouueréis, ouuerão de ser ensinados.*

**Participium præteriti,** Doctus, a, um, *Consu ensinada.*

**Futuri,** Docendus, a, um, *Causa que ha, ou Ouer de ser ensinada.*

## Tertia Coniugatio,

**LEGO** verbum actiuum, coniugationis tertiz, sic declinabitur.

¶ **Indicatiui præsens,**

**Lego.** *Eu leo. legis, legit.* **Pl.** *Légimus, légitis, legunt.*

**P. imp.** *Legebā, Eu lia. legēbas, legēbat.* **Pl.** *Legebāmus, legebātis, legebant.*

**P. Perf.** *Legi, Eu lij, ou Tenho lido. legisti, legit.*  
**Pl.** *Légimus, legistis, legērunt, vel legēre.*

**P. Plusq.** *Légeram, Eu lera: ou Tinha lido. légeras, légerat.*  
**Pl.** *Legerāmus, legerātis, legerant.*

**Fut.** *Legam, Eu lerei. leges, leget.* **Pl.** *Legēmus, legētis, legēt.*

**Fut. perf.** *Legero, Ia eu então terei lido. legeris, legerit.*  
**Pl.** *Legerimus, legeritis, legerint.*

¶ **Imperatiui præf.** *Lege, vel légito, Lee tu. legat, lea elle.*  
**Pl.** *Legāmus, légite, vel legitote, legant.*

*Futurum, sine Modus mandatiuus,*

**Légito tu, vel leges, Lerás tu.** *Legito ille vel leget, lerá elle.*

**Pl.** *Legitôte vel legētis, Lereis vos. legunto, vel legent, Lerão elles.*

¶ **Optat. præf. & imp.** *Vtinam légerem, Oxala lera eu, ou Lesse. légeres, legeret.* **Pl.** *Vtinam legerēmus, legerētis, légerent.*

**Prat. perf.** *Vtinam légerim, Queira Deos que tenha eu lido. legeris, legerit.*  
**Pl.** *Vtinam legerimus, legeritis, legerint.*

**Prat. plusq.** *Vtinam legissem, Prouera a Deos que lera eu; ou Tiuera lido. legeris, legeris.*

**legisses, legisset.** **Pl.** *Vtinam legissemus, legissetis, legissent.*

**Fut.** *Vtinam Legam, Praza a Deos que lea eu. legas, legat.*

**Pl.** *Vtinam legāmus, legātis, legant.*

¶ **Coniunctiui præsens,** *Cum legam, Como eu leo; ou Lendo eu. legas, legat.*

**Pl.** *Cum legāmus, legātis, legant.*

**Prat. imp.** *Cum légerem, Como eu lia; ou Lendo eu. légeres, legéret.*

**Pl.** *Cum legerēmus, legerētis, légerent.*

**Prat. perf.** *Cum légerim, Como eu li; ou Tenho lido. légeris, légerit.*

**Pl.** *Cum legerimus, legeritis, légerint.*

**Prat. plusq.** *Cum legissem, Como eu lera; ou Tinha lido. legisses, legisset.*

**Pl.** *Cum legissemus, legissetis, legissent.*

**Futurum,** *Cum légero, Como eu ler; ou Tiuer lido. légeris légerit.*

**Pl.** *Cum legerimus, legeritis, légerint.*

*Coniunctiui propria voces Lusitane.*

**Præsens,** *Quamuis legam, Posto que eu lea. legas, legat, &c.*

**Prat. imperf.** *Quamuis légerem, Posto que eu lera; ou Lesse. legeres, legeret, &c.*

**Prat. perf.** *Quamuis légerim, Posto que eu tenha lido. légeris, légerit, &c.*

**Prat. plusq.** *Quamuis legissem, Posto que en tiuera lido. legisses, legisset, &c.*

*Potentialis modi*

**Præsens,** *Legam? Que lea eu? Que ey eu de ler? Lerei eu?*

**Præteritum imperfectum,** *Légerem, Leria eu: Léra: Podéra ler.*

**Præteritum perfectum,** *Légerim, Pude eu ler.*

**Præteritum plusquam perfectum,** *Legissem, Léra eu; ou Podéra ter lido.*

**Futurum,** *Legerim, Leria eu: Poderai eu ler.*

*Permissiui, sine concessiui*

**Præsens,** *Legam, Lea: Doube que lea: Mas que lea.*

**Præteritum imperfectum,** *Légerem, Léra: Doube que léra; Mas que léra.*

**Præteritum perfectum,** *Legerim, Lesse: Doube que lesse: Mas que lesse.*

**Præteritum plusquam perf.** *Legissem, Léra: Doube que léra: Mas que tiuera lido.*

**Futurum,** *Légero, Doube que venha, ou chege a ler.*

¶ **Infiniti præsens,**

*Légero, Ler; ou Que leo, lis, lee, lemos, ledes, lem.*

**Præteritum imperfectum,** *Légero, Ler: ou Que lya, lias, lia, liamos, licis, liad.*

**Præteritum perfectum,** *Legisse, Ter lido: ou Que ly, leste, leo, lemos, lestes, le-*

*rao: ou Que tenha, tens, tem lido: temos, tendes, tem lido.*

**Præteritum plusquam perf.** *Legisse, Ter lido: ou Que léra, léras: lér a, léramos,*

*lereis lerão: ou Que tinha, tinhas, tinha lido: tinhamos, tinheis, tinhão lido,*

**Fut. Lecturum,** am, um esse, *Que hei, has, ha, de ler: ou Que lerei, lerás, lerá.*

**Pl.** *Lecturos, as, a esse, Que auemos, auéis, hão de ler: ou Que leremos,*

*leréis, lerão.*

¶ Lecturum, am, um fuisse, *Que ouuera, ouueras, ouuera de ler.*  
 Pl. Lecturos, as, a fuisse, *Que ouueramos, ouueréis, ouuerão de ler.*  
 ¶ Gerundia, Legendi, De ler. Legendo, Em ler: De ler: Lendo:  
 & Sendo lido. Legendum, A ler; Pera ler; A ser; & Pera ser lido.  
 ¶ Supina, Lectum A ler: Pera ler. Lectu, De ser lido: Pera ser ler. ¶

Participia declinationis actiuae

Presentis, & imperfecti, Legens, entis, O que Lee, e lia.  
 Futuri, Lecturus, a, um, O que ha, ou ouuer de ler.

LEGOR verbum passiuum sic declinabitur.

¶ Indicatiui tempus praesens,

Legor, Eu sou lido. légeris, vel légere, legitur. 10

Pl. Légitur, legimini, leguntur,

Prat. imp. Legēbar, Eu era lido. legebāris vel legebāre legebātur.

Pl. Legebāmur, legebāmini, legebantur.

Prat. perf. Lectus, a, um sum vel fui, Eu fui lido. es, vel fuisti, &c. 15

Prat. plusq. Lectus, a, um eram vel fúeram. Ia eu era, ou fora lido. eras vel fueras, &c.

Futurum Legar, Eu serai lido. legēris vel legēre, legetur.

Pl. Legēmur, legēmini, legentur.

Futurum perf. Lectus, a, um fuero, Ia eu então serai lido. fueris, fuerit, &c. 20

¶ Imperat. pres. Légere, vel légitor, Se tu lido. legatur.

Pl. Legamur, legimini vel legimino, legantur.

Futurum, siue Modus mandatiuus,

Légitor tu, legēris vel legēre, Seras tu lido.

Légitor ille, vel legētur, Sera elle lido. 25

Pl. Legimino, vel légimini, Sereis vos lidos.

Leguntor, vel legentur. Serão elles lidos.

¶ Optatiui tempus praesens, & imperfectum.

Vtinam légerer, Oxala fora eu: ou Fosse lido. legerēris, vel legerēre,

legeretur. Pl. Vtinam legerēmur, legerēmini, legerentur. 30

Prat. perf. Vtinam lectus, a, um sim vel fuerim, Queira Deos que fosse eu lido. sis vel fueris, &c.

Prat. plusq. Vtinam lectus, a, um essem vel fuisset, Pronuera a Deos que fora eu lido. esses vel fuisset, &c.

Fut. Vtinam legar, Praza a Deos que seja eu lido. legāris vel legāre, 35

legatur. Pl. Vtinam legamur, legāmini, legantur.

¶ Coniuncti. pres. Cum legar; Como eu sou lido: ou Sendo eu lido. legāris vel

legāre, legatur. Pl. Cum legāmur, legāmini, legantur.

Prat. imperf. Cum légerer, Como eu era lido: ou Sendo eu lido. legerēris vel

legerēre, legeretur. Pl. Cum legerēmur, legerēmini, legerētur

Prat. perf.

¶ Prat. perf. Cum lectus, a, um sum vel fuerim, Como eu fui lido: ou Sendo eu lido. sis vel fu-ri-s. &c.

¶ Prat. plusq. Cum lectus, a, um essem vel fuisset, Como eu ja era, ou Fora lido: ou Sendo eu lido. esses vel fuisset. &c.

¶ Futurum. Cum lectus, a, um ero vel fuero, Como eu for lido. eris vel fueris, &c.

Coniunctiui propriae voces Lusitanae.

Præsens, Quamuis legar, Posto que eu seja lido. legāris vel legāre, legatur. &c.

Præteritum imperfectum, Quamuis légerer, Posto que eu fora, ou fosse lido. legerēris, vel legerēre, &c. 10

P. perf. Quamuis lectus, a, ū sim vel fuerim, Posto q̄ eu fui lido. sis vel fueris, &c.

Plusq. Quāuis lectus, a, ū esse vel fuisset, Posto q̄ eu fora lido. esses vel fuisset, &c.

¶ Potentialis tempus praesens,

¶ Legar? Que seja eu lido? Que ey eu de ser lido? Serei eu lido?

15 Prat. imperf. Légerer, Seria eu: ou Fora: ou Pudēra ser lido.

Prat. perf. Lectus, a, um sim vel fuerim, Pude eu ser lido.

Prat. plusq. Lectus, a, um essem vel fuisset, Fora eu: ou Pudēra ser lido.

Futurum, Lectus, a, um sim vel fuerim, Seria eu; Serei, Poderei eu ser lido.

¶ Permissiui siue Concessiui tempus praesens,

¶ Legar, Seja lido: Doulhe que seja: Mas que seja lido.

Prat. imperf. Légerer, Fora lido: Doulhe que fora: Mas que fora lido.

P. perf. Lectus, a, um sim vel fuerim, Fosse lido: Doulhe q̄ fosse, Mas que fosse lido?

P. plusq. Lectus, a, um essem vel fuisset, Fora lido: Doulhe q̄ fora: Mas q̄ fora lido.

Futurum, Lectus, a, um fuero, Doulhe que venha, ou chegue a ser lido. 25

¶ Infiniti tempus praesens,

¶ Legi, Ser lido: ou Que sou, es, he, somos, fois, são lidos.

30 Prat. amperf. Legi, Ser lido: ou Que era, eras, era, eramos, ereis, erão lidos.

Prat. perf. Lectum, am, um esse vel fuisse, Que fui, foste foi lido.

Pl. Lectos, as, a esse vel fuisse, Que fomos, fostes, forão lidos.

Prat. plusq. Lectum, am, um esse vel fuisse, Que era ou fora, eras ou foras, era ou fora lido. Pl. Lectos, as, a esse vel fuisse, Que era-

35 mos, ou foramos; serais ou foreis, erão ou forão lidos.

Futurum, Lectum iri, vel legendum, am, um esse, Quo ey, has, ha, de ser lido: ou Que serai, serás, será, lido.

Pl. Lectum iri, vel Legendos, as, a esse, Que auemos, auéis, hão de ser lidos: ou Que seremos; seréis, serão lidos.

Legendum, am, um fuisse, Que ouuera, ouueras, ouueram de ser lido.

Pl. Legendos, as, a fuisse, *Que ouueramos, ouueréis, ouuerão de ser lid.* 7.  
 Participia Præteriti, Lectus, a, um, *Cousa lida.*  
 Futuri, Legendus, a, um, *Cousa que ha, ou Ouuer de ser lida.*

## Quarta Coniugatio

¶ **AUDIO** verbum actiuum, coniugationis quartæ, sic declinabitur.

¶ **Indicatiui præsens,**

**Audio, Eu ouço, audis, audit, Pl. Audimus, auditis, audiunt.**

**Præteritum imperfectum, Audiebam, Eu ouuia. audiebas, audiebat.**

**Pl. Audiebâmus, audiebâtis, audiebant.**

**Præteritum perfectum, Audiui, Eu ouui: ou Tenho ouuido. audiuisti, audiuit.**

**Pl. Audiuimus, audiuistis, audiuerunt, vel audiuerunt.**

**Præter. plusq. Audiueram, Eu ouuira: ou Tinha ouuido, audiueras, audiuerat.**

**Pl. Audiuerâmus, audiuerâtis, audiuerant.**

**Fut. Audiam, Eu ouuirei, audies, audiet Pl. Audiêmus, audiêtis, audient.**

**Futurum perfectum, Audiuerô, Ia eu então terei ouuido. audiueris, audiuerit.**

**Pl. Audiuerimus, audiueritis, audiuerint.**

¶ **Imperatiui præsens, Audi, vel Audito, Ouuu tu. Audiat, Ouça elle.**

**Pl. Audiâmus, audite vel auditote, audiant.**

¶ **Fut. siue Modus mand. Audito tu, vel audies, Ouuirás tu. Audito ille, vel audiet. Pl. Auditote, vel Audiêtis, Audiunto, vel audiênt.**

¶ **Optatiui præsens & imperfectum,**

**Vtinam audirem, Oxala ouuira eu; ou Ouuisse. audires, audire t.**

**Pl. Vtinam audirêmus, audirêtis, audirênt.**

**P. perf. Vtinam audiuerim, Queira Deos que tenha eu ouuido. audiueris, audiuerit. Pl. Vtinam audiuerimus, audiueritis, audiuerint.**

**P. plusq. Vtinam audiuissem, Prouera a Deos que ouuira eu. audiuissem, audiuisset. Pl. Vtinam audiuissemus audiuissetis, audiuissetent.**

**Futurum. Vtinam audiam, Praza a Deos que ouça eu. audias, audiat.**

**Pl. Vtinam audiâmus, audiâtis, audiant.**

¶ **Coniunct. præf. Cum audiam, Como eu ouço: ou Ouuindo eu. audias, audiat.**

**Pl. Cum audiâmus, audâtis, audiant.**

**Præter. imperf. Cum audirem, Como eu ouuia, ou Ouuindo eu. audires, audiret.**

**Pl. Cum audirêmus, audirêtis, audirênt.**

**P. perf. Cum audiuerim, Como eu ouui: ou Tenho ouuido. audiueris, audiuerit. Pl. Cum audiuerimus, audiueritis, audiuerint.**

**P. plusq. Cum audiuissem, Como eu ouuira: ou Tinha ouuido. audiuissem, audiuisset. Pl. Cum audiuissemus, audiuissetis, audiuissetent.**

Como

**Futurum, Cum audiuero, Como eu ouuir: ou Tiner ouuido. audiueris, audiuerit. Pl. Cum audiuerimus, audiueritis, audiuerint.**

Coniunctiui proprie voces Lusitanæ.

**Præf. Quâuis audia, Posto q̄ eu ouça. audias, audias. Pl. Quâuis audiamus, &c.**

¶ **Præter. imperf. Quâuis audirem, Posto que eu ouuira: ou Ouuisse. audires, &c.**

**Præter. Perf. Quâuis audiuerim, Posto q̄ eu tenha ouuido. audiueris, audiuerit, &c.**

**Præter. plusq. Quâuis audiuisse, Posto q̄ eu tintera ouuido. audiuissem, audiuisset, &c.**

¶ **Potentialis**

**Præsens, Audiam? Que ouça eu? Que ey eu de ouuir? Ouuirei eu?**

10 **Præteritum imperfectum, Audirem, Ouuiria eu: Ouuira: ou Pudera ouuir.**

**Præteritum perfectum, Audiuerim: Pude eu ouuir.**

**Præteritum plusquam perfectum, Audiuissem, Ouuira eu: ou Pudera ter ouuido.**

**Futurum, Audiuerim, Ouuiria eu: Ouuirei: Poderei eu ouuir.**

¶ **Permissiui siue Concessiui**

15 **Præsens, Audiam, Ouça: Doulbe que ouça: Mas que ouça.**

**Præteritum imperfectum, Audirem, Ouuira: Doulbe que ouuira: Mas que ouuira.**

**Præteritum perfectum, Audiuerim, Ouuisse: Doulbe que ouuisse: Mas que ouuisse.**

**Præteritum plusq. Audiuissem, Ouuira: Doulbe que ouuira: Mas que siuera ouuido.**

**Futurum, Audiuerô: Doulbe que venha, ou chegue a ouuir.**

¶ **Infiniti præsens,**

20 **A Udite, Ouuir: ou Que ouço, ouues, ouue, ouuimos, ouuiss, ouuem.**

**Præter. imp. Audire, Ouuir: ou Que ouuia, ouuias, ouuia, ouuitamos, ouuicis, ouuiss.**

**Præter. perf. Audiuisse, Ter ouuido: ou Que ouui, ouuiste, ouuio, ouuimos, ouuisset ouuirão: ou Que tenho, tens, tem, temos, tendes, tem ouuido.**

25 **Præteritum plusquam perfectum, Audiuisse, Ter ouuido: ou Que ouuira, ouuiras: ou que tinha ouuido: tinhas, &c.**

**Futurum, Auditurum, am, um esse, Que ey de ouuir: ou Que ouuirei, &c.**

**Pl. Audituros, as, a esse, Que auemos de ouuir: ou Que ouuiremos, &c.**

¶ **Auditurum, am, um fuisse, Que ouuera, ouueras, ouuera de ouuir.**

30 **Pl. Audituros, as, a fuisse, Que ouueramos, ouuerâs ouuerão de ouuir.**

¶ **Gerundia,**

**Audiendi, De ouuir.**

**Audiendo, Em ouuir: De ouuir: Ouuindo: & Sêdo ouuido.**

**Audiendum, A ouui: Pera ouuir: A ser; & Pera ser ouuido.**

¶ **Supina,**

**Auditum, A ouuir: Pera ouuir.**

**Audi-u, De ser ouuido: Pera se ouuir.**

¶ **Participia declinationis actiuæ**

**Præsentis & imperfecti, Audiens, entis, O que ouue: & ouuia,**

**Futuri, Auditurus, a, um, O que ha, ou Ouuer de Ouuir.**

M

**AUDIO**

DE VERBORVM  
AUDIOR verbum passiuum sic  
declinabitur.

¶ **Indicatiui præsens**, Audior, *Eu sou ouuido. audiris, vel audire, auditur.*  
Pl. Audimur, audimini, audiuntur.

P. imp. Audiêbar, *Eu era ouuido. audiebâris, vel audiebâre, audiebâtur.* §  
Pl. Audiebâmur, audiebâmini, audiebantur.

Præf. perf. Auditus, a, um sum vel fui, *Eu fui ouuido. es vel fuisti, &c.*

P. plusq. Auditus, a, um eram vel fueram, *Ia eu era, ou Fora ouuido, &c.*

Futurum, Audiar, *Eu serai ouuido. audieris vel audiere, audietur.*

Pl. Audiêmur, audiêmini, audientur.

Futurum, perf. Auditus fuerô, *Ia eu entã serai ouuido. fueris, fuerit, &c.* 10

¶ **Imperatiui præsens**, Audire vel Auditor, *Se tu ouuido. audiatur.*

Pl. Audiâmur, audimini vel audimino, audiantur.

Futurum siue Modus mandiciuus.

¶ **Auditor tu**, Audiêris vel Audiêre, *Seras tu ouuido.* 15

**Auditor ille**, vel Audietur. *Sera elle ouuido.*

Pl. Audimino, vel Audiêmini, *Seris vos ouuidos.*

**Audiuntor**, vel Audientur, *Serão elles ouuidos.*

¶ **Optatiui præsens, & imperfectum.**

¶ **Vtinam audirer**, *Oxala fora eu, ou Fosse ouuido. audirêris, vel audirêre,* 20  
*audiretur.* Pl. *Vtinam audirêmur, audirêmini, audirentur.*

Præf. perf. *Vtinam auditus, a, um sim vel fuerim, Quicunq; Deos que fosse*  
*eu ouuido. sis vel fueris, &c.*

Præf. plusq. *Vtinam auditus, a, um essem vel fuissim, Prouera a Deos*  
*que fora eu ouuido. esses vel fuisses, &c.* 25

Futur. *Vtinam audiar, Praza a Deos que seja eu ouuido. audiaris vel au-*  
*diare, audiatur.* Pl. *Vtinam audiamur, audiamini, audiantur.*

¶ **Coniunctiui præsens,**

¶ **Cum audiar**, *Como eu sou ouuido: ou Sendo eu ouuido. audiâris vel au-*  
*diare, audiatur.* Pl. *Cum audiâmur, audiâmini, audiantur.* 30

P. imp. *Cum audirer, Como eu era ouuido: ou Sendo eu ouuido. audirêris vel*  
*audirêre, audiretur.* Pl. *Cû audirêmur, audirêmini, audirêtur.*

P. perf. *Cum auditus, a, um sim vel fuerim, Como eu fui ouuido: ou Sendo*  
*eu ouuido. sis vel fueris, &c.*

P. plusq. *Cum auditus, a, um essem vel fuissim, Como eu ja era: ou Fora eu*  
*uido: ou Sendo ouuido. esses vel fuisses, &c.* 35

Futurum, *Cum auditus, a, um ero vel fuero, Como eu for ouuido. eris, vel*  
*fueris, &c.*

Coniunctiui proprie vocis Lusitana.

Præsens, *Quamuis audiar, Posto que eu seja ouuido. audiaris vel audiare, &c.*

P. imp.

CONIVGATIONE.

P. imp. *Quamuis audirer, Posto que fora: ou fosse ouuido. audirêris vel rere, &c.*

P. perf. *Quamuis auditus, a, um sim vel fueri, Posto q; eu fui ouuido. sis vel fueris, &c.*

P. plusq. *Quamuis auditus, a, um esse vel fuisset, Posto q; eu fora ouuido. esses vel fuisses.*

Potentialis modi tempus

(&c.)

5 Præsens, *Audiar? Que seja eu ouuido? Que ey eu de ser ouuido? Serei eu ouuido?*

*Præteritum imperfectum, Audirer, Seris eu, Fora: ou Pudera ser ouuido.*

*Præteritum perfectum, Auditus, a, um sim vel fuerim, Pude eu ser ouuido.*

*Præteritum plusq. Auditus, a, um essem vel fuissim, Fora eu: ou Pudera ser ouuido.*

*Futurum, Auditus, a, um sim vel fuerim, Seris eu, Serei, Poderei ser ouuido.*

Permissiui siue Concessiui

10 Præsens, *Audiar, Seja ouuido: Douhe que seja, Mas que seja ouuido.*

*Præf. imperfectum, Audirer, Fora ouuido: Douhe que fora, Mas que fora ouuido.*

*P. perf. Auditus, a, um sim vel fueri, Fosse ouuido: Douhe q; fosse, Mas q; fosse ouuido.*

*Futurum, Auditus, a, um fuero, Douhe que venha, ou chegue a ser ouuido.*

¶ **Infiniti præsens,**

15 ¶ **Audiri**, *Ser ouuido: ou Que sou, es, he, somos, sois, são ouuidos.*

*Præf. imp. Audiri, Ser ouuido: ou Que era, eras, era, eramos, eris, erão ouuidos.*

*Præf. perfectum, Auditum, am, um esse vel fuisset, Que fui, foste, foi, ouuido:*

Pl. *Auditos, as, a esse vel fuisset, Que fomos, fostes, forão ouuidos.*

20 P. plusq. *Auditum, am, um esse vel fuisset, Que era ou fora, eras ou foras, era*  
*ou fora ouuido, Pl. Auditos, as, a esse vel fuisset, Que eramos ou*

*foramos, eris ou foreis, erão ou forão ouuidos.*

*Futurum, Auditum iri vel Audiendum, am, um esse, Que ei, has, ha de ser*  
*ouuido: ou Que serai, seras, sera ouuido. Pl. Auditum iri, vel Audiê*

*dos, as, a esse, Que auamos, auis, hão de ser ouuidos: ou Que seremos, &c.*

25 *Audiendum, am, um fuisset, Que ouuera, ouueras, ouuera de ser ouuido.*

Pl. *Audiendos, as, a fuisset, Que ouueramos de ser ouuidos, &c.*

*Particip. Præteriti, Auditus, a, um, Causa ouuida.*

*Futuri, Audiendus, a, um, Causa que ha, ou ouuer de ser ouuida.*

30 De verborum Deponentium, & Com-  
munium declinatione.

35 **D**E natura, ac significatione verborum tum Deponentium, tum Communium  
suis locis egimus copiosè. Hic tantum admonendi sunt pueri, Participia,  
que in, Dus, exeunt, vt *Vtendus, Dimetiendus; & futurum infinitum, quod inde sup-*  
*pletur, vt Vtendū esse, Dimetiendū esse; & posterius supinum, veluti Vsu, Dimesu,*  
*siue à Deponentibus, siue à Communibus oriuntur, patiendi dūtaxat significatione*  
*vsurpari. Reliqua omnia tempora siue Participia, siue Participalia verborum Depon-*  
*entium, qualia sūt Vsus, Vtēs, Vsurus & Vsurū esse, Vsurū fuisset, Vtendū est, agedi solū*

significatione contenta esse. Quamquam voces in Do, Dum, vt Vtendo, Vtendum, Patiendi interim significationem admittant. Communium verò Futurum infinitum, quod ex voce in, Vm, finita, & Infinito Iri suppletur, vt Dimensum iri, semper patiendi modo vsurpari: at participia præteriti temporis, vt Dimensus, a, um, & reliqua, quæ eorum adminiculo suppletur, vt Dimensus fui, Dimensus erā vel fuerā, Dimensum esse, tū agere, tū pati significare: itē Gerūdia in Do, & Dū, vt Dimetiēdo, Dimetiendū: cetera omnia agēdi habere significationē.

### Declinatio verbi Deponentis,

**V**Tor, Eu vsō. ūteris vel ūtere, Turfas, &c. vsq; ad Infinitū, vt Legor: & sic in alijs Deponentibus, quæ aliarum coniugationū normam sequuntur. vt Precor, aris, velut Amor, aris; Vereor, ēris, vt Deceor, eris; Opperior, iris, vt Auditor, audiris. Discrepans solum significatione, quæ in omnibus temporibus cum actiua consentit. In modo Infinito, quoniam in aliquibus actiue vocis declinationē participat, vnum tertiæ coniugationis exemplum subiiciam; cuius forma in alijs etiam coniugationibus obseruanda erit in Deponentium actiuorum declinatione: neutra enim participio futuri in Dū, & posteriore supino, significationeq; passiuæ Gerundiorum, vt cetera verba neutra, serē deficiunt.

#### Infiniti præsens,

**V**Ti, vsar: ou Que vsō, vsas, &c. P. imp. Vti, vsar: ou Que vsaua, &c. 20  
**P.** perf. Vsum, am, um esse vel fuisse, Ter vsado: ou Que vsai, vsaste, &c.  
**P.** plusq. Vsum, am, um esse vel fuisse, Ter vsado: ou Que vsara, vsaras, &c.  
**Fut.** actiuum, Vsurum, am, um esse, Que ei de vsar: ou Que vsarei, vsaras, &c.  
**Vsurum**, am, um fuisse, Que ouuera de vsar, ouueras, ouuera, &c.  
**Futurū passiuū**, Vtendum, am, um esse, Que ei de ser, ou Que serci vsado, &c. 32  
**Vtendum**, am, um fuisse, Que ouuera de ser vsado, ouueras, ouuera, &c.

¶ Gerundia, Vtendi, De vsar.  
 Vtendo, Em vsar: De vsar: vsando: & Sendo vsado.  
 Vtendum, A vsar: Pera vsar: A ser, & Pera ser vsado.

¶ Supina, Vsum, A vsar: Pera vsar. Vsu, De ser vsado: Pera se vsar. 40  
 ¶ Particip. præf. & imperf. Vtens, tis, O que vsa & vsaua.  
**Futuri actiui**, Vsurus, a, um, O que ha, ou Ouuer de vsar: Pera vsar.  
**Præteriti**, Vsus, a, um, Couja que vsou.  
**Futuri passiuī**, Vtendus, a, um, Couja que ha, ou Ouuer de ser vsada.

### Declinatio verbi Communis,

**D**imetior, Eu traço. Dimetiris vel ire, &c. vsq; ad Infinitū passiuæ vocis declinationem imitatur, & cetera, quæ ad alias coniugationes spectant, vt Interpretor, Vereor, Complector. Quæ licet in omnibus temporibus actiua simul & passiuæ significatione donanda essent, in ijs solum temporibus, quæ ex participio

participio præteriti temporis suppletur, vt tamq; significationem exprimi conuenientius erit, quod in his frequentior sit vsus, vt Dimensus, a, um sum, vel fui, Eu traçei: & fui traçado. Dimensus, a, um eram, vel fueram, Eu traçara, & fora traçado. & sic in cæteris.

#### Infiniti præsens,

(&amp;c.

**D**imetiri, Traçar, ou Que traço, &c. Imp. Dimetiri, Traçar: ou q̄ traçaua, Perf. Dimetalum, am, ū esse vel fuisse, Ter traçado: ou Que traçei, & fui traçado. &c. Pl. Dimensos, as, a esse vel fuisse, Ter traçado: ou Que traçamos, & fomos traçados, &c.  
 10 **Plusq.** Dimensum, am, um esse vel fuisse, Ter traçado: ou Que traçara, & Fora traçado, &c. Pl. Dimensos, as, a esse vel fuisse, Ter traçado: ou Que traçaramos, & Foramas traçados, &c.  
**Fut. actiuū**, Dimensurum, am, ū esse, Que ey de traçar: ou Que traçarei, &c. Pl. Dimēfuros, as, a esse, Que auemos de traçar: ou Que traçaremos, &c.  
 15 **Fut. passiu.** Dimensum iri vel dimetiendum, am, um esse, Que ey de ser traçado: ou Que serci traçado: seras, &c. Pl. Dimensum iri, vel dimetiendos, as, a esse, Que auemos de ser traçados, &c.  
**Dimensurum**, am, um fuisse, Que ouuera de traçar, ouueras, &c. Pl. Dimensuros, as, a fuisse, Que ouueramos de traçar, ouueres, &c.  
 20 **Dimetiendum**, dam, dum fuisse, Que ouuera de ser traçado, ouueras, &c. Pl. Dimetiēdos, as, a fuisse, Que ouueramos de ser traçados, ouueres, &c.

¶ Gerundia, Dimetiendi, De traçar.  
 Dimetiendo, Em traçar: De traçar: Traçando, & Sendo traçado.  
 Dimetiendum, A traçar: Pera traçar: A ser: Pera ser traçado.  
 35 ¶ Supina, Dimensum, A traçar: Pera traçar.  
 Dimensū, De ser traçado: Pera se traçar.

¶ Participia præf. & imp. Dimetiens, tis, O que traça: & traçaua.  
**Futuri actiui**, Dimensurus, a, um, O que ha ou Ouuer de traçar: Pera traçar.  
**Præteriti**, Dimensus, a, um, Couja que traçou: ou Foi traçada.  
 30 **Futuri passiuī**, Dimetiendus, a, um, Couja que ha, ou ouuer de ser traçada.  
 ¶ Supina in V, etiam à verbis Deponentibus, & Communibus oriuntur. Senec. epist. 95. Alia deinceps digna miratu. Plin. lib. 10. c. 29. Digna miratu [Iuscinia.] Idem lib. 29. c. 1. Parua opinatu: quæ proceres artis eiusdem fatentur. Idem lib. 3. c. 21. Populorum pauca effatu digna nomina. Solin. c. 9.  
 35 **Lapidem fatu dignissimum.** Sic Virg. 12. — baudi mollia fatu. & Senec. in Agam. act. 3. Acerba fatu poscis, &c. Liu. ab Vrb. 4. Nec ante lucem mouere iubet manum moderatu difficilem. Plaut. Perf. — pessimum agressu scelus. Cic. de Fin. 4. Asperum [dolorem] & difficilem perpesu. & Tu sc. 2. O multa dictu graua, perpesu aspera? Senec. de Tranq. vitæ, c. 3. Periculosum etiam ingressu forum est. Plura legendis auctoribus indagator industrius adnotabit.

**Q**uatuor coniugationū exempla sunt tamquā lex quaedā, atq; norma adquā aliorū verborū declinatio dirigēda est. Quōd si aliqua ab eorū regula aberrauerint, Anomala cēsenda sunt, hoc est, verba sine lege, norma, atq; regula, siue legis, norma, regulæq; expertia. Irregularia vocat quidā, malim Dissimilia, aut Inequalia appellare: nam ipsa Anomalia à Varr. Dissimilitudo, & Inequalitas dicitur, & ipsa Anomala sepe numero Dissimilia nominat. Diomedes Corrupta appellat: Donatus. 2. Editione, Inequalia. Meminit etiam horum Quint. lib. 1. c. 4. Quid [inquit] quōd multa verba non totū declinationis ordinem serunt? Quaedam etiam mutantur, ut Fero in preterito. Hæc ille. Anomala, quæ Latine lingue rudibus negotium possunt facessere, sunt hæc serē, et quæ ex ipsis componuntur, Sum, Fero, Folo vis, Edo, es, est; quibus non immerito adiunxeris Fio, Eo, Queo de quibus agit lib. 1. Diomedes cæteris copiosius.

## Sum.

**S**VM Anomalorum principatum meritō obtinet: nam præterquam quōd ad nullam quatuor coniugationum spectat, solius in Latina lingua prima positio, vni syllaba finitur. Constat hoc verbum ex tribus, Esum, Fuo Forem: ex primo habet præsens, et quæ inde oriuntur: Prisci enim Esum pro Sum dicebāt, ut docent personæ & tempora, quorū prima litera est, E; ut Es, est, Eram, Ero, &c. Varr. 2. de Anal. Sū [inquit] quōd nunc dicitur, olim dicebatur Esum: & in omnibus personis constabat, quōd dicebatur Esum, es, est; Erā, eras, erat; Ero, eris, erit. Hinc vetustissimi Estunt pro Sunt, videntur dixisse. Vnde Cic. 3. de Leg. Ast quando duellum grauius, discordiæ re cinium estunt, vnus ne amplius sex menses, nisi senatus creuerit, idem iuris, quōd duo consules teneto. Ex secundo accepit præteritum Fui, & quæ inde fiunt, & participium Futurus. Exstant etiam hodie huius verbi vestigia. Plaut. Bacchid. Pol metuo magis, ne phœnix tuis factis suā. Idē. Perf. — caue suas mihi in questione. Idem Amph. Ne quisquā tam audax suat homo, qui obuiū obstat mihi. Terent. Hecyr. Fors suat. Virg. lib. 11. Tros Rutulus ne suat, nullo discrimine habebo. Plaut. Pseud. Metuo &c. Ne capta præda capti prædones suant. Idem Epid. Ego te seruabo. Ep. edepol me illi melius si nati suant. ¶ Cōposito Desuat idem vtitur Bacchid. Pol magis metuo mihi in monēdo ne desuat oratio. ¶ Fore mutuatum est à Forem, fores, foret, &c. quod Essem significat. Sed ipsum Fore serē idem quōd futurum esse valet: interdū tamen pro Esse, ut Forem pro Essem ponitur. Cic. 1. de Inuent. Certas animo res teneat auditor, quibus dictis intelligat fore peroratum, hoc est, intelligat esse peroratum, tum enim participium in Rus, admittit. Idem Att. 5. Deinde addis, te ad me fore venturum. Porcius Latro, de cuius eloquentia meminit Plin. lib. 20. c. 14. & Quint. lib. 10. c. 5. Lucem ait de domo Cornelia proditura fore. Diomedes putat, Fore, potius à verbo prisco, Fuo, profectum esse. ¶ Siew, sies, sies, sient plena sunt, pro quibus vtimur imminutis Sim, sis, sit, sint. Cic. in Ora

Siet [inquit] plenum est. Sit imminutum. Cato de Re. rust. c. 103. Bonæ uti valeas & curati bene sient. Illa vero cum suis cōpositis passim apud comicos inuenias. Terent. Heaut. Nihil tam difficile, quin querendo inuestigari possiet. Idem Adelph. Possiem: in Phorm. Ad sient; Plaut. Possies, possiet; Sub siet vsurpans.

## Composita ex verbo Sum.

**S**ubstantiuum verbum initio quatuor coniugationum declinauimus: ex eo cōposita Absum, Adsum, Desum, Inter sum, Insum, Præsum, Possum, Prosum, Obsum, Subsum, Super sum, eodem modo declinantur. ¶ Prosum tamen litteram, d. admittit euphonia causa, quando simplex à vocali incipit, ut Prodes, prodest, prodestis, proderā, prodero, prodessem, prodesse. ¶ Possum in preterito, f. mutat in, t, non enim posui, sed potui dicimus: præterea in modo Indicatio, vbi simplex à vocali incipit, t, litera interponitur, ut potes, potest, potestis, poteram, poterō in cæteris modis abijcitur vocalis, ut possem, posse. Sunt præterea, nonnullæ personæ, aut tempora parum vsitata, ut Insuit, insuisti ab Insum; quæ progrediente tempore vsus ipse docebit. Insuit est apud Suet. de Clar. Rhet. Extractis [retibus] piscis nullus insuit. Insuere, Insuerunt, Insuerit apud Plaut. Rudent. Quæq; insuere, ita salua sistuntur tibi. Idem Cistel. Mirum, quin grex venalium in cestella insuerit. Sic idem in Perf. ¶ Aberine apud Cjc. pro Aberunt, exstat Philip. 14. in extremo. Poterint apud Vlp. in Pand. lib. 29. tit. 1. Faciant igitur testamenta, quomodo poterint. Verbum possum, quoniam tyronibus sepe molestiam exhibet, non inutile fuerit plenè declinare.

## P. O S S V M.

¶ Indic. præf. Possum, potes, potest. Pl. Possumus, potestis, possunt. Imp. Poterā, poterās, poterat, &c. Perf. Potui, &c. Plusq. Potuerā, &c. 25 Fut. Potero, ris, &c. Pl. Poterimus, poteritis, &c. Fut. perf. Potuero, &c. ¶ Imperat. præf. Fac possis, possit. Pl. Possimus, possitis, possint. ¶ Opt. præf. & ip. Vtinā possēs, possēs, possēt, possēmus, possētis, possēt. Perf. Vtinā potueri, potueris, &c. Plusq. Vtinā potuissēs, potuissēs, &c. Fut. Vtinā possim, possis, possit, Pl. Vtinā possimus, possitis, possint. 30 ¶ Cōiunct. præf. Cum possim, possis, possit, possimus, possitis, possint. Imp. Cum possēm, possēs, possēt. Pl. Cum possēmus, possētis, possent. Perf. Cū potuerim, &c. Plusq. Cū potuissēm, &c. Fut. Cū potuero, &c. ¶ Infinit. præf. & imp. Possē, Perf. & Plusq. Potuisse. Cæteris caret

**D**iomed. & Prisc. proprium præf. & Fut. Imperatini huic verbo tribuunt neutrum tamen videtur vsitatum. Quod si quis velit Imperatino vi. eo re medio vtatur licebit, quo Plautinus Pseudolus vsus est in Pseud. C. Nō possū. Ps. Fac possis, dixit, pro potes, aut potesio, quæ nusquā videtur esse. Diomed. tamē nō ausus est potes dicere, sed possis. Diximus suprā, cū de imperadi specie ageremus, solere Latinos presenti Cōiunct. loco Imperat. vii, vt Facias, accipias, Quiescas

Quiescas, Sis pro Fac, Accipe, Quiesce, Es vel Esto: interdum etiam adiungere verbum Fac, aut Rogo, aut similia, vt Fac sis memor promissi, Fac cogites, Fac consolire &c. Si quando ergo verbum aliquod Imperatiui voce propria destinetur, ad presens Coniunctiui confugiendum erit, cui nonnumquam addemus aliud verbum, vt Da operam, Labora vt possis, Rogo te vt possis. Nam si quis neget se posse aliquid facere, atq; imperes hoc modo, Possis, non tam aperte significabis te iubere, quam si verbum Fac vel Labora adiuueris. Potesse pro posse reperitur apud Lucret. lib. 2. & apud Plaut. Epid. At tributus, cum imperatus est, potesse pendi negant. Et in Aul. Censent talentum magnum exorari potesse ab isto sene vt det qui stamus liberi? Sic idem Pseud. sc. 1. & alibi; sepius. & In Pers. Potestis vsurpauit. — quin si egomet totus veniam vix recipi potest, Quod tu me rogas. Potestint Lucil. Mœnu' tamen fungi ac mœros seruare potestint. Potestet bis idem saty. 4. Nam si quod satis est, homini id satis esse potestet, Hoc sat erat. — ¶ Potens participium esse putat Diomedes, vbi hoc verbum declinat, sed statim subiicit; Sed quidam dicunt participia ne instantis quidem temporis habere: nam Potens nomen est. Idem aibi affirmat Possum neq; futuri, neq; presentis temporis participium habere: Potens [inquit] appellatio, non participium; est enim quod Græci dicunt Δυνατός. Duo enim tantum composita ex verbo Substantiuo habent participia, Præsum Præsens, Absum Absens. Seneca tamen Troad. act. 5. participio videtur vsus — qualis [inquit] ingentis fera Paruus, tenerq; fœtus, & nondum potens Scuire dente. — Nisi aliorum nominum adiectiuorum more dictum intelligamus, vt illa, Fluuius potari pulcherrimus, ex Mela; Arboris pondus sustinere valida, ex Plin. Roma capi facilis, ex Lucano: Irasci celer; Contemnere honores fortis, ex Horatio. Id quod vero propius esse crediderim. Sil. lib. 7. Odrysius Boreas, & Syrtim tollere pollens Africanus. Hoc autem magis participij figura dictum existimauerim. Prisci scriptores non solū actiua, sed etiā passiuā declinatione vsi sunt, Potestur, poteratur, possetur, possetur pro potest, poterat, posset, possit, vsurpantes. Lucret. lib. 3. Quod tamen expleri nulla ratione potestur. Qua drigar. Ann. lib. 1. Cum nō possetur decerni verius putaretur victoria. Cælius 1. Annal. Cumi iure sine periculo bellum geri poteratur. Vide Nonium & Diomed. Quidam illud Virg. 8. Quod fieri ferro, liquidēue potest electro, Legunt potestur electro. Sed cum Electrum primam habeat longam naturā, non potestur, sed potest legendum, vt sit spondæus versus. Affirmant alij. Ratio tamen illis parum suffragatur, cum sepe numero poeta longas pro breuibus vsurpent, & consonantiū, Potestur electro, quam potest, esseratur. At, qui correctioni acquiescet, auctore Politiano se tuebatur, & alijs eiusdem opinionioni adherentibus.

FERO, Tuli, Latum.

Indicat. pres. Fero, fers, fert, Pl. Fērimus, fertis, ferunt.

Pass. Feror, ferris vel ferre, fertur. Pl. Fērimur, ferimini, feruntur. Imp. Ferebā, bas, &c. vt Legebā. Ferebāris, vel ferebāre, ferebatur, &c. Perf. Tuli. Latus sum, vel fui. Plusq. Tuleram. Latus eram vel fueram. Fut. Feram, feres, &c. Ferar, ferētis vel ferēre, &c. Fut. perf. Tulero. Latus ero vel fuero. ¶ Imperat. pres. Fer vel ferto, ferat. Pl. Ferāmus, ferte vel fertote, ferāt. Ferre. l. fertor, feratur, feramur, ferimini. l. ferimur, ferātur. Fut. Ferto tu vel feres, ferto, ille vel feret. Pl. Fertote vel ferētis, ferunto vel ferent. Fertor tu, ferētis vel ferēre, fertor ille, vel feretur. Pl. ferimur vel ferēmini, feruntur vel ferēntur. ¶ Opt. pres. & imp. Vtinā ferrē, ferres, ferret, ferremus, ferretis, ferrēt. Vtinā Ferrer, ferrētis. l. rēre, ferretur, ferremur, ferremini, ferrētur. Perf. Vtinam Tulerim. Latus sim vel fuerim. Plusq. Vtinam Tullissem. Latus essem vel fuisset. ¶ Fut. Vtinā Feram, feras, &c. Vtinā Ferar, ferāris. l. erāre, feratur, &c. ¶ Coniunct. pres. Cum feram, feras, &c. Cum ferar, ferāris. l. ferāre, &c. Imp. Cum ferrem, ferres, &c. Cum ferrer, ferrētis. l. rēre, ferretur, &c. Perf. Cū Tuleri. Lat<sup>9</sup> sim. l. fueri Plusq. Cū tullisē. Latus esē. l. fuisset. Fut. Cum tūlero, tuleris, &c. Latus, a, um ero, vel fuero, fueris, &c. ¶ Inf. pres. & imp. Ferre. Ferri. Perf. & Plusq. Tullisē. Latū esse. l. fuisset. Fut. Laturum, am, ū esse. Latum iui vel ferendum esse. ¶ Gerund. Ferendi, do, dū. Sup. Latū. Latu. Part. pres. Ferens, tis. Fut. Laturus. Præ. Latus. Fut. pass. Ferēdus.

¶ Schol. 5.

25 Q Vintil. lib. 1. c. 6. vbi de Anomalis nominibus agit, Quod verbis, inquit, etiam accidit, vt Fero, Tuli: cuius præteritum perfectum, & Vterius non inuenitur. Hac ille. Præteritum perfectum Tuli, & Vterius, siue vt Grammatici loquuntur, Plusquam perfectum Tuleram, non à Fero, sed Tollo, quod olim Tē-tuli, non Sustuliant à Tulo, vt putat Priscian. lib. 8. deducitur. ¶

VOLO.

30 ¶ Indic. pres. V O L O, vis, vult. Pl. Vólumus, vultis, volunt. Imp. Volebam. Perf. Volui, voluisti, &c. Plusq. Volueram, volueras, &c. Fut. Volā, voles, volet, volēmus, volētis, volent. F. perf. Voluero, &c. ¶ Imperat. pres. Fac velis, velit. Pl. Velimus, velitis, velint. ¶ Opt. pres. & imp. Vtinā vellē, velles, &c. Perf. Volueri. Plusq. Voluissē. Fut. Vtinam velim, velis, velit. Pl. Vtinam vellimus, velitis, velint. ¶ Coniunct. pres. Cum velim, velis, velit. Pl. Cū vellimus, velitis, velint. Imp. Cum vellem, velles, vellet. Pl. Cum vellēmus, vellētis, vellent. Perf. Cū voluerim, &c. Plusq. Cum voluissē, &c. Fut. Cū voluero, &c. ¶ Inf. pres. & imp. Velle. Perf. & Plusq. Voluissē. Part. pres. volens.

¶ Schol. 6.

¶ Schol. 6.

**V**olo, vis, inquit Phocas, incerta est coniugationis, & futuro Imperatiui, & Infinitiu deficit, & Gerundijs vel Participialibus, quæ Supina alij dicunt. Hæc ille. Gerundia, vel Participialia, vel Supina vocat Phocas; quæ recentiores duobus nominibus Gerundia, & Supina appellant. Caret etiam, vt perspicuum est, futuro Infiniti modi, & participio futuri temporis. ¶ Futuro Volam vtitur Cic. ad Att. lib. 2. extrema epist. Cum aliquem apud te laudaro, tuorum familiarium, volam illum scire ex te me id fecisse. Senec. lib. 5. Contr. Quoties videre volam, in domum veniam: quoties volam, in domum abducam. Horat. Epist. lib. 1. Ipse Deus simul atq; volam, me soluet, opinor. Volam pro velim, vt docet Nonius, solet poni. Plaut. Afin. Meo modo loquar, quæ volam; quoniam intus non licitum est mihi. Idem Curcul. — commeminisse hæc ego volam te. Diomedes tum præsens, tum futurum Imperatiui addit. Quod ad præsens attinet, non displicet. Fac velis, inquit ve'it. Pl. velimus, velitis, velint. Cato de Rust. c. 5. Nequid emisse velis [villicus] insciente domino. Quintil. lib. 6. c. 3. de Risu. Ludere numquam velimus, longeque; absit propositum illud, Potius amicum, quam dictum perdidit. Donatus & nonnulli alij vtrumque; tempus ei adimunt. Pauld ante diximus quid agendum sit, cum Imperatiuus voce propria destituitur. Fac velis, Peto vt velis, Da operam vt velis. Cic. ad Att. 3. Itaq; fac vt me velis esse aliquem, quando, qui sui, & qui esse possim, iam esse non possum. Gerundia Volendæ, Volendo, Volendum, quæ in Donati libello sunt, ab alio videntur adiecta, quibus Phocas, vt pauld ante diximus, affirmat hoc verbum carere: idem prorsus sentit Diomedes.

## NOLO, MALO.

¶ Schol. 7.

**N**olo & Malo ex verbo volo composita sunt, quasi Non volo, Magis volo, quod Cic. in Oratore docet. Libenter etiam [inquit] copulando verba iungebant, vt, Sodes pro Si audes, Sis pro Si uis. Iam in vno Capsis tria verba sunt. Ain pro Ais ne; Nequire, pro Nonquire; Malle, pro Magis velle; Nolle pro Non velle. Ipse quoque Cic. comicorum postarum more pro Sex. Rosc. Sis pro Si uis vsurpauit. Age nunc refer animum, sis, ad veritatem, & considera, &c.

## NOLO.

¶ Indic. præf. NOLO, nonuis, nonuult. Pl. Nolumus, nonuultis, nolunt. Imp. Nolebam, &c. Perf. Nolui, noluiisti, &c. Plusq. Nolueram, ras, &c. Fut. Nolam, noles, nolet. Pl. Nolēmus, nolētis, nolent, ¶ Imp. præf. Noli. l. nolito, nolit. Pl. Nolim<sup>9</sup>, nolite. l. nolitôte, nolint. Fut. Nolito tu, nolito ille. Pl. Nolitôte, nolunto. ¶ Opt. præf. & imp. Vtinam, nollem, &c. Perf. Noluerim. Plusq. Noluisſe. Fut. Vtinam nolim, nolis, nolit. Pl. Vtinam nolimus, nolitis, nolint. ¶ Coniunct. præf. Cū nolim, nolis, nolit. Pl. Cū nolim<sup>9</sup>, nolitis, nolint. Imp. Cū nollē, nolles, &c. Perf. Nolueri. Plusq. Noluisſe. Fut. Nolucro.

¶ Infinit.

¶ Inf. præf. &amp; imp. Nolle. Perf. &amp; Plusq. Noluisse. Partic. Nolens.

¶ Schol. 8.

**E**X hoc, inquit Diomedes, vulgò faciunt Imperatiuum, Noli; melius est dicere, Nolis, nolit, quod ex principali eius Velis, velit discimus. Horat. Serm. 1. 5 saty. 9. — velis tantummodo: quæ tua virtus Ex pugnabis. Hæc ille. Mirum est id in mentem Diomedis venisse, cum Noli, Nolite crebro sint etiam apud Cic. De Clar. orat. Noli, inquam, Brute existimare his duobus quicquam fuisse in nostra ciuitate præstantius. Idem pro Corn. Nolite iudices hunc illi acerbum nuncium velle de ferri. Ibid. Nolite committere vt in re tam inueterata quicquam nolisentis. Hic pro Nolimus, malim Ne velimus dicere. Nonius Marc. docet Nolito pro Noli positum esse a Lucilio lib. 30. Nolito, tibi me maledicere posse, putare. Et Nolitote pro Nolite a Sisenna Hist. lib. 3. Nolitote mirari, quam desperata voluntate, &c. Vbi aperte significat præsens Imperatiui à futuro eiusdem differre. Sed de hac re supra satis abundè dictum est.

## MALO.

¶ Indic. præf. MALO, maui, mauult. Pl. Malumus, mauultis, malunt. Imp. Malebam. Perf. Malui. Plusq. Malueram. Fut. perf. Malucro. ¶ Imperat. præf. Fac malis, malit. Pl. Malimus, malitis, malint. ¶ Opt. præf. & imp. Vtinam malle, malle, mallet, malle<sup>9</sup>, malletis, mallent. Perf. Maluerim. Plusq. Maluisſe, &c. Fut. Vtinam malim, malis, malit. Pl. Vtinam malimus, malitis, malint. ¶ Coniunct. præf. Cū malim, malis, malit. Pl. Cū malim<sup>9</sup>, malitis, malint. Imp. Cum malle, &c. Perf. Maluerim. Plusq. Maluisſe. Fut. Malucro. ¶ Inf. præf. & imp. Malle. Perf. & Plusq. Maluisse. Cæteris caret.

¶ Schol. 9.

**M**alum prima persona futuri Indicatiui non videtur vsitata; cæteræ etiam raris nisi fallor, reperientur: si quis eas tamen inuenerit, curet adiungendas, maxime hæc, Males, malet, malent. Cic. Philip. 6. Non inuidebit huic mea gloria: malet me sapientem à vobis, quam se modestum existimari. Idem pro Font. Maletis dixit. Plaut. Mauolo, Mauellem, Mauelim declinauit. In Afin. Amari mauolo mi gnate abs te. Ibid. Moriri sese miserè mauolet, Quam non perfectum reddat, quod promiserit. Idem Amph. Experiri isthuc mauelle me, quam mihi memorarier. Idem Aul. Emortuum ego me mauelim letho malo, &c. Idem Trin. Vtrū is ita ne esse mauelit. Terent. Hecy. Quauis causam hunc suspicari, quæ ipsam veram mauolo. Mauolunt dixit Næuius, Seseq; iij. perire mauolunt ibidē, quæ, &c. ¶ Legitur etiam Volo cum præpositione, Per, compositum, Peruelim, Peruelam, Peruolle: quæ triadumtaxat inuenio. Primum passim occurrit: secundum est apud Cic. Verr. 4. tertium apud Lium bel. Mac. 9. Peruolunt citatur ex Plauti Pseud. act. 1. scen. Exite, agite, &c. versu. 19. a fine: sed simplex Valunt, ibi legendum est.



**F**ACIO verbum actiuum congruenter verbis tertiae declinationis coniugatur, habet et omnes Modos, Tempora, Gerundia, Supina, & Participia, Faciendi, faciendo, faciendum, Factum, Factu, Faciens, Facturus: & participia declinationis passivae, Factus & Faciendus & quae inde fiunt, ut Factus, a, um sum vel fui: erā vel fueram: sim vel fuerim: essem vel fuisset: ero vel fuero: Factum, a, um esse, vel fuisse: Factum iri, vel Faciendum esse. Habuit etiam apud praesens participii Facior, faceris, facitur. Nigidius apud Nonium Commentatione Grammaticae lib. 19. Id quod dico est, eiusmodi ποιεῖν facit: ποιεῖται facitur. Titinius lib. 3. Quanta stultitia cupidinis petunt consilium bona gratia ut parui faciantur. Varro in Cynico apud Prisc. lib. 8. Si me hercule purgant, & deorum cura non satisfacitur Reip. Vitru. quoq; lib. 5. c. 10. calefaciuntur dixit. & lib. 4. c. 7. concalefaciuntur. Facior, iam prorsus exoleuit, in cuius locum successit verbum Fio.

## FIO.

¶ Indicat. praes. Fio, fis, fit. Pl. Fimus, fitis, fiunt. Imp. Fiebam, &c. 15  
Perf. Factus sum vel fui, &c. Plusq. Factus eram vel fueram, &c.  
Fut. Fiam, fies, fiet. Pl. Fiemus, fietis, fient. Fut. perf. Factus fuero, &c.  
¶ Imperat. praes. Facias, fiat. Pl. Fiāmus, fiātis, fiant.  
Fut. Fies, fiet. Pl. Fiētis, fient.  
¶ Opt. praes. & imp. Utinā fierē, fieres, fieret, fierēmus, fierētis, fierēt. 20  
Perf. Utinā factus sim. l. fueri, &c. Plusq. Utinā factus es. l. fuisset, &c.  
Fut. Utinam Fiam, fias, fiat. Pl. Utinam fiāmus, fiātis, fiant.  
¶ Coniunct. praes. Cum fiam, fias, fiat. Pl. Cum fiāmus, fiātis, fiant.  
Imp. Cum fierem, fieres, fieret. Pl. Cum fierēmus, fierētis, fierent.  
Perf. Fact<sup>9</sup> si. l. fueri. Plusq. Fact<sup>9</sup> es. l. fuisset. Fut. Fact<sup>9</sup> ero. l. fuero. 25  
¶ Inf. praes. & imp. Fieri. Perf. & plusq. Factum esse vel fuisse.  
Fut. Factū iri. l. faciendū esse. ¶ Ger. Faciēdi, do, dū. ¶ Sup. Factu.  
Partic. praes. Factus, a, um. Fut. Faciendus, a, um,

## ¶ Schol. 11.

**V**Oces Imperatiui proprie parum videntur esse usitatae. Fite affert Nonius ex vetustissimis. Cassius lib. 16. Iliados, Osoy nunc fite viri. Diomedes Fite fito, fitote, declinat: malim in futuro Fies, fiet, fietis, fient, dicere, nam hoc futurum etiam hic locum habet, ut suo loco diximus. Apud Plaut. exsiant Fi, Fite, & Fitote. Perf. initio, Age (inquit) si benignus, subueni. Curcul. Sequere hac Palinuro me, ad foreis, si mihi obsequens. P. A. ita faciam. P. A. agite bibire, festiuae foreis. Potate, fite mihi volentes, propitios. Ibid. Fite causa mea Lydij barbari. Idem Pænul. prolog. Qui non edidit, sacuri fite fabulis. Idem Amph. — unum superest: id si suat, Amphitruones fitote gemini. Fianto legis latoribus videtur accommodatum. Gerundia Fiendū, fiendo, fiendum, nescio ubi Diomedes inuenit. Participium Fiens idem adiungit, quo tu licet utare.

cum

cum apud probatos auctores lege. is. Fiendus, a, um nec ipse posuit, nec videtur usitatum. Eodem modo declinantur composita ex verbo Facio, quae seruant, a, literam, ut Liquefacio, Liquefio; Calefacio, Calefio; Mafefacio, Mafefio, &c. Nam in quibus, a, litera in, i, mutatur, ut Efficio, Proficio, analoga sunt.

## DIC, DVC, FAC.

¶ Schol. 12.

**D**ICE, DUCE, FACE apud praesens in usu fuerunt, pro quibus, Dic, Duc, Face videntur; quod idem de compositis dictum sit, ut Prædic, Deduc, exceptis, quae ex verbo Facio componuntur, quae literam, e, retinet si in copulatione, a, mutetur in i, ut Effice, Confice: nam quae, a, retinet, simplex imitantur, ut Calefac. Quint. lib. 1. c. 6. reprehendit quendam, qui Caleface malebat dicere, quam Calefac. Adiciat (inquit) Face, Dice, & similia. Caleface tamen usurpauit Cic. ad Tir. lib. 16. Caleface (inquit) hominem, ut ego M. Orbonem. Dice, Duce apud Comicos reperiuntur. Plaut. Rudent. Tu siquid opus est, dice. Ibid. — dice dum in eo ensiculo literarum quid est? Idem Pseud. Indice ludos nunc iam, quando 30 libes. Idem Aul. Bono animo es, & bene dice. Idem Mostel. — duce me amabo. Terent. Phorm. Abi Phædria, eum require, atq; adduce huc. Idem Deduc, in Eunuch. Traduce Heaut. Abduce Adelp. dixit. Varro Induce lib. 3. c. 2. de Re rust. Induce me in viam disciplinae villaticae passionis. Idem lib. 1. c. 9. Dice usus est. Apud Virg. antiquitatis amantem, Edice pro Edic legitur 30 lib. 11. Tu Voluse armari Volcorum edice manipulis. Et Stat. Theb. 11. Aus Danais indice rogos, aut praelia Thebis. Face, frequens est apud Terent. Andr. — me missum face. In eadem — tu face apud te ut fies. Item apud Poetas alios, sequente vocali. Ouid. 1. Fast. Iane face aeternos pacem, paci que ministros. Idem 2. de Pont. eleg. 2. Verba face, ut vita, quam dedit, ipse fruar.

## E O.

¶ Indicat. praesens, Eo, is, it. Pl. Imus, itis, eunt. 30  
Imp. Ibam, ibas, ibat, &c. Perf. Iui, iuisti, &c. Plusq. Iuerā, iueras, &c.  
Fut. Ibo, ibis, ibit. Pl. Ibimus, ibitis, ibunt. Fut. perf. Iuero, iueris, &c.  
¶ Imperat. praes. I, vel ito, eat. Pl. Eamus, ite vel itote, eant.  
Fut. Ito tu vel ibis, ito ille vel ibit. Pl. Itote vel ibitis eunto vel ibunt. 35  
¶ Opt. praes. & imp. Utinam irem, ires, &c. Perf. Utinam iuerim, iueris, &c.  
Plusq. Utinam iuisset, &c. Fut. Utinam eam, eas, eat, eamus, eatis, eant.  
¶ Coniunct. praes. Cum eam, eas, eat. Pl. Cum eamus, ea, is, eant.  
Imp. Cum irem. Perf. Iuerim. Plusq. Iuisset. Fut. Iuero, iueris, &c.  
¶ Inf. praes. & imperf. Ire. Perf. & Plusq. Iuiste. 35  
¶ Gerundia, Eundi, Eundo, Eundum. ¶ Supinum, Itum.  
¶ Partic. praes. & imperf. Iens, euntis. ¶ Fut. Iturus, a, um.

¶ Schol. 13.

**A**D hunc modum declinantur, quae ex Eo, is, componuntur, ut Adeo, Abeo, Exeo, Obeco, Redeo, Subeo: Adibam, adibo, Adeundi, Adeundo, Adeundum, Adiens,

Adiens, adeuntis. Liu. tamen dec. 5. lib. 1. Transiebant, dixit; Inciuitatem [inquit] Romanam transiebant. Adeam pro Adibo. Plaut. Pæn. — adeam propius, adsunt testes. Item Abeam pro Abito apud Terent. Phorm. act. 1. sc. 2. — ad precatorem abeam credo. Sic propenodum loqui alias videtur, præsertim Adelph. act. 5. sc. 2. simplexque Eam pro Ibo. ¶ Transiet pro Trasibit. Tibull. lib. 1. eleg. 4. At si tardus eris, errabis: transiet ætas. Ambiebam, Ambiet, & cætera iuxta normam quartæ coniugationis apud idoneos auctores inuenimus à verbo Ambio; quod etiam ab Eo, is, componi permulti arbitrantur. Curt. lib. 4. Muros turre;q; vrbis præaltum mare ambiebat. Senec. Oedip. act. 2. Oceanus clausum dum fluctibus ambiet orbem. Suet. in Cæs. cap. 18. Cum ambiententi, vt legibus solueretur, multi contradicerent. Sall. Iurg. Et ambiendo cogere homines emeritis stipendijs secum proficisci. Præter hæc reperiuntur, apud Poetas Comicos præcipue, nonnulla verba quartæ coniugationis, quorum præteritum imperfectum & futurum modi Indicatiui Ibam, Ibo imitantur: quorum prius crebrò etiam apud Virg. reperitur. Terent. Phorm. Te mihi fidelem esse æquè, atque ego sum mihi. Scibam pro Sciebam. Paut. Afin. Scibam ego te nescire. Virg. 8. Tum mihi prima genas vestibat flore iuuentus. Idem. 10. Insula cui sacra redimebat tempora vitta. Terent. Phorm. Nemo ex me scibit, pro Sciet. Idem Eun. Ego scibo ex hoc quid fiet. Idè Hecyr. Matris seruiho commodis. Plaut. Capt. Ex me audibis vera, que nunc falsa opinare, Hegio. Idem Pæn. Numquam audibis verba tot, tam iuauia. Apud Non. multa huius generis inuenies, Aperibo, Operibo, Paribus, &c. Prisc. lib. 11. doces veteres per, ei, dipt hõngum scripsisse, que in præterito imperfecto habent, i, A deibam, Queibam, Poleibam, Insigneibam; qua scribendi ratione, vocalium transmutationem factam esse ostendebant pro Adiebam, quiebam, poliebam &c. Virg. 7. At leuem clypeum sublatis cornibus Io Auro insigneibat. Idem 8. Certatim squamis serpentum, auroque poleibant. Diomedes tamen ait veteres hæc sine, E, littera pronunsiasse, vt apud Virg. 7. Nutribant pro Nutriebant. Etiam Gerundia verborum tertie declinationis in Vndi, Vndo, Vndum, interdum exeunt; vt Faciundi, Faciundum, Dicundi; & ipsa Gerundia à gerundo, vt placet grammaticis, quod suorum verborum constructionem gerant, dicta sunt; que quidem malunt Gerundia a gerendo appellare. Queo, Nequeo, Veneo declinantur vt verbum Eo, ex quo quidam putant esse composita. Veneo, venis, venit. Pl. Venimus, venitis, veneunt. Venibam, venibas, &c. Nequeo, nequis, nequit. Pl. Nequimus, nequitis, nequeunt. Nequibam, &c. Nequibo, &c. Gerundia non videntur esse in vsu: participij vtèris, cum apud doctos inuenieris. Nequeuntès (vt testatur Asconius 3. in Verr.) dixit Sall. 3. Hist. Sustinere corpora pleriq; nequeuntès. Quitur, & Quitus sum, vt Deomedes docet, reperiuntur apud veteres. Actius Quitus posuit pro Quiui, vt idem refert, Nam neque pretio, neque amicitia, neque vi impelli; nec prece quitus sum. Idem, Vnde omnia perdisci

perdisci, ac percipi queuntur. Cecilius, Si non sarcire quitur. Hæcille. Quitus sum, idest potui; Queuntur, possunt, Quitur, potest, Vt enim vetustissimi potes, & potestur, poterat, & poteratur, possit, & possitur in eadem re dicebant, ita Quiui, & Quitus sum; Quitur & Quit. Lucretius queatur pro queas posuit lib. 1. Dum veniunt alie, ac suppleri summa queatur. Queantur Plaut. dixit in Pers. & Terent. Hecyr. — nosci non quita est; pro Non quinit, Non potuit, &c. Gell. lib. 20. c. 1. Scuitia ista pœnæ contemni non quita est. Prisc. etiam, Nequitur pro Non potest, & Néquitum dixerunt. Vide exempla, apud Festum. ¶ Verbum Veneo simplicis normam imitatur. Vnde Varro de Re rust. lib. 3. c. 9. Veneunt [gallinæ] propter penuriam magno. Sic Cic. de Fin. 2. Idem Verr. 5. Æqua lege venibant [decumæ.] Plaut. Menæch. Venibunt serui. Gell. lib. 7. c. 4. Antiquitus mancipia iure belli capta coronis induta venibant. Quod si aliqua offendantur exempla, in quibus Veneo sui simplicis declinationem deseruisse videatur, ea corrigenda crederim. Vltra Infinitum Venire, Venisse, Supinũq; Venum, cætera non exstant. ¶ Apud priscos futurum Coniunctiui primæ coniugationis in syllabas, Aſſo, desinebat, vt Amaſſo, Interrogasso, Iudicasso, pro Amauero, &c. Plaut. Mostell. Ego si bonam famam mihi seruasso, sat ero diues. Idem Amph. Si me irritassis, hodie lumbifragium hinc auferes. Secundæ vero coniugationis in Eſſo, vt Prohibeſſo. Idem Aul. — si quis illam inuenerit Aulam onustam auri, verum id te queſo vt prohibeſſis. Cic. 3. de Leg. Magistratus nec obedientem, & noxium ciuem multa, vinculis, verberibus coercento; ni par maiorue potestas, populus que prohibeſſit, ad quos prouocatio est. Festus Amaſſo, inquit, pro Amauero. Plaut. Milit. Amaſſis dixit pro Amaueris. Apud Cic. lib. 3. de Leg. Inuenies Interrogassit, Iudicassit, Prohibeſſint. Plaut. Epid. Adolescens si istunc hominem, quem quecritas Tibi commonstrasso, ecquam abs te inibo gratiam?

## De verbis Defectiuis.

¶ Schol. 14.

Defectiuaverborum species est, inquit Diomedes, cum in declinatione verba deficiunt, nec habent aut omnia tempora, aut omnes numeros, aut omnes personis, aut modis. Phocas itidem Defectiuua appellat, que aut coniugationibus, aut modis, aut temporibus, aut personis, aut participialibus deficiuntur; numeratq; inter Defectiuua Anomala, de quibus ante egimus. Probus etiam Anomala appellat Defectiuua, siquidem verbum SVM Defectiuuum vocat, & ipse, Diomedes ait Anomala videri Defectiuua. ¶ Que verba supinis carent, deficiunt etiam participijs futuri in Rus, & præteriti temporis; item præteritis perfectis, & plusquam perfectis passiuis omnium modorum, ac futuro passiuo Coniunctiui modi; præterea futuro Infinito tam agendi, quam patiendi, quod ex voce simili supino, & infinito iri suppletur.

¶ Que

¶ *Quæ præteritis carent, non solum omnibus, quæ diximus, deficiunt, sed etiam ijs, quæ a præteritis fiunt. Itaque Vescor tantum habet præsens, & præteritum imperfectum omnium modorum, & quæ inde formantur, nimirum futurum Indicatiui, Imperatiui, & Optatiui modi, & participium in N S, & gerundia, quæ ab eo formantur. Sunt nonnulla, quæ ne hæc quidem omnia habent: quæ Ludimagister pro sua eruditione diligenter considerabit, eaq; discipulis præ cæteris inculcabit. Videas enim plerumq; etiam cum aliquantulum progressi fuerint, declinatione verborum, quæ supinis, aut præteritis carent, maxime cum ad Infinitiu modum ventum est, ita perturbari, vt in hac re prorsus peregrini, atq; hospites esse videantur. Ne igitur adolescentes declinatione semper tyrones sint, ex ijs, quæ ipsi negotium solent facessere, vnum diligens Magister singulis, aut alternis diebus curabit declinandum.*

MEMINI, NOVI, ODI.

**I**ndic. præf. & imp. Memini, *Eu me lembro, & lembrei. meministi, &c.* 15  
 Perf. & Plusq. Memineram, *Eu me lembraua: lembraua: ou tinha lembrado.*  
 Fut. Meminero, *Eu me lembraret: ou terei lembrado. memineras, &c.*  
 ¶ Imperat. præf. & Fut. Memento vel memineris, *Lembrate tu: ou Lembrartas tu. meminerit. Pl. Meminerimus, mementote vel memineritis, meminerint.* 20  
 ¶ Opt. præf. & imp. Utinam meminerim, *Queira Deos que me tenha eu lembrado: ou Oxala me lembrasse eu. memineris, &c.*  
 P. imp. & Plusq. Utinam meminissẽm, *Prouuera a Deos que me lembrara eu: ou Tiuera lembrado meminisses, &c.*  
 ¶ Coniunct. præf. & Perf. Cũ meminerim, *Como eu me lembro: & lembrei, &c.* 25  
 P. imp. & plusq. Cũ meminissẽm, *Como eu me lembrara: & lembrara, &c.*  
 Fut. Cum meminero, *Como eu me lembrar: & Tiuer lembrar. memineras, &c.*  
 ¶ Inf. præf. & perf. Meminisse, *Lembrarse: ou que me lembro: & lembrei, &c.*  
 P. imp. & Plusq. Meminisse, *Terse lembrado: ou Que me lembrara; lembrara: ou Me tinha lembrado.* 30  
 ¶ Eodem modo inflectuntur, *Noui, nouisti, Odi, odisti.*  
*Noui, Eu conheço; & Conheci. Odi, Eu aborreço, & Aborreci, &c.*  
 Imperat. Noueris, nouerit, nouerimus, noueritis, nouerint.  
 Oderis, oderit, oderimus, oderitis, oderint.

¶ Schol. 15. 35

**H**orum trium verborum præteritum etiam pro præsentem accipitur, unde à Diomede verba temporibus confusa dicuntur: habent tantum tempora, quæ a præteritis formantur, excepto Memini, quod habet secundam personam futuri Imperatiui utriusq; numeri, Memento, Mementote. Memineris, Oderis, Noueris cum ponantur etiam pro præsentem Coniunctiui, merito suppleunt præsens Imperatiui.

Imperatiui, Quod si quis ea ad futurum Imperatiui spectare dixerit, non ei repugnauerim. Odi habuit oim etiam Osus sum. C. Græchus, vt citat Fesius, Semper eos osi sunt. Plaut. Amph. Inimicos semper osa sum obtuerit. Gell. lib. 4. c. 8. Hunc Fabricius non probabit, osusq; cum motum causu fuit. Item participium Osurus. Idem lib. 1. c. 3. Hac, inquit, fini ames, tamquam forte fortuna osurus; hac itidem tenus oderis, tamquam fortasse post amatum us. Cic. de Amic. Negabat ullam vocem inimiciorum amicitie potuisse reperiri, quam eius qui dixisset, ita amare oportere, vt aliquando esset osurus. Vtrumque tamen parum est vstitatum; sicut & Oaiui, quo M. Antonius esi vsus apud Cic. Philip. 13. Nec [inquit] deserere partes, quas Pompeiu odit. Et Osor, quod Plaut. aliquoties vjurpat, Pœnul. Vendidit cuidam seni. osori mulierum, &c. Comp. sta verò Exosus, Perosus sum frequentius dicuntur. Curt. lib. 8. Patricios mores exosus es. Tacit. lib. 13. Laudationem eius princeps exosus est. Gell. lib. 15. c. 20. de Eu. i. pide: Mulier. s. ferè omnis exosus fuisse dicitur. Virg. Aen. 5. Iuppiter omnipotens, si nondum exosus ad vnum Troianes, &c. vbi Exosus es pro Odisti posuit. Suet. in Tiber. c. 21. ex epist. Augusti ad Tib. Deos obsecro, vt te nobis conseruent, si non populum R. perosi sunt. Liu. ab Urb. 3. Plebs consulum nomen, haud secus quam Regum, perosa erat. Ouid. 4. de Pont. — Tomita, Quis ego, cum loca sim vestra perosus, amo. Perodit pro Perosus est, dixit Manil. lib. 5. Et quisquis vero fuit, culpam se perodit. Participia Exosus, & Perosus passim occurrunt. Virg. Aen. 11. Non adeo has exosa manus victoria fugit.

¶ Indicatiui præsentis tantum.

**C**œpi I. Cœptus sum, *Eu comecei: ou Tenho começado. cœpisti, cœpit, &c.* 35  
 Plusq. Cœperã, *Eu começara: ou Tinha começado. cœperas, cœperat, &c.*  
 Fut. Cœpero, *Ia eu entao terei começado. cœperis, cœperit, &c.*  
 ¶ Imperat. præf. Cœperis, *Começa tu. cœperit. Pl. cœperim, &c.*  
 ¶ Opt. perf. Utinã Cœperi, *Queira Deos q̄ tenha eu começado. cœperis, &c.*  
 Plusq. Utinã cœpissẽm, *Prouuera a Deos q̄ começara eu: ou tiuera começado. cœpisses, &c.* 30  
 ¶ Coniunct. perf. Cum cœperim, *Como eu comecei: ou Tenho começado.*  
 Plusq. Cum cœpissẽm, *Como eu começara: ou Tiuera começado. cœpisses, &c.*  
 Fut. Cum cœpero, *Como eu começar: ou Tiuer começado. cœperis, &c.*  
 ¶ Inf. perf. & Plusq. Cœpisse, *Ter começado: Que comecey: ou Começara, &c.*  
 Cœptum, am, um esse vel fuisse, *Que fui, foste, foi começado, &c.* 35  
 Fut. Cœpturus, am, um esse, *Que hei de começar: ou Que começarei, &c.*  
 ¶ Sup. Cœptum, *A começar: Pera começar. Cœptu, De ser começados*  
*Pera se começar.*  
 Part. Futuri, Cœpturus, a, um, *O que ha, ou ouuer de começar: Pera começar.*  
 Prat. Cœptus, a, um, *Causa que foi começada: ou Que começou.*

¶ Schol. 16.

**C**œpi præteritū tempus tantum ad significat. nā Cœpio in vsu fuit apud  
 priuos. Plaut. Truc. — nihil habeat, Aliū questū cœpiat. Idē Men. ch.  
 — neq; lites cœpio. Idē Pers. Lubido exēplo cœpere est committū. Terent.  
 Adelp. — an non sex totis mēsisbus Prius olfecisse, quam ille quidquā cœperet?  
 Cæcilius Peribœa, Aere obscuro hercle desinā, mane cœpi un. ¶ Occipio magis  
 in vsu est. Terent. Phorm. Vbi in gynecēū ire occipio, puer ad me accurrit. Idē  
 Heaut. — sed istud quidquid est, Qua hoc occæptū est causā? Plaut. Men. ch.  
 — aliam occipis fabulā. Idem Trinum. Si ante lucem ire occipias. Sic aliq;  
 scriptores præcipuē Liviū, qui & sæpe aliās, & maximē Coniunctiuo vti solet.  
 ¶ Habet etiam præteritum, Cœptus sum pro Cœpi. Sed tum demum passiuæ vocis,  
 vel significationis, aut etiam quod quidem raro contingit verbū In chæciliū, eam  
 dem propemodū vim habentis. Infinitiuum desiderat. Plin. lib. 31. c. 7. Squalen-  
 tibus locis cœptus est inueniri [sal] detractis arenis. Idē lib. 19. c. 2. Sparci qui-  
 dē vsus multa post secula cœptus est. Hic infinitū omisit. Liu. bel. Pun. 1. Oppida  
 ad omnia tuenda multimoda arte distineri cœpti sunt. Idē dec. & lib. 5. In-  
 gēs inde haberi captiuus vates cœptus; eniq; adhibere tribuni militū ad eos rite  
 placādos rite cœpere Idem ibid. Mitescere discerāte intestinz metu cōmuni, vt  
 fit, cœptæ. Hic enim Mitescere, mitigari, mitiores fieri, sedari significat. Idem  
 bel. Mac. 6. Tumultuari primum cœptum est. Gell. lib. 8. c. 11. Instructa acies  
 cœptumq; in hostem progredi. Habet & participiū Cœpturus. Suet. in Calig. c. 2  
 46. Nemine gnaro, ac opināte, quid nā cœpturus esset. Sic Plin. lib. 16. c. 27. Quic.  
 lib. 10. c. 1. Nes rite cœpturi ab Homero videmur. ¶ Incœpi, & Incœptus vsur-  
 pātur vt simplex; vt de Incœpturus, & Incœptu. Teren. Andr. Quidnā incœptu-  
 rus? Idem Phorm. — turpe incœptu est. Item Occæptus. Idē Eunuch. Ma-  
 gistratus, cum in adesse occæpta est agi. Diomed. & nonnulli addunt Pepigi,  
 quod tamē vt Quint. lib. 1. c. 6. docet à verbo Pago fit. De quo in præter. verborū.

De verbo S V M, & eius compositis cum significant  
 comedere.

¶ Indic. præf. Es, est. Pl. Estis. Passiuum, Estur.  
 Imperat. præf. Es vel Esto. Pl. Este. Fut. Esto tu, Esto ille.  
 Opt. præf. & imp. Vtinā essem, esses, esset. Vtinā essemus, essetis, essent.  
 Coniunct. imp. Cum essem, esses, esset. Pl. Cum essemus, essetis, essent.  
 Infinitū præfens & imperfectum. Esse. (sto ille.  
 ¶ Ind. præf. Comes, comest. Pl. Comestis. ¶ Imperat. Comesto tu, Come  
 Opt. præf. & imp. Vtinā Comesē, comesses, comesiet, comessemus, &c.  
 Coniunct. imp. Cum comessem, comesses, comesiet, comessemus, co-  
 messetis, comesent. ¶ Infinitū præfens & imperfectum. Comesse.  
 ¶ Exest, in tertia pers. Indic. Exesse. Infinitū præf. & imp. ¶ Schol. 17.

**D**ionedes Imperatiuo, Estote addidit, quod ille fortasse alicubi reperit, neq;  
 video cur id reijciamus. Es pro Ede dixit Plaut. in Milit. Es, bibe, animo  
 obsequere

obsequere mecum. Idem Pseud. — tene, hārpa, Bibe, es fuge. — Idem  
 Casin. — imo age, vt lubet, Bibe, es, disperde rem — Idem Mos. cl. Esse, effē-  
 cite vos, suginam cœdi. c. Cato de Re rust. c. 156. Eam [brassicam] esto vel coctam  
 vel crudam. Ibid. Ante cœnam esto crudam, quantum vales, & aceto. Horat.  
 Serm. 2. saty. 2. Quinquennis oleas est, & hyllesti ta corna. Idem Episi. lib. 1.  
 — si quod Est animum, differs curandi tempus in annum? Virg. Gen. 5. —  
 lenta; q; carinas Est vapor. Geor. 1. Mox & frumentis labor additus, & ma-  
 la culmos Effet rubigo. Val. Max. lib. 4. c. 3 de Diogene. Si Dionysio adulari  
 velk. s. ista [olera] non esses. Imo, inquit, si tu ista esse velles, Dionysio non adulare-  
 ris. Senec. de Consol. ad Mart. c. 22. Summa illis cura fuit, quid essent, quid bibe-  
 rent. Plin. de Viris illustr. Malo, inquit [M. Curius,] hec in fœtilibus meis esse, &  
 aurū habētibus imperare. Cic. de Orat. 2. Quē cū Catulus nuper audisset, seruum  
 alios aiebat esse oportere. Plin. lib. 20. c. 9. In Ægypto [brassica] propter amaritu-  
 dinē nō estur. Ibid. c. 22. Lini semen ad iocinoris dolores estur cū vna passa. Plaut.  
 15 Mos. — dis; que, noctes; que estur, Bibitur, — Idē infinitū, Essi, inde naum  
 vsurpauit eadē Comœdia — postquā hinc peregre eius pater Aluit, numquā hic  
 triduū vnum desitum est essi, & bibi. Sic enim in libris castigatioribus inuenies.  
 Lucret. lib. 6. — aut latus alti Montis adest. Id est exedit, atq; excauat.  
 Plaut. Mos. Sine modo venire saluom, quem al sentem comes. Ibid. Tam faci-  
 20 le vinces, quam pyrū vulpes comest. Virg. in epigr. de Liu. Qui semper lacerat,  
 comestque mentem. Plaut. Trucul. Vos saltē, siquid queritis, ebibitis, & conestis.  
 Cato de Re rust. c. 156. Vbi cœnaueris, comestio alia quinque folia. Mart. lib. 5. Si  
 conchem toties meam comesses. Plaut. Men. ch. At tunc clam me comesses  
 prandiū? Idē Casin. Noui ego illas ambas estrices: corbitā cili comesse possunt.  
 25 Cic. pro Sest. vsq; eo non fui popularis, vt bona solus comesset. Idē pro Flac. Qua-  
 si bona comesse Romæ non liceret. Idē 3. Tusc. Exest pro Exedit de agritu. dicitur  
 loquēs dixit, Lacerat, exest animū, planeq; conficit. Cels. lib. 5. c. 19. Exest etiā ve-  
 bementer corpus. Varr. de Re rust. lib. 1. c. 63. Tuendi causa præmendum id fru-  
 mentum, quod curculiones exesse incipiunt.

## INQVAM

¶ INQVAM, inquis, inquit. Pl. inquam, inquit t. Imp. Inquieba. Perf.  
 Inquilli. Fut. Inquis, inquiet. Imp. præf. Inque. l. Inquito. Part. Inquies.  
 ¶ Præf. Indic. Aio, ais, ait. Pl. Aiunt. Imp. Aiebam, aiebas, aiebat.  
 Pl. Aiebamus, aiebatis, aiebant. Imperat. præf. Ai.  
 35 Optat. fut. & præfens Coniunctiu, Aias, aiat. Particip. Aier, s, aientis.  
 ¶ Opt. præf. & imp. & Coniunct. imp. Forem, feres, foret. Pl. Forent  
 pro Essem, esses, &c. Fut. Inf. Fore pro Futurum esse.  
 ¶ Fazo Fut. Indic. pro Faciam. ¶ Quæso, quæsumus? Prima p. præf. Ind.  
 ¶ Aue, auete, auere. Salue, saluete, saluere, secund. pers. imperat. vtriusq;  
 num. & præf. Inf. habent. ¶ Cedo, da, vel dic, secunda Imperatiui.

- ¶ Infit pro Incipit vel Inquit, tertia persona Indicatiui.  
 ¶ Defit, Defiet, defieri, tertium habet pers. & Fut. Indicat. & pres. Inf.  
 ¶ Que sequuntur ad fut. Optat. vel presens, vel fut. Coniunctiui, aut certe ad presens vel fut. Modi potentialis pertinent.  
 ¶ Faxim, faxis, faxit. Pl. Fāximus, fāxitis, faxint. ¶ Ausim, ausis, ausit.  
 ¶ Edim, Comedim pro Edam, Cōmedam. ¶ Duis, duit, duint pro des, det, dent: aut Dederim, dederis, de derint.  
 Perduim, perduis, perduit, perduint pro perdā, perdas, perdat, perdāt  
 ¶ Schol. 18.

**P**Hocas & Diomedes docent, IN QVAM, primam esse positionem. Nam quod affert Prisc. ex. 2. de Orat. Aucupari verba oportebit, inquis, &c. Videtur in librum deprauatum incidisse, nam in quo habent libri corre. Ti. Plaut. Pers. ain? Apud me est? Do. aio inquam, apud te est; inquam. Catull. tamen Inquis dixit. Seneca epist. 4. Difficile est, inquis, animum perducere ad contemptum animae? Mart. lib. 2. An causa leuis est? extuli, inquis, uxorem. Horat. 1. Serm. saty. 3. Communi sensu planè caret, inquit, Cic. Acad. 2. Visum, inquebat, huiusmodi est. Idem 2. de Orat. Tu uero inquisiti, molestus non eris. Terent. Heaut. Eccum me, inque. Plaut. Bacchid. Dabim? C H. dabuntur, inque, responde. Idem Pseud. Dabo, inque. Idem. Aut. — ita di faxint, inquit. Sic idem in Rud. Inquiat non est apud Auctorem ad Heren, sed Inquiat. Proem. lib. 4. Quid enim tibi vis? aliquis inquiet. Cic. 4. Verr. Ergo inquiet aliquis. Inquies etiam est visitatum. Cic. Att. 6. Nos prouincia profecimus Celium: puerum inquis, & fortasse fatuum. Idem de Diuin. 2. Id enim, inquis, ostentum. Inquiens participium. Plin. ad Vocon. lib. 2. Parce inquiens. Cui ego, &c.

¶ Aiebam Senec. lib. 9. aliàs. 5. Controuerf. Aiebam, Fili, &c. Ibid. Controu. 7. Aiebamus, inquit, non potest hoc sine proditione fieri. Plaut. Capt. Ita vos met aiebatis: itaq; nomina inter vos permutastis. Phocas ait, verbum, Aio, presens & imperfectum habere. Probus etiā prateritum Ai, aisti, ait, ei tribuit. ¶ Forem, fores, &c. frequentissima sunt. Quint. lib. 10. c. 1. Qui si ceteris virtutibus colorem, & grauitatem orationis adiecisset, ponendus inter præcipuos foret. ¶ Faxo, teste Phoca, est futurum Indicatiui, siue, vt alij loquuntur, modus Promissiuus. Terent. Adelph. — cupide accipiat iam faxo. Idem Phor. Faxo tali cum multatum, atq; hic est, infortunio. Virg. Æn. 9. Haud tibi cum Danais, rem saxo, & pube Pelasga. Esse putent — Futuro Coniunctiui videtur tribuisse Plaut. Bacchid. Ni illum exanimalem saxo, si conuenero, Ni re exheredem fecero vite sue. ¶ Liu. bel. Pun. 8. Id, vti permittatis, quasumus. Prisci Quoeso, quasus, quesit, quæsere declinabant. Lucret. lib. 5. Non diuum pacem votis adis, & prece quasit. Ventorum puidus paces. — Quæsere, ait Phocas apud Sall. & Tull. lectum esse. Eo certe Plaut. vtitur in Bacch. Mirum est, me, vt redeam, te opere tato quæsere. ¶ Phocas, Aue, tantū singulari dici putat.

Numera

Numero tamen multitudinis etiam dici docent auctores idonei. Sueton. in Claud. c. 21. Sed cum proclamantibus naumacharijs, Aue Imperator, morituri te salutant, respondisset, Aucte vos, &c. Aueo hoc est concupisco, plura habeo tempora; nos hic de verbo salutandi agimus. Illud Plaut. in Trucul. — non saluco, putat Probus ridiculè persone rustici seruitum esse. Cic. 6. Ad Att. Valebis igitur, & valere Piliam, & Cæciliam nostram inuebis literis, & saluebis ameo Cicerone. Nisi quis fortè dicat Ciceronem hic, vt solet, iocatum fuisse. Aucto est apud Sallust. in extrema epist. Catiline. Salucoo apud Plaut. Pænul. — A G. Mi patre saluo. P. & tu salucto Agorastocles. Idem Menæch. — salucto tu, tu vale. Idem Rud. Pater salucto, ambo que adeo. ¶ Cedite numero multitudinis docet Probus apud Plautum, & antiquos comicos reperiri. ¶ Infit, vt Festus ait, pro Incipit ponitur, & serè vbiq; id potius, quàm Inquit, videtur significare. Varro in Mensural. Infio dixit teste Prisc. lib. 8. Infiunt, Martianus Capell. lib. 2. Nunc ergo mythos terminatur, infiunt.  
 ¶ Ouat, & Quans crebriora sunt: illa rariora, Ouet, & Ouaret ex Stat. Sylu. 3. & 4. ac Theb. 1. Ouaret, & Ouandi ex Gell. lib. 5. c. 6. & Sueton. in Claud. c. 1. Quas ob res ouandi ins, & triumphalia ornamenta percipit. Ouaturus est apud Solin. cap. 57. Equum ouaturus insluit. Hinc ouatum aurum, id est ex præda & ouatione partum Pers. saty. 2. dixit: — auro sacras quod ouato Perducis facies. Reliquis temporibus & personis, quorum exempla desiderantur, si quis vti velit, non video cur sit prohibendus. ¶ Defit, Terent. Eunuch. — nihil cum est nihil defit tamen. Sic Lucret. lib. 6. — vitæ copia defit. Defieri, Terent. Hecyr. Nihil apud me tibi defieri patiâr. Sic & Gell. lib. 1. c. 14. Defiet, Liu. ab Urb. 9. Numquam ne causa defiet? Plautus etiā Defiat dixit in Menæch. 25 Neq; defiat, neq; superfit. & in Rud. — vt defiat dies. ¶ Confit, confiet, confiat, confieret, confieri, Superfit, superfiat: superfieri reperiuntur expresse apud auctores. Si cui ceteris personis vti libeat, haud repugnarim. Idem Trinum. Solus is ager superfit. Eodem vtitur in Pseud. Siquid superfit, &c. Idem Stich. — si superfiat locus. Colum. lib. 12. c. 1. Quæ superfieri possunt, &c. 30 Effieri, quod rarissimum est, dixit Plaut. in Pers. ¶ Interfio pro Interficio, vel Intereo, inuenies apud Lucret. lib. 3. & Interfieri apud Plaut. in Trinum. ¶ Prisci Romani voce quadā, Im, syllaba finita utebantur, que modo futuro Optatiui, modo presenti vel futuro Coniunctiui, aut certe Potentiali videtur responderet; eam declinabant hoc modo: Cōmedim, cōmedis, comedit. Pl. Cōmedim; comēditis, cōmedint. Sic Eduim, Duim, Perduim, Axim, Ausim, Faxim, Locassim, Seruassim, atq; alia in, ssim, exeuntia non pauca. Comedim Non. Marc. pro cōmedam. Plaut. Bacch. — quodq; cōmedim & congræcem pater. Cic. auctore eodem in epist. Cura si me amas, vt valeas, ne ego, te iacente, bona tua cōmedim. Hic locus est in epist. ad Petum. lib. 9. Nonius ait ad Varronem; est iocus Cicero- nis. Edim pro Edam Cæcilius Afoto, Nihil ne tibi esse, quod edim? Neuius, Buc-

cula, quod editis nihil est. pro edatis. Plaut. Aulul. — quid tu malum curas, Vtrum crudum, an coctum edim. Ibid. — nam quod edit, tam diuim, quam perduim. Idem Trinum. Edis ne, an incœnatus cum opulento accubes? LE. edim, nisi ille vetet. Edim, atq; ambabus malis expletis vorem. Idem Pœn. Est domi quod edimus. Edimus pro Edamus. Varro de Re rust. lib. 3. c. 2. Quia enim inter est, vtrum morticinus editis volucres, an pisces, quos, nisi mortuos, estis numquam? Editis pro Edatis; & ita in toto singulari. ¶ Duis pro Dederis, vt Festus ait. Cato de Re rust. c. 141. Passiores pecunias salua seruassis, duis q; bonam salutem, valitudinemq; mihi, &c. pro serues, des. Plaut. Aulul. — at nihil est dotis, quod dem. M. E. ne duis: Dūmodo morata recte veniat, dotata est satis. Duit pro det. Idē ibid. Ne mihi ex insidijs verba imprudenti duit. Terent. Andr. At tibi diu dignum factis exitium duint. Liu. 1. ab Urb. Be. bona si hodie nobis victoria diuis, pro dederis. Plaut. Amph. & Capt. Perduis, pro Perdas. Idem Epid, & Pœn. Perduis pro Perdat. Perduim in Aulul. — nam quod dedit, tam diuim quam perduim. Terent. Phorm. Homo confidens, qui illum diu omnes perdunt. Idem Heaut. Vt te quidem omnes diu, deoq; quantum est, Syre cum Tuo isthoc Inuentu, cumq; incepto perdunt. hoc est vtinam perdant. ¶ Interduim pro Interim diuim, hoc est dederim. Plaut. Rud. Eluus tu, an exungare circum non interduim. Et in Trinum. Sed enim tu, qui sis, qui non sis, floccum non interduim. ¶ Axim. Nonius pro Egerim. Pacuuius Peribœa, Vt que egi, ago, vel axim vererant bene. Egerim hic accipit Nonius pro Egero futuro Coniunctiui, duplex est enim huius futuri exitus vt supra dictum est. ¶ Auxitis pro Augeatis. Liu. bel. Pun. 9. Eaq; res omnia bene iuuetis, bonis auxiliis auxiliis. ¶ Adaxint pro adegerint. Plaut. Aulul. Vtinam me diu adaxint ad suspendium Potius quidem, quam hoc pacto apud te seruiam. Nonius tamen hic pro adigant, interpretatur ¶ Faxim pro fecerim, idem Non. Ennius Phœnice, Plus miser sum, si seclustum faxim, quod dicam fore. Terent. Adelp. Seruum huius liberalem probes te, & tibi Lubens bene faxim. Idem Heaut. Cane faxis, nō opus est piter. Idē Andr. — verbū si mihi Vnū, præterquā quod ego te rogo, faxis, caue. Cic. de Leg. 2. Qui secus faxit, deus ipse vindex vrit; pro faciet, aut fecerit. Plaut. Trucul. Quos, cum celamus, si faximus cōs. ias. Liu. 4. decad. 4. Ves, quod faxitis, deos fortunare velim. Idem bel. Pun. 5. Nec si recte faxitis, gaudebitis. Cic. ad Att. lib. 6. Diu faxint, vt faciūt ea, que pro mittit. Faxim si quando pro Faciam videtur poni, Enallage est, vt Fecero pro Faciā. Sūl lib. 5. Sūmadēam Libyco faxis de præside victor, His humeris tibi opima feram. Faxis id est Facias. Faxem pro Fecissem, Plaut. vtitur in Pseud. Fistrinum in mundo scibam, si id faxem mihi. ¶ Desexit pro Desecerit, Liu. 1. ab Urb. Illis legibus populus Ro. prior non deficiet. Si prior desexit publico consilio, dolo malo, &c. ¶ Effexis pro Effeceris, Plaut. in Pœn. Ibidem quoque Obixim pro Objiciam. siue Obiecerim vsurpauit. ¶ Accipe nunc pauca, de sim, sinitis exempla.

exempla. Idem Aulul. Nunc, si filiam locassim meam tibi, in mentem venit, Te bouem esse, & me esse asellum. — Idem Stich. Ita me di ament, measq; mihi bene seruassim filias. Terent. Phorm. Ne me isthoc posthac nomine appellassis. Idem And. — caue quoquam ex istoc excessis loco. Vbi Donat. Excessis pro Excedas, vt faxis, pro facias. ¶ Ausis in secunda persona rarum est. ca vsus est Lucret. lib. 6. Ausim, & Ausit vsitiora. Tacit. lib. 18. Vulgatis, traditiq; [rebus] demere fidem non ausim. Plaut. Bacchid. — id ne ausit credere. Sic Stat. Achill. et alij. Plura inueniet, qui veterum scripta diligenter euoluerit, quos arbitror, Aitis, Aisli, Inquisit, & alia huius generis vsurpasse.

## De verborum Impersonalium declinatione.

**P**œnitet verbum defectiuū, impersonale, declinationis actiuæ, sic declinabitur.

¶ Indic. pres. Pœnitet. Imp. Pœnitebar. Perf. Pœnituit. Plusq. Pœnituerat. Fut. Pœnitebit. F. perf. Pœnituerit.

¶ Imperat. pres. Pœniteat. ¶ Optat. pres. & imp. Vtinam pœnitēret. Perf. Pœnitūerit. Plusq. Pœnitūisset.

¶ Fut. Pœnitēat.

¶ Coniunct. pres. Cum Pœniteat. Imp. Pœnitēret. Perf. Pœnitūerit. Plusq. Pœnitūisset. Fut. Pœnitūerit.

¶ Infin. pres. & imp. Pœnitēre. Perf. & Plusq. Pœnitūisse. Fut. Pœniturum esse. Gerund. Pœnitendi, do, dum. Participium, Pœnitens.

Pœnitēdum esse, Pœnitēdū fuisse, quamuis ab vsu non abhorreant, ne tamen tyrones aliis omnibus debere putēt, factus est vt prætermittantur in actiua Impersonaliū declinatione, cum, generalem actiuæ vocis normam nimē constituant & cetera sunt actiuæ vocis Impersonaliū deficiūt.

## PUGNATVR verbum defectiuum, impersonale, passiuæ declinationis.

¶ Indicat. pres. Pugnātur. Imperf. Pugnabatur. Perf. Pugnatum est vel fuit. Plusq. Pugnatum erat vel fuerat. Fut. Pugnābitur. Fut. perf. Pugnatum fuerit.

¶ Imperat. pres. Pugnatur. ¶ Optat. pres. & imp. Vtinam pugnaretur. Perf. Pugnatum sit vel fuerit. Plusq. Pugnatum esset vel fuisset, Fut. Pugnatur.

¶ Coniunct. pres. Cum pugnatur. Imp. Pugnaretur. Perf. Pugnatum sit vel fuerit. Plusq. Pugnatum esset vel fuisset. Fut. Pugnatum erit vel fuerit.

¶ Inf. pres. & imp. Pugnari. Perf. & Plusq. Pugnatum esse vel fuisse, Fut. Pugnatum iri, vel pugnandum esse. Pugnandum fuisse. Participiale, Pugnandum est.

¶ Schol. 19.

**D**e verbis Impersonalibus agit M. Varro. lib. 3. de Analog. ubi ea appellat  
 verba, que tempora habent sine personis, vt Viuatur, Viueretur. Quint.  
 lib. 1. c. 4. Iam vero (inquit) Itur in antiquam Syluam, nonne proprie cuiusdam  
 rationis est? Nam quod initium eius inuenies? Quibus verbis docet impersonale  
 esse, siue sine personis; eius enim initium Eor, iris vel ire debuit esse, id quod nus-  
 quam est. Idem paulo inferius. Quadam tertia demum persona figura dicun-  
 tur, vt Licet, Pigeat. Gell. lib. 13. c. 13. ait Veritum, sicut Puditum, & Pigatum non  
 personaliter à Cicerone dictum esse. Non personaliter dixit, pro Impersonaliter.  
 Phocas, ubi de verbis Defectiuis agit, Sunt (inquit) verba, que personis deficiunt,  
 & Impersonalia dicuntur. Diomedes de iisdem copiose agit lib. 1. eaq; inter  
 Defectiua declinat. Donatus. 2. Edit. eadem tum Impersonalia, tum Defectiua  
 appellat. Que cum ita sint, iure optimo possent Impersonalia iniuriarum agere  
 cum illis, à quibus nostra memoria summa per iniuriam ex Latini sermonis finibus  
 fuerunt exterminata Neq; enim Impersonalium nomen amittunt, etiam cum  
 nominandi casus ea antecedit. Nisi quis putat, cum Martialis lib. 13. dixit Tota  
 mihi dormitur hiems. Et Ouid. 12. Met. — nunc tertia viuatur atas: Dor-  
 mitur, & Viuatur beneficio casuum nominandi de repente personalia existisse. Si  
 Personalia facta sunt, eorum initia procul dubio inueniemus. At Dormior, dor-  
 miris vel dormire, Viuor, viuoris vel viuere, Latinis auribus inaudita sunt. Vnde  
 igitur, inquires, Impersonalium nomen traxerunt? A prima, & secunda persone  
 potissimum priuatione: non à persone agentis seu patientis priuatione. Quod  
 etiam Sergius in Donatum docet. Pudet (inquit) & Tadet quasi Defectiua po-  
 suit, in superiore autem parte Impersonalia non contrariè sunt posita. Nam  
 hoc ipsum verbum impersonale defectiuum est: sublatis enim duabus personis  
 prima & secunda, tertia vsq; superest. Hec ille. Habent itaq; verba Imperso-  
 nalia tertiam personam. Quod autem Varro ea appellauit Verba sine personis,  
 precipuas intell. xit personas. Impersonalium maxime passiuæ declinationis que-  
 dam ferè numquam admittunt casum nominandi; cuiusmodi sunt, Itur, Statur,  
 Egètur, Caletur, Seruitum est, & cetera eiusdem generis, que potissimum sunt  
 Impersonalia, siquidem priuantur vtrâq; persona, & sermonis, & constructionis  
 anteriore. Persona sermonis est, aut eius, qui loquitur, vt scribo, aut eius ad que  
 sermo dirigitur, vt scribis, aut eius de quo fit sermo vt scribit. Persona verd con-  
 structionis vocatur præcipuè nr<sup>o</sup> agentis seu patientis, ablt<sup>o</sup> agentis, & accusat.  
 patientis. Dicit aliquis, subaudiuntur nominandi casus Itio, Statio, Calor, Seruire,  
 id est Seruitus. Ideo dixi, ferè xū quâ, que sunt huius generis, antecedere casum;  
 quia etiâ si demus posse subaudiri, numquam tamen in publicum prodeunt. Alia  
 sunt, que casum interdum admittunt, qualia sunt, Viuatur, Pugnatur, que qui-  
 dam personalia tunc à Grammaticis appellantur, non quod primam, & secun-  
 dam Personam habeant, sed quod Persona constructionis, id est nominatiuus ea  
 præcedat

præcedat, vt Vita viuatur; Prælium pugnatur. Sed, vt antè diximus, tunc etiam  
 impersonalia dicenda sunt, cum prima & secunda persona nibilo minus priu-  
 entur, vnde eis nomen impositum est. Habent igitur Impersonalia personam ter-  
 tiam, qua si destituta essent, quis fieri posset, vt casum ante se haberent? Verum-  
 enim uero cum ante se casum recipiunt, Finita dicenda sunt, tunc enim & nu-  
 merus & persona apertissime definiuntur, vt Vita hæc que viuatur, potius moro  
 quam vita dicenda est. Item, Curritur campus, Mare navigatur, Tertia viuatur  
 etas, Tota mihi dormitur hyems. Cato apud Gell. lib. 10. c. 14. Contumelia mihi  
 factum itur. Terent. Adelp. — facite quod vobis lubet. Ibid. Non hæc te præ-  
 10 dene? Plaut. Stich. Et me quidem hæc conditio nunc non pœnitet. Terent.  
 Phorm. — quare obsecro. Ne plus minusue faxit, quod nos postea pigeat. Cic.  
 1. de Off. Quo in genere etiam multa in Rep. peccantur. Ouid. — noctes vigi-  
 lantur amare. Tacit. lib. 17. Nec enim hic, vt in ceteris gentibus, que regnan-  
 15 nantur pauld iam addictius, quam cetera Germanorum gentes. Plin. lib. 6. c. 20.  
 Ab ijs gens Pandæ sola Indorum regnata fœminis. Sunt hæc & alia eiusdem  
 generis, cum prima & secunda persona deficiantur, (que propriè Personalem  
 speciem efficiunt) Impersonalia quidem, sed Finita. Hæc fortassis, inquires, fuisse  
 aliquando integra, Plautum dixisse Casin. Ita nunc pudeo. Itemq; Plin. Pa-  
 20 neg. Apud eos, quibus postea contigisses. Ibid. Quibus laudator contigissi. Senec.  
 Troad. It haco obtigissi præda nolenti breuis. Et Ouid. in Epist. Hinc est, quod  
 raro misero contingis amanti. Stat. Theb. 10. Si non dedecui tua iussa. —  
 Etiam ne miseris hanc vnam tabulam que ex tanto naufragio superest, rector-  
 quebis? Iniurium est. Cum verd præcedens casus ita desideratur, vt vix subau-  
 25 diri possit, tunc Infinita licebit appellare, quod & numerus & persona, aut con-  
 tra communem loquendi consuetudinem, aut difficillimè definiantur. Liu. 1. ab  
 Urb. Siccitate eo anno laboratum est. Ibid. Ad Ianiculum forte ventum erat.  
 Terent. Adelp. Cessatum vsq; adhuc est. Cic. pro Quint. Ad me ventum est.  
 Idem Att. 10. Hic mater diuitius non potest. Ad eund. lib. 2. Item ante non esse  
 30 itum obuiam, cum iri maxime debuit. Colum. lib. 2. c. 21. Propter que recrastina-  
 ri non debet. Vbi enim reperiemus casus, qui hæc & similia possint antecedere?  
 An Labor, Ventio, Cessatio, Mansio, Itio, Recrastinatio? Cessatio cessatum est, Itio  
 itum est, non patitur Latini sermonis consuetudo. Dicit fortasset aliquis consu-  
 giendum esse ad nomina verborum, hoc est, ad verba infiniti modi, que nominum  
 35 partes agunt: vt Laborare laboratum est, Venire ventum est, Cessare cessatum est,  
 & cetera eodem modo: quo remedio sollicitissimum quidem subterfugiemus: sed  
 quis vnquam sic est locutus? Si quis verd existimat Cessatum est, Pugnatum est, &  
 alia id genus nomina esse, non verba, legat P. Nigid. apud Gell. lib. 17. c. 7. quod  
 supra attulimus, cum de præterito passiuo egimus, legat Varr. lib. 3. de Analog.  
 vbi, Amatus eram, Amatus sum, Amatus ero, docet esse verba perfecta: Amator

*Amor, Amabor, infecta. Præterea illud Ciceronis 2. de Fin. Primum Aristippi, Cyrenaicorumq; omnium, quos non est veritum, in ea voluptate, quæ maxima dulcedine sensum moueret, summum bonum ponere, quo pacto tuebimur? plane, Non est veritum, impersonale est infinitum, potest enim numerum utrumq; personam quancumq;, genus item masculinum, femininum, & neutrum admittere more infiniti illius præsci. Rum, syllaba terminati, quod utriq; numero, personæ ac generi cuius accommodari potest. Quem non est veritum, Quam non est veritum, Quas non est veritum, &c. Ac merito Gell. lib. 15. c. 13. Veritum, inquit, sicut Pudicum & Pigium non personaliter per infinitum modum dictum esse, non à veterioribus tantum videmus, sed à M. quoq; Tullio in 2. de Fin. &c. Duo dicit Gellius, Non personaliter, hoc est, Imperpersonaliter. Per infinitum modum, id est, per eundem modum ac loquendi rationem, quæ numeris, personis, generibus libera ac soluta est; neq; enim Cic. hic infinito siue infinitivo modo usus est. Sed appella vit hūc loquendi modum infinitum: ut lib. 1. c. 7. appellat futurum præscitum, Rum, syllaba terminati, Modum indefinitum, qui modus, ut idem ipse eodem cap. dicit, neq; numeris, neq; generibus præseruies liberum vndiq; & impromiscuum est. Et Paul. inferis, Qui modus (inquit) neq; in numeros, neq; in personas, neq; in genera, neq; in tempora distrahitur. ¶ Quamquam Imperpersonalia passiuæ vocis Infiniti tempus futurum, ac participiale verbum in Dum habent, ut Dimicatum iri, vel Dimicandum esse, Dimicandum fuisse, & Dimicandum est: Itum iri, vel Eundum esse, Eundum fuisse, Eundum est, &c. actiuæ tamen vocis admodum pauca sunt, in quibus hæc reperiuntur. Cuius generis sunt Interest, Cadit, Euenit, Licet, Expedi. Vnde sicut Casurum esse, Casurum fuisse, Casurum est, Euenturum esse, Euenturum fuisse, Euenturum est, &c. Cic. ad Mescin. lib. 5. Inter victorias non multum inter futurum putem. Idem. 2. Tusc. Ergo & ÿ, quibus euenit iam ut morerentur, & ÿ, quibus euenturum est, miseri. Plin. lib. 36. c. 15. cum puderet viuis, tamquam pudisurum esset extinctos. Accius in Epinaustimache, Quod si procedit, neq; te, neq; quemquam arbitror pœniturum tue laudis. Sall. etiam eodem futuro Pœniturum usus est. Vide Quintil. lib. 9. c. 3. Pœnitendum, Pudendum, Pigendum esse, fuisse, est, si quando usus exigat, ut essentur, ea non ex actiuis positionibus, sed passiuis Pœnitentor, Pigeor, Pudeor iam exoletis profecta existimantur, non minus quam illa Pugnandum, Vincendum, Moriendum, Cadendum nobis est. Quorum postremum ex Caditur, cadebatur, ortum habet. Cic. ad Att. 8. Cadendum est in unius potestatem. At vero Casurum est à Cadit, cadebat, originem ducit; quo usus est videm. de Orat. Veriq; nostrum cecidit, ut in istum sermonem delaberemur. Verba actiuæ, passiuæq; declinationis solemus appellare actiuæ, passiuæq; vocis, quo pacto veteres ferè loqui consueverunt.*

## RVDIMENTA.

115

R V D I M E N T A,  
SEV DE OCTO PAR-  
TIBVS ORATI-  
ONIS.

**P**rima Rudimenti veteres elementa Magistri Enumerant tria, bisq; decem, distincta figuris. Omnia: sed tria Græca notis sunt mista Latinis. **K, y, z.**

**L**ITERÆ, quibus vtuntur Latini, sunt tres, & viginti: **A, B, C, D, E, F, G, H, I, Kappa, L, M, N, O, P, Q, R, S, T, U, V, X, Ypsilon, Zeta.** Hæ figuris distinctæ sunt omnes, quamuis nonnullæ sono conueniant, ut **I, & Ypsilon.** Tres à Græcis mutuati sunt Latini, **Kappa, Ypsilon, Zeta.**

**S**ex sunt vocales, quas funderè possumus ore **Abq;** aliis. Verum, **y, Danaum** solum insita Graiis Vocibus esse potest. At cætera turba vocatur **Consona, Vocali** resonat quia iuncta sonanti.

**L**iteræ diuiduntur in **Vocales, & Consonantes.** Vocales sunt **sex, A, E, I, O, Y, Ypsilon:** quæ per se sonare possunt. Harum vltima tantum in dictionibus Græcis locum habet, ut Hieronymus, Dionysius. Cæteræ appellantur **Consonantes,** quod vocalibus iunctæ simul sonent.

**S**yllaba fit multis: interdum est litera simplex. At quæ vocali ex duplici coiere, vocantur **Diphthongi, numerūq; parem Vocalibus æquant.** Ceu **Præceps, Harpyia, Aurum, Melibœus, Achillei**

**S**yllaba fit ex literis vna, vel pluribus, ut **A — le — as.**

**S**yllaba, quæ fit ex duabus vocalibus, vocatur **Diphthongus.**

**Diphthongi sunt sex, æ, au, ei, eu, oe, yi.** Ut **Premium, Aurum, Hei, Europa, Pœna, Harpyia.**

**D**ictio nonnumquã, Ceu **Flos,** est **Syllaba tantū.** Sæpe fit ex multis. Istarum Oratio, plures Semper habet: ceu **Magna bonis dat præmia virtus.**

**D**ictio fit ex syllabis, ut **Aleas:** interdum fit ex vna syllaba, ut **Mors, Lux.**

**O**ratio fit ex dictionibus, ut **Aleas fuge. Mortem meditare.**



## Admonitio.

**N**e puerorum ingenia multitudiue obruantur, paulatim sunt hæc, & alia præcepta veluti angustis vasculis infundenda. Patrio sermone tantum declaranda Rudimenta, Genera, Declinationes, Anomala, Præterita, & Supina, iuxta ea, quæ in Scholijs continentur. Ne simul, & ligata, & soluta oratione præcepta memoriter recitare cogantur. Quod etiã in Syntaxi, quando ea primò explicatur, obseruandum est. Postea verò cum iam sunt prouectiores, Latine præceptorum rationem reddere iubeantur, seu verbis ad calcem cuiusq; præcepti subiunctis, siue alijs quibuscumq;. Idemq; modus in exponenda Syllabarum quantitate, alijsq; libri tertij partibus omnino retinendus est. Ex præceptis autem, licet non omnia sint equaliter exercenda, & inculcanda, nullum tamen in tota arte negligendum est. Claudicant enim plerumq; tyrones in Syntaxi, quod Rudimenta non teneant: in Quantitate, quod Declinationum regulas non audierint: in rebus apertissimis allucinantur, quod Figurarum notitiam ex ore præceptoris nunquam acceperint. Quare Ludimagister gymnasij sui promouendi studiosus præcepta omnia carminibus comprehensa diligenter exponat; utiliora frequenter exerceat; & quoad fieri potest, memoriã conseruari diligens sit curæ. Totã enim scientia puerilis obliuione præceptorum elabitur, & penitus evanescit: ideoq; carminibus tradenda fuerunt; quod ita facilius ediscantur, firmiter, & tenacius in hæreant, expeditius proferantur in medium; & quod est longè utilissimum, diutius in memoria conseruentur.

De partibus & officio Grammaticæ.

¶ Schol. 1.

**M**ethodus, hoc est ratio, ac via, qua emendatè loquendi, scribendiq; facultas comparatur, in quatuor partes distribuitur, Orthographiam, Prosodiam, Etymologiam, Syntaxim: quarum prima litera, secunda syllaba, tertie dictio subiicitur, quarta respondet recte partium orationis inter se compositio. De Orthographia agit Fabius lib. 1. c. 7. quã idẽ Rectè scribendi scientiã nominat. De Prosodia, seu Accentu eodem lib. c. 5. & lib. 12. c. 9. De Etymologia, quæ verborum originem inquiris, lib. 1. c. 6. de qua etiam tres libri M. Varronis ad Cic. exstant. De Syntaxi, quam ille Emendatam orationem vocat, & de vitis et contrariis agit eodem lib. c. 5. Pars hæc ab Auctore ad Heren. Latinitas dicitur, quæ ut idem definit, sermonem purum conseruat ab omni vitio remotum. De eadem egit Varro, sed non exstant libri: sic enim inquit in extremo libro de Etymolog. Quoniam omnis operis de lingua Latina tres feci partes, primam, quemadmodum vocabula imposita esse rarus; secundam, quemadmodum ea in casus declinarentur; tertiam, quemadmodum coniungerentur: prima parte perpetrata, ut secundam ordiri possimus, huic libro faciam finem. Idem repetit in exordio libri. 1. de Analogia. Hodie qui hanc artem fuerint adepti, Grammatici nominantur. At veteres illi, & germani Grammatici, multò longius progrediebantur: siquidem

siquidem poetas, atq; historicos accuratissimè enarrabant, quæstiones difficiles expli. abiant, eorum scripta acerrimè iudicabant, vsq; ed, ut non solum vnum, aut alterũ vtrum censoria grauitate notarent, sed etia integrum opus interdũ pro suo iure, quasi capite damnatum, perpetua obliuione obruerent. Musices, Astrologie, Philosophie, bonarumq; artium cognitione freti, etiam in Lucretium, Varr. aliosq;, qui præcepta Sapientiæ versibus tradiderunt, seuerè inquirebant. Eorum quatuor fuerunt officia, Lectio, Enarratio, Emendatio siue Correctio, Iudicium. Lectione auditores recreabant, Enarratione erudiebant, Emendatione vitia corrigebant, Iudicio auctores partim probabant, partim in ordinem redigebant, partim numero omnino eximebant. Hæc eorum fuisse officia auctor est M. Varro apud Diomed. lib. 2. vbi singulorum definitiones inuenies. Quintil. lib. 1. c. 4. videtur Emendatorem Iudicio subieciisse. De Lectione agit idem eodem libro. c. 8. cuius etiam meminit Cic. 1. de Orat. In Grammaticis Poetarum pertractatio; historiarum cognitio, verborum interpretatio, pronuntiandi quidam sonus. Hanc facultatem, quæ longo vsu, assiduãq; exercitatione, ac veterum diligente lectione paratur, Historicen. c. 9. appellat Quintil. Diomedes is, vtrumq; hoc est Narratiuam, ut ipse interpretatur. Alteram verò, quæ in tradendis præceptis versatur, quam quã dripartitam esse diximus, Methodicen eodem loco Quintil. vocat, Diomed. is, vtrumq; id est, Finitiuam, quæ, ut idem ait, præcepta demonstrat.

De literis.

¶ Schol. 2.

**A** quibus primũ litera fuerint inuenta, & in Græciam, atq; Italiam allata: item quæ primò à priscis receptæ, quæ deinde à posteris additæ, docet Plin. lib. 7. c. 56. Quint. de literis, earũq; potestate, ac vi agit lib. 1. c. 4. Prisc. totũ primũ librũ literis, earũq; attributis dicauit. Agunt de ysdẽ Probus, Diom. & Donatus 2. Edit. Literam comitantur Nomen, Figura, Potestas, Cognatio, Ordo. Nomen est, quo vnaqueq; appellatur. Figura est forma, qua scribitur. Potestas est vis cuiusq;, qua ab alijs secernitur; alia enim est vis, verbi causa, cum est vocalis, alia verò, cum consonantis officio fungitur. Cognatio est propinquitas quædam, qua aliæ alijs permutantur; sic litera N, in M, mutatur, quoties ante literas, B, M, P, scribitur. S, & R, etiam cognate sunt; vnde Arbos, Honos, & Arbor, Honor dicimus. Sunt multe præterea cognatæ, de quibus Quintil. & Priscian. ysdem locis agunt. Ordo, quæ quibus anteponendæ, aut postponendæ sint, docet; id quod in syllabis propriè cernitur.

¶ Vocales perse sonant, & quemadmodum scribuntur, ita nominantur. I, & V, etiam consonantiam munere funguntur, idq; serè cum vocalibus præponuntur, ut Vates, Velox, Vita, Vox, Vultus, Ianua, Iecur, Coniugio, locus, Iudex. ¶ I, apud Græcos perpetuò est vocalis, ut apud Hebræos consonans. De vocalibus quas quidam etiam Sonantes, teste Diomede, nominant; & de Digamma Æolico, cum de longitudine, ac breuitate syllabarum agemus, corpiosius. Consonantes sunt appellatæ, præterea quod Sonantibus, Vocalibusq; adiunctæ, simul sonent. Hæc, ut no-

inuentur, vocalium adminiculo egent, neq; enim per se posita sua nomina nos possunt docere. ¶ Sunt itaq; quaedam, quae à se incipientes in vocalem desinunt, vt Be, Ce, De, Ge, Kappa, Pe, Qu, Te, quae mutae dicuntur, quod sublatis vocalibus prorsus obmutescunt. Vnde Diomedes, Mutae, inquit, dicitur, quod per se sine adminiculo vocalium non possunt enunciari: idem Martianus Capella, idem Donatus sentit. Priscianus aliter explicat. Tu ipse facito periculum, conmittere quantum potes, conrende omnes nervos, numquam, mihi crede, B, C, &c. seclusis vocalibus pronuntiabis. ¶ Sunt aliae, quae à vocalibus incipientes, in se ipsas desinunt, vt Es, El, Em, En, Er, Es, Ix, dicuntur Semiuocales, quod ipsae per se etiam si non plane, & aperte, vt vocales, obscure tamen sonent: siquidem, F, efflat, M, mugit, R, ringitur, S, sibilat. Quidam non Es, sed, Fe, putant pronuntiandum: quorum errorem Quint. lib. 12. c. 10. refellit. Nam, & illa, (inquit) quae sexta est nostrarum pene non humana, vel omnino, non voce potius, inter discrimina denticum, efflanda est: quae etiam, cum vocalem proximam accipit, quassa quodammodo utiq; quoties aliquam consonantium frangit, multo fit horridior. Hanc Prisc. licet à vocali fateatur incipere, contra veterum tamen sententiam, mutam esse existimat. Nam Probus, Phocas, Diomedes, Donatus inter semiuocales eam numerant. F, non esse, & hoc est, Phi Graecam literam docent duo testes, alter Graecus, alter Latinus. Cicero enim, (vt Quint. inquit lib. 1. c. 4.) pro Fundanio, testem, qui primam eius literam dicere non posset, irridet. Idem lib. 12. c. 10. Sermo ipse, qui facile iudicem doceat, optandus. Nec id mirum sit, cum etiam testium personis aliqua cautentur. Prudenter enim, qui, cum interrogasset rusticum testem, an Amphiona nosset, negante eo detraxit adspirationem, veniauitq; secundam eius nominis syllabam, & ille eum sic optime norat. Si eadem esset litera, non pronunciaisset Graecus testis addita adspiratione Phundanium, neq; Latinus Amphiona, siue Amphiona, eadem detracta. ¶ H, è numero litterarum exemit M. Varro teste Prisc. lib. 1. Quintil. Gell. cum de ea loquuntur, non audent literam appellare: nam ille lib. 1. c. 5. Si, H, (inquit) litera est, non nota: hic lib. 2. c. 3. H, literam, siue illam spiritum magis, quam literam dici oportet, &c. quibus locis vterq; multa de ea. Cic. in Oratore adspirationem vocat. Quin ego ipse (inquit) cum scirem ita maiores locutos esse, vt nusquam nisi in vocali adspiratione vteretur, loquebar sic, vt Pulcros, & Cetegos, Triumphes, Cartagin: in dicerem: aliquando, idq; sero conuictio aurium, cum mihi extorta veritas esset, vsu loquendi populo concessi, scientiam mihi reseruavi. Nos eam, H, nominatimus, quae apud Hebraeos vna è viginti duabus literis est, appellaturq; He. Diomedes, & Donatus, aiunt modo adspirationis notam esse, modo consonantem, vnamq; è nouem mutis Verum & de ea, & de Mutis, & de Semiocalibus, Liquidisq; plura, cum de syllabarum dimensione agemus.

¶ K, & Q sustulit è numero litterarum Varro, vt Prisc. docet. Idem Prisc. K, Q, C, eundem sonum, eademq; vim habere probat; earumq; K, esse superuacua, Q, vero

Q, vero admissam fuisse, vt, u, literam ei subiectam liquidam esse ostenderet. Probus, & Donatus putant K, scribendum esse, quoties, a, sequitur, vt Kaput, Kairo. Diomedes, Ex his (inquit) quibusdam superuacua videntur, K, & Q; quod C litera harum locu possit implere. Sed inuenimus in Kalendis, & in quibusda similibus nominibus quod K, necessario scribitur: & quod Q, consuetudine scribitur, cum in vna, eademq; syllaba, u, literam antecedit, & habeat sibi adiuncta vocalem: vt, Quirinus. Idem non multo post, K, consonans superuacua, qua vtimur, quando, a, correpta sequitur, vt Kalenda, Kaput, Kalumnia. Idem, Q, consonans muta, ex C, & V, literis composita superuacua: qua vtimur quando, V, & altera vocalis in vna syllaba iunguntur, vt Quirinus. Quintil. lib. 1. c. 7. K, quidem (inquit) in nullis verbis vtendum puto, nisi quae significat, etiam vt sola ponatur. Hoc ed non omisi, quod quidam eam quoties, a, sequatur, necessariam credunt; cum sit C, litera, quae ad omnes vocales vim suam perferat. Hec ille. Verba illa, Nisi quae significat, etiam vt sola ponatur, intelligenda sunt ex ijs, quae c. 4. de eadem litera scripsit; nam vbi docet, querendum esse Grammaticis, desintne aliqua nobis necessarie literae: an rursus aliae redundant, Et K, (inquit) quae & ipsa quorundam nominum nota est. Kappa apud Graecos, nunc tantum in numero manet. Hic K vt vides, ait esse notam certorum nominum, hoc est, per se scribi: vt enim A, verbi causa, per se posita, nota est nominis Auli: M. Marci: sic K, Kalendarum, Karthaginis, & aliorum quorundam. Idem lib. 12. c. 10. de Q, litera, Duras (inquit) & illa syllabas facit, quae ad coniungendas demum subiectas sibi vocales est utilis, alia superuacua, vt Equos, ac Equum scribimus, cum ipse etiam haec vocales duas efficiant sonu, qualis apud Graecos nullus est; ideoq; scribi illoru literis non potest. ¶ Quod ad litterarum numerum attinet, Quidam, inquit Diomedes, in Latino sermone tantum decem, & septem esse literas crediderunt. Siquidem ex tribus & viginti, vna est adspirationis nota, H: vna duplex X: duae superuacuae H, & Q: duae Graecae Y, & Z. De syllabis quae Prosodie respondent, suo loco, Deo iuante, dicemus. De Etymologia tres, vt dixi, libri M. Varronis ad M. Tull. existant. Constructioni tunc locus erit, cum de nominum Generibus, verborumq; Praeteritis, & Supinis egerimus.

## Partes Orationis.

31 O Cto sibi partes Oratio subdit: earum Quatuor in varios possunt se inflectere casus, Et numeros: reliquae penitus aduatur verisq;.

P Artes Orationis sunt octo, Nomen, Pronomen, Verbum, Participium, Praepositio, Aduerbium, Interiectio, Coniunctio. Harum quatuor, Nomen, Pronomen, Verbum, Participium declinantur: reliquae Praepositio, Aduerbium, Interiectio, Coniunctio declinationis sunt expertae.

**N**on solum inter Grammaticos, quorum propria est hæc controuersia, sed etiam inter Philosophos ipsos de partium Orationis numero parum conuenit. Prisc. lib. 1. varias opiniones enumerat. Vide de eadem re Varr. lib. 1. de Analog. Quint. lib. 1. c. 4. Nos octo iam olim à Diomede, Donato, alijsq; uiris doctis receptas amplexi sumus. Verum ante quam rudi, ac pingui Minerua, ut aiunt, eas describamus, (neq; enim Rudimenta omnibus numeris absolute definitiones decent) nonnulla, quæ eis describendis vsui esse poterunt, ex Varrone subiiciemus. Etenim libenter Ciceronem imitamur, qui lib. 4. ad Att. sic scriptum reliquit. Velim domum ad tuos scribas, ut mihi tui libri pateant, non secus, ac si ipse adesses, cum ceteri, tum Varronis; est enim mihi utendum quibusdam rebus ex ijs libris ad eos, quos in manibus habeo. Is igitur Varro cui M. Tull. Latine eloquentie lumen, & ornamentum tantum tribuit, Orationis partes lib. 1. de Analog. hoc modo distribuit. Duo [sunt] genera verborum; unum, quod declinando multas ex se parit. dispariles formas, ut est Lego, legis, legam; sic alia. Alterum genus sterile, quod ex se parit nihil, ut est Etiam, Vix, Magis, Cur. Idem lib. 3. Prima diuisio in Oratione est, quod alia verba nusquam declinantur, ut hæc, Vix, Mox; alia declinantur, ut a Limo, Limabo, a Fero, Ferebam. Secunda diuisio est de his verbis, quæ declinari possunt, quod alia sunt à voluntate, alia à natura. Voluntatem appello, cum vnusquisq; à nomine alio imponit nomen, ut Romulus, Roma. Naturam dico cum vniuersi acceptum nomen ab eo, qui imponit, non requirimus, quem admodum id velit declinari, sed ipsi declinamus, ut huius Romæ, hanc Romanam. Tertia diuisio est, quæ verba declinat à natura: ea diuiditur in partes quatuor, in vnam primam videlicet, quæ habet casus, neq; tempora habet, ut Docilis, Facilis: in alteram, quæ tempora habet, neq; casus, ut Docet, Facit: in tertiam, quæ utraq; habet, ut Docens, Faciens: in quartam quæ neutrum, ut Doctè, Facilè. Idem lib. 5. de Lingua Latina, Verborum declinantium genera sunt quatuor; unum, quod tempora adsignificat, neq; habet casus, ut ab Lego Legis; alterum quod habet casus, neq; tempora adsignificat, ut ab Lego Lectio, & Lector: tertium, quod habet utrumq; & tempora & casus, ut ab Lego Legens, Lector: quartum, quod neutrum habet, ut ab Lego Lectè, Lectissimè. Idem lib. 1. de Analog. Aristoteles duas partes orationis esse dicit, Vocabula & Verba. ut Homo, & Equus; & Legit, & Currit. Veriusq; generis, & Vocabuli, & Verbi, quedam priora, & quedam posteriora: priora, ut Homo, Scribit: posteriora, ut Doctus, Doctè: dicitur enim Homo doctus, & Scribit doctè, &c. Paulo inferius. Cum de his Nomen sit primum (prius enim nomen est; quam verbum temporale; & reliqua posterius, quam nomen, & verbum) Prima igitur nomina, &c. Verbum temporale appellat id, quod in tempora inclinatur: Casuale enim est, quod inclinatur in casus. Quoniam igitur nomen prius est, quam verbum temporale, ab eo initium faciemus.

**P**ars prior est nomen varians sine tempore casus. 1.  
**R**em certam ostendit Proprium, ceu Roma, Corinthus. 2.  
**A**ppellatiuum verò communiu multis Demonstrat, non certum aliquid; ceu Palma, Triumphus. 3.  
**S**ic Collectiuium, numero quod multa priora Significat; ceu Turba, Genus, Pars, Agmen, & Ordo. 4.  
**N**omen est pars orationis, quæ casus habet, neq; tempora adsignificat, ut Musa, Dominus. 2. ¶ Nomen Proprium est, quod res proprias, atq; certas significat, ut Romulus, Roma. 3. ¶ Appellatiuum est quod res communes, atq; incertas significat ut Rex, Oppidum. 4. ¶ Collectiuium est, quod numero singulari significat multitudinem, ut Populus, Gens, Turba.  
**I**D Substantiuium, ceu Fixum dicitur nomen, 1.  
**Q**uod per se verbum comitatur, ut Eboræ floret. 2.  
**O**mne Adiectiuium, seu Mobile poscit apertè, Vel tacitè Fixum esse simul, quò Oratio fiat Inregra: ceu Bùbula cautus non vescitur æger.  
**M**obile quot formas recipit? Datur vna quibusdam: Accipiunt nonnulla duas: tres multa capiunt. 3.  
**S**ubstantiuium seu Fixum nomen est, quod per se in Oratione esse potest, ut Dux imperat, Miles obtemperat. 2. ¶ Adiectiuium nomen, Mobile, seu Appositum est, quod in Oratione esse non potest sine Substantiuo apertè, vel occultè. Apertè ut Dux prudens, si strenuos milites, dictoq; audientes habeat, facile hostes superabit. Occultè, ut Qui tertiana laborant, non rescuntur bùbula. Hoc est tertiana febris, bùbula carne. 3. ¶ Adiectiuium nomen, vel habet tres formas, ut Bonus, bona, bonum: vel duas, ut Breuis, & breue: vel vnam, ut Prudens, Felix.  
De nominibus Substantiuis, & Adiectiuis. ¶ Schol. 4.  
**V**arro solet nomina Propria simpliciter Nomina appellare; Appellatiua verò Vocabula: itè illa finita, hæc infinita. Sequitur (inquit lib. 1. de Analog.) de Nominibus, quæ differunt à Vocabulis ideo, quod sunt finita, ac significat res proprias, ut Paris, Helena: cū vocabula sint infinita, ac res communes designent, ut Vir, Mulier. Idem lib. 3. Non idem oppidum, & Roma, cum oppidum sit vocabulum, Roma nomen. Idem lib. 1. Vocabula, ut Scutum, Gladius; Nomina ut Romulus, Remus. Hinc Rhetores Finitas quæstiones vocant, quæ constant ex nominibus, quæ finita sunt, ut An inferendum sit bellum Carthaginiensibus. Infinitas verò, quæ vocabulis, quæ infinita sunt, ut An inferendum sit bellum hostibus. Propria nomina distribuunt Grammatici in quatuor partes, Prænomen, Nomen, Cognomen, Agnomen, à quibus variè explicantur. Nos dabimus operam, ne à Varronis, ac Ciceronis

sententia discedamus. Prænomen fuit proprium cuiusq; Nomen totius familiae commune; Cognomen sine Cognomentum aut ex virtute, aut vitio, aut deniq; ouentu aliquo traheretur. Id duplex erat; alterum hereditarium, à maioribusq; acceptum; alterum propria sine virtute, sine vitio partum: posterius vocant Grammatici Agnomen, quod videlicet hereditario accessit, vt Publius Cornelius Scipio Africanus. Publius Prænomen propriumq; est. Cornelius nomen est gentilitium, totiq; Cornelie familiae commune. Scipio cognomen est hereditarium, nam id Publius ab auctore suo accepit, qui Scipio cognominatus est, quod parenti caeco probacillo fuisset. Africanus agnomen est, quod Publius sibi, deuicta Cathagine, peperit. Cicero, alijq; veteres etiam hoc cognomen vocant, raroq; Agnominis vocabulo vtuntur. Quibus agnomen erat, non solum prænominibus, sed etiam agnominibus ipso ab alijs discernebantur: sic P. Cornelius Scipio Africanus à fratre L. Cornelio Scipione Asiatico; & M. Tull. Cicero pater patrie à Q. Tull. Cicrone fecerentur. Neq; enim Tullus proprium fuit Ciceronis nomen, vt quidam existimant, sed gentilitium; unde ipse Cicero regem Romanorum Seruium Tull. gentilem suum appellat Tuscul. 1. de Pherecyde præceptore Pythagore loquens. Fuit (inquit) meo regnante gentili. Hic tamen, Gentilis, cognominem, eiusdemq; nominis significat; nisi quis putet Cicronem per iocum voluisse se ex eadem familia haberi. Nam Gentiles, vt idem in Topicis ait, sunt qui inter se eodem nomine sunt, qui ab ingenuis oriundi sunt, &c. Præterea Ciceronis frater à Cornelio Nepote in vita Attici Q. Tull. Cicero appellatur. Quod si Tullius nomen esset proprium, quoniam pacto alter ab altero distingueretur? Multo minus fuit proprium Cicero, neq; desunt qui id affirmant. Quis enim fieri potest, vt & M. Tullius, & Q. frater, & eorum filij idem proprium nomen omnes haberint? Nunc videamus, an M. Varro nobiscum faciat, qui lib. 2. de Analog. vbi ijs respondet, qui analogiam negabant esse, Negant (inquit) cum omnis natura sit, aut mas, aut femina, aut neutrum, debuisse è singulis vocibus ternas figuras vocabulorum fieri, vt Albus, alba, album: nunc fieri in multis binas, vt Metellus, Metella, Ennius, Ennia: in nonnullis singulas, vt Tragœdia, Comœdia, sic esse Marcum, Numerium, at Marcam, & Numeriam non. Idem nominibus seruatorum vsuenerit, &c. Inter alia, inquit, hanc vocabulorum commutationem in seruis non esse necessariam, quod in eis gentilitia natura non subsit in vsu. In nostris, inquit, nominibus, qui sumus in Latio, & liberi, necessaria: itaq; ibi apparet analogia, ac dicitur Terentius vir, Terentia femina, Terentium genus. In prænominibus ideo non fit item, quod hæc instituta sint ad vsu singularia, quibus discernentur nomina gentilitia, vt à numero [liberorum] Secunda, Tertia, Quarta: in viris, vt Quintus, Sextus, Decimus: sic ab alijs rebus. Cum essent duo Terentij, aut plures, discernendi causa, vt aliquid singulare haberent, notabant forsitan ab eo, qui mane natus diceretur, vt is Mantus esset: qui luci, Lucius; qui post patris mortem Posthumus, &c. Fuisse prænomen proprium cuiusq;, illud etiam maximo

argumento

argumento est, seruos, cum essent manu missi propria, & antiqua nomina primo loco retinuisse adiectis dominorum prænominibus, aut nominibus honoris causa: sic Ciceronis libertus, Tiro Tullius dictus est. & Pomponij Eutychedes Titus Cæcilius: & Ciceronis Dionysius ex patrono, & Pomponio dictus est Dionysius Marcus Pomponius. De Tirone Tullio meminit Gell. lib. 7. c. 3. de cæteris sic scribit Cicero ad Att. lib. 4. De Eutychide gratum, qui vetere prænominibus, nouo nomine Terentius Cæcilius, vt est ex me, & ex te iunctus Dionysius M. Pompon. Hoc est Titus, quod tuum vetus est prænomen, nunc nouum erit nomen liberti tui. Vides quemadmodum Eutychedes nomen proprium serui, factum sit prænomen liberti: & qui antè tantum Eutychedes erat, nunc sit beneficio patroni Eutychedes Titus Cæcilius? Quod idem de Marco dictum sit: siquidem Marcus Ciceronis prænomen, factum est nomen liberti. Superest vt ostendamus agnomen à Cicrone Cognomen vocari, erimusq; vno tantum loco contenti. Africanus maior in Somnio sic Minorem alloquitur; Vides ne illam urbem, que parere Po. Ro. coacta per me renouat pristina bella, nec potest quiescere? ad quam tu oppugendam nunc venis pene miles: hanc hoc biennio Consul euerces: eritq; cognomen id tibi per te partum, quod habes ex nobis adhuc hereditarium. Prænominibus, vt inquit Donatus, aut singulis literis notantur, vt C. Cæsar. L. Catilina: aut binis vt Cn. Pompeius: aut ternis, vt Sex. Roscius. Adiectiua dicta sunt, vt Priscian. lib. 1. ait, quod proprijs, vel appellatiuis adijciuntur: que alij, vt Diomedes ait, Adiectiones vocant. Phocas Accidit, ita solet dicere: Probus nomina, que ex se aliud genus faciunt. Diomedes nomina diuidit in Fixa, & Mobilia. Fixa sunt inquit, vt Pater, Mater. Mobilia, vt Bonus bona bonum. Alia nec in totum mobilia, vt Martius, Martia: Rex, Regina: Leo, Leona, Gallus, Gallina. Fixa appellat, que vocantur Substantiua; hæc namq; fixa sunt, neq; è genere in genus mouentur: non enim dicimus, Digitus, digitu, digitum; aut Oculus, ocula, oculum, cuius rei causam exponit Varro 2. de Analog. Legat, cui otium fuerit, Nonnulla tamen mouentur è masculino in femininum, vt Magister, Magistra. Dominus, Domina. Mobilia vocat, que Adiectiua dicuntur, quod moueantur è genere alio in aliud, vt Doctus, docta, doctum; Hic, & hæc Breuis, & hoc breue. Accusatiuo Prudentem, & prudens: Prudentes, & prudentia. Cum veteres singulas adiectiuorum formas, vt supra diximus, per se declinauerint adhibitis articulis, vt hic Bonus, huius boni, hinc bono, hunc bonum, &c. quam declinandi rationem etiam hodie nonnulli obseruant, non putauimus describenda Substantiua Adiectiuq; nomina more quorundam recentiorum, Substantiuum, videlicet esse, quod per vnum, aut duos articulos declinatur: Adiectiuum, quod declinatur per tres articulos, aut per tres distinctas terminationes. Tum etiam quia potest substantiuum tres articulos habere, vt Animans, & Adiectiua duos sub vna tantum terminatione, at Vigil, Pèrigil, & similia.

Varia

Varia Adiectiuorum genera.

**M**obilium species multæ. Sit prima Rogandi,  
Vt Quis? Quantus? Vter? Cuius? Quot? Qualis? & illis.  
Adde Quotus: veluti, Quondam quis terruit orbem?  
Magnus Alexander. Cuius fuit Euthia? Graius.

**q** Esto Relatiuum, quod nomina quæq; reducit  
In mentem, vt Deus est opifex, qui cuncta creauit.

**I**nterrogatiuū nomē est, quo de re aliqua quærimus: vt Quis? Vter? Quātus? **10**  
**q** Interrogatiuorū duo sunt genera. Vnū, cui respondemus per nomen sub-  
stantiuum, vel pronomen demonstratiuum, vt Quis, quæ, quod: Vter, vtra, vtrum.  
Quis hic loquitur? Dauid. Ille. Alterum, cui respondemus per nomen adiectiuum,  
vt Quātus, Qualis, Quot, Quotus, Cuius. Qualis fuit Hector? Fortis, Magnanimus.  
**2** **q** Relatiuum est, quod nomen antecedens in memoriam reducit. Id duplex **19**  
est; vnum, quod nomen substantiuum in memoriam reuocat, vt Qui, quæ, quod:  
Legō Ciceronē, qui fuit eloquentissimus Romanorū: alterū, quod nomen adiectiuū  
refert, vt Quantus, Qualis, Quot: Cicero sui eloquens, qualis fuit Hortensius.

**T**ot, Talis, Totidem, Tantus redduntur ad illa  
Quot, Qualis, Quantus: siue ipsa locaueris antè,  
Seu post: vt Tu talis eris, vis qualis haberi;  
Qualis haberi optas, talis coram omnibus esto.  
**2** **q** Infinita solent dici adiectiua Rogandi,  
Cum Scio, cum Video, cum affinia verba sequuntur.  
Vt, Scio quid referas. Intelligo quis sit Amyntas.  
**3** **q** Possessiuum esto, quo significabitur vlla  
Res possessa, vel huic similis, ceu Regia virtus,  
Pompeianus item miles, vel Cæsarianus.

**q** Infinita  
sunt ea, quæ  
non reci-  
piunt cer-  
tam perso-  
nā, sed cui-  
libet aptari  
possunt.

**R**editiua sunt Tantus, Talis, Tot, Totidem; quæ relatiuis Quantus, Qua-  
lis, Quot, antè, vel post redduntur, vt Quales in Rep. principes sunt, tales **30**  
reliqui solent esse ciues. Cura, vt talis sis, qualis haberi cupis. Quot homines, tot  
sententiæ. Totidem ad te literas dedi, quot tu ad me misisti.

**2** **q** Quis vel qui, quæ, quod: Vter, vtra, vtrum: Quantus, Qualis, & cetera in-  
terrogatiua, quando ponuntur post verba Audio, Video, Scio, Intelligo, Nescio, &  
alia eiusdem significationis, appellantur Infinita, vt Nescio quis sit. Audio quid  
dicas. Ignoro quantus, aut qualis sit. **3** **q** Possessiuum nomē est, quod aut  
rem possessā, aut ad aliquid pertinentē significat, vt Equus regius, Miles Pompeianus.

**O**stendit patriam Patrium tibi nomen, & vrbem  
Vt vir Romanus. Gentilia nomina gentem  
Significant, vt Gallus, Arabs, Germanus, Achiuis.

**3** **q** Parti-

**P**artitiua notant, vel solum ex pluribus vnum,  
Vt Quisquam, Quiuis, Aliquis, Nonnullus, & Alter,  
Quispiam, & Alteruter, Quisdam, cum Quilibet Vllus.  
**q** Vel multa ostendunt, & sunt generalia, Nullus  
Tertius erit, Quicumq;, Omnis, cum Nemine Cunctus.

**1** **P**atrium nomen est quod patriam indicat, vt Romanus, Atheniensis.  
**2** **q** Gentile nomen est, quod gentem, vel nationem indicat, vt Italus, Graecus.  
**3** **q** Partitiuum nomen est, quod aut vnum ex multis significat, aut multa sigil-  
latim. Vnum ex multis significant, Quidam, Aliquis, Quispiam, Quisquam, Vllus,  
**10** Nonnullus, Quiuis, Quilibet: quæ etiam particularia vocantur.  
**4** **q** Quæ multa sigillatim significant, serè sunt vniuersalia, vt Omnis, Cun-  
ctus, Quicumq;, Nemo, Nullus.

**Q**uæ numerum ostendunt, veteres Numeralia dicunt;  
Estq; genus triplex. Dictum est à Cardine primum.  
Sint exempla Vnus, Duo, Tres, numeri; sequentes.  
**q** Ordine multa genus numerat digesta secundum:  
Vt Primus, Decimus, numerosaq; turba deinceps.  
**q** At Quæ distribuunt, vt Singula, Bina, capeffunt  
Nomen ab officio: sunt Diuisiua: sed illis  
Vtimur, & melius numero plerumq; secundo.

**N**omen Numeralē est, quod numerum significat, cuius variæ sunt species.  
**2** **q** Cardinale est, quod numerum absolute significat, vt Vnus, Duo, Tres.  
**3** **q** Ordinale nomen est, quod numerum ordine digestum significat, aut vlti-  
mum ex eo numero, vt Primus, Secundus, Tertius.  
**4** **q** Distributiua, siue Diuisiua nomina sunt, quæ distributionem, seu diuisio-  
nem significant, quibus serè vtuntur Oratores numero multitudinis: vt Singuli,  
Bini, Terni, Quaterni. Victores redite domum bini, aut terni, ad summum qua-  
terni. Cauete ne singuli earis. Heus tu dato victoribus quaterna mala: victis sin-  
gula, ne animis concidant. Quaterna, id est, vnicuiq; quatuor. singula, hoc est, cui-  
q; vnum.

**De nominibus Interrogatiuis, ac Distributiuis. q** Schol. **9.**  
**Q**uis, Quantus, Qualis, & cetera interrogatiua, plerūq; vt rerum existima-  
uerunt esse pronomina, excepto Prisciano. Varro, Quis, appellat Prouoca-  
bulum, qua de re in Pronominum declinatione diximus, & paulo post in Prono-  
minis descriptione apertius dicemus, & quo Prouocabulum à Pronomine disse-  
rat. Interrogatiua Quoteni, Quotuplus, Quotuplex, Quotennis silentio inuol-  
uimus, propterea quod sint inusitata. nam in illo Ciceronis ad Att. lib. 12. Is,  
opinor, ita partes fecit in ripa, nescio quotenorum iugerum, vt certa pretia con-  
stitueret, quæ mihi nota non sunt: Quotenorum Quot significat. Cuius, cuius,  
cuium, vsitatum quidem fuit apud veteres. Plaut. Curcul. Cuiam vocem audio?

**Q** Idem

Idem Bacch. Cuius nam vox prope me sonat? Terent. And. Cedo cuium puerum hic apposuit? Cic. 3. Verr. Vt optima conditione sit is, cuius res sit, cuium periculum. Idem 5. Verr. A prouius certiore facit isium, cuius res erat, quid rei esset. Virg. eclog. 3. Dic mihi Damoeta, cuium pecus an Melibœi? Eius tamen loco ferè vitur genituro Prouocabuli Quis, quæ, quod. ¶ Ad Quantus respondetur Magnus, Paruus, Longus, Breuis, &c. Ad qualis Bonus, Malus, Peritus, Imperitus, &c. Ad Quot Vnus, Duo, Tres, Quatuor, &c. Ad Quotus Primus, Secundus, Tertius, &c. Ad Quoteni singuli, Bini, Terni, &c. Ad Quotuplus Simplus, Duplus, Triplus, &c. Ad Quotuplex, Simplex, Duplex, Triplex. Ad Quotennis, Biennis, Triennis, Quadriennis, &c. & Anniculus, Bimus, Trimus, Quadrimus. Ad Cuius, a, um pronomina possessiua, vt Meus, Tuus, Suus, Noster, Vester; aut genitiui nominum, vt Cuius est vestis? Mea, vel Cæsaris. Ad Cuius nomina patriæ, vel gentilia, aut sectæ, vt Cuius es? Romanus, Italicus, Stoicus. ¶ Ne mirentur tyrones idem nomen, & interrogatiuum, & relatiuum & infinitum esse: diuersis enim locis ac sensu id vsu venit. ¶ Quis, & quid numquam sunt relatiua, sed aut interrogatiua, aut infinita. ¶ Nominibus Distributiuis frequenter vtuntur etiã Oratores pro Cardinalibus. Cic. 3. de Orat. Itaq; illi veteres terna, aut lina: nonnulli singula etiam verba dicebant, &c. Idem Verr. 6. Binosa [scypbos] habebam: iubeo promi vtrosq;. Idem 5. Verr. Doces oportet ternis denarijs tritici modium suis. Ibid. Idq; frumentum senatus ita estimasset, ternis sestertijs tritici modium; binis hordei, &c. Ibid. Cum in Sicilia sestertijs binis [tritici] modius esset, summum sestertijs ternis. Ibid. Cum sestertijs ternis tritici modium vendere non possent. Interdum in eadem re Cardinalibus vtitur. Ibid. Nam ego tribus denarijs uendere non possum. Ibid. Antonius tribus denarijs estimauit. Liu. bel. Mac. 6. Binis millibus peditem. & bel. pun. 3. Pretium fore in capita, equici quingenos quadrigatos numos, trecenos pediti, seruo centum. Hic, vt vides, vtumq;, in eadem periodo vsurpauit. Varro lib. 4. de Lingua Latina. Denarij, quod denos eris valebant: quinarij, quod quinos. Idem lib. 2. de Anal. Etiam in hoc reprehendunt, quod quedam verba neq; per personas habent ternas, neq; tempora ternas. Idem lib. 1. Nempe esse oportebat vocis formas ternas, vt in hoc Humanus, humana, humanum: sed habent quedam binas, vt Ceruus, Cerua: quedam singulas vt Aper, & sic multa. Sic Plinius frequenter loquitur. lib. 8. c. 36. de Vrsis; Mares quadragenis diebus latent; fœminæ quaternis mensibus. Idem lib. 9. c. 3. Balenæ quaternam ingerum, Pristes ducentim cubitorum. Idem lib. 14. c. 4. Cum Mutianus sextarios singulos [vini] octonis aquæ misceri compererit. Idem lib. 9. c. 17. Binisq; libras ponderis [nulli] rard admodum exsuperant. ¶ Itaq; hæc nomina, cum simpliciter numerū significant, non solum iunguntur cum ijs, quæ numero singulari carent, vt Bina, Terna literæ, scale: Bina, Terna castra, & cæteris eiusdem generis: sed etiam cum ijs, quæ vtumq;, numerum habent, vt antè planum factum est.

De

## De nominibus Positiuis, Comparatiuis, & Superlatiuis.

- R**es tibi simpliciter monstrant Positiua: nec ipsæ Fit, ceu Magnus, Inops, collatio vocibus vlla.
- ¶ Rem gradus attollit Medius, vel deprimit: auget Vel minuit: Minor, & Maior testantur vtumq;.
- ¶ Ponit in extremis qui rem, gradus esto supremus: Vt, Paris est minimus fratrum: sed maximus Hector.
- ¶ Supremus, Mediusq; gradus formantur ab illis Mobilibus tantum, quibus aptè aduerbia possunt Coniungi Magis, atq; Minus, ceu Iustus, Amicus.
- N**omen Positiuum, siue Absolutum est, quod rem absolutè, simpliciterq; significat, vt Magnus, Paruus. 2 ¶ Comparatiuum est, quod rem vel attollit, vel deprimit, vt Maior, Minor. 3 ¶ Superlatiuum nomen est, quod rem vel in summo loco, vel in infimo collocat, vt Maximus, Minimus. 4 ¶ Nomina Comparatiua, & Superlatiua fiunt à nominibus adiectiuis, quibus aduerbia Magis, & Minus rectè adiungi possunt, vt Iustus, Fortis.
- F**ixæ Fixa inde, & Pronomina: demito nomen ¶ App. Cum Patrio Gentile simul. Numeralia tolle Cum reliquis, quæ cum his pariter memorauimus antè.
- ¶ Cunctaq; materiæ: velut illa Argenteus, Aureus Cædrinus. Errabundus item Fugitiuus, & Almus, Frugifer, Omnipotens, Modicus, Moribundus: eodem Cræstinus, Hesternus graduum priuantur honore: Et nonnulla, vsu quæ sunt discenda magistro.
- N**omina Substantiua, Pronomina. Itè Interrogatiua, Relatiua, Infinita, Redditiua, Possessiua, Partitiua, Numeralia, Patria, Gætilia, neq; Comparatiua, neq; Superlatiua pariunt. 2 ¶ Et quæ materiã adsignificat, vt Aureus, Cædrinus. Ad hæc Errabundus, Mediocris, &c. ¶ Nonnulla itè alia quæ vsu addiscenda sunt.
- A** quo casu formentur Comparatiua, & Superlatiua.
- C**asus in, I, graduum sit norma. Or, syllaba crescens Dat Medium: S iuncta, atq; simus, genere supremum.
- ¶ Rectus, Er, vt Celeber, Rimus, vt Celeberrimus, addit. ¶ Excep. 1.
- ¶ Hæc Humilis, Similis, Facilis, Gracilisq; requirunt, ¶ Excep. 2. In Limus, vt Recti casus, Lis, syllaba migret. In Simus, atq; Limus, Rectum Imbecillis habeto.
- C**omparatiua fiunt à casu, I, littera finito, additã syllaba Or: Superlatiua verd additã litera S, & Simus, vt Iustus, Iustus, Iustior, Iustissimus; Fortis, Fortis, Fortior, Fortissimus.

**P**ositiva ER, syllaba terminata gignūt Superlatiua, additō Rimus, vt *Tener, Tenerrimus, Salūber, Saluberrimus.* 3. ¶ *Facilis, Gracilis, Humilis, Similis, Imbecilis, Superlatiua pariunt, syllaba, Is, mutata in Limus, vt Facillimus, Gracillimus, Humillimus, Simillimus, Imbecillimus, & Imbecillissimus.*

**N**omina vocales ante Vs, capientia nullos Excep. 3. 3  
Ex se ferre gradus, vt *Idoneus, Inuius, audent.*

**S**trenuus, Assiduusq; gradum formallis vtrumq;,  
A, Pius, interdum gradus ille Piissimus exit.

**E**ntior a Dico, Facio, Volo nata capeffunt, Excep. 4. 4  
Fitq; gradus Medius, pro Summo, Entissimus, addunt.

**N**omina, que ante Vs, syllabam, vocalem habent, rarō Comparatiua, aut Superlatiua gignunt, vt *Noxius, Arduus.* 2 ¶ *Strenuus tamen Strenuior, Strenuissimus format; Assiduus, Assiduior, Assiduisissimus.* ¶ *Piissimus item, & nonnulla alia apud probatos auctores leguntur.* 3 ¶ *A* Nominibus ex

verbis Facio Dico, Volo compositis Comparatiua in Entior, Superlatiua in Entissimus exeunt, vt *Magnificus, Magnificentior, Magnificentissimus. Maledicus, Maledicentior, Maledicentissimus. Beneuolus, Beneuolentior, Beneuolentissimus.*  
Anomala, siue Inæqualia

**S**ime Bonus, Melior, sume Optimus. Accipe Paruus  
Ista Minor, Minimus. Plus, Plurimus accipe Multus.  
Tuq; Malus tibi Peior habe: tibi Pessimus. Illa  
Maximus, & Maior solūm tibi Magnus habeto.

**F**unt etiam ab aduerbijs Comparatiua quedam, & Superlatiua, vt *Citra, Citerior, Citimus. Extra, Exterior, Extimus, vel Extremus. Intra, Interior, Intim<sup>o</sup>. Infra, Inferior, Infimus. Prope, Propior, Proximus. Post, Posterior, Postrem<sup>o</sup>.* 25  
*A* Nequā sūt *Nequior, Nequissim<sup>o</sup>.* ¶ *Ocyor, Ocyssim<sup>o</sup>; Potior, Potissim<sup>o</sup>* positiuīs carent: *Bellus, Bellissimus; Expertus, Expertissimus; Fidus, Fidissimus; Inuitus, Inuitissimus; Pius, Piissimus comparatiuis. Longinquus, Longinquior; Æternus, Æternior superlatiuīs. Nouissimus, Summus, & Imus positiuīs, & comparatiuis.* ¶ *A* nominibus Substantiuīs *Iuuenis, & Senex* sunt comparatiua tantūm *Iunior* 30  
& *Senior.*

De Comparatiuis & Superlatiuīs. ¶ Schol. 6

**M**ulto plures appellatiui nominis species a Diom. Donato, & Prisc. recensentur: nos his fuimus contenti, relicturi etiam nonnullas, maximē in quibus Substantiæ, & Accidentis sit mentio, nisi in constructione à nonnullis vsurpanda essent. Quintiliani etate iam Positiua Absoluta dicebantur, & Comparatiui uox in vsu erat, lib. 9. c. 3. Vtimus [inquit] vulgō, & comparatiuis pro absolutis, vt cum se quis infirmiore esse dixerit. Varr. lib. 1. de Analog. vocat genus declinationis augendi. ¶ *Plautus interdum risus, ac voluptatis gratia à Substantiuīs nominibus superlatiua fingit, Pœnul. — ô patre mi patruissime.*

**E**t paulo post — *patre mi patruissime. Idem Asin. Meritissimo ciur, quæ uoles faciemus. Idem ipse more suo, & Græcorum Ip̄sinus dixit à pronon. ino Ipse: sic Aristoph. in Plut. aueritatē ab aueritē deduxit. Idem à Pœnus, vel potius Pœnus comparatiuum finxit in Pœnul. — nulus me est hodie Pœnus Pœnior. Prisc. Pœnus legit. Gell. lib. 3. c. 3. more Plauti vt ipse ait, versus Plautimissimos dixit. ¶ Idem lib. 13. c. 7. & lib. 3. c. icē 7. ab Inclytus fecit inclytissimus.*

¶ *Longinquus comparatiuo contentum est. Cic. 3. de Fin. Nec plura pauca tribus, nec longinquiora breuioribus anteponantur. ¶ Colum. lib. 10. à Tremibundus comparatiuum deduxit. Candidus effate tremelundior ubere porca.*

**10** ¶ *Æternior dixit Plin. lib. 14. c. 1. de uite loquens: Nec est ligno plā æternior natura. ¶ Nequior & Nequissimus inter anomala recensenda sunt. quorum positiuum est Nequam. ¶ Positiuum Veter priscis temporibus fuit in vsu. Ennius, Cum veter occubuit Priamus sub Marte Pelægo. Vnde est superlatiuum Vetererrimus. Vide Priscian. ¶ Maturrimus videtur factum à Matur positiuo ob-*

**15** *solito: dicitur etiam Maturissimus; vtrumq; inuenitur apud idoneos auctores. Sall. Hist. lib. 1. Vti maturrimē proficiscerentur. ¶ Sinister, & Dexter comparatiua Sinisterior, & Dexterior habent: superlatiua nulla videntur esse; nam Sinistimus, & Dextimus apud priscos sinistrum, & dextrum significabant, vt Fesius docet. Non. Marcel. Dextimam viam, pro dextram, interpretatur: sic ilud Salustij*

**20** *Iug. accipiendum est Sylla cum equitatu apud dextimos, in sinistra parte. Manlius cum funditoribus, & sagittarijs. hoc est in dextra parte.*

¶ *Superlatiuīs, que in Limus exeunt, adduntur à quibusdam Agillimus, Docillimus quorum, quoniam nulla suppetebant exempla, alijs diligentius investiganda reliquitus. Gracillimus est apud Suet. in Neron. c. 51. Fuit [inquit] gracillimis curibus. Simillimus celebrum est. Dissimillimus vtitur Mela. lib. 2. c. 5. de Massilia; Nunc vt pacatis, ita dissimillimis tamen vicina gentibus. ¶ Imbecilis, Imbecillimus, & Imbecillissimus gignit. Senec. Epist. 86. Si imbecillimis fortior est, & humillimis maior? Idem ad Martiam. Quid est homo? imbecillissimam corpus, & fragile. Idem Epist. 8. Alexander, dum imbecillissima manum querit sagitta ictus,*

**30** *& c. Cels. lib. 2. c. 18. Ouum durum valentissime materie est, molle, vel sbrbile imbecillissime. Sic idem lib. 6. c. 7.*

¶ *Que ante Vs, vocalem habent apud priscos frequenter comparatiuum habebant, & superlatiuū. Cato Arduius iter, Arduissimo aditu, Innoxior, Perpetuius, Perpetuissimo curriculo. Exercitum industriorem dixit Plaut. Mosell. Quo neq; industrior de iuuentute erat.*

**35** *Cic. pro Domo sua, Quis apud Pop. Rom. de illius dignitate industrius, quis in senatu sapius dixit? Quidam inlustrius legēdum putant. Senec. de Clem. lib. . Omnibus reū notior, ac sollicitior. ¶ Pœnitus. Egregissima forma. Iuuenal. Saty. 4. Egregius cœnat; meliusq; miserimus horum, Pro Egregijs gemino, i. ¶ Exiguius legatum dixit Vlpian. Pandect. lib.*

**40** *L. Si ita sit adscriptum. ¶ Gell. lib. 14. c. 5. O egregie grammaticæ, vll*

si id maus, egregissime. ¶ Idem lib. 16. c. 24. Commodius, propriusq; visum est festinare, quasi festum esse. Cels. lib. 4. c. 8. Proprior ratio victus talis, qualem ad tormina supra precepimus. Plin. ad Gemin. lib. 7. Exiguissima legata dixit. Ouid. Epist. 14. De fratrum populo pars exiguissima restat. ¶ Varro de Rust. lib. 2. c. 9. Ita enim sunt assiduiiores. & c. 10. Eosq; assiduiiores faciant. Suet. in Aug. c. 71. Cum vasa aurea assiduiissimi vsus confluauerit omnia. Cic. in Brut. Assiduiissime autem necum fuit Dionysius. ¶ Quintil. declam. 6. Ille iuuenis etiam ante hoc crimen piissimus. Curt. lib. 9. Vobis quidem, inquit, o fidissimi piissimiq; ciuium, atq; amicorum grates ago, habeoq; Senec. Contra. lib. 5. Contro. 27. Piissimo patri tormentum quesisse, & c. Cic. tamen Philip. 13. M. Antonium no- 10 sauit, quod hoc verbo vsus fuisset. Tu porro [inquit] ne pius quidem, sed piissimos queris; & quod verbum nullum in lingua Latina est, id propter tuam diuinam pietatem nouum inducis. Plaut. Epid. Nam strenuiori deterior si predicat suas pugnas, de illius ore fiunt sordide. Sall. Catil. Nam strenuissimus quisq; aut occiderat in prelio, aut grauius vulneratus discesserat. Tacit. lib. 20. Bellum etiam 15 ab ignavis strenuissimi cuiusq; periculo geri. ¶ Ouid. 3. de Pont. eleg. 1. Nec rursus iubeo, que sit vacuissima, queras. ¶ Nihil est cur Tenuis excipiat, ut nonnulli putant, cum Tenuior, & Tenuissimus tum apud Cic. tum apud alios scriptores frequentissima sint.

¶ Prisci superlatiua à Magnificus, Beneficus, Magnificissimus, Beneficissimus formabant: vnde Terent. Phorm. Facinus mirificissimum dixit. ¶ Comparatiua, atq; superlatiua, que à nominibus ex verbis Dico, Volo, in Entior, Entissimus exeunt, fortasse potius à participijs, exempli causa, Maledicens, Benèuol. ns, quàm à nominibus Maledicus, Benèuolus, deriuantur. ¶ Composita ex verbo loquor pretermissimus, propterea quod videantur parum vsitata comparatiua, ac 25 superlatiua, que inde sunt. Positiua quidè cuiusmodi sunt Grandiloquus, Magniloquus, Tradiloquus, Vaniloquus, elegantia sunt. Primum inuenies apud Cic. secundum apud Tacit. & poetas sepe: tertium apud Senec. Epist. lib. 5. quartum apud Liu. Blandiloquus item apud Senec. in Agam. ¶ Plus numero singulari neutrum est: quod Asinius Capito putauit esse absolutum. Lege Gell. lib. 5. c. 28. 30 ¶ Fiunt etiam ab aduerbijs comparatiua, & superlatiua à Citra, Citerior, Cissimus: Extra, Exterior, Extrèmus, & Extimus. Posteriore vtuntur Gell. lib. 3. c. 10. Plin. lib. 2. c. 78. & lib. 6. c. 28. Infra, Inferior, Infimus: Intra, Interior, Intimus: Prope, Propior, Proximus: Post, Posterior, Postremus: Ultra, Vltior, Vltimus. Diomed. lib. 1. hec ab aduerbijs deducit, siquidem prepositiones, ut idem docet, ad- 35 uerbia fiunt, quàm diu sine casibus enunciantur, Neque πρῶτον, ut ipse ait, habent, præter Citra, ὑπερῶν ὄνομα vocant Graeci nomen primitiuum, siue primigenium. Itaq; negat Intra, Infra, Supra, & cetera habere primitiua, cuiusmodi essent Inter, a, um, Infer, a, um, & c. Cato tamen Infer, & Super vsurpauit, de Rust. c. 149. Vbi [inquit] Super, inferq; vicinus permittet.

Citra

Citra primigenium habet Citer, quo Cato vsus est. Vide Priscian. lib. 3. Exter etiam apud Statium lib. 11. Theb. legitur, ut idem Priscian. docet: vbi tamen quidam, Exster, legūt à Verbo Exsto. Pro ipso tamen Prisc. facit Papinius. Pandect. lib. 31 in L. Peto Luci Titi. Quod exter hæres præstare cogeretur. ¶ Penitior, & Penitissimus, quorum utrumq; parum vsitatum est, à primitiuo Penitus, a, um, deducta sunt. Plaut. Asin. — age quæso hercle [exscrea] vsq; ex penitis faucibus. ¶ Ocyor, Ocyssimus à Græco nomine ὀκῶς fiūt. Vide eund. Prisc. lib. 15. ¶ Ex his que diximus facile est intelligere ab adiectiuis nominibus potissimum fieri comparatiua, & superlatiua. Adiectiuorum nomine etiam participia sunt accipienda, que non solum cum in nomina migrant, sed etiam, cum Participij vim obtinent, interdum comparantur Gell. lib. 10. c. 18. Sepulchrum illud memoratissimum, dignatumq; numerari inter septem omnium terrarum spectacula. Cicer. ad Cornif. lib. 12. Ceterisq; omnibus rebus habeas eos à me commendatissimos. Quidam putant pauca hæc, que ab aduerbijs fieri docent Diomed. 5 ¶ Donatus, & Priscianus à primigenijs obsoletis deduci. ¶ A verbis Detero, & Potior arbitrantur quidam Deterior, Deterrimus, Potior, Potissimus nasci: alij, quod vero propius videtur, à nomine obsoleto Deter, & à Potis, & pote. ¶ Sunt quædam, inquit Diomedes, que tantum superlatiuum habent, ut Nouissimus, Summus. Item Fidissimus, Piissimus teste Carisio. Quibus illa Bellissimus, Ex- 20 pertissimus, Imus, Inclutissimus, Inuitissimus, Vestitissimus, videntur adiungenda. Prisci aliquando à superlatiuis superlatiua deducebant. C. Graccus apud Gell. lib. 15. c. 12. Omnium nationum postremissimum, nequisimamq; [me] existimate. Forte Aristotelem est imitatus qui ἀπὸ τῶν ὑστέρων, Postremus ὑστέρων, Postremissimus formauit. Vide Prisc. lib. 3. A Proximus, Proximior, siue cum de 25 cognatione sermo est, quo frequenter vtuntur Iurisperiti: siue de rebus alijs. Senec. Epist. 109. Ita tamen, ut modum seruem, & quidè abstinentie proximiorè,

## De Pronomine.

- P** Ronomen dico vocem pro Nomine sumptam, 1  
Quæ certam nobis personam, ac cætera monstrat. 2  
¶ Octo velut fontes, Primaria dicimus, vnde, 3  
Quæ Deriuatiua ideo sunt dicta, trahuntur. 4  
¶ Quinque Relatiui capiunt sibi numeram, quando 5  
In mentem reuocant quidquid præcessit, & Idem 6  
Huius classis erit. ¶ Sed Possessiua vocantur 7  
Illa Meus, Tuus, atq; Suus, quibus addito Noster, 8  
Vester. ¶ At hæc Nostras, Vestras Gentilia gentem, 9  
Quin sectam, & partes etiam Pronomina monstrant. 10  
¶ Hæc Suus, atq; Sui, dixere Reciproca Nostri, 11



**P**ronomen est, quod loco nominis positum certam finit. imq; personā adsignificat. 2 ¶ Pronomina partim sunt Primitiua, partim Deriuatiua. ¶ Primitiua siue Primigenia dicuntur, quæ prima sunt, & a se orta, vt Ego, Tu, Sui, Hic, Iste, Ille, Ipse, Is. ¶ Deriuatiua vel potius deriuata sunt, quæ ex alijs oriuntur, vt Meus, Tuus, Suus, Noster, Vester, Nostras, Vestras. ¶ Ex his Demonstratiua sunt quæ rē demonstrant, vt Ego, Tu, Hic, Iste, Ille, Ipse, Is. 3 ¶ Hortum quinq; Hic, Iste, Ille, Ipse, Is, & ex eo cōpositum Ille, relatiua dicuntur, cū res antecedentem in memoriā reducunt, vt Virgilius carmina composuit, idēq; ipse ea cecinit. 4 ¶ Possessiua sunt, quæ possessionē significat, vt Meus, Tuus, Suus, Noster, Vester. 5 ¶ Gentilia siue Patria sunt, quæ non solum gentem, vel patriam, sed etiam partes sectamue adsignificant, vt Nostras, Vestras. 6 ¶ Reciproca duo sunt; vnum Primitiuum, nimirum Sui: alterum Deriuatiuum, Suus.

De pronominum diuisione, & definitione. ¶ Schol. 7.

**M** Varro lib. 1. de Analog. partem orationis appellandi, siue quæ tantum casus habet, in Nomen, & Articulum distribuit. Rursus, Nomen in duas partes; vnam, quæ etiam Nomen dicitur; alteram, quæ Vocabulum. Nomen, vt antè diximus, vocat, quod Grammatici Proprium nomen appellant; Vocabulum, quod idem Appellatiuum dicunt. Articulum verò in Prouocabulum, & Pronomen diuidit: quorum illud ait esse Infinitum, vt Quis, quæ hoc Finitum, vt Hic, hæc. Itaq; Pronomina docet esse finita, hoc est certam, finitamq; personam adsignificare, eiusmodi sunt hæc quindecim: significant enim rem, vel vt demonstratam, vel vt relatum, vel vt possessam, vel vt ad gentem, aut patriam, sectamue spectantem: quæ omnia certa, finit. eq; personæ discrimen secum afferunt: quare pronomina ipsa verbis præstant. Quamuis enim verba primam, & secundam personam apertè definiant, vt Amo, amas; tertiam tamen haud quaquam definire possunt. Cum enim, exempli gratia, dicitur Occidit, incertum est quisnam occiderit; fuerit ne ciuis, an peregrinus; amicus, an inimicus; vir, an mulier; homo deniq; an bellua. Quam ob causam summo iure Apollonius, vt refert Prisc. lib. 12. tertias verborum personas infinitis appellauit. Excipit Theodorus Gaza ea, quæ Grammatici Exceptæ actionis, siue Ad naturam pertinentia vocant, vt Pluit, Ningit, &c. quorum nominandi casus facillè intelligitur. Tertie verò pronominum personæ apertissime vel demonstratione, vel relatione, vel possessione, vel genibus, patriæ, sectæ, uel communionē definiuntur. Vnde Aristarchus, vt inquit Gaza lib. 4. οὐδὲν οὐκ ἔστιν τοῖς προσώποις τὰς ἀρτηροῦσας, dixit, hoc est, Pronomina cognata esse personis. Audiamus ipsum Varr. Appellandi partes sunt quatuor, & quæ dicta à quibusdam Prouocabula, quæ sunt, vt Quis, quæ Vocabula, vt Scutum, Gliaua; Nomina, vt Romulus, Remus; Pronomina, vt Hic, hæc. Duo media dicuntur Nomina, prima, & extrema Articuli. Primum genus est Infinitum, secundum Vt finitum, tertium Vt finitum, quartum Finitum. Hæc quamuis prima species videantur

deantur obscuriora, adhibita tamen explicatione, apertissima fiunt. Expendamus singula. Primum genus est Infinitum. Iure optimo prouocabula, vt Quis, Qualis, & quæ sunt generis eiusdem, incerta, ac infinita nominat. Cum enim verbi causa, dicimus, Quis tibi nocuit? nihil certi significamus, siquidem prouocabulū, Quis, & ciues, & peregrinos, & hostes, & socios, & seruos, & dominos, & iuuenes, & senes, deniq; animantes, & rationis participes, & expertes potest significare. Secundum, Vt Infinitum, Quamuis Vocabula, siue Appellatiua, vt nunc loquimur, ad prouocabulorum naturam proximè accedant (significant enim rerum species, & genera, hoc est, res communes, & incertas, vt Homo, Animal) certius tamen res ipsas significant, ac definiunt, licet in vniuersum, quàm prouocabula: quare ea non simpliciter Infinita, sed Tamquàm infinita appellauit. Solet ille quidem aliquot locis simpliciter infinita appellare vocabula: hic tamen, quia comparatè loquitur, Vt infinita appellat: quod idem de nominibus, quæ Finita simpliciter interdum appellat, dictum sit. Tertium Vt finitum, quartum Finitum. Pulchrè quid inter proprium nomen, & pronomen interstit hic ostendit. Tertium genus, hoc est, Propria nomina non vocat simpliciter Finita, sed, Vt finita: quartū verò, id est, Pronomina appellat Finita simpliciter, idq; merito certius enim aliquid significamus, atq; definimus pronominebus, quàm proprijs vtentes nominibus. Nam si dicam, Hic est meus pater, Ille est meus frater; multò certius, & apertius loquar, quàm si dicam, Demea est meus pater, Æschynus est meus frater: fieri enim potest, vt plures sint Demeæ, & plures Æschyni. ¶ Quidam pronomen definiunt, quod loco nominis proprii ponitur: quod etsi frequentissime vsu veniat, sunt tamen quædam, quæ non raro loco appellatiuorum ponuntur. Cic. ad Att. 2. Eunti mihi Antium, venit obuiam tuus puer; is mihi literas abs te reddidit. Terent. And. — fuit olim quidam senex Mercator, nautem is fregit apud Andrum insulam: Is obiit mortem. — Cic. 2. Off. c. Hanc ego consuetudinem benignitatis largitioni munerum antepono, hæc est grauium hominum: illa quasi assentatorum populi. Liu. lib. 10. bel. pun. Mellior, tutiorq; est certa pax, quàm sperata victoria: hæc in tua illa in deorum manu est. ¶ Pronomen Ipse a Grecis, vt Priscian. lib. 12. inquit, ἰμπαρτωνος, dicitur hoc est, Subiunctiuum, vt idem explicat, quod subiungitur alijs pronominebus, vt Ego ipse, Tu ipse, Ille ipse, Hic ipse, Iste ipse, Is ipse. Est enim omnium personarum, sed propriè tertie, vt placet eidem Prisciano, quo pacto docet certam personam adsignificare. ¶ Is, etiam omnibus personis inseruit. Cic. pro Leg. Man. Vt vos, qui modo ante ostium Tiberinum classem hostium videbatis, ij nunc nullam intra Oceani ostium prædonum nauem esse audiatis. Idem ad Q. fr. lib. 1. Vt qui modo fratre &c. fuerim beatissimus, is nunc neq; me, neq; meos lugere diuinus possim. Liu. ab Urb. 6. Vidistis ad vincula duci cum, qui à singulis vobis vineula de pulcra. ¶ Reciproca suo loco explicabuntur, hic enim tantum fuerunt numeranda. Sui, & Suus non sunt propriè relatiua: nam quæ verè relatiua sunt, semper egerit

134  
 verbo diuerso à precedenti; & nisi sensus aliquis præcedat, locum non habent.  
 Reciproca verò sepe numero & no verbo sunt contenta, nullo præcedente sensu,  
 vt Pompeius se defendit, Caesar hortatur suos milites. Probus, Diomedes Dona-  
 tus, Seruius, vt in pronominum declinatione diximus, prouocabula Quis, Quan-  
 tus, Qualis &c, vocant pronomina infinita, quo sensu accipiendum est id, quod  
 eodem loco scripsimus, Varronem pronomina in prouocabula, & pronomina di-  
 stribuisse.

De Verbo.

**V**erba modos pariter, diuersaq; tempora flectunt: 1 10  
 Non casus. ¶ Horum duplex ostenditur ordo. 2  
 ¶ Personale tribus personis conlat vbiq; 3  
 ¶ Cætera sunt binis vbiq; prioribus orba. 4  
 1 **V**erbum est pars Orationis, quæ modos, & tempora habet, neq; in ca-  
 sus declinatur. 2 ¶ Verbum duplex est, Personale; & Imper- 15  
 sonale. 3 ¶ Personale est, quod omnes personas vtriusq; numeri habet, vt  
 Amo, amas, amat. Plur. Amamus, amatis, amant, 4 ¶ Impersonale est,  
 quod prima & secunda persona vtriusq; numeri, & tertia multitudinis serè  
 priuatur: vnde & nomen traxit. Id duplex est; alterum actiue declinationis, vt  
 Pudet, Pœnitet; alterum passiuæ, vt Pugnatur Curritur. 20

**P**ersonale genus species tibi quinque ministrat. 1  
 ¶ Dicimus Actiuum, quodd in, O, finitur, & aucta 2  
 R, sibi iure modos Passiuæ, ac tempora sumit.  
 ¶ Verbum Passiuum fit in Or: fit rursus adempta 3 35  
 Litera: R, Actiuum sibi iura actiua re sumens.  
 ¶ Terminat O, Neutrum, siue M: sed verba creare 4  
 Prædita personis passiuæ in voce recusat.)

1 **V**erbum personale diuiditur in quinque genera, Actiuum, Passiuum,  
 Neutrum, Commune, Deponens. 2 ¶ Actiuum est, quod litera O, 30  
 finitur, Passiuum fit addita litera R, vt Amo, Amor. 3 ¶ Passiuum est, quod  
 syllaba Or, finitur, Actiuum fit, R, litera abiecta, vt Amor, Amo. 4 ¶ Neu-  
 trum est, quodd M, vel O, literis finitur ex se Passiuum Personale non gignit, vt  
 Sum, Sto, Seruio: neq; enim dicitur Stor, aut Seruio.

**E**xit in Or, tantum Commune, actiuaque voci 1 35  
 Significata suæ, simul & passiuæ recipit.  
 ¶ Tempora præteriti præsertim vrenda Latini 2  
 Dant, velut Expertus: tum quæ generantur ab illo.)  
 ¶ Deponens habet Or, tantum; & Neutra solùm; 3  
 Significata sibi, vel solùm actiua reseruat.

1 ¶ Commune

1 **C**ommune est, quod Or, syllaba tantum finitur Actiui simul & Passiui  
 significationem habet. 2 ¶ Est autem in vsu præcipue Participium  
 Præteriti temporis, & quæ tempora eius adminiculo suppleuntur, vt Experi-  
 or, Complector: Expertus sum vel fui: Complexus sum vel fui; nam præsens, & im-  
 perfectum, & quæ inde fiunt, serè actionem significant. 3 ¶ Deponens est,  
 quod Or, syllaba tantum finitur Actiui, vel Neutri significationem habet, vt Se-  
 quor, Vtor, Morior.

De variis verborum formis.

**V**erba, quibus quondã peperit verbū Inchoo nomen, 1  
 Incrementa notant fieri, vt Frigesco, Caleasco. 2  
 ¶ Rem iam perfectam Perfectum ostendere verbum 2  
 Dico: sint Caleo, Rubeo, sit Frigeo testis.  
 ¶ At Meditatuum sit, quo meditatio rerum 3  
 Cum desiderio vehemens coniuncta notatur,  
 Esurit, & verbum Cœnaturit accipe testes. 15  
 ¶ Verba Frequentandi, ceu Lécitito, dicimus illa, 4  
 Res quibus exprimitur nobis iterata frequenter.  
 ¶ Res minuunt quædam, vt Sorbillo: & propria dicunt 5  
 Significata minùs, quàm significata parentum.

20 **I**nchoatiuum verbum est, quod rem quidem inchoatam, sed ad finem  
 perfectionemq; tendentem significat, vt Caleasco, id est, Calidus fio: Frige-  
 sco, Frigidus fio. 2 ¶ Perfectum est, quod rem perfectam, absolutamq; signi-  
 ficat, vt Caleo, Frigeo. 3 ¶ Meditatuum verbum est, quod assiduam alicuius  
 rei meditationem significat, vt Esurio, Cœnaturio: qui enim esurit, ac Cœnaturit,  
 nihil aliud, quàm cibum cœnamq; meditat. 4 ¶ Frequentatiuum, siue  
 Iteratiuum est, quod rei frequentationem, iterationemq; significat, vt Rogito, as,  
 Lécitito, Scripfito. 5 ¶ Diminutiuum, vel potius Diminutum est, quod mi-  
 nuùs, quàm id, à quo ortum est, significat, vt Sorbillo à Sorleo.

De variis Verbi appellationibus.

¶ Schol. 8.  
 30 **M.** Varro 2. de Analog. hanc Orationis partem modo Verbum temporale ap-  
 pellant: modo vocabulum, quod inclinatur in tempora: sic enim Veteres lo-  
 quuntur, Declinari, Inclinari in tempora; in casus. Idem ibidem Naturales,  
 vt ab impositis vocabulis, quæ inclinantur in tempora, aut in casus, &c. Ibidem  
 Dicunt, quod vocabula literarum non declinantur in casus, &c. Modo partem  
 orationis, quæ tempora habet, neq; casus habet: modo, quæ tempora adsignificat,  
 neq; casus habet. ¶ Quid sit verbum Impersonale, & vnde dictum fuerit,  
 ostensum est supra de verbis Defectiuis schol. 19. Eius diuisionem ex Varrone in-  
 uenies infra lib. 2. schol. 2. & eodem lib. De verbis Passiuis schol. 2. Quæ ver-  
 ba spectant ad constructionem cum ibidem, tum etiam schol. 7. De verbis Actiuis.

De

**I**N verbi constructione plures inuenies distributiones: hęc quinque partita à Diomede, Donato, alijsq; veteribus recepta fuimus correnti. Varro lib. 3. de Analog. Actiuum verbum appellat speciem faciendi, vt Vro, Vngo. Passiuum speciem patiendi, vt Vror, Vngor. Gellius illud verbum Agens, hoc verbum Habēs patiendi figuram, siue Verbum patiendi lib. 18. c. 12. Id habitum est in oratione faciendi elegantia genus, vt pro verbis habentibus patiendi figuram agentia ponerent, ac deinde hęc vice inter se se mutua verterent. Plaut. Quil est hoc? rugat pallium. Amictus non sunt commode. In Afin. quoq; Contempleris dicit pro Contempleris. Varro in libris, quos ad Marcellum de Ling. Lat. fecit in 10 priore verbo graues prosodia, quę fuerunt, manent; reliquę mutant, inquit elegantissimè. pro mutantur. Verba autem patiendi pro agentibus in omnibus ferme veterum scriptis reperiuntur; ex quibus sunt pauca ista, quę nunc meminimus. Muneror te, pro Munero: & Significor, pro Significo: & Assentior, pro Assentio: & c. Rugat pro Rugatur. Plaut. in Caj. n. — vide palliolum vt rugat — 15 Quint. lib. 1. c. 6. Vocat verba, quę habent naturam patiendi, vt Paciscor. Idem lib. 9. c. 3. Sic loquitur, Quod mirum minus est, quod in natura verborum est, & quę facimus patiendi modo sepe dicere, vt Arbitror Suspiscor; & contra faciendi, quę patimur, vt Vapulo. Nonius Marc. de Contrarijs generibus verborum Actiuum & Passiuum solet appellare, vt pleriq; Grammatici; Aucupauit, inquit 20 actiuum positum pro passiuo. Titinius Veliterna, Id ego aucupauit, plenus aureis affero. Plaut. Trucul. Lepidè ecaster aucupauit. Ex his locis intelligimus Quint. Cell. & Nonium, quę Diom. & Donatus, Prisc. alijsq; Grammatici vocant Depo- nentia, appellasse Verba patiendi, aut Quę figuram, siue naturam patiendi habet, aut Passiua. Sunt Deponentia passiuia quidem, sed voce, siue exitu tantum. Com- 25 munitia eodem nomine, à Gellio dicuntur lib. 15. c. 13. Pauca reperiuntur hodie verba, quę presenti tempore, ac pręterito imperfecto in vtramq; partem dicantur. Participia pręteriti temporis, & tēpora, quę inde nascuntur hoc est Præt. perf. Plusq. Fut. perf. vstatoriā sunt. Vide infra. lib. 2. de Constr. Verbi pass. schol. 4. ¶ Sunt & verba Imperpersonalia neutra, vt Est, Interest, Refert, Licet, Libert, 30 & cetera, quę datiuo gaudent. Actiua quę accusatiuum postulant, vt Pudet, Tædet, & c. Passiua, vt, Pugnatur, Viuitur, & cetera eiusdem generis. Depo- nentia, vt Misereor. Cic. 1. de Inuent. Commune est, quod omnes vulgò probarant. Huius modi est, vt maioribus natu assurgatur, vt supplicum misereatur. Idem pro Lig. Cauē te fratrum pro fratris salute misereatur. Sic legit Prisc. eod. libro: nunc Misereat scriptum inuenio. Quadrigarius apud Gell. lib. 20. c. 5. C. Mari, ecquan- 35 do te nostrum & Reip. miserabitur? Vnde superest Misericordiam est; Sic Pudicitum est, Pigritum est, quę à Pigetur, Pudetur putant quidam deducta. Vide Diomed. ¶ Vereor fuit etiam imperpersonalis apud priscos; Accius apud Non. Si tui veretur te primogenitoris, cedo. Commune imperpersonalis nullam occurrit.

**Q**uādiu res ad finem, perfectionemq; tendit, perfecta dici non potest. Quare non immeritò Inchoatiua à Grammaticis dicta sunt verba, quę rem inchoatam, imperfectamq; significant, licet ad perfectionem, finemq; tendentem: 5 neq; enim Caleſco Incipio calere dumtaxat significat; carent enim Latini verbis, quibus initium tantum motus significant; sed significat cępisse me quidem iam calere, neq; desistere à calefactione. Quod si res nimium ad finem properet, tunc solent adhiberi hęc particule Magis, Magis ac magis, Quotidie, Magis quotidie, In dies, Magis in dies. In dies singulos, Vehementius Terent. Hecyr. Malè metuo ne 10 Philomene magis morbus aggrauescat. Cic. Att. 10. Alter ardet furore, & scelerē; nec remittit aliquid; sed in dies ingrauescit. In Epist. ad Brut. Obdureſcunt magis quotidie boni viri ad vocem tributi. Pro Mil. Quāto ille plura miscebat, tantò hic magis in dies conualeſcebat. In Catil. 1. Hic morbus vehementius ciui- 15 bus reliquis ingrauescit. ¶ Verbum Incipiendi non rarè cum Inchoatiuis iungitur. Colum. lib. 5. c. 12. Vbi semen eius grandescere incipiet. Plin. lib. 11. c. 11. Cum mella cęperunt matureſcere, abigunt eos. Cæs. 6. belli Gall. Ipse cum matureſcere frumenta inciperent, ad bellum Ambiorigis profectus. Idem 3. bel. Ci- uil. Iamq; frumenta matureſcere incipiebant. Solin. c. 42. Cum mundum à calore vesper temperet, ab occasu incipit ita incalere, vt & c. ¶ Et deniq; aduerbiū 20 Paulatim. Plin. lib. 2. c. 103. In Troglodytis fons solis appellatur, dulcis, & cir- ca meridiem magis frigidus: mox paulatim tepescens ad noctis media feruere. Idem lib. 21. c. 4. Quo intumescente [rosa] paulatim rubescens debiscit. Virg. Ecl. 4. Mollis paulatim flauescet campus arista. Sic & Lucret. lib. 2. Paulatim tabescere. & Cels. lib. 8. c. 1. Paulatim [ceruicis ossa] lateſcentia. ¶ Hęc ferè 25 formantur à verbis neutris absolutis secundę declin. vt Tepeo, tepes; addita syl- laba, co, Tepeſco; Floreo, florēs, Floresco. Cetera eodem modo à secundā persona fiunt. Hęc ab actiuis deducuntur Abolesco, Augesco, Integraſco, Redintegraſco, Inueteraſco. Terent. And. — vah perij hoc malum integraſcit. ¶ Fiunt etiā à nominibus, vt Syluesco, Grandesco, Lapidesco, Sterileſco. Plin. lib. 8. c. 50. Ca- 30 pre pinguedine sterile ſcunt. Sunt omnia tertię conjugationis. ¶ Meditati- uia fiunt à priore Supino, m, litera verſa in, rio; vt Esum, Partum, Cœnatum, Eſu- rio, Parturio, Cœnaturio. Hęc ad quartum ordinem spectant. ¶ Frequentati- uia, quę omnia primi sunt ordinis, variè formantur: nam verba primę declinat. syllabas, atum, prioris supini in, ito, penultima breui mutant, vt Rogatum, Im- 35 peratum, Volatum; Rōgito, Impērito, Vōlito. Cetera modò, um, in, ito, mutant, vt Lectum, Scriptum, Factū, Actum; Lēctito, Scriptito, Fāctito, Actito; modò, um, in, O, vt Pulſum, Curſum, Raptum; Pulſo, Curſo, Rāpto. Interdum fiunt à tertiā sin- gulari presentis Indicatiui, addita, O, litera, vt Querit, Agit, Nat, Fundit; Que- 40 rito, Agito, Nato, Fundito. Quę, ab his regulis aberrant, vsu discuntur. ¶ De Frequentatiuis est c. 6. apud Gell. lib. 9. ab eo quod est Ago & Egi, verba sunt, quę

appellant Grammatici Frequentatiua, Actiua & Actiuaui &c. Varro lib. 1. de Analog. Frequentatiua appellat verba, quae sepius quid fieri ostendunt. ¶ Deminutiua verba pauca admodum sunt, quae Deminuta malim cum Quint. appellare; qui lib. 1. c. 5. Deminutum, non autem Deminutiuum vocat. τειματωρ, ut Diomedes ait, vocantur, quae à primitiui verbi declinatione, & mutatione ē, & adiectionem literarum capiunt, & nihilominus idem significant: interdum variantur, velut Lacesso ex eo quod est Lacerosest enim concitare. Facecco equē. si descendere significat. Item Accerso, & per, r, scribitur Arcesso. Sed interest, quia Accersere euocare est, Arcessera verò aliquem accusare significat, & ab Arceo nascitur; etenim alium accusare à maleficijs suis arcere est. Paragoga etiam sunt Capesso, Expetosso, significat enim capere & expetere. Phocas putat Lacesso frequentatiuum esse. Prisc. lib. 8. ait quosdam haec appellasse Frequentatiua, quae ipse Desideratiua vocat: à doctis tamen non recipitur.

## De Participio.

**FERT** Participium varios cum tempore casus. 1  
Tempus amat praesens Ans, Ens, & talia verbo 2  
(Passiua tantum excepto) gignuntur ab omni.  
¶ Quae sunt praeteriti, verbis oriuntur ab illis, 3  
Quae per passiuam hie sunt sua tempora vocem. 20  
1 **P** Participium est pars Orationis, quae tū casus, tū tempora habet.  
2 **¶** Participia praesentis temporis in Ans, vel Ens, exeunt, ac ab omni verborum genere nascuntur, exceptis passiuis, ut Amans, Seruiens, Complectēs, Utens.  
3 **¶** Praeteriti temporis in Tus, Sus, Xus, desinunt, ac fiunt à verbis Passiuis, Communibus, & Deponentibus, ut Amatus, Complexus, Usus. Vnum in, Vus, reperitur, Mortuus videlicet à Morior.

**I** N, Rus, finitum generant verba omnia; dempto 1  
Passiuo tantum verbo. Dus habentia finem  
Passiuae vocis verba, & Communia formant.  
¶ Deponens aliquando etiam, Dus, habentia gignit, 2 30  
Dum fuerit Commune olim: velut Exsecror, Vtor.  
1 **P** Participia futuri tam in Rus, tum in Dus exeunt. ¶ In Rus oriuntur  
ob omni genere verborum, exceptis passiuis, ut Amaturus, Seruiturus,  
Amplexurus, Vfurus. In Dus fiunt à Passiuis, & Communibus, ut Amandus,  
Complectendus. 2 **¶** Interdum etiam à Deponentibus, quae aliquando fue-  
runt communia, ut Sequendus à Sequor: Vlciscendus ab Vlciscor: ab Exsecror,  
Exsecrandus: Utendus ab Vtor.

**T** Empore verba villo priuata, aut orba supinis, 1  
His quoque deficiunt, quae deducuntur ab illis: 2  
Talia sunt Odi, Memini, Reminiscor, & Angor

¶ Participio

1 **P** Articipio praesentis temporis, Gerundijs, & Futuro in, DV S, carent  
verba, quae praeterito imperfecto deficiunt, ut Odi, Cæpi, Noui, Memini.  
2 Quae verba supinis carent, carent etiam participijs futuri in Rus, & praete-  
riti temporis: ite praet. perfectis, & plusquam perf. passiuis omnium modorum, ac sue.  
3 passiuo Coniunct. modi: praeterea fut. infiniti, tam agendi, quam patiendi, Qui-  
bus omnibus deficiunt Disco, Posco, Medeor, & alia quae suo loco explicabuntur.  
Vnde fiunt participia; & quae verba ijs deficiant. ¶ Schol. 12.  
1 **P** Articipium est, ut Varro, lib. 5. de ling. Lat. ait, quod & tempora, & casus  
habet: vel ut idem 3. de Analog. inquit, quod cum temporibus, ac casibus de-  
2 clinatur. Idem lib. 1. Cum egiisset de nominibus verbalibus, de participijs deinde  
agit, quae à verbalibus nominibus differre docet. Quae, inquit, vocabula ducuntur  
à verbis, fiunt, ut à Scribendo Scriptor, à Legendo Lector, &c. Praeterea cum sint  
ab eadem origine verborum vocabula dissimilia superiorum, quod simul habeant  
casus & tempora, quae vocantur participia, &c. Separauit Varro, ut vides, verba-  
3 lia nomina à participijs, & participijs eysmon, quod ab omnibus veteribus affer-  
tur, probauit. Quod superuacaneum alicui videri posset, nisi à quibusdam præci-  
peretur participia verbalia esse nomina, & à verbo tantum partem capere. Eo-  
dem loco refert Varro argumenta eorum, qui sequendam esse analogiam nega-  
bant, quod videlicet à verbis actiuis duo tantum fierent participia praes. & fut.  
4 temporis; à passiuis verò vnum tantum, praeteriti nimirum. Ab Amo, inquit, & eiusmo-  
di omnibus verbis oriuntur praesens, & futurum, ut Amas, & Amatur; & ab eis ver-  
bis tertium, quod debet fingi praeteriti, in ling. Lat. reperiri non potest. Non ergo est  
5 analogia. Sic ab Amor, Legor, & eiusmodi verbis vocabulum eius generis praet.  
temporis fit ut Amatus erā, sum, ero, neque praesentis, & futuri ab his fit: non ergo  
6 analogia. Grammatici etiam Ciceronis aequales, ut vides, Amas praesens, Amaturus  
futurum, Amatus praeteritum vocant, quod quidam hac aetate negat. Quod verò aiunt,  
à passiuis verbis non fieri participia praesentis temporis, veteres omnes fatentur.  
Amandus enim, verbi causa, nemo est veterum Grammaticorum, qui praesens esse  
dicat: at futurum esse quis neget? Negant hi qui analogiam oppugnant; à qui-  
7 bus Varro, cum iisdem lib. 2. respondet, quod ad hoc caput attinet, non videtur dif-  
sentire: nullam enim de eo mentionem facit, facturus sine dubio, si dubium contro-  
uer sumq; esset. Quorum sententiae quidam accedunt, cum affirmat voces Dus, Da,  
Dum, necessitatem, officium, dignitatemq; adsignificare, non futurum tempus.  
Eiusmodi sunt haec. Cic. 2. contra Rul. Haec qui prospexerunt (maiores nostros dico)  
8 Quirites, non eos in deorum immortalium numero venerandos à nobis & colen-  
dos putatis? Idem de Arusp. Nego vilo de opere publico, de monumento, de  
templo, tot Senatus exstare consulta, quot de mea domo; quam senatus vnam post  
hanc urbem constitutam: ex arario aedificandam, à pontificibus liberandam, à ma-  
gistratibus defendendam, à iudicibus puniendam putaret. Idem Cornif. lib. 12.  
Quo tua maior dignitas, ed., quae tibi acciderunt, minus ferenda. Neque enim,

que tu propter magnitudinē animi, & ingenij moderatē feris, à te non ulciscenda sunt, etiam si non sint dolenda. Hęc enim & similia sunt qui putent esse nomina, vt putarunt Grammatici illi, quibus cum Varro certabat. ¶ At ablatiuum, inquit, post se habent. Quid mirum? habent & que sine controuersia nomina sunt. Idem ad eund. eod. lib. Caterisq; omnibus rebus habeas eos à me commendatissimos. Participia igitur in Dus, funditus peribunt? Non feret Probus, non Phocas, non Diomedes, non Donatus, clari ac nobiles grammatici; non patientur viri doctissimi, atq; de ling. Lat. optimē meriti: non sinet Fabius Quint. vir singulari doctrina; quippe qui lib. 9. c. 3. luculentissimē docet esse participia hęc in ling. Lat. Vt imur, inquit, & verbo pro participio, vt — magnum dat ferre talentum; tamquam ferendum. Ibidem, Illud planē figura est, qua diuersa sermonis forma coniungitur — socijs tunc arma capessant Edico, & diu bellum cum gente gerendum. Quamuis enim pars Bellum posterior participio insinat, vt triq; tamen conuenit illud Edico. Hęc ille.

¶ Quod si voces in Dus, è participiorum numero excludende sunt, quod necessitatem officiumq; adsignificent, sepe etiam verba futuri temporis futura esse desinent. An non hęc & sexcenta alia officium adsignificant? Defendam meos ciues, etiam si cerō sciam me occisum iri. Defendentur vbiq; terrarum à me ciues mei, quādiu vixero. Nōne cum Cic. Philip. 2. dixit, Defendi Remp. adolescens, non deseram senex Comtempſi Catiline gladios, non pertimescam tuos, & pauld post, Etenim si ab hinc annos propē viginti hoc ipso in templo negaui posse mortem immaturam esse consulari, quantō verius nunc negabo seni? Deseram, Pertimescam, Negabo officium adsignificant. Eādē ratione ne participia quidem in Rus, in participijs numerentur. Quid? Sum defensus meos ciues, etiam si cerō sciam me occisum iri. Defendi Remp. adolescens, non sum deserturus senex. Defensus, Deserturus quid aliud, quam partes officiumq; clamant. Quid igitur cause esse putem, cur Defendendi sunt à me ciues mei. Non deserenda est à me Republica; quid inquam cause esse putem, cur, Defendendi. Deserenda potius nomina, quam participia sint? maxime cum more verborum sextum casum admittant. Sed hęc, vt multa alia, viderint Palemones. ¶ Vapulans, Vapulaturus, & alia huius generis sunt à verbis passiuis significatione tantum. Quod verò diximus de passiuis non solum significatione, sed etiam voce accipiendum est. ¶ Nonnulla participia præteriti temporis, & futuri in Dus reperuntur à verbis neutris orta, vt Olitus, a, um, Obuendus, Infidiandus, Vigilatus, Vigilandus, Euigilatus, Euigilandus, Properatus, Properandus, Erratus, Regnatus, Pugnatus, Laboratus, Redundatus, Cessatus, Successus, quorum aliquot etiam apud Oratores leguntur. Cic. pro. Seſt. Morte obita dixit. Idem pro Celio, Magnum crimen, vel in legatis infidiandis. Quint. lib. 11. c. 3. Et vigilande noctes, & fulgo lucubrationum bibenda. Cic. Att. 9. At quā expedita tua consilia? quā euigilata tuis cogitationibus. Quint. lib. 10. c. 13. Stylam properatum dixit. Idem proce.

lib. 6. maturitatem festinatam. Plin. in Paneg. festinatos honores. Cic. ad Tiron. lib. 16. Cum omnia mea causa velles mihi successa. Reliqua, & his plura inuenies apud poet. Verisimile est verba, vnde hęc sunt, apud præscos fuisse passiuā, quorum nonnulla etiam hodie existant. Tacit. de moribus German. Nec virgines festinantur. Idem lib. 17. Neq; enim hic, vt in ceteris gentibus, que regnantur, certa dominorum domus. Plin. in Paneg. Hinc porticus, hinc delubra occulta celeritate properantur. ¶ Multa sunt hodie Deponentia, que apud præscos fuerunt communia, vt Consequor, Adipiscor, Vtor, Confector, Admiror, Demolior, Calumnior, Arbitror, Aggredior, Exsecror, Detestor, Abominor, Auxilior, Machinor, & multa alia. Vide Priscian. lib. 8.

¶ Sunt nonnulla, que quamuis habeant præteritum imperf. tamen participio præsentis, & futuri temporis in Dus, ac gerundijs destituuntur, vt Fio, Reor. Medeor non caret participio præsentis, vt Phocas putauit. Eo enim vsus est Plin. ad Marcell. lib. 5. & in Panegy. Curt. lib. 3. Senec. de Tranq. vit. lib. 2. Itē Stat. lib. 2. Syl. verba medentia. Ouid. lib. 15. Met. artes medentium dixit. Et in Epist. Adiuor & nulla fessa medentis ope. ¶ Iisdem participijs, & gerundijs caret verbum substantiuum, & que ex eo componuntur præter Absum, & Presum que Præsens & Absens habent: nam Potens nomen est. ¶ Item Volo, Nolo; Malo; exceptis Volo, Nolo, que Volens, Nolens tantum habent. ¶ Præterea verba Impersonalia, præter Pœnitet, quod habet, participium Pœnitens. Sicut in Vitel. c. 15. Non multo post pœnitens facti. Libens, Pudens, Licens, & si qua alia sunt, nomina potius, quam participia censenda sunt. Mart. lib. 4. — Gressu simet ire licenti. Sic Stat. Theb. 5. & Syl. 1. iocos licentes dixit. Vnde Plin. initio præfat. comparatiuum deduxit, Libros, inquit, Naturalis historie licentior epistola narrare constitui tibi. ¶ Pœnitet, Pudet, Piget Gerundia habent, & Participia siue participialia in Dus, que potius à verbis Pœniteor, Pudet, Piget, deducuntur, que præscis vsitata, & participium Pœnitens à Pœnitet, deductum fuisse arbitror. Vt enim Greci dicunt μεταίδη και μεταιδημα: ita præsci, Pœnitet, & Pœniteor dicebant; Pœnitet me facti, & Pœniteor facti, siue de facto. Vtraq; enim constructio in participio apparet. Suet. in Claud. c. 43. Signa quedam nec obscura pœnitentis de Neronis adoptione dederat. ¶ Pluribus gerundijs in, Do, tantum habere videtur. Cic. in Top. Quia coniugata verba essent pluuiā & pluendo, omnem aquam oportere arceri, que pluendo creuisset. ¶ Fruor putauit Phocas carere participijs. Fruens à Cic. de Fin. lib. 1. vsurpatur. Constituamus ( inquit ) aliquem magnis fruentem voluptatibus. Sic idem Acad. 2. & Liu. bel. Mac. 4. Opulentissima vrbe fruentes. Fruendus frequens est apud Cic. Fruiturus dixit idem Tusc. 3. Fructus Vlpianus. Fructus aiunt Cic. dixisse in Hortensio, sed apud Prisc. lib. 10. Perfructus est; non Fruct. de quibus in præteritis verborum Deponentium copiosius. ¶ Participia in Rus ne deducant tyrones à supinis primæ coniugationis, que in itum, aut, Eum, exeunt; non

enim Soniturus verbi causa, Secturus; Fricturus à Sonitum Sectum, Frictum, dicimus, sed Sonaturus, Secaturus, Fricaturus, tamquam à supinis sonatum, secatum, fricatum. Virg. Doniturus dixit: sed de bis in Præteritis & supinis primi ordinis. ¶ Reor caret hoc participio; item Faris, vel fare. Orior, Morior, Oriurus, Moriturus habent. Nascor Nasciturus apud Porcium Latr. Vide hæc suo loco. A Partum, Erutum, Passum, Mansum à Mando, is, Solutum, Satum, Sicutum, Saltum, non faciliè hoc participium inuenies. Pariturus visitatum est à Paritum. Siciturus non tam mihi videtur durū, quàm Statuturus, quo Cic. vsus est ad Att. 4. Se & collegas suos de lege statuturos. Idē Restituturū 2. Verr. dixit, Ostendit se sribuniciam potestatem restitutum. Sic & Suet. in Claud. c. 1. & Liu. bel. Pun. 6. Fluxurus negat Phocas esse in vsu, quo tamen Colum. lib. 3. c. 2. bis vsus est. Ex Impersonalibus illa solum hoc participio priuanda sunt, à quibus supina deduci non possunt; licet eorum aliqua duriuscula videantur. Interest tamen Interfuturum habet; cuius exemplum iam supra retulimus Schol. 19. de verb. Defect. ad fin. Vbi etiam ostensum est Euenturum, Puditurum, Pœniturum à verbis Euenit, Pudet, pœnitet vsurpari. Licitum itidem à Licet aptè deduci in Præter. verb. Schol. 9. inuenies. Quæ verò propter insolentiam, vel asperitatem hoc participio priuanda sint, iudicium esto peritiorum. Luctum à Lugeo non est in vsu, neq; Sorbitum aut Sorptum à Sorbeo. Posterius supinum à Sorbo tertie coniugationis est. Săpitum, vel Săpitum, media longa, nusquam est. ¶ Composita ex verbis Mico, Vado, Scando, Linqvo, Cerno, supina habent; quibus Arceo adiungi potest: nam Arcitum difficile inuenies. Aestuo, Incesso, Ningo etiam supinis deficiuntur. Inchoatiua & Meditatiua verba iisdem carent. Terent. Hæaut. — esurituros satis dixit. Sed de his omnibus suo loco fufius.

## De Præpositione.

- 1 Præpositiua ferè iuncta aut disiuncta locatur
- 2 Ante alias, casusq; regit pars ordine quinta.
- 3 ¶ Trans, Apud, Aduersus Quarto iungantur, & Antè, Quartus casus est Accusatiuus. Pone, Per, Aduersum, Iuxta, Prope, Versus, & Infra, Ad, Post, & Circum, Circa, Cis, Circiter, Extra, Præter, Ob, Intra, Erga, Citra, Secus, Usque, Secundum, Et Propter, Contra, Supra, Penes, Inter, & Ultra.
- 4 Præpositio est pars orationis, quæ cæteris partibus aut separata, aut coniuncta ferè præponitur. Separata, vt Non sum apud me præ iracundia. 33 Coniuncta, vt Præstat nullies mori, quàm Deum vel leuissimè offendere.
- 5 Accusatiuo seruiunt Ad Apud, Antè, Aduersus, vel Aduersum, &c.
- 6 A Bs, Ab, & A<sup>b</sup> possunt, Cū, Clā, sibi sumere Sextū, ¶ Sextus est Ablatiuus Partiuus verò Genitiuus Et Tenus, atq; Palā; Procul, Absq; fruatur eodē Ex, E, De, Coram, Præ; Pro, sine. ¶ Ponitur aptè Post Patrium ferme numero, T E N V S, vna secundo.

- 7 Ablatiuo gaudent A, Ab, Abs, Absq; Cum, Coram, &c. 2 ¶ Tenus fere genitiuum amat, cum vocabulo multitudinis adheret, vt Cumarum tenus, Lomborum tenus; alioquin ablatiuo, vt Pectore tenus, Ore tenus.
- 8 1 Sub, Super, In, Subter Quarto modo iuncta videbis ¶ Gradus & casus idem significat. Pro vario sensu; gradui modo iuncta Latino.
- 2 ¶ Sex in compositis numquam nisi vocibus exitant. ¶ Gradus secundus casus Lat. dicitur Ablatiuus. Exemplum Dispar, Dirimo, Seiungo, Repello, Amputo, Constituo, & cōplura simillima sunt.
- 30 1 Accusatiuum, vel ablatiuum pro varia significatione postulant, In, Sub, Sup<sup>er</sup>. ¶ Subter apud Oratores accusatiuum habet, apud Poetas etiam ablatiuum. 2 ¶ Præpositiones, quæ tantum coniunctæ præponuntur, sunt Am, Con, Di, Dis, Re, Se, vt Amputo, Constituo, &c. De Præpositionum officijs, & appellationibus. ¶ Schol. 13.
- 31 Præpositiones ferè præponuntur; vnde & nomen traxerunt. Tenus, & Versus postponuntur. Cum, in illis Mecum, Tecum, Seum, Nobiscum. Vobiscum, cur posteriore loco ponatur, docet Cic. in Oratore. Idem quoq; Epist. ad Brut. epist. 3. Ea cum pro cum ea dixit. Sunt & aliæ, quæ interim postponuntur, vt Coram; Suet. in Tito. c. 10. Populo corā vbertim fleuerat. vsq; Idem in Claud. c. 34. Accitū ab Vrbe vesperā vsq; opperiri per seuerauit. Iuxta; Plin. lib. 14. c. 19. Quamq; iuxta hominis mors laqueo pependerit. Id est iuxta quam Vitæ homo mortuus, &c. De; Cic. pro Leg. Manil. De huius autem hominis felicitate, quo de nunc agimus, &c. Idem 1. de Orat. Eius rei, quæ de queratur. Intra; Plin. lib. 9. c. 55. Huius villam intra quàm modicam quadragies piscina venierunt. Inter: Cic. de Amicit. Quæ si quos inter societas aut est, aut fuit, &c. ¶ Quædam aliquando interponuntur, vt I N. Idem Ibid. Quibus in ipsis inest causa, cur diligantur. Quarum vsu optimis auctoribus legendis notabis. ¶ Veteres præpositiones coniunctas Loquelaes, quòd loquelis videlicet adherent, solent appellare: quæ verò casibus seruiunt Casuales: illas etiam quidam Per cōpositionem, has Per appositionem vocant. ¶ Am, præpositio loquularis per, m, literam scribenda est. Festus, Annis propriè dicitur à circumnando, quoniam ex Græca præpositione sumptum, quæ est αμφι, significat Circū, & Nare fluere. Idē. Am præpositio loquularis significat Circū. Prisc. lib. 1. Anceps (inquit) pro Amceps; Am enim præpositio, s, vel z, vel q, sequentibus in, n, mutant, m, vt Anfractus, Ancisus, Anquiro; vocali verò sequente intercipit, B, vt Ambitus, Ambeus, Ambustus, Ambages. Hæc ille. Eod. modo Diomedes, & Donatus, Am, per, m, scripserunt: vt ex subiecto exemplo constat, nimirum Amplector. Apud Priscos fuit etiam casualis, seruabatq; accusatiuo, vt apud Græcos αμφι, vnde sublata posteriori syllaba dicta est, cum Circum significat. Cato in Originibus Oratorum, & intermedium. Viue sacra lib. 1. Saturn. c. 14. Varr. lib. 5. de ling. Lat. Præpositiones vocat Præ-

Cic. in Top. *Præpositiones, Præpositio (inquit) I N, priuat verbum ea vt, quam haberet, si, I N, præpositum non fuisset, vt Dignitas, Indignitas. Cætera quæ hic de siderantur inuenies in Constructione.*

## De Aduerbio.

**E**xplanare solent alias Aduerbia voces:

Illarumq; suo generalem adstringere sensum.

Vt Bene das operam. Meritò loca prima mereris.

**A**duerbiu m est pars orationis, quæ vocibus addita earum significationem explanat, ac definit, vt Raro loquitur. Bene peritus. Vehementer iratus. Parum diligenter.

¶ *Aduerborum varia sunt genera, & significationes.*

**O**ptandi, vt Vtinam, o Vtinam, Osi. ¶ Vocandi, vt O Heus, Eho. Interrogandi, vt Cur? Quare? Quid ita? Quamobrem?

Respondendi affirmatè, vt Etiam, Ita, Maximè, Quid ni?

Confirmandi, vt Profectò, Sanè, Certè.

Negandi, vt Non, Nequaquam, Minimè, Haud, Haudquaquam.

Dubitandi, vt Forlan, Forlitan, Fortassis, Fortasse.

Hortandi, vt Eia, Age, Agedum, Agite.

Prohibèdi, vt Ne. ¶ Demostradi, vt En, Ecce. ¶ Eligèdi, vt Potiùs, Imò.

Comparandi, vt Magis, Minùs, Fortiùs.

Cògregadi, vt Simul, Vnà, Pariter. ¶ Separadi, vt Scorsù, Separatim.

Intendendi, vt Acriter, Studiose, Vehementer.

Remittendi, vt Ségniter, Remisse, Oscitanter.

Tèmporis, vt Hodie, Cras, Perendie, Heri, Nudius tertius.

Loci, vt Hic, Huc, Hæc, Horsum.

Numeri, vt Semel, Bis, Ter, sæpe, Centies, Millies.

Ordinis, vt Primùm, Deinde, Postremò. ¶ Euëtus, vt Forte, Fortuito.

Similitudinis, vt Sicut, Sicuti, Vt, Vti. ¶ Diuersitatis, vt Aliter, Secus.

Qualitatis, vt Prudenter, Perite, Eleganter.

Quantitatis, vt Parum, Multùm, Satis, Nimiùm.

De quibusdam alijs Aduerborum generibus. ¶ Schol. 14.

**Q**uidam, vt Varro. 1. de Anal. docet, Aduerbiu partem Orationis administrandi appellarunt. Adminiculū enim præstat non solum Verbis, sed etiã participijs, Nominibus, & sibi ipsi. Quia tamè Verbis præcipue adheret, Aduerbiū à Grammaticis dictum est. Quint. lib. 11. c. 1. Vt eum non inimicè corripere, sed penè patriè monere videatur. Liu. dec. 3. lib. 4. Insilitutum seruabat quotidie, bis fœderis icti cum Romanis perlegendi. Idem bel. Pun. 10. Non minus syncerè petisam pacem dicit. Terent. Andr. Ne temerè facias, neq; tu haud dicas, tibi non prædictum

prædictum, caue. ¶ Jurandi aduerbia hercle, mehercle, hêrcule, mehêrcule, hêrcules, mehercules, medius fidius, ecastor, mecastor, pol, edepol, & siqua sunt generis eiusdem, quibus homini Christiano non licet vti, consilio prætermisimus, ne pueri antequam latinè sciant, per Herculem, Pollicem, aliaq; deorum portenta iurare assuescant. Diomedes estimandi aduerbia addidit, vt Vili, Card. Addunt alij alia, Excludendi, vt Solum, Tantum. Explanandi, vt Nimirum. Rei non planè peractæ, vt Ferè, Ferme. Diu pro Interdi u, seu De die, non est reijciendum, tamquam à linguæ Latinæ consuetudine alienum. Sall. Iug. Diu noctuq; satigare animum. Idem. 2. Hist. vt Carisius. lib. 2. docet, Noctu diuq; stationes, & vigiliæ tentare. Sic Titinius eodem teste loquutus est.

## De Interiectione.

**A**ffectus varios animi Interiectione promit.

Hei mihi, Vx nobis, Infandum, O dira cupido,

Prò dolor, Heu miseri, Vah quanta insania menti.

**I**nteriectio est pars Orationis, quæ varios animi affectus indicat. ¶ Interiectionum varie sunt formæ, & significationes.

**L**audantis, & aliquando Exultantis, vt Eugè. ¶ Exultantis, & interdum Insultantis, vt vah. ¶ Lætantis, vt Euax. ¶ Dolētis & Ingemiscētis, vt Ah, Heu, Hei. ¶ Suspirantis, vt Ah, ah. ¶ Lugētis, vt Hoi, Hei.

¶ Eiulantis, vt Oh, oh, oh, oh. ¶ Admirantis, vt Papæ, O, Vah. ¶ Admirantis, & interdum Ironiæ, vt Hui. ¶ Irridentis, vt O: O præclarū custodè ouis, vt aiunt, lupum. ¶ Exclamantis, vt Pro, O. ¶ Silentis, vt St.

¶ Timentis, vt Hec. ¶ Deprehendentis aliquid ex improposito, vt At, at.

¶ Prælagientis malum, vel Miserantis, vel Minantis, vt Vx. ¶ Reijcētis cum fastidio, vt Apage, Apagèsis. ¶ Stomachantis, siue Indignantis, vt Malùm. ¶ Exsecrantis, vt Ne fas, infandum.

De Interiectionis definitione.

¶ Schol. 15.

**M**ultæ sunt Interiectiones, quæ varios exprimunt affectus, vt O, Hei, Ah, Hui, Eugè, quarum significationes optimus magister vsus, assiduæq; lectio te docebit. Malùm, Nefas, Infandum quamuis nomina sint; interdum tamen interiectionis partes agunt. Probus hanc orationis partem ad hunc modum definit; Interiectiones sunt, quæ affectum animi vario motu designant. Interdum enim gaudium; interdum dolorem mentis ostendunt. Diomedes, Interiectio est pars orationis affectum mentis significans voce incòndita. Eodem modo Donatus in priore libello de Octo part. Prisc. lib. 14. ait Interiectiones abscondita voce, id est (vt idè explicat) non planè expressa, pronounciari. Idem Donatus in posteriore Edit. Interiectio, (inquit) est pars orationis interiecta alijs partibus orationis ad exprimendos animi affectus. Pauculam, Voce incòndita, putat quidam à recentioribus fuisse excogitata, cum ea Veteres, vt modo ostēdimus, vsi fuerint: neq; Vox

dis, inconditionataq; accipienda est, quæ scribitur, sed quæ pronuntiatur. Engentis enim, aut Exultantis, aut Exclamantis voces confusa & perturbatae sunt scriptæ, verò aperta & plana, quæ etiã cum ab ijs pronuntiantur, qui affectibus, perturbationibusq; vacui sũt, aperta videtur. Interiectionis meminit Quint. lib. 1. c. 4.

## De Coniunctione.

**F**VNGitur officio Coniunctio sola ligandi Particulas, & membra, quibus sententia constat.

Suntq; huius varie species, quas mente notabis.

**C**oniunctio est pars Orationis annexa, ordinansq; sententiam.

**C**oniunctionum species, siue significationes varie sunt.

**C**opulatiua, vt, Ac, Atque, Et, Que, &c. ¶ Disiunctiua, vt Vel, Ve, Siue, Seu, Aut, Ne. ¶ Aduersatiua, vt Et si, Tametsi. Quamquam, Quamuis, &c. ¶ Collectiua, siue Illatiua, siue Rationales, vt Ergo, Igitur, Quare, Quocirca, Quapropter, Itaque, &c. ¶ Casuales vt Nam, Namq; , Siquidem, Quia, Quoniam, Enim, Etenim, Quod, Propterea quod, &c. ¶ Expletiva vt Quidem, Equidem.

**Q**uæ præit est princeps, vt Nec, Nisi. ¶ Subdita semper

Subsequitur: ceu Verò, Autem. ¶ Communis vtrũq; ,

Munus habet, veluti Quamuis, Quapropter, & Ergo.

**C**oniunctiones partim sunt Principes, partim Subiunctiua, partim Mediæ.

**C**on Principes sunt, quæ in Oratione præeunt, vt Aut, Ac, Atq; , At, Ast, Vel, Nec, Neque, Nisi, Sen, Siue, &c. ¶ Subiunctiua, siue Subdita, quæ subeunt, vt Que, Ne, Ve, Quidem, Quoque, Autem, Verò, Enim. Quæ si præponantur sit Solecismus. Ideoq; , maxime notande sunt. ¶ Communes, siue Mediæ, quæ & præeunt, & subeunt, vt Ergo, Igitur, Itaque, Equidem.

De varijs Coniunctionum generibus. ¶ Schol. 16.

**M**irum est, quantum Grammatici in Coniunctione inter se dissentiant: si quidem Diomedes, & Donatus aiunt quinque esse coniunctionum species, quas alij significationes vocant, Copulatiuas, Disiunctiuas, Expletivas, Casuales, Rationales. Prisc. lib. 15. sexdecim. Casuales enim in quinque formas, Apollonium imitatus distribuit Continuatiuas, Subcontinuatiuas, & ceter. Ad didiectiam, Approbatiuas, Præsumptiuas, & alias eiusdem generis, quas ne tili sim fastidio, libenter prætermitto. Recentiores etiam Discretiuas, & Sensusus excegerunt. Præterea eadem à varijs diuersis formis adscribuntur. Alij enim Nec, Neq; Copulatiuas, alij Disiunctiuas vocant. Quamquam, Quamuis, Tametsi quidam Aduersatiuas appellant, quas Plin. ut ait Diomed. Illatiuas vocat: ipse verò Diomed. Quamquam, Quamuis Rationales, siue Ratiocinatiuas nominat; Et si, Tametsi, Casuales. Potius, In d, quæ supra Aduerbia eligendi appellauimus, docet idem Relatiuas ad aliquid, siue Comparatiuas à Plin. dici. Itaq; , alij aduerbia nominat,

alij

alij inter Coniunctiones numerant; non diuersa, sed eadem significatione: nam eadem vox, diuersa significatione, & aduerbium & coniunctio esse potest, vt Quare Quamobrem, quæ aduerbia sunt interrogandi, cum interrogationi, Coniunctiones verò, cum conclusioni seruiunt. Quæ cum ita sint, ne de formis, siue vocabulis Coniunctionum sint solliciti, qui tyrones docent, quando ipsi etiam coryphæi de ipsis tantopere inter se dissentent. Satis enim est Coniunctionem communi vocabulo nominare: interdum etiam Particulam. Doceantur potius pueri, quæ præeant, quæ subeant, nam transmutatione committitur Solecismus auctore Quint. lib. 3. cap. 5. vt, Quoq; , ego, Enim hoc voluit, Autem non habuit. Definitio Coniunctionis, quæ vsi sumus, Palæmonis est, vt refert Diomedes. Copulatiuam appellat Gell. lib. 10. c. 29, Connexiuam. Atq; , [inquit] particula à Grammaticis quidem Coniunctio esse dicitur Connexiua, & plerumq; , sanè coniungit verba, & connectit. Sed interdum alias quasdam potestates habet non satis notas, nisi in veterum literarum tractatione atq; cura exercitis. Nã & pro aduerbio valet, cum dicimus, Aliter ego feci, atq; , tu; significat enim aliter quòtu, &c. Quidam malunt Copulantes appellare: nos non admodum reformidamus hæc vocabula, cum eis Probus alijsq; , veteres stantur. Disiunctiua, quamuis sensum disiungant, verba tamen coniungunt, quæ ratione coniunctionis nominata non amittunt. Nonnulli Ciceronis ætate Coniunctionem, appellarunt Partem, orationis iungendi. Vide Varr. lib. 1. de Anal. Cicero in Grat. Coniunctionem vocat. Quod ad ordinem attinet, Principes, Subditas, Quæ & præeunt, & subeunt appellauimus, quas Diomedes Principales, Subsequentes, Medias vocat. Sic enim Nigid. apud Gell. lib. 19. c. 14. vocales distribuit. Sed hæc hætenus.

## De Accidentibus, siue Attributis partium Orationis.

**S**Vnt quædam, quæ partes Orationis comitantur, vt Numerus, Casus, Genus, Declinatio, Modus, Tempus, Persona, Figura, Species: quæ Accidentia, siue Attributa partium Orationis vocantur.

**N**umeri nominũ, pronominũ, verborũ & participiorũ sũt duo, Singul. vt Musa, Ego, Amo, Amas; Plur. vt Musæ, Nos, Amam; , Amates.

**C**asus nominũ, participiorũ, & nonnullorũ pronominũ sunt sex, Nominatiuus, Genitiuus, Datiuus, Accusatiuus, Vocatiuus, Ablatiuus.

**N**omen, Pronomen, Participium tria habent genera præcipua,

**M**asculinum, siue Virile, cui præponitur pronomen, Hic: vt Hic doctus, meus, doctus. Fæmininum, siue Muliebre, cui præponitur pronomen Hæc, vt Hæc ancilla, mea, docta. Neutrum, cui præponitur pronomen Hoc: vt Hoc mancipiũ, meum, doctum.

**E**x his tribus generibus nascitur duo alia, Comune duorum, & Comune trium. Comune duorum est, cui præponitur pronomen Hic & Hæc vt Hic

T 2

& Hæc



& hæc pars: Commune trium, siue Omne, cui præponuntur pronomina Hic, Hæc, Hoc, vt Hic, & hæc, & hoc prudens, Nostras, Amas.

¶ *Declinationes, siue Formæ Nominum sunt quinque.*

**P**rima, cuius genitiuus terminatur, Æ, diphthogo, vt Musa, Musæ.  
 Secunda, cuius genitiuus terminatur litera, I, vt Dominus, Domini.  
 Tertia, cuius genitiuus terminatur syllaba, Is, vt Sermo, sermonis.  
 Quarta, cuius genitiuus terminatur syllaba, us, vt Sensus, sensus.

Quinta, cuius genit. terminatur literis, E, & I, separatis, vt Dies, diæi.  
 ¶ Pronomina Meus, Tuus, Suus, Noster, Vester ad primam, & secundam nominum declinationem spectant: Nostras, Vestras ad tertiam: cætera peculiare habent formas.

Participia quæ in Ans, & Ens, exeunt ad tertiam declinationem pertinent, vt Amans, Docens, &c. Reliqua ad primam, & secundam, vt Amaturus, a, um: Amandus, a, um, &c.

¶ *Declinationes, siue Coniugationes Verborum sunt quatuor.*

**P**rima, cuius secunda persona præsentis Indicatiui exit in As, vt Amo, amas, amare.

Secunda in, Es, lógum, vt Doceo, doces, docere. Tertia in, Is, breue, & infinitum in ERE, vt Lego, legis, legere. Quarta in, Is, longum, & infinitum in IRE, vt Audio, audis, audire.

**M**odi verborum triti, ac communes sunt quinque, Indicatiuus, Imperatiuus, Opratiuus, Coniunctiuus, Infinitiuus.

¶ Tempora verborum sunt quinque, Præsens, Præteritum imperfectum, Præteritum perfectum, Præteritum plusquamperfectum, Futurum imperfectum, Futurum perfectum.

**P**ersonæ pronominum sunt tres; prima Ego, secunda Tu. Reliqua pronomina tertiæ sunt personæ, præter Ipse, ipsa, ipsum, quod cuiusuis est personæ: item prouocabulum Qui, quæ, quod.

¶ Personæ verborum sunt tres, prima, vt Amo, secunda, vt Amas, tertia, vt Amat.

**N**omina, & Participia (exceptis vocatiuis) sunt tertiæ personæ. Vocandi casus, quoniam secundis personis tantum adheret, solum sunt secundæ personæ.

¶ Figuræ nominum, Pronominum, Verborum, Participiorum, Præpositionum, Aduerborum, Coniunctionum duæ sunt: Simplex, vt Prudens, Is, Amo, Amans, Abs, Prudenter, Enira. Composita, vt Imprudens, Idem, Adamo, Adamans, Absque, Imprudenter, Etenim.

**S**pecies Nominum, Pronominum, Verborum, Aduerborum sunt duæ: Primitiua, vt Pater, Tu, Calco, Clam: Deriuatiua, vt Paternus, Tuus, tua, tuum, Calcisco, Clanculum,

De

De Attributis partium Orationis.

¶ Schol. 17.

**P**artium Orationis Accidentia, siue Attributa, siue Affectus, siue Affectiones, siue, vt Diomedes vocat, Observationes in hunc locum reiecit, ne in singulis partibus eadem non sine nausea repeterentur. Quid enim attinet eandem crambem, Quot accidunt Nomini, Pronomini, Verbo, &c. toties repetere? Quem obsecro fructum percipient tyrones, si in numerato habeant quæ attributa, quibus partibus accidunt? Nonne multo satius esset id temporis in nominibus, verbis, &c. declinandis consumere? ¶ Numerum Quint. lib. 1. c. 4. solet appellare Singularem, & Pluralem. Idem aduerbijs Singulariter, & Pluraliter vtitur lib. 1. c. 5.

¶ lib. 8. c. 6. Gell. non solum Pluralem, sed etiam Pluratiuum numerum dicit lib. 1. c. 16. & lib. 5. c. 21. A Casare in libris de Anal. dicitur Appellatio multitudinis; item Significatio multitudinis. Vide Gell. lib. 19. c. 8. vbi etiam inuenis Numerum multitudinis, Figuram multitudinis in eadē re. Eod. capite appellat Gell. numerum singulum, singularem. Varr. solet dicere, Verba, Vocabula singularia;

¶ Multitudinis. 2. de Anal. Sic Nigidius loqui consuevit apud Gell. lib. 13. c. 24. Casu multitudinis recto. ¶ Nominatiui, Genitiui, Datiui, Accusatiui, Vocatiui, Ablatiui vocabulis vtitur Quint. & eius æquales, quem Grammatici sequuntur; Lege eund. lib. 1. c. 4. 5. 6. 7. & lib. 6. c. 10. Nominatiuum Cic in Orat. Varro in libris de Analog. & Nigidius apud Gell. lib. 13. c. 24. Rectum casum vocant.

¶ Varro etiam Casum nominandi. 2. de Analog. Genitiuum Patrium casum idem appellat. Datiuum dandi, Accusatiuum accusandi, Vocatiuum vocandi, Ablatiuum sextum casum. P. Nigid. casum interrogandi appellat Genitiuum apud Gell. lib. 13. c. 24. Quidam recentiores Genitiuum Gignendi casum, Ablatiuum Auferendi solent dicere. Donatus, 2. Edis. ait quosdam septimum casum addere, simile Ablatiuo, sed sine

prepositione, A, vel Ab. Prisciano lib. 5 non placet hæc opinio. Eodem, inquit ille pacto possumus accusatiuos in duos casus distribuere; alterum cum prepositione, alterum, qui eadem careat. Quint. lib. 1. c. 4. putat Ablatiuum, quem nunc Instrumenti vocant, septimum esse casum. Seneca Nat. q. lib. 5. c. 17. sex dumtaxat esse



perhibet. Sunt qui octauum casum addant, vt It clamor celo, pro in celum. Sed hæc nimis multa. Illud nobis penè exciderat, Nominatiuum ipsum à Quint. Positionem, & Primam positionem dici: reliques vero casus Obliquos. lege c. 6. lib. 1. Varro sæpe numero casus in Rectos & Obliquos diuidit. Idem 1. de Anal. docetur à casu Recto declinati sint Obliqui, vt nimum is, qui de altero diceret, distinguere posset, cum vocaret, cum daret, cum accusaret, &c. ¶ Genus Masculinum, ac Fœmininum Quintil. lib. 1. c. 6. vocat, & Plin. lib. 10. c. 68. Varro Virile Muliebre 1. de Analog. Neutrum vocant omnes; nonnulli etiam Neutrale.

¶ Quint. lib. 1. c. 4. Commune duobus vocat, quod Phocas Diomedes, Donatus, sæpe Comune dicunt simpliciter. Ibidem Fabius Commune omnibus, quod idem Grammatici Omne frequenter nominant. Itaq; dicitur nomen Commune duobus, siue duorum, siue duum generum, siue communis generis. Et commune trium, aut

omnium generum, aut omnis generis. Nomen masculinum definit Diomedes, cui præponitur pronomen Hic; Fœmininum Hæc; Neutrum Hoc: quam definiti-  
 onis rationem à M. Varrone lib. 2. de Analogia mutuatus est. Præter hæc sunt  
 & alia genera, quæ Epicœna, siue Promiscua vocantur, in quibus, ut inquit Fa-  
 bins lib. 1. c. 4. sexus uterq; per alterum apparet: uno enim genere articaloq;  
 utrunq; sexum comprehendunt. Epicœni meminit Gell. lib. 13. c. 7. Varro lib.  
 2. docet, cur hoc genus sit inuentum. Sunt etiam nomina generis Ambigui, siue  
 Incerti generis, ut Phocas, Diomedes, Donatus vocant. De utroq; genere suo lo-  
 co copiosius Priscian. lib. 2. etiam Pronominibus quinque attribuit genera: ait  
 enim, Nostras, Vestras generis esse communis: Ego, & Tu omnis generis. Dic-  
 medes quatuor, Masculinum ut Hic: Fœmininum ut Hæc: Neutrum ut Hoc;  
 Commune ut Ego, & Tu: cui libenter accedo. Prisc. lib. 12. conatur docere hæc  
 esse omnis generis. Quia quamuis, inquit, sermo inter mares et fœminas exerce-  
 atur, sunt tamen propria quedam neutra, ut Glycerium. Nescito quid hic illi  
 venerit in mentem, cum multis locis fateatur Glycerium, et alia id genus sicuti  
 sunt, generis esse fœminini. Verùm domus Terentium lapsum fuisse, qui in An-  
 dria dixerit, Mea Glycerium suas parentes reperit. Largiamur hoc Prisciano:  
 illud tamen ex eo, atq; alijs, qui hæc pronomina affirmant omnis esse  
 generis, uelini scire, si Glycerium ita loquatur, die miserum, me infelix, loquetur  
 ne bene Latine? Si eandem quis alloquatur sic, Te Pamphilus uxorem duxit, loque-  
 turne congruenter Grammatices præceptis. Non puto: utrobique enim solacisimus  
 erit, si sunt audiendi Grammatici. Quid ita? Quia neutra nomina, et pronomina  
 tres casus habent similes, nominandi, accusandi, & vocandi. Quare dicit Glyceri-  
 um, Ego miserum, Ego infelix: eandem sic alloquemur, Tu Pamphilus uxorem  
 duxit: nempe ut Ego, et Tu sint accusandi casus generis neutri. Et si Cælo audi-  
 endi sensum des, dices, Tu cælum testor; non te. Quæ cum ita sint, Ego, et Tu  
 pronomina sunt substantiua, & generis communis: adiunguntur autem neutris,  
 quemadmodum Testis, Auctor, & alia id genus. Horat. 2. Carm. Testis Metau-  
 rum flumen. Virg. 10. Italiam petijse satis auctoribus æsto. Sic ab Ouidio An-  
 trum ruricula, à Plinio Indigena vinum dicitur. Nostras, & Vestras esse generis  
 omnis, ut Arpinas, Capenas, & Priuernas nemo est, opinor, qui dubitet. Vide  
 Schol. in pronominum deriuatiuorum declinationem.  
 ¶ Declinationis vocabulū Varro, & Quint. etiā cū de verbis agunt, quæ in tēpora  
 inclinantur, usurpant. Prima etiā persona casus rectus. 2. de Anal. à Varr. appel-  
 latur. Dicitur & prima positio à Quint. lib. 1. c. 6. ¶ De Modis & temporibus  
 verborum, varijsq; eorum nominibus satis in Coniugationibus dictum est. Præsens  
 etiam Instans à Quint. lib. 5. c. 10. dicitur. & à Gell. vel à Nig. lib. 17. c. 7. Varro  
 Præteritum, Futurumq; infectum solet appellare, quod Imperfectum dicimus.  
 Quint. Præter. plusquam perfectum vocat. Vtcrius lib. 1. c. 6. ubi de nominibus  
 anomalis agit. ¶ Personam primam Varro 2. de Anal. solet appellare personam

nam eius, qui loquitur: secundam, ad quam loquimur: tertiam, de qua loquimur.  
 Nomina & participia exceptis Vocatiuis, tertio præcipue sunt personæ. Dicun-  
 tur etiam, quemadmodum & Verba infinita, incerta, infinita q; personæ: siquidem  
 personam verbi, cui adherent, sequuntur. siue sint propria, siue appellatiua. Cic.  
 3. ad Att. Ego riuo miserrimus. Idem pro Corn. Audiui hoc de patre meo puer.  
 Idem 2. Philipp. Defendi Remp. adolescens, non deseram senex. Liu. 1. ab Urb.  
 Iupiter Feretri, hæc tibi victor Romulus rex regia arma offero. Idem lib. 10. dec.  
 3. Annibal peto pacem, qui neq; peterē, nisi utilem crederem. Lege Prisc. lib. 13.  
 ¶ Figura in compositione cernitur, de qua Quint. lib. 1. c. 5. pene extremo: Spe-  
 cies in Declinatione, siue Deriuatione versatur, de qua multa Varro lib. 5. de  
 Ling. Lat. ubi primigenia verba sic definit. Primigenia dicuntur verba, ut Lego,  
 Scribo, Sto, Sedeo, & cætera, quæ non sunt ab aliquo verbo, sed suas habent radices.  
 Contrà verba Declinata sunt, quæ ab aliquo oriuntur, ut à Lego, legis, legit,  
 legam: & sic itidem hinc per multa. Idem eod. lib. verba Composita Declinata  
 appellat: Simplicia verò Primigenia Idem. 1. de Anal. quæ vocant Grammatici  
 Primitiue speciei, appellat ille Vocabula impositiua, propagine, stirpes, fontes:  
 Deriuatiue speciei, Vocabula declinata, seu riuos. Prisc. putat Figuram non ca-  
 dere, nisi in certa quedam participia: eandem negat Donat. 2. Edit. in præpo-  
 sitione locum habere. Putat enim Absq; & similia inter Inæqualia, siue Ano-  
 mala esse numeranda. Sed hæc hæctenus.

PRÆCEPTA ALIQVOT DE CON-  
 STRUCTIONE TYRONIBVS  
 EDISCENDA.

- 1  bstantiuum nomen concordat cum adiectiuo  
 in genere, numero, & casu, ut Puer ingeniosus.  
 Memoria infirma. Ingenium tardum.  
 30 2  elatiuum Qui, quæ, quod cohæret cum An-  
 tecedente in genere, & numero, ut Non est  
 dicendus puer ingenuus, qui verecundiam non  
 amet. Accepi tuas literas, quæ mihi iucundissimæ fuerunt. Legi tuam  
 epigramma, quod mihi mirandum in modum placuit.  
 35 3 V erbium personale finiti modi postulat ante se nominatiuū  
 eiusdem numeri, & personæ, ut Ego lugeo. Tu rides. Præ-  
 ceptor docet. Nos legimus. Vos scribitis. Aleatores vāpulant.  
 4 V erbium Infiniti modi ante se accusatiuum habet, ut Gaudeo  
 te bene valere. Doleo parentes tuos ægrotare. Lator fra-  
 trem tuum saluum, & incolumem venisse.

1 **V**erbum Substantiuum non solum ante, sed etiam post se nominatiuum petit, vt Parsimonia est magnum vectigal. Auus tuus fuit vir doctus. Verecundia est maximum ornamentum pueritiae.

6 **O**mne verbum personale Finiti modi potest vtrinque habere nominatiuum pertinentem ad eandem rem: vt Hic vocatur Paulus. Ille viuit miserimus. Boni moriuntur laeti.

7 **Q**uotiescumque duo nomina substantiua ad res diuersas pertinentia in Oratione ponuntur sine coniunctione, alterum erit genitiui casus: vt Libertus Pompeij. Epistola Ciceronis. Catmen Virgilij.

8 **V**erbum actiuum post se accusandi casum postulat: vt Pueri ingenui amant literas. Frater tuus legit Ciceronem diligenter.

9 **V**erbum Passiuum post se ablatiuum desiderat cum praepositione A, vel Ab: vt Literae amantur a pueris ingenuis. Cicerone legitur a fratre tuo diligenter.

10 **Q**uoduis verbum admittit praepositionem cum suo casu, vt Fui in templo. Eo in gymnasium. Sedeo in scamno.

11 **O**mne verbum, & multa nomina datiuum habere possunt eius rei, cui damnum aliquod, vel commodum datur: vt Laboras alijs. Mihi soli es otiosus. Catilina fuit perniciosus Reipublicae. Senes non tibi, sed filijs, aut nepotibus arborescunt.

12 **T**emporis continuatio in accusatiuo, vel ablatiuo ponitur, frequentius tamen in accusatiuo; vt Pater tuus vixit quinquaginta annos, vel Quinquaginta iunjs. Dedi operam Diomedij tres annos, vel Tribus annis. Scripsi duas horas, vel Duabus horis.

13 **C**icumque verbo potest addi ablatiuum significans **P R E T I V M**: vt Emi librum decem denarijs. Vendidisti atramentarium tribus sestertijs. vel **I N S T R U M E N T V M**, vt scribo calamo. Percutor ferula. Vel **C A V S A M**, vt Seruus tuus interijt fame. Tabesco dolore.

14 **G**erundia, Supina, & Participia postulant post se casus verborum, a quibus oriuntur: vt Scribo literas, Tempus est scribendi literas, Eo scriptum literas, Sum scripturus literas.

De

# DE GENERIBVS

## NOMINVM, QVAE EX SIGNIFICATIONE

### COGNOSCUNTUR

TVR.



10 **V**erba Maribus solum tribuuntur, masculina sunt.

¶ Mascula censentur specie depicta virili.

¶ Et quibus appositum tantum tribuisse virile Credibile est veteres, veluti Fur, Aduena, Praesul.

15 **N**omina marem tantum significantia, masculina sunt, siue sine propria, vt Anchises, Aeneas, Masinissa, Cato: siue appellatiua, vt Rex, Consul, Scriba, Aries, Equus, Leo. 2 ¶ Nomina item earum rerum, quae viri specie depinguntur, qualia sunt Angelorum, vt Gabriel, Michael, Daemonum, vt Lucifer, Asmodeus: Deorum, vt Iupiter, Mars, Ventorum, vt Boreas, Aquilo, Iapex. 3 ¶ Cum masculinis praeterea numerantur ea nomina, quae licet marem simul, feminamque significant, cum masculina solum terminatione nominis adiectiui copulata reperiuntur apud auctores, vt Homo, Fur, &c. ¶ 16 complura in, A, finita, a verbis composita, vt Aduena, Alienigena, & similia.

Quae nomina his tribus praecipis comprehendantur.

¶ Schol. 2.

25 **N**ominum genus partim ex Significatione, partim ex Positione, partim ex assidua diligenterque auctorum lectione cognoscitur. Sunt enim quaedam, quorum genere varie pro suo arbitratu vtiuntur scriptores, quae Veteres Incertis generis appellant. ¶ Primo versiculo continentur quamplurima nomina, de quibus nonnulli Grammatici disseperunt, ac multis locis egerunt, cuiusmodi sunt Scriba, Lanista, Scurra, Lixa, Cacula, Rabula, Nauca, Bibliopola, Praedo, Comedo, Consul, Tubicen, Tibicen, Vas vadis, Verres, Aries, Aedilis, Praes, Arabi, Thrax, Phryx, Rex, Cilix: omnia denique tum propria; tum appellatiua quae marem suorum rationis participem, siue expertem significant. ¶ Secundo angelorum, demonum, deorum, ventorum nomina, non quod mares sint, sed quod specie quadam, & similitudine mares imitentur, vt Raphael, Asmodeus, Pluto, Libs, Etesias.

35 ¶ Tertio versiculo complexi sumus ea, quae plerique excisimant esse communia duorum generum: verum cum adiectiuum masculinum dumtaxat admittant, potius in masculina censenda sunt, qualia sunt Homo, Fur, Latio, Pugilis, Vigil, id est nocturnus custos, Praesul, Cocles, Eques &c. id genus. Quis enim Latine literis vel

louissim

leuissimè tinctus hominem bonam, aut doctam ausit dicere? Quis duas latrone  
fuisse in carcerem coniectas? At, inquit, aliquis hominem etiam foeminam signi-  
ficare, vt apertissimè docet M. Tullius pro Cluent. Cuius ea stulticia est, vt cum ne-  
mo hominem; ea vis, vt nemo foeminam; ea crudelitas, vt nemo matrem appellare  
possit: & Sulpitius lib. 4. ad Cic. de Tullia loquens, Quae si hoc tempore, ait, non  
suum diem obijset, paucis post annis tamen ei moriedum fuit, quoniam homo na-  
ta fuerat. Qui hoc argumento vtuntur, facile nobis, credo, persuaserint Ani-  
mal generis esse communis. Cur enim non dicam, iulq; bene Latine, Cuius ea stul-  
ticia est, vt eam nemo animal rationis particeps, ea vis, vt nemo foeminam appella-  
re possit? & Ei moriendum fuit, quoniam animal mortale nata fuerat? Eadem  
ratione, vel potius captione, Mancipium, & sexcenta alia docebunt esse commu-  
nia duobus. Si enim ancillam sic alloquar, Seruiendum tibi est, quoniam manci-  
piū nata es, num male loquar non puto. Locus ille Plauti vulgatissimus Cistel.  
— intus paucio, & formido foris, ita metus Nunc vtrobique me agit, illos homi-  
nis misere misereri: controuersiam hanc dirimeret, nisi esset corruptus. Sic  
enim habent libri correcti. Nam & intus paucio, & foris formido, ita nunc

Vtrobique me metus agit, illo sunt homines misere Miseri! Quid ergo,  
Homo generis erit masculini? Ita Phocas nobilis in primis grammaticus sentit,  
eiusdemq; generis docet esse Laro, Fur, Praesul. Audes à Diomedis, Donati, Pri-  
sciani sententia discedere? Si non placet Homo, & quae sunt generis eiusdem mas-  
culina appellare, appelles licet communia; sed significatione tantum, quo pacto  
verissimile est eos intellexisse. At homo marem, & foeminam significat. Non eo in-  
finitus, sed cum foeminam significat, appositum foemininum non admittit, quod pro-  
prium eorum est, quae verè communia duorum generum sunt: ea namq; non so-  
lum significatione, verum etiam constructione sunt communia. Consentunt  
enim cum adiectiuis tum masculini, tum foeminini generis, vt recta constructio  
exigit. Sed de vtriusq; paulo post copiosius. Hac eodem tertio versiculo ijs satisfac-  
cies, qui forte obijciēt Lepus, Mus, Turtur, & similia eiusdem generis promiscua  
marem, & foeminam significare. Pueri tamen haec, & similia ad termina-  
tionum regulas pertinere doceantur.

Huc tandem spectant nomina pri-  
mae declinationis, A, littera terminata, quae à verbis oriuntur, vt Auriga, Homi-  
cida, Parricida, Transfuga, Advena, Coniua, Accola, Agricola, & id genus alia,  
quae Grammatici docent esse generis communis, quae quidem nondum, quod me-  
minerim, cum foeminino adiectiuo iuncta inueni, praeter unum apud Pompo-  
nii auctore vetustissimū, qui à Prisc. lib. 5. citatur. Coueni[inqu] coniuuas mea.

**F**oemineum dices, quod foemina sola reposcit.

1. Iungito foemineis muliebri praedita forma.

2. Quaeque adiectiuum tantum muliebri requirunt.

3. Vt solum foemina significat, vt Olympia, Helena, Regina, Ma-

4. lier, Vxor, Socrus, Nurus, Equa, Vrsa, foeminina sunt.

5. Item nomina

nomina earum rerum, quae specie muliebri depinguntur; qualia sunt Dearum, vt  
Ceres, Vesta, Pallas; Nympharum, vt Syrinx, Clymene, Arctusa; Furiarum, vt  
Erimys, Aleto, Tisiphone. 3. & Item quae tantum adiectiuum foemininum  
admittunt, etiam cum homines ipsos significant, vt Custodia, Excubiae, Opera,  
Vigilia.

De N. foemin. marem significantibus.

Schol. 2.

**C**ic. ad Att. lib. 1. Opera Clodiana pontes occupant. Idem ad Q. fr. lib. 1.  
Operas autem suas Clodius confirmat. Traianus ad Plin. lib. 10. Nihil opus  
est ad continendas custodias plures comilitones conuerti. Bestia, Bellua, Pecus,  
10. udis, Auis, & quae sunt generis eiusdem, foeminina sunt, quamuis mares etiam  
significent. Bestia enim non minus lupum, equum, leonem, quam lupam, equam,  
lecanam significat. Idem de Epicuris, quae sunt generis foeminini, dictum sit, vt  
Vulpes, Aquila, Noctua. Haec enim adiectiuum foemininum postulant, quamuis  
vtrumq; significant. Sed haec omnia animalium nomina indistinctè marem, &  
15. foeminam significantia in suum quaeque locum reseruanda sunt, & terminatio-  
num regulis metienda.

**E**S T commune quum, sexura quod claudit vtrumq;  
Articulo gemino, veluti Bos, Fortis, & Hostis,  
Affinis, Custos, Index, cum Vate Sacerdos,  
20. Obles, & Antistes, Iuuenis, Comes, atq; Satelles,  
Dux, Canis, atque Parens, Ciuis, Popularis, & Hospes,  
Cong, tubernalis, Vindex, Sus, Exul, & Auctor.  
Miles, & Interpres, cum Iudice Testis, & Auspex,  
Artifici Princeps, Haeres, Patruelis, & Infans,  
25. Municipi, Coniux, Adolefcens, Augur adhaerent.  
Péruigil, atq; Vigil, tandem cum Nemine, Felis.

**Q**uae marem, & foeminam ita significant, vt, cum pro mare sumuntur, ad-  
iectiuo solum masculino; cum verò pro foemina foeminino copulentur,  
duorum generum communia vocantur, vt Ciuis Romanus, Affinis meus cum vi-  
30. ro; Ciuis Romana, Affinis mea, cum foeminam significamus. Sunt autem huius-  
modi Iuuenis, Bos, & caetera, quae hic enumerantur. & Item prima termina-  
tio à nominibus adiectiuis in, Is, & comparatiuis in Or, finita, vt Fortis, Breuis,  
Fortior, Breuior. & Item Vigil, & Péruigil adiectiua, Familiaris substan-  
tiuum, & duo pronomina Ego, & Tu.

De N. quae verè sunt duorum gen. communia.

Schol. 3.

**V**eteres aliquando, abutuntur hoc nomine, quae sunt incerti generis, com-  
munia duorum appellantes. Probus lib. 1. ait nomina quintae declinationis  
esse foeminini generis, Excepto inquit, vno comuni duorum generum, masculini, &  
foeminini, hic, & haec Dies, huius diei. Prisc. lib. 6. Exceptis [inqu] Grus, & Sil-  
que sola in monosyllabis communia inueniuntur: & paulo inferius, Hic, & haec, duo

fuis, *Grus gruis*. Quæ verè cõmunia sunt duorũ generũ, nõ ita multa sunt: nã præter hæc, quæ subijciam pauca, nisi fallor, reperientur apud auctores imitatione dignos, qui nunc exstant. Fortassis *Probus*, *Diomedes*, *Priscianus*, aliq; veteres plura inuenerunt apud scriptores, qui etiam tunc exstabant. Ea verò, quia satis ex regula generali percipi non possunt, omnia pueris ediscenda proposuimus.

¶ *Adolescens*. *Torent. Andr.* Cumq; huic veritus est, optumã adolescenti facere iniuriam. ¶ *Affinis*. *Cic. post. redit. in Senat.* Tu affinem tuam, &c. ¶ *Antistes*. *Liu. ab Vrb. 1.* His, vt assidue templi antistites essent, stipendiũ de publico statuit. *Mela lib. 3. c. 6.* Cuius antistites perpetua virginitate sancta. ¶ *Artifex*. *Plin. lib. 22. c. 24.* Parens illa, ac diuina rerum artifex. *Valer. Max. lib. 1.* Omnis bona, maleq; materia fecunda artifex natura. ¶ *Auctor*. *Quid. 5. Fast.* Optima tu proprij nominis auctor eris. Idem *8. Met.* Quo fugis, exclamat, meritorum auctore relicta. ¶ *Augur*. *Stat. 9. Theb.* — simq; augur casta futuri.

¶ *Auspex* *Porcius Latro* in *Catil.* Aquilam argentam proferri continuo iussisti, præclaram auspiciem, ac gubernatricem furoris tui futuram. ¶ *Ciuis*. *Cic. pro Cornel.* Sacerdotem illam ciuem Romanam factam non esse. ¶ *Comes*. *Valer. Max. lib. 5. c. 1.* Libertati quas aptiores comites, quàm humanitatem & clementiam dederim? ¶ *Contubernalis*. *Paul. Pandect. lib. 35.* Stichus, srationes reddiderit, cum contubernali sua liber esto. *Quint. lib. 4. c. 2.* Præclaras contubernales dixit. *Senec. Epist. 17. de Paupertate.* Quid est ergo, quare tu hanc recusas contubernalem. ¶ *Custos*. *Ennius in Medea, Antiqua herilis, fida custos corporis.* *Plaut. Trucul.* Tu bona eis custos fuisti. Sic apud *Valer. Max. lib. 2. c. 1.* Ciuitas custos acerrima. ¶ *Quintil. lib. 6. c. 5.* Leges diligentissime pudoris custodes. Sic & *Cic. 7. ad Attic. & 2. de Leg.* ¶ *Dux*. Idem *Acad. 2.* Alias cogitationes sic dirigo non ad illam Cynosuram, Qua fidunt duce nocturna Phœnices in alto; vt ait *Aræus*. Idem de *Senect.* In hoc sumus sapientes, quod naturam optimam ducem tamquam Deum sequimur. *Senec. de Benef. lib. 2. c. 18.* Hac duce rationem intelligit per totam vitam eundem est. ¶ *Exul*. *Tacit. lib. 14.* Non alia exul visentium oculos maiore miseratione affectis. ¶ *Familiaris* etiam addi potest cum substantiuum est. *Cic. ad Att. lib. 15.* Exclamat tua familiaris. ¶ *Heres*. *30 Scæuola Pandect. lib. 32. de Legat. & fidei comm. tit. 1.* Respondit ab utrãq; herede monumentum pro hereditarijs portionibus extruendum. Idem ibid. De iuncta herede, & legatarijs vernis. Ibid. *Lucius Ticius Scie heredi suæ salutem.* *Paulus Pandect. 29. Morte ingrata heredis.* ¶ *Hospes*. *Quid. Fast. 6.* Non venio hæc vestris hospes amica choris. *Stat. Theb. 5.* — illa ego sum? pudeat ne forte benigna Hospitijs illa duces, &c. ¶ *Hospis*. *Quint. lib. 2. c. 2.* Studiorũ perniciossissima hostis. ¶ *Index*. *Valer. Max. lib. 2. c. 1.* Fuit etiam illa simplicitas antiquorũ in cibo capiendõ humanitatis simul, & continentia certissima index. ¶ *Infans*. *Tacit. lib. 16.* Diuine infantis parens. *Quintil. lib. 6. c. 1.* Infantem suam frigidissime reportauit. *Plin. ad Cerealem lib. 4.* Angor infantium forte, quæ sunt parentibus

parentibus statim, & dum nascuntur, orbatæ. ¶ *Interpres*. *Liu. ab Vrb. 1.* Mater veridica interpret. ¶ *Index*. *Lucan. lib. 10. de Cleopatra, Et sumus, vt fatear tam scua iudice fontes.* ¶ *Iuuenis*. *Sil. lib. 13.* — cernens Effigiem iuuenis, casta, cui vitta ligabat, &c. ¶ *Miles*. *Quid. Epist. 11.* Et rudis ad partus, & noua miles eram. ¶ *Municeps*. *Plin. lib. 35. c. 11.* Municipem suam dixit. *Plin. ad Macrum lib. 6.* Ex hoc municeps nostra cum marito se præcipit. *Mart. lib. 14.* Municipem misit casta Sibylla suam. ¶ *Nemo*. — *Plaut. Mercat. De lanificio neminem metuo, vna atate quæ sit.* Idem *Casim. vbi mulieres duas loquutes inducit: Nam vicinam neminem amo merito magis, quàm te.* *Titinius quoq; apud Prisc. Neminem bonam dixit: Quod rogas neminem decet bonam.* ¶ *Objes*. *Lucan. lib. 8.* — tenuit nostros hæc obside Lesbos *Affectus.* ¶ *Patruelis*. *Perf. Satyr. 6.* — age si mihi nulla Iam reliqua ex amitis patruelis nulla, pro neptis Nulla manet patru. — *Afranius in Priuigno.* Et propter patruelem tuam constituit, &c. ¶ *Popularis*. *Plaut. Rud. Mea popularis, obsecro, hæc est.* Idem *Pæn.* — manu eas asserit Suas populares liberali causa. Ibid. — tuas populares, &c. ¶ *Princeps*. *Quid. Consolat. ad Liuiam: Quam si Romanæ principis edis opus.* ¶ *Sacerdos*. *Virg. 6. Æn. Hæc vbi dicta dedit Phœbi Iogeuia sacerdos.* ¶ *Satelles*. *Cic. de Nat. 1.* Hic Iouis altisoni subito pënata satelles. ¶ *Testis*. *Suet. in Claud. c. 40.* Inducta teste in senatu, Hæc, inquit, matris meæ liberta, & ornatrix fuit. *Cic. Philip. 14.* Erit igitur extructa moles opere magnifico, inciseq; litera diuina virtutis testes sepiterna. ¶ *Vindex*. *Val. Max. lib. 4. c. 7.* Optima vindex insolentia varietas humane cõditionis viderit. *Stat. Theb. 1.* — tu saltè debita vindex Huc ades. Masculini generis exẽpla, quoniã facile reperiuntur, nõ putauim? adhibenda. ¶ *Parës*, *Cõiux*, *Vates*, *Bos*, *Canis*, & *Sus* confirmatione non indigent. ¶ *Cliens* missum fecimus, quod cum sceminino copulatum nondum inuenerimus. Nam in illo *Horat. 2. Carm. ode 18.* Nec Laconicas mihi Trahunt honestæ purpura clientes: cum libri correctiores, tum etiam *Carisius Clientes* legit. ¶ *Felis*, seu *Feles*. *Cic. 1. de Nat. Felẽ violatũ ab Ægyptio.* *Plin. lib. 28. c. 16.* Iecur felis occisæ. Idem lib. 6. c. 29. Felis aurea pro deo colebatur. ¶ *Vigil* cum nocturnum custodem significat, substantiuum planè est, & virile; iungitur enim cũ adiectiuis masculinis tantum: cum verò vigilantem significat more adiectiuorum in, Is, syllaba exẽntiũ cũ substantiuis tã sceminini, quã masculini generis iungitur: hinc *Animus vigil*, *Custos vigil*, *Costodia vigil*, *Flamma*, *auris*, *febris* apud poetas. ¶ *Pernigil* ex eo cõpositũ etiã iungitur vtriq; generi: vnde *Ignis*, *Custodia peruiigil* apud eosdem poetas. Itaq; instar adiectiuorum communia sunt duorum generũ.

¶ *Homo*, *Latro*, *Fur*, *Præsul*, *Pugil*, *Cocles*, *Eques* generis sunt masculini. Quod si quis ea apud probatos scriptores cum sceminino adiectiuo copulata legit (fieri enim potest, vt aliqua reperiantur) superioribus adiungat. Interim dicam duas sceminas fures in vincula fuisse coniectas, & cetera eodem modo: non enim significatio sola, aut nomen substantiuum substantiuo additum genus communo

mane indicat: nec enim ex illo Terentiano loco Eunuchi, *Siqua est habitior paulo pugilem esse aiunt*. — colligi potest Pugil esse generis masculini; siquidem potest etiam dicere gladiatorem esse aiunt, aut lanistam, aut centurionem. Neq; ex Plauti Pan. — *fures estis ambæ. Potuisset enim dicere eodem modo Mancipia estis ambæ. Quæ cum ita sint fallax, & captiosum est illud argumendi genus, Homo marem, & fœminam significat, est igitur generis communis: addendum namq; fuit, iungitur cum adiectiuo masculino, cum marem, & cum fœminino, cum fœminam significat. Nam si id concedamus, necessario concedendum erit omnia Epicœna esse communis generis, cum utramq; sexum significant. Ego, & Tu duobus esse generibus communia probatum est in Rud. Schol. 17. Adiectiua quæ in Is, syllabam excunt, si substantiua masculini, & fœmini generis admittant, vt Fortis, Grauis: item comparatiua in, Or, inter communia duorum generum numerantur. Varro in lib. de Analog. genera nominum articulis solet definire: ne mireris Cum commune duorum à nobis appellatum, cui articuli hic, & hæc preponuntur. Scio quosdam hoc genus definitionis fastidire. De genere Epicœno, siue Promiscuo postremo loco dicendum est, cuius rei causam ibidem ponemus.*

**E**ST commune trium, generi quod conuenit omni.

**N**omina adiectiua unam tantum habentia terminationem tribus generibus communia sunt, quia cum substantiuis cuiuscumq; generis connectuntur, vt *Audax, Ales, Diues, Locuples, Memor, Pauper, Sospes, Superstes, Teres.* Item *Par, & Impar* adiectiua. vt *Vir pauper, Domus pauper, Pallium pauper.* Huc spectant quedam indeclinabilia *Nequam, Frugi, Nihil, Presto, Tor, Quot, Tôticæ, Quoquot, Aliquot, & ex Numerabilibus, quæ Cardinalia vocatur, Quatuor, Quinq; Sex, &c. usq; ad centum.* Item *Mille* adiectiuum. Adiectiua quæ diuersas habent formas, vt *Iustus, a, um, Grauis, & graue,* ad diuersas præceptiones spectant.

De nominibus Omnis generis. ¶ Schol. 4.

**A**Veteribus Grammaticis hoc genus Omne dicitur, & proximum, de quo modo egimus, Commune: quare frequentissimè loquuntur sic, *Felix est omnis generis: Cuius est generis communis.* Prob. lib. 2. siue de Catholicis nominum (sic enim Veteres præcepta vniuersalia, siue perpetua, vt in Latinum conuertit Quint. lib. 2. c. 13. appellabant) ait *Verna, & Aduena esse omnis generis: dicimus enim, inquit ille, verna puer, verna puella, verna mancipium. Quo argumento Scurra, Lixa, Nauta, & alia quamplurima eiusdem erunt generis; nam substantiua nomina generis masculini, ex quibus fœminina non oriuntur omnibus generibus hoc modo adiungi possunt. Cur enim non dicam vidisse me puerum scurræ, puellam scurræ, & mancipium scurræ? At si masculinum ex se facit fœmininum, aliter loquar; dicam enim puerum pedisequum, puellam verd pedisequam: nam pedisequus ex se facit pedisequam, vt Rex Reginam, Magister Magistram.* ¶ *Iudex, Comes, Ruricola, Alienigena, Indigena, Testis, Auctor,*

*quamuis*

*quamuis cum neutris iuncta reperiantur, non idem tamen adiectiua omnis generis censenda sunt, cum planè sint substantiua, figuratèq; neutris adiungantur.* Lucan. lib. 1. *Credidimus satis, utendum est indice bello.* Idem. 5. *Si fortuna ferat, rerum nos summa sequetur, Imperiumq; comes.* Ouid. 4. Trist. *Tempore ruricolæ patiens fit taurus aratri.* Gell. lib. 2. c. 24. *Neq; vino alienigena; sed patrio vsuros.* Plin. lib. 14. c. 6. *Dixisse hospiti de indigena rino, &c.* Et Horat. 4. Carm. ode 4. *Testis Metaurum sumen, & Asdrubal.* Senec. Hippol. — *at hera, ac lucem petit, Et teste celo viuit.* Virg. Æn. 10. *Italiam petij fatiis auctoribus, esse.* ¶ *Sunt quedam omnis generis, quæ nominandi, accusandi; atq; vocandi casibus neutris numeri pluralis carent; qualia sunt Diues, Pauper, Locuples, Vber, Memor, Superstes, Sospes, Ales, Teres: nam Teresia, quo Gellius est vsus, parum vsitatum est. Ex quatuor primis fiunt comparatiua Diuitior, Pauperior, Locupletior, Vberior: è nonnullis etiam superlatiua Pauperrimus, Locupletissimus, Vberimus: id quod planè docet adiectiua esse.* ¶ *Dis etiam adiectiuum est; unde Ditiæ regna, & comparatiuum Ditiior; & superlatiuum Ditiissimus. Nisi quis hæc malit à Ditis, & àite paupum vsitato projecta esse; quo tamen Valer. Flac. lib. 2 vsus est: Non populos, non àite solum, non ulla parenti Regna peto.* Valer. Max. lib. 2. c. 1. *Diues, & prepotens natura regnum scrutatus, &c.* Quintil. lib. 12. c. 10. *Mollietur diues, & latius solum.* Solim. c. 10. *Solutum illud argenti diues est.* Ouid. 2. Trist. *Diuitis ingenij est ingentia Cesaris acta Scribere.* Horat. lib. 1. Epist. — *sub paupere testo.* Virg. 9. Æn. *Nulla dies vnquã memori vos eximet cœlo.* Idem ibid. lib. 4. — *tum si quod non æquo fœd. re amantes Curae numen habet, iustumq; memoriq; precatur.* Cic. 1. de Leg. *Animal acutum, memor, &c.* Idem de Clar. Orat. *Magna hæc immemoria ingenij signa, &c.* Ouid. *Post mea mansurum fata superstes opus.* Iuuen. Satyr. 3. *Depositum tibi sospes erit.* — ¶ *Huc pertinent composita ex nomine. Color.* Plin. lib. 10. c. 52. *Intus autem omne ouum volucrum bicolor.* Idem lib. 19. c. 1. *Litora verisicoloria dixit.* ¶ *Et nomina patria in As; vt Arpinas, Capenas, Priuernas.* Lin. 5. ab Vrb. *Cornelijis Faliscum bellum, Valerio, ac Serulio Capenas sorte euenit.* Idem lib. 8. *Eodem anno Priuernas bellum ininitum est.* Composita ex Decus, & Corpus non ausi sumus addere, cum incerta sit eorum positio; potiusq; videantur in Is, & E, quam in, Or, syllabam excire. Nonius Marcellus, *Indecoris* (inquit) pro *Indecora*: *Accius Atham.* Cuius sit vita indecoris mortem sugere turpem haud conuenit. Neq; vt arbitror facillè inuenies *Bicorpor, Teicorpor, Indecor.* Vnde itaq; fiât obliqui *Bicorporis, ac Biciporem, & quibus Virg. vitur Tricorporis, Indecorem, Indecores* numero multitudinis, incertum est. Priscian. lib. 5, ait hæc Or, syllaba terminari, & *Probus Institudis artium.* Quasi (inquit) constat *Pyrrhæbio, vt Tullius, Nesci quasi vos sibi dedecor, ingenuere parentes: Qui versus cum ignoremus, vnde sumptus sit, hæc in incerto relicta sunt.*

**P**RO maribus pugnant Menfes, Fluuij; minaces.

**N**omina propria Mensum, vt Aprilis, October, Quintilis, Sextilis, & Fluuiorum, vt Garumna, Durus, Ister, Tigris, Euphrates masculina sunt.

De nominibus Fluuiorum. ¶ Schol. 5.

**V**eteres Istrum, Rhenum, Metaurum, Rhodanum, Iberum nominandi casu pro Ister, Rhenus, Metaurus, Rhodanus, Iberus dicebant, dummodo sequeretur nomen Flumen. Vnde est illud Horatij 4. Carm. ode 4. Testis Metaurum flumen, & Asdrubal. & in Arte poet. Aut flumen Rhenum, aut pluuius describitur arcus. Vide Prisc. lib. 5. Iader suo loco inuenies. Elauer neutro genere vsus est Cæs. bel. Gal. 7. Sex [ legiones ] in Aluernos ad oppidum Gergouiam secundum flumen Elauer duxit. Sunt nonnulla etiam fœminina, de quibus post.

**I**NSVLA Fœminea, Vrbs, Regio, cum Naue Poësis.

**F**œminina sunt nomina Insularum, vt Rhodus, Taprobane, Zacynthus: Vrbiũ vt Olyssippo, Saguntus, Ilios: Regionum, vt Ægyptus, Epirus, Peloponnesus: Nauium, vt Priſtis, Centaurus, Argo, Scylla, Chimera: Poëmatum, vt Ænëis, Odyſſea, Metamorphosis.

De nominibus Insularum, Vrbiũ, &c. ¶ Schol. 6.

**N**omina generalia, vt Insula, Vrbs, Oppidum, Regnum, Regio, Nauis, Nauigium, Poëma, Poësis, & similia, ad terminationum regulas spectant. ¶ Lesbos fœmin. genere solum reperitur. Lucan. lib. 8. Lethifera tibi causa morte fuit aua Lesbos. Horat. Epist. lib. 1. Quid tibi visa Chios, Bullati, notaq; Lesbos? Ouid. Met. 11. Et Methymnae potiuntur littore Lesbi. Vbi recentiores grammatici Mitylenae per, I, in vltima deprauate legunt. Stat. lib. 1. Sylu. Quod ramis pia germinat Damascus. Ausonius, Tarraco, & ostrifero superadita Barcino ponto. Quaedam, vt duos habent exitus, ita modo fœminini, modo neutri generis reperiuntur; cuiusmodi sunt Saguntus, Saguntum; Ilios Ilium, siue Ilium; Sestos, Seston; Abydos, Abydon, vel Abydum; Pergamus, Pergamum. Silius lib. 2. Lucantem satis petit indignata Saguntum. Iuuen. saty. 15. — sed maior clade Saguntus. Liu. bel. Pun. 1. Cum ante, tum maxime Sagunto excisa. Ibid. Octavo mense, quam ceptum oppugnari, captũ Saguntũ quidam scripsere. Ouid. 14. Met. — postquã alta cremata est Ilios, & Danaas pauerunt Pergama flammis. Horat. Epod. od. 14. Accendit obsessam Ilium. Virg. 3. Æn. — ceciditq; superbũ Iliũ. Valer. Flac. Argon. 1. — dirimiq; procul nõ equore visa Cœperat à gemina discedere Sestos Abydo. Liu. bel. Mac. 7. Cetera classe in Europam ad Seston oppugnandam traiecit. Virg. 1. Georg. Pontus, & ostriferi fauces tentantur Abydi. Plin. lib. 5. c. 32. Abydum oppidum, vbi angustia septem stadiorum. Stat. sylu. lib. 1. — tholo quocũq; tibi Troiana recondis Pergamus. Ibid. lib. 3. — celsam trans equora linquit Pergamon. — Ibidem Pergamos, & Pergama dicit. Plin. lib. 5. c. 30. In ea longe clarissimum Asiae Pergamũ, quod

quod intermeat Silenus.

¶ Tunc, Pessinus, vrbiũ nomina, & Pontus Minoris Asiae regio masculina reperiuntur. Liu. bell. Pun. 10. Iam in Kartaginem intentus occupat reliquum fugam custodum Tunicã. Cic. de Arusp. ait Pessinuntem ipsam, in ipso Pessinunte. Pessinuntem per scelus à te violatum, & sacerdote, sacrisq; spoliatum recuperauit. Idem pro Leg. Man. Ex suo regno sic Mithridates profugit, vt ex eodem Ponto Medea illa quondam profugisse dicitur. Ibid. Dico patefactum nostris legionibus esse Pontum, qui ante populo Romano ex omni aditu exclusus esset. ¶ His adde Phycus, vntis, Libyæ Cyrenaicæ promentorium. Luc. lib. 9. — meritum Phycunta rapinas sparsit. ¶ Zeugma, Reate, Sutul, Argos, Tibur, Nèpete, Praeneste, Cære neutra sunt: de quibus suo loco. ¶ Priſtis, Scylla, Chimera, Centaurus nomina sunt nauũ propria apud Virg. 3. Æn. Item Argo, quod præter alia significat etiam nauem, in qua Iason dicitur in Cœlci idem nauigasse. Virg. Eclog. 4. Alter erit Tiphys, & altera que uehat Argo. ¶ Nonina Fabularum, siquando reperiuntur generis masculini, non fabula, sed personæ habetur ratio. Suet. in Aug. c. 85. Quarentibusq; amicis quidnam Ajax ageret, respondit Aiacei suum in spongiã incubuisse. Iuuen. Saty. 1. Scriptus & in tergo necdum finitus Orestes.

**F**œminea est arbor. ¶ Mas est Oleaster. ¶ Adherent hæc Acer, atq; Siler neutris, cum Subere Robur.

**A**rborum nomina generis etiam sunt fœminini, vt Pinus, Populus, Vlmus. Excipitur Oleaster g. masculini. Itaq; Acer, eris, &c. que sunt g. neutrius.

De nominibus arborum. ¶ schol. 7.

**P**lin. lib. 16. c. 10. Pinaster nihil aliud est, quàm pinus syluestris mira altitudine, & medio ramosa, sicut pinus in vertice. Coprosorem dat hæc resinam, quod dicemus modo. Idẽ ibid. c. 27. In Cea insula caprifici triseræ sunt. Plin. ad Apollinarem lib. 5. Hanc [ maceriam ] gradata buxus operit. Tibull. lib. 2. eleg. 1. Tunc victus abiere feri, tunc consista penus. ¶ Suber neutrum est tantum. Plin. lib. 17. c. 24. Excepto subere, quod sic etiam iuuatur. Idem lib. 16. c. 25. Scrotino autem germine malus, tardissimo suber, dixit, non tardissimus suber, vt quidam legerunt: ex quo loco docebant suber esse masculini generis. Itaq; ex hoc loco non intelligitur, cuius sit generis, cum Tardissimo cum nomine Germine congruat. ¶ Spinus putat Seruius generis esse masculini, sed nullius id testimonio confirmat. ¶ Platanon locus est platanis consitus, non ipsa platanus: itaq; non est huius loci. ¶ Thus puto, & arborem ipsam, & lacrymam posse appellari. Plin. arborem thuris solet vocare ea figura, qua Cic. arborem fici ficum ipsam appellauit. Sed cum lib. 12. c. 17. ita scripserit, Cibos Sabæi coquunt thuris ligno, alij mirrhæ: & eodem lib. c. 14. Virgis etiam thuris ad nos commeantibus; quibus credi potest, matrem quoq; tæretum enodi fructificare trunco, etiam arborem ipsam videtur Thus appellasse, de cuius genere nihil adhuc legi. ¶ Libanus arbor thuris apud Græcos masculinum est, & ἰβανὶς. apud Pindarum, & Euripidem etiam

etiam femininum inuenitur. Vide Fauorinum. Non videtur hoc nomen fuisse in usu apud veteres Latinos. ¶ Pinus, Cupressus, Platanus, & alia quadam etiam masculina fuerunt prisca temporibus. ¶ Dumus huc non spectat, humilior est enim, quam ut inter arbores numerandus sit.

**V**M, neutris iunges. ¶ Hominum si propria demas. 1  
 ¶ Quæ neutro appposito gaudent, neutralia sunt. 2  
**F**inita in Vm, cuiuscumq; rei neutrius sunt generis, quamuis illa simul mare, feminamq; significant, vt Mancipium, Iumentum, Seruitium; aut Regiones, vt Noricū, Illyricum; aut Vrbes, vt Saguntum, Ilium; aut Arbores, vt Buxum, Laburnum. ¶ Excipiuntur hominum propria vt Dinacium, Pægnium, & feminarum, vt Eustochium, Glycerium. 2 ¶ Quæ marem, & feminam indistinctè significant, & cum neutra solum terminatione nominis adiectiui iunguntur, neutra sunt, vt Animal, alis, Pecus, oris.

De quibusdam excipiendis à superiorib; præceptis. ¶ Schol. 8.  
**H**æc præceptio prior quamuis propriè ad positionem spectet, hic tamen apponenda fuit, vt nonnulla exciperemus, quæ superioribus præceptis aduerfabantur: nam Mancipium, Iumentum, Seruitium pro seruis, & alia eiusdem generis marem, & feminam significant, quæ tamen neutra sunt. Item nomina vrbum, atq; arborum. Cic. pro Planc. Dirnachium, quod erat in fide mea, petere contendi. Liu. lib. 1. dec. 3. Hannibal Sagunto capto Carthaginem nouam in hiberna concefferat. Ibid. iam Saguntum summa vi oppugnabatur. Plin. lib. 16. c. 18. Ligustra tesseriis vtilissima. Plin. Apollinari lib. 5. Alternis metulae surgunt, alternis inserta sunt poma. Planè pomiferas hic arbores intelligit. Ouid. in descriptione cuiusdam fontis, Nec densum folijs buxum fragilesq; myricæ, Nec senes cythi, cultaq; pinus abest. Vbi Buxū apertissimè arborem, non lignum, materiamq; significat, vt vult Prisc. lib. 5. Omnia deniq; Vm, syllaba finita neutra sunt, præter propria virorum, vt illa Dinaciū, Pægnium; & feminarū, vt Glycerium, Phanium. Siquis insliteric Animal, & Pecus pecoris, significare marem, & feminam, ne tempus in re futili conteras, illo versiculo te poteris defendere. Quæ neutro, &c. Hæc enim, & similia cum appositum neutrum tantum admittant, neutra necessariò sunt, quamuis vtrumq; sexum amplectantur. Dicit fortasse aliquis. Ergo Lupus, Humor erunt neutra, gaudent enim apposis neutris. Virg. Triste lupus stabulis. Idem Dulce satis humor. Responde hæc, & quæ sunt generis eiusdem ad figuratam constructionem spectare, de qua suo loco: est enim Hellenismus: siquidem Græci neutra adiectiua, etiam cum masculinis, & femininis substantiuis iungunt. Vide Budæum in comment. lingue Græcæ.

**A** Plurale genus neutrum sibi poscit vbiq;. 1  
 ¶ Nomen in I, maribus, si sit plurale, referua. 2  
**N**omina pluralis numeri A, litera terminata cuiuscumq; significationis, neutra sunt, vt Arma, Bucolica, Bastra, Susa, Echâtana, Cythæa, grum,

orum, & similia. 2 ¶ I, vero finita masculina, vt Liberi, orum, Posteri, orum, quæ vtrumq; sexum significant. ¶ Item vrbum nomina, vt Pompeij, Philippi, Puteoli. De N. in A, & I, plur. numeri. ¶ Schol. 9.

**P**roximi quatuor versiculi superiores, non solum exceptionis, sed etiam præceptionis partes agunt. Omnia enim quæ in Vm, I, A, exeunt, dummodo I, A, literis finita pluralia sint, cuiuscumq; modi sint, huc spectant. Horat. Epist. 1. Quis circum pagos & circum compita pugnae Magna coronari contemnat Olympiæ? Virg. 8. Æn. — viresq; Orientis, & vltima secum Bastra vehit. Propert. lib. 3. Eleg. Non tot Achemenijs armantur Susa sagittis. Pii. lib. 6. c. 14. Echâtana Seleucus rex condidit. Idem lib. 3. c. 5. Puteoli Dicæarchia dicitur. Ouid. 13. Met. Emat hijq; iterū maduerunt cæde Philippi. Senec. epist. 71. Pompeios tuos videt;

**T**rade notas neutri; & vocem pro nomine sumptam. 1  
 ¶ Et verbum quoduis nuda pro voce repostum. 2  
**N**omina literarum neutra sunt, vt hoc A, hoc B, hoc Alpha, Delta, &c. 15  
 ¶ Quæuis etiam dictio, quæ non est nomen, quando loco nominis ponitur, vt Scire pro Scientia, Viuere pro Vita. Vnde cum appposito neutro iunguntur; Scire tuum nihil est: Viuere ipsum molestum est. 2 ¶ Item quæcumq; ex octo partibus orationis sumpta pro se ipsa, excluso omni alio sensu, vt Dominus, Amo, Cras, in his orationibus Dominus est trisyllabum, Amo dissyllabum, Cras, 20 monosyllabum.

De nominibus literarum. ¶ Schol. 10.

**E**lementorum nomina serè neutra sunt. Quando enim auctores feminino genere vtuntur, subauditur litera: aut paulò antè nomen Litera posuerunt. Quod sepius apud Quintil. Terent. Scaurum & alios fit. Quintil. lib. 1. c. 7. Illud N, quod veritas exigit sequentis syllabæ sono victum, m, gemina commutatur. Ibidem, At qui paululum superiores, etiam illud, quod nos gemina, S, dicimus Iussi, vna dixerunt Iusi. Et eiusdem lib. c. 4. Sciat etiam Ciceroni placuisse, Ayo, Mayamq; geminata, I, scribere. Verba, & cætera orationis partes posita loco nominis neutri generis sunt. Cic. Att. 13. Quam turpis est assentatio, cum viuere ipsum turpe sit nobis. Plin. lib. 7. c. 54. Ipsum cremare non fuit veteris instituti: terra condebantur. Horat. Serm. 2. sat. 5. — inuenietq; Nil sibi legatum præter plorare, suisq;. Gell. lib. 26. c. 6. Corruptam esse vocem, & ex bidennibus bidentes factum. Mart. lib. 5 in Postillumum, Dic mihi cras istud Posthume quando venit. Curt. lib. 4. Dariū vt pacè à te iam hoc tertio peteret, 35 nulla vis subegit, sed iustitia, & continentia tua expressit. Cic. pro Marcel. Quid enim est omnino hoc ipsum diu, in quo est aliquid extremum? ¶ Cum excluso omni sensu dictiones pro semetipsis ponuntur, sunt generis neutri, vt Lux est monosyllabum, Dies est dissyllabum. Sape tamen auctores rationem habent significationis. Quintil. lib. 1. c. 5. Ne miremur quod ab antiquorum plerisq; Æneda, & Anchisa sit dictus.



## De Generibus nominum, quæ ex Positione cognoscuntur.

**F**OE Mineum A, Primæ est, veluti Panthêra, Sagitta. 1  
 q Adria mas esto: cui iunge Cometa, Planeta. 2  
 Hic Mamôna petit, q Pascha hoc; cui iungito Manna. 3

**N** Omina appellatiua finita in A, sunt fœminina: propria enim superioribus regulis metienda sunt. 2 q Generis tamen masculini sunt Adria pro mari Adriatico: nam pro Græciæ vrbe fœmininum est ad superiora Propriorum præcepta pertinens: sic Cometa, Planeta, & Mamôna, per A, infine: nam Mamônus, & inferius locum habet. 3 q Neutra sunt Pascha, & Manna: sed Minna, & dum thuris micæ significat, fœmininum est, et a norma communi non excipitur.

De nominibus finitis in A. q Schol. 11.

**P**ositione solet Quint. lib. 1. c. 4. & 5. appellare, quam Grammatici terminationem vocant. Ad cuius regulas pertinent animalium nomina marem & fœmininam in distinctè significantia, vt Panthera. Cal. ad Cic. lib. 8. de Pantheris agens. Quas, inquit, ipsas Curio mihi & alias Africanas decem donauit. Plin. lib. 8. c. 27. de eisdem, Occupat illico fauces earum angor. Ouid. 3. Met. Picturumq; iacens fera corpora Pantherarû. Quarum mares, vt Plin. docet lib. 8. c. 17. pardi appellantur. Nunc inquit varias [pantheras] & pardos, qui mares sunt, appellantur in eo omni genere creberrimo in Africa, Syriaq;. q Mamôna, Pascha, Manna cum perigrina sint, & à Latina lingua aliena non expectabis à nobis veterum Romanorum exempla. Man, & Phâse vel Pésach, vt modo Hebræi pronunciant, Hebræa sunt: vnde Chaldaei manna, & pascha fecerunt. Vtrumq; apud vtrosq; masculinum est, non neutrum; neq; enim fieri potest, cum utraq; lingua neutrum genus ignoret. Ex cap. 12. & 16. Exodi, & 8. Deuteron. intelliges apud Hebræos, & Chaldaeos rem ita se habere. Apud Græcos tamen, & Latinos vtrumq; neutrum est, quod in iisdem locis inuenies. Manna tamen dum micæ thuris concussu elisus significat, mullebre est. Plin. lib. 12. c. 14. Micæ concussu elisus mannam vocamus; si esset neutrum manna dixisset, cum neutrum tres casus habeat similes. Idem lib. 29. c. 6. Addito fœniculi succo ad cyathum vnum, & thuris manna vna. Dioscorid. lib. 1. c. 84. μάνα δὲ λιβαίου δοκιμὸς ἔστι ἢ λευκὸν καὶ καθαρόν. vbi λιβαίου, non Libanum montem, sed thus significat. vide Matthiolum in eumd. Dioscoridem. Hoc nomine, & genere quidam rorem Syriacum etiam appellant. q Mamon, & Mamôna Græcè μαμωνᾶς vnico, m, (sic enim in correctis libris Chaldaicis, & Græcis habetur) masculini generis est: priorem vocem inuenies Gen. 37. Exodi 18. & 21. & 35. posteriorem apud D. Mattheum c. 6. & Lucam. c. 16. Penultima longa est apud Syros, & Græcos. Vide Suidam. Hoc nomine diuitiæ appellantur: & vt placet quibusdam, dicitur etiam Demon, cuius partes sunt miseris mortaliū animos auaritiæ facibus inflammare. Tertullianus Mamônus, Græcorum

more

more recto casu solet dicere contra Marcionem lib. 4. Est creator enim dominus, quia Deus; & vtq; magis Dominus, quam mamônus. Ibidem sepe Mamôniam, accusandi casu vsurpat. Si ergo hec non cadunt in creatorem, sed in Mamôniam & c. & Irridebant deniq; Pharisei pecuniæ cupidi, quod intellexissent, scilicet mamôniam de numo dictum. Ibidem, Duos enim dominos nominauit Deum, & mamôniam, creatorem, & numum. D. Ambrosius in D. Lucam; Pulchrè autem iniquum mamôniam dixit, quia varijs diuitiarum illecebris auaritiæ tentat affectus, vt velimus seruire diuitijs. Si neutrum esset, Mamôniam casu accusandi dixissent. q Pascha quidam à verbo Græco πάσχα, quod pati significat, deduxerunt. Vnde ad tertiam declinationem spectare more Græcorum in A, exeuntium crediderunt, cum non passionem, sed transitum significet, à verbo Hebræo Pasach, quod transire significat. Vide D. Hierony. tomo 4. de Celebratione Pasche.

**N**Omen in A, Ternæ neutrum est, ceu Stigma, Toreuma. 1

q E, Latiale petit neutrum, velut Acre, Monile. 2

q Fœmineum est Aloë, Rhodopeq; & cætera Græca. 3

q Accedunt Cete, ac Tempe pluralia neutris. 4

**A** Finita tertiæ declinationis neutra sunt, vt Stigma, tis, Toreuma, tis, 1

q Et terminata in E, Latina, vt Monile, is, Cape, Gausape. 2

q Vltima item nominum adiectiuorum terminatio in E, vt Breue, Acre. 3

q Nomina Græca finita in E, fœminina sunt, vt Aloe, es, Rhodope, es, Mâstiche, es, & c. 20

q Neutris adduntur duo Græca pluralis numeri, Cete ac Tempe: & Mele, quod minus vsitatum est.

De nominibus finitis in E. q Schol. 12.

**E**litera finita, si sint Latina, neutra sunt, & tertiæ declinationis, vt Conclauis, is, Nouale, is; sin Græca, primæ sunt declinationis, & generis fœmini ni, vt Aloë, es. Cels. lib. 2. c. 12. Medicamenta stomachum ferè lædunt: ideoq; omnibus cathartici aloë miscenda est. Idem lib. 5. c. 28. Super vlcus sfargenda est arida aloë. q Cete, Tempe, & Mele, quod rarius est, neutra sunt, & pluralis numeri à Græcis κῆρια, τῆματα, μέλια, vnde κῆρη, τέπη, μέλη facta sunt, 30

duabus vocalibus in vnam contractis. q Cape post e, iore breui, & neutrum est, & declinationis expers. Inuenal. Saty. 15. Porrum, & cape nefas violare, ac frangere morsu. Sic apud Pers. saty. 4. q Sin ape eiusdè generis inuenies. Colum. lib. 11. c. 3. Sinape, & coriandrû, nec min⁹ erica, & c. Celsi. quoq; lib. 5. c. 13. Sinapis contriti dixit. q Millè substantiuum neutrum est, quod pluraliter declinatur 35

millia millium, & c. Mille adiectiuum est omnis generis neq; declinatur.

q Neutris tribue. q O, maribus finita dabuntur. 1

q Est, Io, fœmineum, fuerit si corporis expers. 2

q Huc spectant Legio, Possessio, potio, quamuis 3

Corpora significant aliquando. Adiungitur illis

Portio item, Regio, atque Caro, Cœnatio: nomen

Do Go finitum. ¶ Neutris adscribito Pondo. 4

¶ Hárpago, Cudo, Ordo mas, Vdo, Cardo, Ligoq; 5

**S**ubstantia singularis numeri, quæ finiuntur in I, neutra sunt; vt Cápári, Gummi, Sinápi. 2 ¶ Nomina finita in O, masculinis adnumerantur, vt Pugio, Turbo, Scorpio, Vespertilio, Vnio pro margarita. 3 ¶ Quæ verò terminantur in Io, vel in syllabis Do, Go, feminina sunt, vt Oratio, Lectio, Dulcedo, Imago. Femininis etiam adduntur Legio siue pro numero militum, siue pro ipsis militibus, Potio etiam pro re, quæ potatur, Possessio pro bonis, quæ possidentur, & Ambulatio pro loco, in quo ambulatur, accepta. ¶ Regio item, Caro, Cænatio, & Portio. 4 ¶ Pondo semper est neutrum, siue propondere, 10 siue pro libra sumatur. 5 ¶ Masculina tamen sunt Hárpago, &c.

De nominibus in I, O, & Io, definentibus. ¶ Schol. 13.

**S**inapi, Gummi, Cápári neutra sunt: at Sinapis, Gummi, Capparis feminina. Pallad. mense Octob. Hoc mense sinapim seremus. Colum. lib. 10. Seq; lactescenti sletum factura sinapis. Idē lib. 12. c. 50. Existimantq; fatius esse noua 15 dolia liquida gummi perluere. Vnde, & Gummium genitiuo multitudinis. Plin. lib. 24. c. 11. Gummium genera diximus. Quod autem feminino vsus fuerit exsequentibus manifestum est. Quæ, inquit, ex amygdala amara est. & paulo post, Creduntur & colorem gratiorem facere cum passo potæ. Item lib. 12. c. 8. Est autem mel in arundinibus collectum gummium modo candidum. Colum. lib. 11. c. 3. 20 Cultu aut nullo, aut leuissimo [capparis] contenta est. Ibid. Capparis serenda est. Neutro genere dixit Cels. lib. 4. c. 9. Multisq; modis huic rei cappari aptum est. Ibid. Ipsum Cappari cum melle contritum imponi expedit. Pro Cappari Cappar litera, I, detracta vsurpauit Pallad. lib. 11. Capula seruntur etiam hoc mense, & cappar mensis initio. Ceterum Sinapi longè est vsitatissimum. Plin. lib. 20. 25 c. 22. Sinapi ad dentium dolorem manditur: stomacho vtilissimum, ¶ Nec verò minus huc ea spectant, quæ per ypsilon efferuntur. Stat Theb. 4. — summis ingestum montibus Æpy. Item illa quibus probati quoque auctores vruntur, Moly, Molyos; Sory, Soryos; Misy, Misyos, &c. Ouid. Met. 14. Moly vocant superi.

Plin. lib. 25. c. 10. Contra hæc omnia erit illud Homericum moly. Idem lib. 30 34. c. 12. Sory Ægyptium maxime laudatur. Ibid. Misy aliqui tradiderunt fieri ex vltio lapide in scrobibus. Rursum ibid. Et misy est lapidosius. Hisce duobus cum metalli genera quædam significet, etiam posteriori pro quodam tuberis genere vsus est lib. 19. c. 3. Simile (inquit) est, quod in Cyrenaica prouincia vocant misy, præcipuum suavitate odoris, & saporis, sed carnosius. Ita & Cels. lib. 5. c. 9. 35 ¶ Frugi, & Nihili, ait Probus esse omnis generis. Priscian. addit Nauci, Manci-pi, quæ Aptôta à Grammaticis appellantur, hoc est sine casibus: alij putant casus esse obliquos figuratq; iungi cum omnibus casibus, & generibus. Vide Priscian. lib. 5. & 6. ¶ Io, literis finita, quæ rem incorpoream significant; item verbalia feminina sunt, vt Quæstio, Reprehensio, licet à sua prima significatione ad res

corporea

corporeas significandas transferantur, vt cum Ambulatio pro ambulacro accipitur, Possessio pro bonis possessis, Potio pro pharmaco, Legio pro militibus: & sic reliqua ex vi deriuationis primè rem incorpoream significantia: quæ verò rem corpoream significant masculina sunt, vt Pugio, Vnio, hoc est margarita: nam Vnio, id est concordia, non est, cur doceantur pueri femininum esse, cum apud Veteres minime reperitur. Item Senio, onis. Pers. Saty. 3. — quid dexter senio ferret Scire erat in voto. — ¶ Pondo non declinatur, significat libram; aliquando pondus: vnde Liu. 4. ab Vrbr. scribit coronam auream libra pondo Ioui dicatam fuisse. ¶ Cardo apud priscos etiam femininum fuit. ¶ ἀπὸ τῆς ἀπαιτίας 10 mediam corripit. Vide. 2. lib. Epigram. τῆς ἀπαιτίας: vnde verbum Hárpago, hoc est, Rapiro, & nomen Hárpago penultimam corripiunt, quantum hac constructura assequi possum, quantumq; ex Plautina licentia potui colligere: nam verbo Harpagandi, & in Aulul. & in Pseud. vratur. Quod siquid melius alicui occurrerit, libentissimo animo amplectemur.

35 **V**C, D, da neutris, L, T. Sed mascula sunt 1  
¶ Sal, Sol, ac Mugil. Neque Sal neutrum esse recusat.

¶ An, In, On mas. Hæc Sindon. & suavis Aëdon. 2

¶ Quis adde Alcyonem. ¶ Neutris da cuncta Secundæ. 3

¶ En quoque sit neutrum. Sed Hymen, Ren mascula sunt: 4

20 Et Splen, atq; Lien, Aagen cum Pectine Lichen.

1 **Q**ua literis V, C, D, L, T, finiuntur, neutra sunt, vt Gelu, Veru, Lac, Ha-  
lec; Id, Quod, Aliud, Vætigal, Mel, Fel, Nihil; Sinciput, Occiput, Git,  
Frit, &c. Sol tamen, Mugil, & Sal masculina sunt. Sal pro ciborum condimen-  
to neutrum etiam inuenitur interdum. 2 ¶ Nomina syllabis An, In, & On  
25 terminata masculina sunt, vt Pean, Titan, Delphin, Agon, Chameleō. At Sin-  
don, Alcyon, & Aëdon feminina. 3 ¶ Nomina verò in, On, secunda decli-  
nationis neutra; vt Ilion, ij, Pelion, ij, Barbiton, i. Pytho verò, seu Pytho nomen  
vrbis femininum huc non spectat. 4 ¶ En, finita neutra sunt, vt Lumen,  
Examen: at Hymen, Ren, & cætera masculina.

30 De Nominib. in C, L, & N, finitis. ¶ Schol. 14.

**A**lec neutrum est, vt docet Nonius Marcel. bis testimonijs. Plaut. Aulul. Qui  
mibi olera cruda ponunt, Alec danunt. Horat. 2. Serm. Saty. 4. — ego  
facem primus, & Alec, Primus, & inueni piper album, &c. Locus Plinij cor-  
ruptus lib. 35. c. 8. in causa fuit, vt quidam existimarent esse generis feminini,  
35 vbi non Alec, sed Alex sic legendum est, Sed vitium huius Alex imperfecta, nec  
colata fax. Neq; illud Mart. lib. 11. ad rem facit, Cui portat gaudens ancilla pa-  
ropside rubra Alæcem, sed quam protinus ipsa voret. nam Alecem à nomina-  
tuo Alex dixit Plin. lib. 32. c. 10. vbi de medicina piscium agit, Alex, inquit,  
deseruefacta vnguim scabritiam extenuat, apud quem Alex, vt ex hoc, & su-  
periore loco intelligimus, cum piscem, cum vitium muricæ significat.

¶ Sal

¶ Sal neutro genere Verrio Flacco etiam placuit, vt Carisius lib. 1. docet. Colum. lib. 12. c. 53. In seriam subseruitur sal coctum, sed modicè infractum. Idem lib. 7. c. 3. Nisi pecudum fastidio pastor occurrerit præbito sale, quod veluti ad pabuli condimentum, per æstatem canalibus ligneis impositum, cum pastu redierint, oues lambunt, &c. Ausonius in Monosyll. Irritamentum, quibus additur equoreum sal. Q. Serenus: Sal niucum sumes, beticum quod nomine dicunt.

¶ Python draco, quem dicitur Apollo sagittis confixisse, tantum est generis masculini: neq; ex versu Tibulli lib. 2. Delos vbi nunc Phæbe tua est, vbi Delphica Pytho? doceri potest esse generis feminini: cum Pytho, non Python scribatur, quod nomen est vrbs, vbi ipse draco intersectus est. Quod si in aliquo libro Python per litteram, N, scribatur, nihil te moueat: nam vrbs ipsa, & Pytho, & Python dicta est, vt Eustathius auctor est in 2. Iliad. quæ postea Delphis appellata est, & gens, Delphi. Idem in 11. Odyss. rursus ait vtroq; modo fuisse dictam. Pytho in carmine Tibulli urbem, non draconem significare, non solum ex ipsa elegia, sed etiam ex eodem ipso versu apertissimè intelligitur. ¶ Sedon hoc est Luscinia, tam apud Græcos, quam apud Latinos femininum est. Arist. de Hist. animal. lib. 5. c. 9. & lib. 9. c. 49. Senec. in Octauiæ, Quis mea dignè deslere potest mala? Quæ lacrymis nostris questus Reddet ædon? ¶ Alcyon, Latine Alcedo, apud vtroq; femininū est. Arist. de Historia animal. lib. 5. c. 8. & lib. 9. c. 14. Virg. 1. Georg. Non tepidū ad solē pennas in litore pandunt Dilectæ Thetidi alcyones. Propert. lib. 1. Nō ego desertas alloquar alcyonas. Mares alcyonum ait Eustathius in 9. Iliad. τὸν κρηίδδου à Pausania vocari, qui cum senuerint à feminis gestantur. Ibid. docet Alcyon sine aspiratione scribendum. Seruius putat esse commune duobus: quod tamen non probat. Item Alcyone mulierem significare, cum etiam auem significet. Stat. lib. 9. Alcyone deserta gemit, cum pignora senus, Ausfer, & argentes rapuit Thetis inuidia nides ¶ Achrochordon, id est verruca, Cotylédon pro herba, quam Veneris umbilicum vocant vt apud Græcos, sic apud Latinos, feminina reperiuntur. Cels. lib. 5. c. 28. Achrochordon excisa nullam radiculam relinquit. Rarum est. Plin. lib. 26. c. 7. Cotylédon trita cum polenta. Ibid. c. 12. Cotylédō cum medulla ceruina calefacta imposita, &c. Habent hæc O, micron in obliquis. ¶ Icon iconis femin. est, quod apud Latinos vix inuenies. ¶ Quæ in On syllabam exeunt secundæ declinationis neutra sunt, vt Bárbiton, quod semper hac positione neutrum est. Vide Athenæum lib. 3. & Pollidcem lib. 4. c. 9. Eárbitos in suum locum differatur. ¶ Multi grammatici Rien addunt, quod tamen nondum apud bonos scriptores legi. ¶ Hymen pro connubio, seu carmine, quod in nuptiis olim fausta precantes vsurpabant, (qui & Hymeneus, & Hymenei numero multitudinis dicebatur) mascul. est. Senec. Troad. Quicumq; hymen funestus ille tabilis, &c. Ouid. in Epist. Et subito nostras vt hymen cantatus ad aures Venit. — Stat. Theb. 5. Motus hymen, &c. Item lib. 2. Sylu. — professus Clamaretur hymen.

¶ Lien.

¶ Lien. Plin. lib. 8. c. 13. Et lien bubulus assus, vel elixus in cibo. Sic ab eodem efferi solet in Recto. Lienis etiam dicitur à Celso in eod. casu lib. 4. c. 9. ¶ Attæ gen non poterat carmen ingredi nisi altero, T, amisso, & prima correpta.

**A** R neutris dabitur, ceu Par, cum Nectare Bacchar.

¶ Er maribus dona. Lauer est muliebre. Cadauer

Sit neutrum, Ver atq; Piper, cum Verbere Tuber,

Vber; Iter, Spinter, Lafer, Cicer, atq; Papauer.

¶ Or, maribus seruit. Muliebris demitur Arbor.

Cum neutris numerantur Ador, Cor, Marmor, & Æquor.

¶ Exigit, Vr, neutrum. Hic Furfur, cum Vulture Turtur.

**S**ubstantiua, quæ terminantur in, Ar, neutra sunt, vt Far, Iubar. Item Par substantiuum duorum inter se equalium; & Impar duorum inequalium numerum significantia. Par, Dispar, Impar, Compar adiectiua cum adiectiuis numeranda esse constat. 2 ¶ Er, finita masculina sunt, vt Passer, Accipiter,

¶ Vomer. Et prima terminatio nominum adiectiuorum in, Er, vt Céleber, Saltiber: Lauer femininum est. Sed Tuber, & cat. neutra 3 ¶ Quæ in, Or, finiuntur masculina sunt, vt Labor, Honor. Arbor tamen femininum est, cum sit nomen generale; sola enim specialia arborum nomina significationis regula comprehenduntur. Neutra Cor, Ador, & cat. 4 ¶ Vr, terminata sunt neutra: vt Ful-

gur, Ebur, Guttur. Tria masculina, Furfur, Vultur, & Turtur. ¶ Lémures à Recto Lemur inusitato masculinum est etiam: sed eorum norma adscribendum, quæ virili specie depicta significant.

De nom. in R, desinentibus.

¶ Schol. 15.

**B**acchar herba neutrius generis est. Plin. lib. 21. c. 6. Eorum quoq; error corrigendus est, qui Bacchar rusticum nardum appellauerunt. Idem in eod. lib. c. 19. Bacchar in medicina vsu aliqui ex nostris Perpensam vocant. Vtrobq; baccharem dixisset, si esset muliebre. Eadem herba etiam Bacccharis vocatur ab eodem lib. 12. c. 12. ¶ Lucar auis nusquam apud antiquos, quod sciam, inuenitur.

¶ Lauer femin. est. Plin. lib. 26. c. 8. Lauer quoq; nascens in riuis condita, & cocta torminibus medetur. Neutrum ponitur à quibusdam, sed nullo id veterum testimonio confirmant. ¶ Tuber neutrum est cum terræ callum, aut tumorem, cum verò arborem significat, femininum. Plin. lib. 16. c. 25. Ab ea proximè florent Armeniaca: dein tuberes, & præcocces, illæ peregrinæ, hæ coactæ. Tuber pomum eiusdem arboris masculinum est. Suet. in Domit. c. 16. Pridie quam periret, cum oblatos tuberes seruari iussisset in crastinum, adiecit. Mart. lib. 13. Lecta suburbanis mittuntur apyrina ramis, Et tuberes vernæ: quid tibi cum Libycis? Vbi Vernæ substantiuum nomen est à Verna vernæ, non à Vernus, a, um, vt quidam crediderunt. Nam vernas tuberes dixit Mart. ea dicendi forma, qua lib. 1. vernas apros: & 8. verna liber, Debet enim Gallum vincere verna liber: & lib. 5. Præter libellos vernulas nihil misi. & 10. lupos vernas. Non itaq; dissentit

25 ¶ Rigendus est, qui Bacchar rusticum nardum appellauerunt. Idem in eod. lib. c. 19. Bacchar in medicina vsu aliqui ex nostris Perpensam vocant. Vtrobq; baccharem dixisset, si esset muliebre. Eadem herba etiam Bacccharis vocatur ab eodem lib. 12. c. 12.

¶ Lucar auis nusquam apud antiquos, quod sciam, inuenitur.

¶ Lauer femin. est. Plin. lib. 26. c. 8. Lauer quoq; nascens in riuis condita, & cocta torminibus medetur. Neutrum ponitur à quibusdam, sed nullo id veterum testimonio confirmant.

¶ Tuber neutrum est cum terræ callum, aut tumorem, cum verò arborem significat, femininum. Plin. lib. 16. c. 25. Ab ea proximè florent Armeniaca: dein tuberes, & præcocces, illæ peregrinæ, hæ coactæ. Tuber pomum eiusdem arboris masculinum est. Suet. in Domit. c. 16. Pridie quam periret, cum oblatos tuberes seruari iussisset in crastinum, adiecit. Mart. lib. 13. Lecta suburbanis mittuntur apyrina ramis, Et tuberes vernæ: quid tibi cum Libycis? Vbi Vernæ substantiuum nomen est à Verna vernæ, non à Vernus, a, um, vt quidam crediderunt. Nam vernas tuberes dixit Mart. ea dicendi forma, qua lib. 1. vernas apros: & 8. verna liber, Debet enim Gallum vincere verna liber: & lib. 5. Præter libellos vernulas nihil misi. & 10. lupos vernas. Non itaq; dissentit

30 ¶ Tuber neutrum est cum terræ callum, aut tumorem, cum verò arborem significat, femininum. Plin. lib. 16. c. 25. Ab ea proximè florent Armeniaca: dein tuberes, & præcocces, illæ peregrinæ, hæ coactæ. Tuber pomum eiusdem arboris masculinum est. Suet. in Domit. c. 16. Pridie quam periret, cum oblatos tuberes seruari iussisset in crastinum, adiecit. Mart. lib. 13. Lecta suburbanis mittuntur apyrina ramis, Et tuberes vernæ: quid tibi cum Libycis? Vbi Vernæ substantiuum nomen est à Verna vernæ, non à Vernus, a, um, vt quidam crediderunt. Nam vernas tuberes dixit Mart. ea dicendi forma, qua lib. 1. vernas apros: & 8. verna liber, Debet enim Gallum vincere verna liber: & lib. 5. Præter libellos vernulas nihil misi. & 10. lupos vernas. Non itaq; dissentit

¶ Tuber neutrum est cum terræ callum, aut tumorem, cum verò arborem significat, femininum. Plin. lib. 16. c. 25. Ab ea proximè florent Armeniaca: dein tuberes, & præcocces, illæ peregrinæ, hæ coactæ. Tuber pomum eiusdem arboris masculinum est. Suet. in Domit. c. 16. Pridie quam periret, cum oblatos tuberes seruari iussisset in crastinum, adiecit. Mart. lib. 13. Lecta suburbanis mittuntur apyrina ramis, Et tuberes vernæ: quid tibi cum Libycis? Vbi Vernæ substantiuum nomen est à Verna vernæ, non à Vernus, a, um, vt quidam crediderunt. Nam vernas tuberes dixit Mart. ea dicendi forma, qua lib. 1. vernas apros: & 8. verna liber, Debet enim Gallum vincere verna liber: & lib. 5. Præter libellos vernulas nihil misi. & 10. lupos vernas. Non itaq; dissentit

¶ Tuber neutrum est cum terræ callum, aut tumorem, cum verò arborem significat, femininum. Plin. lib. 16. c. 25. Ab ea proximè florent Armeniaca: dein tuberes, & præcocces, illæ peregrinæ, hæ coactæ. Tuber pomum eiusdem arboris masculinum est. Suet. in Domit. c. 16. Pridie quam periret, cum oblatos tuberes seruari iussisset in crastinum, adiecit. Mart. lib. 13. Lecta suburbanis mittuntur apyrina ramis, Et tuberes vernæ: quid tibi cum Libycis? Vbi Vernæ substantiuum nomen est à Verna vernæ, non à Vernus, a, um, vt quidam crediderunt. Nam vernas tuberes dixit Mart. ea dicendi forma, qua lib. 1. vernas apros: & 8. verna liber, Debet enim Gallum vincere verna liber: & lib. 5. Præter libellos vernulas nihil misi. & 10. lupos vernas. Non itaq; dissentit

¶ Tuber neutrum est cum terræ callum, aut tumorem, cum verò arborem significat, femininum. Plin. lib. 16. c. 25. Ab ea proximè florent Armeniaca: dein tuberes, & præcocces, illæ peregrinæ, hæ coactæ. Tuber pomum eiusdem arboris masculinum est. Suet. in Domit. c. 16. Pridie quam periret, cum oblatos tuberes seruari iussisset in crastinum, adiecit. Mart. lib. 13. Lecta suburbanis mittuntur apyrina ramis, Et tuberes vernæ: quid tibi cum Libycis? Vbi Vernæ substantiuum nomen est à Verna vernæ, non à Vernus, a, um, vt quidam crediderunt. Nam vernas tuberes dixit Mart. ea dicendi forma, qua lib. 1. vernas apros: & 8. verna liber, Debet enim Gallum vincere verna liber: & lib. 5. Præter libellos vernulas nihil misi. & 10. lupos vernas. Non itaq; dissentit

¶ Tuber neutrum est cum terræ callum, aut tumorem, cum verò arborem significat, femininum. Plin. lib. 16. c. 25. Ab ea proximè florent Armeniaca: dein tuberes, & præcocces, illæ peregrinæ, hæ coactæ. Tuber pomum eiusdem arboris masculinum est. Suet. in Domit. c. 16. Pridie quam periret, cum oblatos tuberes seruari iussisset in crastinum, adiecit. Mart. lib. 13. Lecta suburbanis mittuntur apyrina ramis, Et tuberes vernæ: quid tibi cum Libycis? Vbi Vernæ substantiuum nomen est à Verna vernæ, non à Vernus, a, um, vt quidam crediderunt. Nam vernas tuberes dixit Mart. ea dicendi forma, qua lib. 1. vernas apros: & 8. verna liber, Debet enim Gallum vincere verna liber: & lib. 5. Præter libellos vernulas nihil misi. & 10. lupos vernas. Non itaq; dissentit

¶ Tuber neutrum est cum terræ callum, aut tumorem, cum verò arborem significat, femininum. Plin. lib. 16. c. 25. Ab ea proximè florent Armeniaca: dein tuberes, & præcocces, illæ peregrinæ, hæ coactæ. Tuber pomum eiusdem arboris masculinum est. Suet. in Domit. c. 16. Pridie quam periret, cum oblatos tuberes seruari iussisset in crastinum, adiecit. Mart. lib. 13. Lecta suburbanis mittuntur apyrina ramis, Et tuberes vernæ: quid tibi cum Libycis? Vbi Vernæ substantiuum nomen est à Verna vernæ, non à Vernus, a, um, vt quidam crediderunt. Nam vernas tuberes dixit Mart. ea dicendi forma, qua lib. 1. vernas apros: & 8. verna liber, Debet enim Gallum vincere verna liber: & lib. 5. Præter libellos vernulas nihil misi. & 10. lupos vernas. Non itaq; dissentit

¶ Tuber neutrum est cum terræ callum, aut tumorem, cum verò arborem significat, femininum. Plin. lib. 16. c. 25. Ab ea proximè florent Armeniaca: dein tuberes, & præcocces, illæ peregrinæ, hæ coactæ. Tuber pomum eiusdem arboris masculinum est. Suet. in Domit. c. 16. Pridie quam periret, cum oblatos tuberes seruari iussisset in crastinum, adiecit. Mart. lib. 13. Lecta suburbanis mittuntur apyrina ramis, Et tuberes vernæ: quid tibi cum Libycis? Vbi Vernæ substantiuum nomen est à Verna vernæ, non à Vernus, a, um, vt quidam crediderunt. Nam vernas tuberes dixit Mart. ea dicendi forma, qua lib. 1. vernas apros: & 8. verna liber, Debet enim Gallum vincere verna liber: & lib. 5. Præter libellos vernulas nihil misi. & 10. lupos vernas. Non itaq; dissentit

T

dissentit

dissentit à Suetonio, sed vernus tuberos appellat in Italia natos, non ex Africa aducos: unde ipsa arbor, à Sexto Papinio in Italiam translata fuerat. Lege Plin. lib. 15. c. 14. ¶ Vber hic substantiuum est: nam adiectiuum est omnis generis.

¶ Papauer antiqui masculino etiam vsi sunt. Varro in aduersariis, Infria seni papauerem. Plaut. in Trinum. Quam si tu obijcias fornicis papauerem. ¶ Verber casu nominandi inusitatum est: sexto casu Verbere vsitatissimum; & interim genitiuo Verberis: numero verò multitudine integrum est. ¶ Cancer tertie declinationis iam exoleuit. ¶ Ruder non probatur doctis, sed Rudus. ¶ Cucumer, pro cucumis in solitum videtur. ¶ Nondum Zingiber, siue Zinziber, quod hic à quibusdam ponitur, apud veteres Latinos legi, sed Zimpiberi, siue Zingiberi. Plin. lib. 12. c. 7. Non est huius arboris radix, vt aliqui existimauerunt, quod vocant Zimpiberi, alij verò Zingiberi. Apud Diosc. lib. 2. c. 117. vsibus dicitur, quod in nonnullis libris c. 147. vsibus legitur, hoc est Singiberis, siue Zingiberis. ¶ Accipiter masc. est. Lucret. semina. lib. 4. posuit. Accipitres somno in leni sic prelia pugnas Edere sunt perfectantes rife, atq; volantes. ¶ Ir, syllaba finita significatione genus suum indicant, vt Vir, Leuir, Treuir. Abadir, & Ir, quorum illud masculinum, hoc neutrum esse aiunt, sine ulla iactura possunt pratermitti: cum nihil aliud quam aliorum locum occupent, neq; vlli sint vsui. Prisc. neutru putat declinari: posterius declinauit Carisius. ¶ Satur, a, um, cum ternas habeat formas, totide habebit genera. ¶ Fursur etia numero singulari in vsu est. Vide infra in Anomalis masculinis singulari caritibus. ¶ Turtur famin. dicitur à Plin. lib. 30. c. 8. Turturis simu in malsa decoctu, vel ipsius decoctus ius.

**F** O E M i n e u m A s. ¶ Sed Erysielas neutralibus hæret, 1  
Artocreas, Fas, atq; Nefas: Vasiungito vasis. 2  
¶ Sunt Adamas, Elephas, Agragas, As, atq; Tiaras 3 25  
Mascula cum reliquis, flectit quæ Prima Pelasgum.

**I** N A s, desinentia fœminina sunt, vt Lampas, Tempestas. 2 ¶ Neutris. Addenda Fas, & Nefas. Item Vas, vasis: Nam Vas, vasis, masculinum ad primum significationis præceptum pertinet. Sunt etiam neutra Artocreas, artocreatis, Erysielas, erysielatis. 3 ¶ Masculinis adnumerantur As, assis, 30  
Acragas, vel Agragas, antis, pro monte Siciliæ. Nomina item primæ declinationis Græcorum: vt Tiaras, c, Pharias, c, Mamónas, c,

De nominibus in AS. ¶ Schol. 17.  
¶ Eras, Céradis, loci nomen neutrum, vt aiunt, prætermisi, propterea quod sit inusitatum. ¶ At vero Búceras, atis, penultima breui, itemq; Agóceras, & siqua sunt eiusmodi à Græco nomine xigas neutro, Latinis minime vsitato composita, neutra omnino sunt. Plin. lib. 24. c. 19. Nec fæno Græco minor auctoritas, quod telin vocant, alij carphos, alij Búceras, alij Agóceras, quoniam caniculis semen est simile. ¶ Erysielas, etiam neutrum est, ac tertie declin. & à medicis scriptoribus vsurpatum. Cels. lib. 5. c. 28. Id autem quod Erysielas vocant

caridici, non solum vulnere superuenire, sed sine hoc quoq; oriri consuevit. Idem ibid. Qualia & alias, & pauld antè in erysielate proposui. ¶ Artocreas, atis etiam addendum. Pers. Saty. 6. — oleum artocreas q; popello Largior: an prohibes? quod in accusandi casu numeri singularis esse Budæo, alijsq; viris doctis placet. Hoc idem nomen ad tertium ordinem pertinere tum Græca simplicis declinatio, tum eruditorum sententia suadet. ¶ Arclis quoq; genere neutro effertur ab Ausonio in urbium catalogo. Prode duplex Arclis, quam Narbo Martius, & quam Accolit Alpinis opulenta Vienna colonis. ¶ Actagas, antis, oppidi Siciliæ nomen, seu vt Seruius, & alij complures aiunt, est mons in cuius summa parte est oppidum eiusdem nominis, quod Agrigentum dicitur. Virg. 3. Æn. Arduus inde Acragas, & c. ¶ Tiaras, & reliqua primæ masculinæ sunt. Virg. 7. — sceptrumq; sacerq; tiaras. Senec. Thyest. — hoc Phrygius loco Fixus tiaras Pelopis. Tiara, c, fœmin. est. Iuuen. Saty. 10. Tunc miles tremulus posita tulit armatiara. Suet. in Ner. c. 13. Dedita tiara, diadema imposuit.

**N** O m e n in Es, dato fœminis. ¶ Pes est virile, 1  
Et Trames, Fomes, Limes, cum Cespite Gurges, 2  
Bes, Poples, Termes, cum Vepre, & Acinace Palmes,  
Et Paries, Stipesq; Meri nomenque diei.

¶ Nomina Græca adhibe, sumes exempla Cerales, 3  
Atq; Lebes. ¶ Neutri Hippómanes, Cacoëthes adherent. 4  
Iura Solæcophanes neutris communia seruet.

**E** S, finita fœminina sunt, vt Apes, Vulpes, Cerpes. 2 ¶ Masculinis adiungenda Pes, dis, Cesses, tis, Vepres, vepres, Meridies, ei, Acinaces, acinacis, & c. 3 ¶ Item Græca ad primam vel tertiam declinationem pertinentia, vt Aromatices, c, Cerales, c, Magnes, tis, Lebes, tis, Tapres, tis. 25  
4 ¶ Ex Græcis tertie declinationis neutra sunt Hippómanes, Cacoëthes, & Solæcophanes. De nominibus in ES. ¶ Schol. 17.

**M** E r g e s, itis, è masculinorum numero expunctum volumus, quippe cum in omnibus, quot nacti sumus, tum vetustis, tum recentioribus, eisdemq; castigatissimis Plinij codicibus, unde genus huiusce nominis oriri posset, fœmininum reperiamus ad initium lib. 18. c. 30. Stipulse, inquit, medice falce præciduntur, atq; inter duas mergites spica distinguitur. ¶ Tudes, & Ames quibusdam placet esse masculina, sed nullis testibus id confirmant. ¶ Meridies in duas partes sectum est, quia aliter carmen ingredi non poterat. ¶ Bes masc. est. Colum. lib. 5. c. 1. Partes due tertie, hoc est bes, in quo sunt scrupula 192. ¶ Vepres etiam numero singulari reperitur. Colum. lib. 11. c. 3. Hunc veprem manifestum est interimi non posse. Plin. lib. 13. c. 21. Veprem sine folijs, & c. Fœmininum fecit Lucret. lib. 4. — nam sæpe videmus Illorum spolijs vepres volitantibus auctas. ¶ Acinaces, is, masculini generis huc spectat, quamuis apud Græcos primæ sit declinationis, & ἀκινάκεις, & c. Horat. Carm. 1. ode 27. Vino & lucernis Medus acinaces

¶ Bes masc. est. Colum. lib. 5. c. 1. Partes due tertie, hoc est bes, in quo sunt scrupula 192. ¶ Vepres etiam numero singulari reperitur. Colum. lib. 11. c. 3. Hunc veprem manifestum est interimi non posse. Plin. lib. 13. c. 21. Veprem sine folijs, & c. Fœmininum fecit Lucret. lib. 4. — nam sæpe videmus Illorum spolijs vepres volitantibus auctas. ¶ Acinaces, is, masculini generis huc spectat, quamuis apud Græcos primæ sit declinationis, & ἀκινάκεις, & c. Horat. Carm. 1. ode 27. Vino & lucernis Medus acinaces

¶ Acinaces, is, masculini generis huc spectat, quamuis apud Græcos primæ sit declinationis, & ἀκινάκεις, & c. Horat. Carm. 1. ode 27. Vino & lucernis Medus acinaces

naces Immane quantum discrepat. Curt. lib. 4. Dicitur acinace stricto Darius dubitasse, an fugæ dedecus honesta morte vitaret. Sunt & alia huius generis, vt Orestes, is, Pylades, is, neq; video cur Acinacis, per i, literam sit scribendum, cū Græce per, u, scribitur quod in, e, longum mutari solet. In sexto tamen casu, e, corripitur, quia tertiæ declinationis est apud Latinos. Valer. Flac. lib. 6. In signis manicis, in signis acinace dextro. ¶ Græca primæ, vt Bootes, Aromatites, Myrtites Absint hites, Hyssopites, & multa alia generis eiusdem masculina sunt. Plin. lib. 14. c. 16. Aromatiten quoq; inuenio factitatum. Idem in eod. c. Sic fiet & hycites è fico, quem alij palmiprimum, alij catorchiten vocant. Ibidem. Sed è puniceis, quod rhoiten vocant. Quæ si neutra essent, vt quidam putauit, accusatiuus similis esset nominatiuus. Neque si vinum aromatites, absint hites, hyssopites dicatur, continud hæc neutra erunt: quemadmodum neq; Tagus, Rhodanus, cum flumen Tagus, flumen Rhodanus dicitur. ¶ Cerasites passim mascul. est. Lucan. lib. 9. — spinaq; vagi torquente ceraste. Idem tamen lib. 6. femininum fecit. Aut riuentis adhuc Libyce membrana ceraste. Latina fortasse terminatione vti voluit, vt pauld antè de Tiara dictum est. ¶ Sunt & Græca tertiæ declinationis, quibus vtuntur Latini, masculina, vt Magnes, Lebes, Tapes: præter Hippomanes, Cacoethes, Pénaces, Solæcophanes, & Carcinodes, Sesamoides, Rhypodes, Eumæces, & alia id genus, ad primam contractorum declinationem Græcam spectantia, quæ neutra sunt. ¶ Iuuenal. Saty. 6. Hippomanes, carmenq; loquar, eoctumq; venenum. Plin. lib. 28. c. 11. Hippomanes tantas in veneficio vires habet, vt effusu eris mixtura. &c. ¶ Idè lib. 22. c. 25. Sesamoides detrahit bilè in aqua potum. Cels. lib. 6. c. 18. Tum tetrapharmacu, aut Rhypodes rosa diluendum est, aut hyssopum recens miscendum, &c. Rhypodes emplastrum significat. Idem lib. 5. c. 28. Imponi sicu quã pinguisimam, aut Rhypodes emplastru satis est. ¶ Cacoethes tam sing. num. quam pl. à Latinis vsurpatur. Iuuen. Saty. 7. — tenet insanabile multos Scribendi cacoethes. — Cels. lib. 5. c. 28. Discedere autem cacoethes, quod curationem recipit, nemo scire potest nisi tempore, & experimento. Plin. 23. c. 4. Sasaminum aurium dolores sanat, & vlcera, quæ serpunt, & quæ cacoethe vocant. Sic idem lib. 26. c. 14. Cacoethe accusatiuus est primæ contractæ declinationis Græcorum. Idè lib. 28. c. 18. Proficit ad cacoethe hadi seminu cinis.

**I**S, dato scemineis. ¶ Maribus da Piscis, Aqualis, 1  
Et Follis, Vermis, Callis: tum fustis, & Ensis, 2  
Tum Fascis, Cûcumis, Cenchrus, cum Vomere Cassis,  
Et Sentis, Vectis, Torris, Glis, Postis, & Orbis,  
Mugilis, atq; Lapis, Cossis, cum Sanguine Caulis,  
Vnguis, Othrys, Mensis, cum Puluere Collis, & Axis.

**Q**Uæ terminantur in, Is, feminina sunt, vt Navis, is, Cassis, dis, Cenchrus, idis, pro tinnuculo aue. 2 ¶ Masculina tamen sunt Piscis, is, Vomis, eris, Puluis, eris, Cassis, cassis, Cechris, cenchrus pro genere quodam serpentis, &c.

Adde

**A**Dde Nis, Aufonium, ceu Panis: & Assæ creata.

**M**asculinis addenda sunt nomina Latina, quæ Nis syllaba finiuntur, vt Panis, Funis, Crinis, Lienis, Ignis, Amnis: Græca vero sceminiis, vt Corônis, idis, Lychnis, idis, Tyrannis, idis. ¶ Item Alcyonis, idis, vsurpatum in numero plurali pro diebus Alcyonijs. ¶ Masculina item sunt composita à nomine Assis, vt Vigessis, Octussis, Centussis.

De nominibus in Is.

¶ Schol. 18.

**A**Mnis apud prisicos etiam scemininum fuit. Plaut. Merc. Nec vlla mihi obstabit amnis. Næuius, Sed quasi amnis cis rapit, sed tamen inflexa flexitur. 10  
Deuias calles scemin. genere dixisse Liu. lib. 12. asserit Non Marc. lib. de Propr. ferm. & adiungit apud eumd. sic frequenter vsurpari. ¶ Cenchrus, cenchrus, serpens masc. generis est. Luc. lib. 9. Et semper recto lapsurus limite cenchrus.

Cenchrus, idis, auis sceminini. Vide Plin. lib. 3. cap. vltimo. ¶ Vomer dicitur eodem genere, quo Vomis. Colum. lib. 2. cap. 4. Vt vix dignoscatur in vtram partem vomer actus sit. Ouid. 4. de Pont. Et teritur pressa vomer aduncus humo.

¶ Caulis scemin. fecit Cato de Re rust. cap. 33. Vineas nouellus alligato crebro, no caules sata perfringantur. ¶ Cassis hoc est rete vsitatus est numero multitudinis. Virg. 4. Georg. — aut inuisa Minervæ In foribus laxos suspendit aranea casses. Senec. Agam. etiam singulari est vsus, At ille vt hispidus Jyluis aper,

Cum casse vincus tentat egressus tamen. Ouid. etiã 3. de Art. Viso casse dixit. ¶ Cosses numero multitudinis mascul. est. Plin. lib. 30. c. 13. Cosses, qui in ligno nascuntur, sanant vlcera omnia. Huius singularis numerus Cossis esse debet.

¶ Sentis ferè numero plurali reperitur. Virg. 9. — densi complerant vndiq; sentes. Colum. lib. 6. c. 3. Liberantur arua sentibus, qui estivo tempore per Canticule ortum recisi, &c. Idem lib. 11. c. 3. singulari vsus est. Nos sentem canis appellamus. Plaut. Trucul. — meretricem esse similem sentis, &c. ¶ Pollis Phocas mascul. Carisius scem. esse existimat. Cæsar, & Probus Pollen pollinis neutro genere declinant. Quo genere Plin. vsus videtur lib. 30. c. 8. Admisto thuris polline. Vide Priscian. lib. 6. Neutrum tamen casu recto inuenire non potui, nisi Pollin

dumtaxat per tertiam vocalem apud Plin. lib. 18. c. 10. Similago ( inquit ) quinquaginta, pollin autem septemdecim pondo panis reddere visa, triticitriginta cum triente, &c. Pollinem sepius accusandi casu legi apud idoneos auctores. Plin. lib. 22. c. 25. Farina in Pollinem subacta vim extrahendi humoris habet. & lib. 18. c. 9. Si verd pollinem facere libeat. Sic & Cato de Re rust. c. 156. &

Colum. lib. 8. c. 14. scem. fecit. Q. Serenus, Proderit, & madida fermentum polline turgens. ¶ Delphis etiam à quibusdam additur, sed Delphin, & Delphinus ferè à Latinis vsurpantur. Assis, assis, vel Axis, is, dum tabulam scemilem, vel perticam significant, genere etiã masculino dicuntur. Colum. lib. 5. c. 3. Singulos asses adijcis. Sic idem sepius. Vitru. lib. 7. c. 1. Ne commisceantur axes esculini quernis. Pallad. tamen lib. 1. c. 9. muliebri dixit, Deinde vt axes quernæ cum escu-

lois non misceantur. ¶ Græca X is syllaba finita fœminina sunt. ¶ Coranis. Mars. lib. 10. Sed nimis videtur, seu quæ, coronide longus esse liber. —  
 ¶ Lychnis. Plin. lib. 25. c. 10. Siue lychnis agris similiis lino, &c. ¶ Tyrannis. Quintil. lib. 7. c. 2. In causis proditiōnis, & affectus tyrannidis. ¶ Alcyonis, alij commune duorum generum, alij incerti generis tradunt esse, autem alcyonem, siue alcedinem significare. Verum alcyonides numero multitudinis, non alcyones sunt, sed dies, quibus ipse alcyones nidos faciunt, oia pariunt, pullosq; educant. Arist. lib. 5. c. 8. de Hist. anim. ἀλκυονίδες ἡμετέρας, καὶ ἀλκυονίδας vocat. Vnde mutatus est Plin. que lib. 10. c. 32. de alcyonibus scripsit. Fœtificant [inquit] bruma: qui dies alcyonides vocantur, &c. Faciunt autem septem ante brumam diebus nidos, & totidem sequentibus pariunt. Hos dies M. Varro lib. 6. de lingua Latin. ait alcyonios appellari. Colum. lib. 11. c. 2. Alcyonios per, e, appellauit. Suidas ait Alcyonidem fuisse matrem Alcyonis ἀλκυονίς καὶ ἀλκυονίτις ἡ τῆς ἀλκυονίδος μήτηρ Magni Etymol. & Phavorinus aiunt esse diminutiuum. Quæ cum ita sint, fœmininū erit tantū. ¶ Sotularis non est apud D. Hier. sed Soccus, lib. 1. contra Iouin. ferè in extremo libro. Et hic soccus, inquit, quem cernitis, videtur vobis nouus, & elegans, sed nemo scit præter me, vbi me premat. ¶ Caulis apud Cat. c. 33. fœmin. reperitur. Vineas novellas alligato, ne caules satæ perfringantur. ¶ Othrys mons apud Græcos fœmininum est. Strabo 9. τῆς ὄρεος ἔπος. Apocis Latinis masculino genere vsurpatur. Lucan. lib. 6. Salsitiale caput nemorosus summouet Othrys. Stat. 1. Achill. Iam tristis Pholoe, iam nubilus ingemit Othrys

Ouid. Met. 12. — paruoq; in tempore nudus Arboris Othrys erat. —  
 ¶ Assis, assis, vnde per detractionem factum est As, hodie magis vsu receptum, masculinis adscribendum est. Composita que apud idoneos auctores inueniuntur, hæc ferè sunt, Semissis vel Semis, Bessis vel Bes, Treßis, Octussis, Decussis, Vigessis, Centussis. Vitru. lib. 3. c. 1. Bessem, quem ἑμισίον dicunt, quatuor, &c. Ibid. Decussi facti. Ibid. Ex singularibus rebus perficitur decussis, que non possunt esse perfectæ, donec ad alterum decussim peruenerint. Cic. Att. 15. De Tulliano semisse, &c. Labro lib. 28. Tit. de vulg. subdit. Vnus semis apud te maneat. Treßis, & Centussis Perf. Sat. 3. Octussis Horat. Serm. 2. Sat. 3. Vigessis Mart. lib. 12. vsi sunt.

**M**ascula in Os, sunt. Dos, Cos, muliebri, & Arbos. 1  
 Os, Chaos, atq; Melos neutris donantur, Epofq;. 1  
 ¶ Nomen in Vs, mas est, seu Quartæ, siue Secundæ. 2  
 ¶ Sunt Acus, atq; Manus muliebria, Porticus, Aluus, 3  
 Atque Tribus: tum Vannus, Humus, tum Carbasus, Idus, 3  
 Et Domus, & Ficus pomum: mas morbus habetur. 3

**O**s finita masculina sunt, vt Ros, Flos, Rhinoceros. ¶ Fœminina Dos, Cos, & Arbos. ¶ Neutra Os, oris, & Os, ossis, &c. 2 ¶ Vs finita tum quartæ, tum secundæ declinationis masculina sunt, vt Sensus, us, Rogus, i, Acus, i, piscis nomen. 3 ¶ Acus, us, &c. fœminina. ¶ Ficus pro pommo fœm ferè reperitur, pro morbo semper masculinum. De

**P**ampinus, Intubus seu Intybus non video cur generis sint incerti, cum fœminina nusquam apud classicos reperiantur. Colum. lib. 3. c. 18. Ex quibus pampini pullulāt, vel steriles, vel certè minus seraces, quos rustici vocant racemarios. Plin. Procem. lib. 23. Pampini triti, & impositi tumorem emnem siccant. Et cap. 1. eiusd. lib. Pampinos quoq; eius edendos censent, imponendosq;. Idem lib. 19. c. 8. Intubi caule non minus grati. Sic lib. 20. c. 8. Vbi etiam bis Intubum neutro genere dixit. ¶ Arcus etiam celestis tantum est masculini generis: neq; est cur in rebus nullius momenti tempus frustra conteramus. ¶ Acus, ci, piscis nomen virile est: cum tertiæ est declinationis, purgamentum tritici significat, & est neutrum. Varro lib. 3. c. 9. de Callinis. In cubilibus, cum parturunt, acus substernendum. Cat. de Re rust. c. 34. Viciam acus fœbūginum vel de lupino, &c. cœndito. Idè etiam aliquādo significat quartæ declinationis, sed est generis fœminini. Festus, Paleæ etiam quedam de frumento acus dicuntur. Colum. lib. 2. c. 10. Durissime quidem acus refectæ, separatæq; erunt. ¶ Carbasus fœmin. est numero singulari. Propert. lib. 4. eleg. 12. Exhibuit viuos carbasus alba focos.

Sic Lucret. lib. 6. Val. Max. lib. 1. de Æmylia virgine V'estali, Cum carbasum, quam optimam habebat, foculo imposuisset, subito ignis emicuit. Sic enim habent correcti libri, non quem, vt quidam legunt. Numero multitudinis neutrum est.

**F**icus morbus semper est generis masculini: pomum sepiissime fœminini, siue secundæ, siue quartæ declinationis sit. Corn. Cels. lib. 4. c. 4. Quam pinguis fœcus vncias tres supra prunas incoctas esse. Idem lib. 5. c. 12. Ficus arida decocta. Eod. lib. c. 18. Ficus arida quam pinguis fœcus. Plin. lib. 15. c. 18. frequentissime. & lib. 23. c. 7. vicies vt minimum genere fœminino vitur. Fici matura vrinam ciunt. Sicca fœci stomachum ledunt. Macrobius lib. 3. c. 20. Diuersas fœcus diligentie suæ more dinumerat. Ibidem, Grossi appellantur fœci, que non maturefcunt: non, qui, vt nonnulli legerunt. Plin. lib. 16. c. 25. In fœcis mirabiles sunt, & abortiui, qui numquam maturefcunt, sed vitiose. Apud Cels. tamen masculinum reperio lib. 6. c. 19. Excipiuntur (inquit) fœco pingui leniter cocto ex melle. & lib. 5. c. 18. Tit. Malagma ad articulos. Ad articulos fœci quoq; aridi partem nepete mixtam, &c. Lucil. Sicut cum primos fœcus propola recentes Protulit.

**N**omen in Os, Danaum; vel in Vs, conuersa Latinum, Mascula censentur ferme, velut Isthmos, Acanthus.

¶ Fœmineum Diphthongus erit, Sapphirus, Eremus, Crystallus, Byssus, Costus, Pharus, atq; Papyrus, Nardus, & Antidotus, Bâlanus, Melilotos, Abyssus, His Dia iungemetros, Biblos, Dialectos, Echinus. Ex Odos, vt Synodus, composita: Topazius, Arctos. ¶ In neutris numeris Virus, Pelagusq; profundum.

**G**recæ nomina, in Os, quibus vtuntur Latini, siue sub eadem terminatione, siue, os, mutata in, us, ferè masculina sunt, vt Paradisus, Prologus, Smaragdus, Stylus, Syllogismus, Typus, Xystus, Isthmos, &c. 2 ¶ Nonnulla verò fœminina, vt Diâmetros, & Echînus, cum pro columna capitello sumitur; nam in alijs significationibus semper masculinum est. 3 ¶ Item composita ex Græca dictione Odos, vt Synodus, Methodus, Periodus & Hyssopus cum alijs hic enumeratis. 4 ¶ Duo sunt neutra Virus, & Pelagus.

De nominibus Græcis in Os, & in Vs. ¶ Schol. 20.

**Q**uidam existimant, quæcumq; ex bis ad nos transeunt pro nostro arbitrato, vel masculina, vel fœminina esse: longè aliter tamen se res habet, nam seruatò ferè genere Græco his latini vtuntur. Sic Diphtongus, Periodus, Arctos, Erémus, Papyrus, & alia huius generis, vt apud Græcos, ita apud nostros fœminina sunt: Prologus verò, Diâlogus, Stylus, Scyphus, Isthmos, Logos, Nomos, Xystus, Syllogismus, & alia quamplurima masculina. Plin. lib. 4. c. 11. Alius namq; ibi Isthmos angustia simili est, eodem nomine, & pari latitudine. Sic Mela lib. 1. c. 18. Traian. Plinio lib. 10. Tu, ex quo homo sit, notum mihi facere debebis. Æsopéos logos dixit Senec. de Consol. ad Polybium. Plin. ad Apollinar. lib. 5. Ante porticum xystus concisus in plurimas species. Gell. lib. 2. c. 8. apud Platonem multis in locis reperias syllogismos repudiatos. ¶ Parallelus, vel potius Paralleli numero multitudinis Solin. c. 50. masculino vsus est. Quod gnomónici similibus parallelis accidere contédunt, quos pares, &c. Sic etiam, quod Astrónomi passim lineam parallelam dicunt, ab eodem, & à Vitruu. lib. 9. c. 8. dicitur linea parallelos. ¶ Costos apud Græcos masculinum est. Diosc. lib. 1. c. 15. κόστος διαφύρα ἢ ἐραβύρα. Lucan. fœminino genere dixit lib. 9. Et tamarix cum lata comis Eóaq; costas. Apud Catull. in Argonaut. legunt quidam, Regia suaui exspirâs costas odores. Cũ hoc modo legendũ sit — cõspexit lumine virgo Regia quam suaui exspirâs castus odores Lectulus in molli complexu matris alebat. ¶ Pharus etiam apud illos est mascul. Strabo lib. 17. ἢ Φῆρος πύργος, &c. Apud nostros fœmin. Stat. 3. Sylu. — trepidis vbi dulcia nautis Lumina noctuagæ tollit Pharus æmula lunc. Suet. in Claud. Cæs. c. 20. Superposuit altissimam turrim in exemplum Alexandrinæ Phari. Sic enim habent libri correcti, quam lectionem Beroaldus probat. Sic et Mart. lib. 9. Romam cum peteret Pharo relicta. ¶ Papyrus. Iuuen. Saty. 7. — pagina surgit Omnibus, & crescit multa damnosa papyro. Sic Mart. lib. 3. ad librum suum. ¶ Dialectos, quod illi inter masculina referunt, nostri fœm. genere vsurpant. Suet. in Tiber. c. 56. Cũ interrogasset, quenam illa tam molesta dialectos esset, & ille respondisset, Dori-dem, &c. Quintil. lib. 9. c. 4. Ipsa dialectos habet iucunditatem. ¶ Smaragdus apud vtrosq; virile est. Serab. lib. 16. ἄγραι καὶ διὰ τὴ ἐμαράγδος ἢ βήραδος, &c. Plin. lib. 37. c. 5. frequentissimè masculino vtitur. Idem eodem lib. c. 1. Indicato [inquit] in Cypro sex aureis denarijs smaragdo, in qua fuerat sculpta Amygone.

vbi

**V**bi, in quo, legendum est. Ibi namq; paulo inferiùs, Ismenia etate apparet scalp. etiam smaragdos solitos, inuenies. Lucan. lib. 10. — crebro maculas distincta smaragdo. Propert. lib. 2. Sed quæcumq; tibi vestes, quoscumq; smaragdos. ¶ ἄλακτος masculinum est. Aristoph. in Acharn. ἢ τῆς ἀλάκτου, &c. A Cic. ¶ Alabaster dicitur 2. Acad. Quibus etiam alabaster plenus vnguenti putescere videtur. ¶ Sapphirus fœminino genere Plin. lib. 37. cap. 9. sepius vtitur. Cerulea, inquit, & Sapphiri. Optima apud Medos, nusquam tamen perucide. ¶ Amethystus item, Hyacinthus gemmæ nomen, & Melichryfos. Ib. d. Principatum amethysti Indica tenens. Ibid. Hyacinthos Æthiopia mittit, & Chrysolichos. Preferuntur ijs Indica: & si varia non sint, Bactriana, &c. Ibid. In eodem genere sunt melichrysi, quas India mittit. ¶ Topazius etiam apud eundem, Crystallus, et Nardus fœminina sunt. Ibid. c. 8. Topazio gloria est suo virenti genere, & cum reperta est, preclata omnibus. ¶ Crystallus. Ibid. c. 9. Cocunt in translucidam crystallum. Ibid. Crystallum erutam. Propert. lib. 4. ¶ Crystallusq; tuas ornet aquosa manu. ¶ Nardus. Ouid. Nec coma vos fallat liquida nitidissima nardo. ¶ ἄλακτος fœmininum est. lege Archim. & Euclidem. Cui nomini pleraq; lexica perperam articulum mascul. præfigunt. Columella, Vitruuius, Macrobius vtuntur vocæ Diâmetros. Colum. lib. 5. c. 2. Esto arca rotunda, cuius diâmetros habeat pedes septuaginta. Vitruu. lib. 10. c. 14. Rotæ, que erunt in rbeda, sint lata, per mediã diâmetron pedum quaternũm, & sextantis. Idẽ lib. 4. c. 7. Vt quanta diâmetros totius operis erit futum, &c. Ibid. Ex sua diametri tertia parte. & lib. 9. c. 8. Perducenta diametri, &c. Hæc tria etiam apud Græcos sunt fœminina. Vido lib. 4. Epigram. ἰσπίτους: & Dioscor. lib. 1. c. 6. & 7. ¶ Horum nonnulla in, Vm, syllabam exeunt neutro genere, vt Crystallum, Alabastrum, Nardum, Costum: exempla passim occurrunt. ¶ Diagonios, id est, linea diagonalis, seu angularis, & Echînus pro parte capitelli dorica columnæ fœminina sunt. Vitruu. lib. 4. c. 1. Vt quanta fuerit latitudo, bis tanta sit diagonios ab angulo ad angulum. ¶ Echînus. Eodem lib. c. 3. Altera echînus cum angulis. Cum vero Echînus alia significat masculinum est. ¶ Cæchetos, quo perpendiculum significatur, afficitur in Lexico Græco articulo mascul. sed Vitru. fœminino vtitur lib. 3. c. 6. In ea cæbeto respondens diâmetros, &c. ¶ Biblos fœminin. Lucan. lib. 3. Nondum flumina Memphis contexere biblos ¶ Hyssopus fœmininum inuenies apud Cels. lib. 4. c. 4. Sumenda hyssopus cocta. ¶ Byssus fœminin. est apud Græcos, cuius in Scriptura sacra frequens est vsus. ¶ Balanus pro glande fœmin. est etiam, cum apud Græcos, cum apud Latinos Horat. 3. Carm. od. 29. Pressa tuis balanus capillis. Hic pro glãde vnguentaria sumitur. Vnde oleum illud odoratum, quod balaninum vocant, exprimitur. Est semen generale nomen, non solum esculi, sed etiam palmæ, aliarumq; arborum similem fructum significans. In illo Plin. lib. 15. c. 23. Apud Græcos Sardinianobalanos appellant, cum precedenti nomine Græcos copulandum est adiectiuum Sardinianus.

2

dianus

**Medios.** Meliōtos. Idem lib. 21. c. 11. Meliōtos ubiq; nascitur, laudatissima trimen in Attica. **Lecythus** sœm. est apud Homer. 6. Odiss. & Aristoph. frequentissimè, maximè in Ranis; & apud Cicer. ad Att. lib. 1. Nosti illas λυκίδους. Nondum hoc vocabulum Latina declinatione inueni apud veteres, quo fortasse etiam masculino genere vsi sunt. **Paradisus** solum genere virili tum Græci, tum nostri vsuntur. Xenoph. in Oeconomico, ubi de Ciri hortis agit. καὶ τὸν ἰν ἀπέδοτο παρὰ δούλους ἐπιστάτους αὐτοῦ. Philon priori lib. Allegor. Τὰ ἄρα ἰσὶ τῶν παρὰ δούλων τὰ φυτόν. Gell. lib. 2. c. 20. Viuaria autem, quæ nunc vulgus dicit, sunt quos; παραδίστους Græci appellant. Lactan. lib. 2. de Opif. Dei; Ipsumq; paradisi sum igni circumuallauit. **Ariopagos** sœm. est apud Senec. lib. de Tranq. vita c. 3. In qua (inquit) ciuitate eras Ariopagos religiosissimum iudicium, in qua senatus, populusq; senatus similis coibat, &c. In qua subaudi Ariopago. **Antidotus** item Q. Serenus, — sanguis poterit prodesse caninus, Qui facili potu antidotos imitatur honestas. Idè, Antidotus verò Methridatica setur Cofociata modis. — Gell. lib. 17. c. 16. Antidotus celebratissima. **Abyssus**, Synodus, Diphshongus, Eremus apud Latinos semper sunt substantiua, & sœminini generis: apud Græcos etiam sunt adiectiua, & communis generis more Attico; vnde eis articulus tum masculinus, tum sœmininus præponitur: sed cum substantiuorum naturam induunt, etiam apud eos generis sunt sœminini. Quidam cum in lexicis his vocibus vidissent articulum, tum masculini, tum sœminini generis præpositum arbitrati sunt esse generis communis. **Virus**. Plin. lib. 11. c. 53. Anima leonis virus graue, vsq; pestilens. Illud Val. Flac. lib. 1. — pelagū quātos aperimus in vsu, aut priscū est, aut pelagus, quod est verisimilius à Poëta scriptum fuit. Idq; in libris correctissimis nunc videre est ex antiqui codicis lectione. **Sexus**; secundæ declinationis neutro genere dixit Sall. 2. lib. Hist. At Metellus in vltiorem Hispaniam post annum ingressus, magna gloria concurrentium vndiq; virile, & muliebri sexus, per vias, ac tecta omnium viscebantur. Sienna lib. 4. Hist. Tum in maro virile, ac muliebri sexus populi multitudine omni collocata. Plant. Rud. Filiolam ego vnam habiticam vnam perdidit. Virile sexus numquam vltum habui. Vide Non. Marcel. & Prisc. lib. 5. Illud autem Salustij sic Macrobius. lib. 3. Satur. c. 13. legit, At Metellus, &c. magna gloria concurrentibus vndiq; virili, ac muliebri sexu, per vias, ac tecta omnium viscebantur.

**P**ostulat Vs neutrum, quoties id Tertia flebit. 1  
 Hic Lepus, & Mus: Pus Græcum, compositaq; iunges. 2  
 Sit tibi sœmincum Lagopus herba, volucris. 3  
 Est muliebri Palus, Subfcus, pulcherrima Virtus, 4  
 Atq; Salus, pecudisq; Pecus: quibus additur Incus,  
 Qnæq; sibi Seruus, Iuuenisq; Senexq; iugarunt.  
 Es tibi sit neutrum, Laus, Fraus muliebria sunt.

¶ Nomen

**N**omen in Vs, tertie declinationis neutrum est, vt Vulnus, eris, Acus, Naceris, Vlcus, eris. Huc spectat secunda comparatiuorum terminatio, vt Breuius, Acrius. **Plus** in numero singulari substantiuum est, & neutrum: ac in numero plurali adiectiuum Plures, & plura: & adiectiuorum regulis mentiondum. 2 **Sunt** tamen masculina Lepus, & Mus, & composita à Pus podos, vt Chytropus, Apus, Tripus. 3 **At** Lagopus siue pro herba, siue pro aue sumatur, semper est sœmininū. 4 **Fœminina** sunt Palus, &c. & Trias quæ à nom. Seruus, Iuuenis, & Senex deriuatur, Seruitus, Inuentus, & Senectus.

De Nominibus in Vs, tertie declinationis.

**Schol. 21.** **nostrōdōs**, hoc est Pes pedis virile est, & quæ ex eo nascitur, vt Chytrop⁹ à Chryfō, id est olla cum pedibus: Melāpus à Melan, hoc est nigrū, nigros habēs pedes: Tripus à Tris, tres pedes habēs: Apus ab, α, id est sine, auis carens vsu pedū. **Hoc** postremū inquit quidā esse generis sœminini, quod confirmat Plinij auctoritate lib. 10. c. 39. Plurimū volat, quæ apodes, quia caret vsu pedū ab alijs cypseli appellantur, hirundinum specie. Sed Plin. relatiuum, Quæ, ad uolucres, siue aues retulit. Sic idem de Psitacis loquens eodem lib. cap. 42. Super omnia humanas voces reddunt psitacis quidem, & sermocinantes. India hanc mittit. Imperatores salutat: quæ accipit verba, pronunciat, in vino præcipuè lasciuia. Generis esse masculini Apus, docet Arist. lib. 9. de Hist. anim. οὐδὲν ἄλλο ἢ ἡ ἀνοδὸς οὐδὲν καλῶς ῥίνα κολιδάου, &c. **Lagopus** nomen herbe, siue auis sœmininum est, quamuis ex his componatur. Mart. lib. 7. Si meus aurita gaudet lagopode Flaccus. Plin. lib. 10. c. 48. de Lagopode aue. Non extra terram eam rescire facile, quando nec viuā mansuescit, & corpus occise statim marcescit. Idem lib. 26. c. 8. de Lagopode herba, Lagopus sifist aluum vino pota.

**S** dato sœminicis, si consona ponitur ante. 1  
 Esto virile Rudens, Fons, Pons, Sepe lethifer anguis, 2  
 Mons, Dens, atq; Chalybs. Affis quibus addito partes.  
 Et polysyllaba ps. Forceps dematur adunca. 3  
**Q**uæ consonantem habens ante, s, sœminina sunt, vt Trabs, Puls, Hiems, Frons, Daps, Sors. 2 **At** Sepe, pis, pro quodam serpentis genere, masculiuum est. Itē Dens, entis, & eius composita, Tridens, & Bidens, dum significat rusticū instrumentū; nā pro oue, sœm. est, vt infra dicitur. Rudens etiam Fons, &c. masculinis adnumerantur: et composita à nomine As, affis in, Ns, finita, vt Quadrans, Triens. 3 **Nomina** item duarum, vel plurium syllabarū masculina sunt, vt Hydrops, Merops. **Forceps** tamen sœmininum est. 3  
**X** dato sœminicis. **Sed** Eryx, Grex mascula sunt. 1  
 Et Bombyx pro verme, Calix, cum Fornice Phœnix, 2  
 Et Voluox, Spadix, & Oryx, Cocyxq; Calyxq;  
 Præterea Quicunx, Sescunx, Septunxq; Deunxq;  
 Ax, Ex, finitum polysyllabon esto virile.

¶

¶



**X** Libera finita sunt feminina, vs Arx, Pax, Lex, Nex, Sphinx, Sandyx, Styx, Nox, Celox, Nux, Crux. Vitrix etiā, & Vitrix in numero singulari: nam in plurali tribus generibus communia sunt. 2. ¶ Masculina sunt Eryx, Grex, Phœnix pro aue, Bombyx vermem significans, qui sericam materiam suppeditat: nam pro ipsa materia femininum est. Item Calix, Fornix, &c. 3. ¶ Nomina in Ar, aus, Ex, duas, vel plures syllabas habentia masculina sunt, vs Styra, Stora, Nychicorax, Pollex, Ramex.

De nominibus in X, & quibusdam alijs. ¶ Schol. 22.

**C**ato de Re rust. c. 11. Forceps duas, foculos duos, &c. Ouid. 12. Met. — quod forcipe curua Cum faber eduxit. — Pers. saty. 4. — labefactens forcipe adunca. ¶ Frons apud vetustissimos masculinum fuit, Rudens femininum. Mart. lib. 2. Es quadrans nullus mihi est in arca. ¶ Vitrix, & Vitrix numero multitudinis non solum vitrices, plerices genere muliebri, sed neutro etiam vitricia, & vitricia pariuus. Virg. 3. Æn. Res Agamemnoniae, vitriciaq; arma secutus. Sil. lib. 2. Ipsa pyram super ingentem stans saucia Dido Mandabat Tyrijs vitricia bella futuris. ¶ Mastix mastigis media producta (vt docet Eustathius, & multa carmina Homeri) Syrix hoc est fistula, Thominx, Meninx, Lynx planè sunt Græca, & generis fœm. Pollux lib. 3. c. 8. ai δὲ μάστιγος, &c. Suidas μάστιξ ἢ ἰννοῦ πατήριον. Cōposito vtitur Latini mascul. genere. Homeromastix, Ciceromastix, hoc est Homeri, Ciceronis flagellū, & obsecrator. Plin. in Proœmio Naturalis historiae. Vt obiter caueam istos Homeromastigas. Pausan. in Phoc. τὰς ἰννοῦς οὐδὲ τὸν ὄρνυ τὴν τῶν ἰννοῦ. Id est, Homo hic contorquet Oeni funiculum. Hinc arbitror Thomix, siue Thomex, vt pleriq; scribunt natum: quo vocabulo vtitur Vitruu. lib. 7. c. 3. Thomice sexto casu: & Plin. lib. 17. c. 10. Sic & spinas sepi causa serunt, tomice moris spinarum circumlita. & Colum. lib. 12. c. 32. Deinde fasciculos facito, & tomice palma, aut iuncea ligato. Pallad. lib. 1. c. 13. Binas inter eos perticas dirigemus tomicibus alligatas. Hinc apertissime intelligitur non esse nomen τομοῦ Tomice, vt quadam lexica ex loco Vitruu. docent; nam apud Vitruu. ablatiuus tomice est à Tomex, vel potius thomice à Thomex. ¶ Lynx vtitur Plin. lib. 11. c. 47. Lynx sola vtinā, binos habet Eadem linguam serpentium similem in magnam longitudinem porrigit. ¶ Pharinx etiam planè Græcum frequentius femininū est, quam masculinum. Spelynx, Larynx masculina. Hæc omnia & his similia Græcis sunt relinquenda. ¶ Bombyx, cum materiam significat, vnde vestes bombycina fiunt, femininum est. Plin. lib. 11. c. 33. Assyria tamen bombyce fœminis cedimus. Quod si aliquando pro bombycina veste reperitur masculinum, non tam materia, quam vermiculi habita est ratio. ¶ Phœnix hic auem significat: nam cum est gentile significatione metiendam est. Mela lib. 3. c. 9. Sæpius fœm vtitur, nimirum auem intelligendo, quam Plin. lib. 13. c. 4. addidit: Cum phœnice inquit aue, que putatur. ¶ Cœcyc cœcigis, auis est, que Latine cœcylus dicitur. Plin. lib. 10. c. 9. Ipse q; modice

maturo tempore estatis visus, non cornitur postea. Aristot. lib. 9. de Hist. anim. δὲ κόκορος, &c. ¶ Calyx pery, apud Græcos femininum est, & priorem syllabam habet breuem, vt sepe in lib. 7. Epigr. inuenies, & idē. 6. apud nostros masculinum. Plin. lib. 15. c. 23. de Castaneis, Armatum ijs echinato calyce vallum. Ibidem, Trini quibusdam partus ex uno calyce. ¶ Volucreis meminit idem lib. 17. c. 17. Alij volucrem appellant animal præterdens pubescentes vna. Non est itaq; barbarum, vt quidam putat. ¶ Sescunx legitur apud Plin. lib. 36. c. 25. Fastigium (inquit) seruari in pedes denos sesquuncem, &c. & lib. 32. Pandect. Sesquuncia tamen pro eodem vsitatus videtur, quo Colum. lib. 5. c. 2. vtitur, & Cels. lib. 5. c. 18. ¶ Quincunx apud Quint. lib. 8. c. 3. Quid illo quincunce speciosius, qui in quacumq; partem spectaueris, rectus est. ¶ Sandyx, quod serè omnes grammatici, & lexica masculinum esse docent, fœminin. est tam apud Græcos, quam apud nostros. Galenus extremo lib. de simplicium medicam. faculte. καίμανος δὲ τιμωτίου ἢ τὴν καλομένην ἐνδύκα μεταβαλλῶν. Adusta cerussa in sandycem, quam vocant, transit. Plin. lib. 35. c. 6. Pingentes sandyco sublima, mox ouo inducentes purpurissum fulgorem minij faciunt. Sandycem vulgus pharmacopolarum minium coloris cognationem uocat. Hesychius αἰὼν significare etiam fraticem, cuius flos colorem habeat similem cocco. ¶ Scandix scandicis herbe nomen etiam est muliebri. Plin. lib. 22. c. 22. Scandix decocta alinum sistit. Ibidem, Decocta succus prodest stomacho. ¶ Styra, vt Cyrillus, & Ammonius putant, femininum est, cum thymiana, odoremq; significat: sed apud Aristot. lib. 4. de Hist. anim. c. 8. masculinum est μάστιξ δὲ φῶντος θυμωμένου τοῦ σέραου. Item Dioscorid. lib. 1. c. 80. Plin. lib. 24. c. 6. de Styræ loquens, Placet (inquit) præter illa, que diximus maximè pinguis, purus. ¶ Quidam Stomacis nomen tamquam barbarum officinis relinquunt, cum tamen idem Plin. lib. 26. c. 8. eo vtatur; Furfures cutis, inquit, & manantia vlcera [adanum] sanant: tussim veterem cum stōrace sumptum. Solin. c. 46. de thuris arbore loquens, Arabes (inquit) sarmenis eius ignes fouent, quorum fumo satis noxio, nisi odore cremati stōracis occurrant, plerumq; in sanabiles morbos contrahunt. & Terentianus seruus Stora dicitur, quem Donatus ait ab odore appellatum fuisse. ¶ Latex, Culex, Ramex masculina sunt. Culex apud Plaut. Latex apud Accium fœminina reperiuntur. Natix apud Lucan. mascul. est. lib. 9. Et natix violator aque. quod Prisc. lib. 3. putat figuratè dictum. Potest, inquit, hæc figuratè ad serpentem videri redditum, quod etiam fœminino genere profertur. Ibidem inter nomina in, Trix, fœminina recensetur ab eodem Prisc. quo etiam genere vsus est Lucil. lib. 2.

**F**oemineum Carex esto cum Smilace, Fornax, Et Thomex, Vibex, Alex: pretiosa supelle x Additur. Atripliciverò dare neutra licebit.

¶ Carex, Smilax cum reliquis fœminina sunt: Atriplex verò neutrum.

De quibusdam nominibus in Ex. ¶ Schol. 23.

**T** Homex, vt in proximo scholio diximus à *Homur* factum est, ob quam causam priorem produximus. ¶ Forpex nondum legi apud veteres.

¶ Vibex etiam Prisc. lib. 5. numerat inter ea, quæ, Ex. syllaba terminantur; huius nominis positionem nondum legi apud auctores antiquos, præter unum Plaut. in Trinum. Vbi castigatissimus liber sic habet. Ita ne tandem maiores famam tradiderunt tibi sui, Vs, &c. atq; honori posterorum vt vibex fieres? Vindex habetur in codicibus vetustis. Ex hac voce tamen germanus sensus haud videtur elici posse. ¶ Atriplex neutrum est apud Plin. lib. 20. c. 20. Atriplex & syluestre est, & sativum. As Pallad. lib. 4. c. 3. eod. nomine in alio genere vsus est, quod videtur masculinum ex analogia nominum in Ex. Hoc mensē [inquit] atriplicem seremus, si rigare poterimus.

**M**obile fit Fixum, si Fixum mente subaudis, 1

Vnde genus capit, vt Sonipes, Oriensq; , Tonansq; ;

Mobile fit neutrum, ni Fixum mente subaudis. 2

**S**æpe nomen adiectiuum ponitur sine substantiuo, quia facile ipsam intelligitur, & ita dicitur fieri substantiuum, quia vicem eius supplet, ab eodem genus accipiens. Sonipes enim masculinum est, & Cornipes, quia subauditur equus: Oriens, & Occidens substantiuum, quia Sol: Tonans quia Deus.

¶ Masculina isem sunt Annalis, quia liber intelligitur: Molaris quia lapis: Natalis quia dies: Torrens, Profluens, Confluens, quia fluuius: Quintilis Sextilis, quia mensis. ¶ Feminina sunt Bidens, quoniam subauditur ovis, Continens quia terra: Curtilis quia sella: Bipennis quia securis. Biremis, Triremis, quia nauis: Consonans, Vocalis, quia litera. Neutrum est Præsens, quoniam tēpus intelligitur.

¶ Quando verò substantiuum non subauditur, adiectiuum nomen est neutrum, vt Decens, Conueniens in his orationibus Decens est aptum, consentaneum q; tempori & personæ. Conueniens esse dixerim, si homo homini, à se etiam pudenti, libenter ignoscat.

De Nom. adiectiuis substantiuè acceptis. ¶ Schol. 24.

**D**isuli hos, & consequentes versiculos in hunc locum, quod pueri in eos, reclusi in quosdam scopulos, impingerent vix è porta egredientes. Sæpe positis adiectiuis substantiuæ omittuntur, propterea quod facile intelligantur. Sic Par aliquando masculinum reperitur quia subauditur socius. Cic. in Pis. Edicere est ausus cum illo suo pari, &c. Femininum item apud Ouid. Fast. 4. Es docuit iungi cum pare quemq; sua. Intelligitur vxore, vel quid simile, sicut in illo Colum. lib. 8. c. 3. Minus enim impares suas diligunt; oportet enim subaudiri palumbes. Et in illo Catull. ad Maec. Nec tantum niueo gausa est vlla palumbo Compar — ¶ Continens femininum est apud Plin. lib. 5. c. 3. A proxima continente. In illo verò Curtij lib. 4. Habebat rex castra in continenti, à quo urbem angustum fretum dirimit, subauditur, loco. ¶ Curtilis etiam, quia sella. Scat.

Sylu,

**Sylu. 4.** — cunctas gaudes spondere curules. Sic & Sil. lib. 8. Quod si adiectiuum per se ponatur in oratione, neq; aliquod substantiuum nomen subauditur, erit neutrius generis, vt Continens apud Rhetores pro firmamento, Decens, Accidens, Consequens, Conueniens, quæ prudens Magister rhetoricis, ac dialecticis professoribus relinquet intacta, ne, dum in Grammaticæ rudimentis, vt aliquando vsu venit, rediculè Rhetorem, aut Dialecticum agit, officij sui obliuiscatur. Quare tertium versiculū tamquam infestam Grammaticæ Charybdim remis veliss; fugiet. Quod si duo proximi obscuriores videbuntur, per me vel deleantur omnino licet, non modo intacti prætermittantur, id quod de consequentibus dictum sit.

**R**espiciamus fines, non significata frequenter, Vnde hic Sulmo habuit: Lethe hæc, atq; Allia: Tybur Hoc, cum Cære Hispal, Præneste: hoc Zeugna, Reate.

**S**æpe numero ratio potius habetur positionis, quàm significationis, & propterea nonnulla urbium nomina, vt Zeugna, Tybur, Hispal, Cære, Reate, Præneste sunt neutra: siquidem nomina tertie declinationis in A, E, L, aut Vr, finita neutra sunt: Sulmo verò masculinum ad instar eorum, quæ finiuntur in O. Allia fluuij nomen femininum est, sicut appellatiua primæ declinationis in A, desinentia. Lethe etiam fluuij proprium eiusdem generis est, vt cætera Græca Præneste in E, terminata.

De N. proprijs ex terminatione genus accipientibus. ¶ Schol. 25.

**H**æc etiam spectat Nèpete: sic enim appellat Liuius multis in locis, non Nèpet. Suthul. Sallust. bello Jug. Deniq; Aulum spe pactionis pepulit, vti relicto Suthule in abditas regiones sese, veluti cedentem, insequeretur. ¶ Prisc. lib. 5. putauit Suthul, & Muthul propria esse oppidorum, & quamuis cum nomine Oppido iungerentur, vt Suthul oppidum, non esse generis neutri, maxime cū sint hæc nomina Punica, Pænorumq; lingua, quæ Hebræa, atq; Chaldaea similis est, neutro genere careat. Sed Sallustij locus apertissime docet neutrum esse. Idem pauld antè, Magnisq; itineribus, hyeme aspera peruenit ad oppidum Suthul. Si esset femininum dixisset oppidum Suthulem, vt oppidum Nolam, Sulmonem.

¶ Muthul flumen est Numidis. Sallust. ibid. Erat in ea parte Numidia, quam Adherbal in diuisione possederat, flumen à Meridie oriens nomine Muthul, a quo mons aberat, &c. Ex quo loco fit ne neutri generis colligi non potest. Probus in Catbol. nominum docet vtrumq; esse neutrum. ¶ Risaðir, Subur neutra scit Plin. lib. 5. c. 1. Oppidum in promotorio Maclacha flumina Subur & Salam, portum Risaðir, Getulos, &c. ¶ Gadir putat Prisc. eodem libro esse neutrum Vnū [inquit] proprii ciuitatis inuenitur Gadir, quod quidam femininū esse putauerūt, sed Sall. neutrum esse ostendit in 2. Hist. accusatiuū simile nominatiuoponens, vt Tartessum Hispaniæ ciuitatem, quam nunc Tyrū, mutato nomine, Gadir habent. Nam si esse femininum Gadirē dixisset. Hæc ille. Lib. 6. idem sentit: at 7.

189

esse femininum. Plin. lib. 4. c. 22. Nostri Tarsetion appellant: **Pami Gadir**, ita Punica lingua septem significante. Probus in Chatol. nominum Dir, syllaba serminaliter unum reperi tertie declinationis, ra, faciens genitiuo, hoc Gadir, huius Gadiris, nomen oppidi. Auicenus, ut mox dicemus, feminino usus est. Quod si quis dicas Sallust. & Plin. etiam form. vos fuisse, neq; Gadirum dixisse, quod vos sit Punica, qua in casus non inclinatur, cuiusmodi sunt Chaldaea, & Hebraea voces, respondebimus Sallust. Suthule dixisse, cum tamen Suthul vox sit Punica, Praeterea Graecos & res ipsa numero multitudinis genere neutro dicere. Vide Strabon. Suid. Phaeorinū. ¶ Hispal. Sil. lib. 3. Est celebre Oceano alternis aestibus Hispal.

¶ Salmo Ouidij patria masculin. est. Sil. lib. 8. — coniungitur acer Pelignus, gelidoq; rapit fulmone cohortes. ¶ Alia nomen fluuij est, & generis feminini more nominum primae declinationis. Luc. lib. 7. — cedant feralia nomina Cannae, Et damnata diu Romanis Alia Fastis. ¶ Lethes, etiam femininum est, ut Graca in, E. finita. Ouid. 4. Trist. Utq; soporifera biberem si pocula Lethes. Sic Idem 2. de Pont. Stat. lib. 6. Theb. — non illud ianitor atra Impavidus Lethes. — Senec. in Herc. fur. Placido quieta tabitur Lethes vado. sic ceteri. ¶ Croton urbis nomen genere mascul. saepe apud Lium reperitur bel. Pun. 4. Ad Crotonem [inquit] oppugnandum pergunt irs. Ibid. ut receptus Croton Bratorum esset. Sil. lib. 11. feminino usus est, N, litera adiecta: — patefecit amicos Alta Croton portas. —

**N**ominis interdum ratio generalis habetur, Mutuo & inde sibi genus inferiora capessunt.

Sic volucrem sequitur Phoenix, sic flumen Iader.

**S**olent auctores, & maxime Poetae nominis interdum generalis habere rationem, & genus eiusdem nominis inferiori, seu minus communi attribuere. Mons enim generale nomen omnes montes significat: vnde Ossa, & Oeta, nomina montium propria, genus masculinum accipiunt, cum sint (ut terminationis norma postulat) feminina. Auis itom, seu Volucris commune nomen aues omnes sua significatione complectitur: vnde Phoenix cum sit speciale nomen, & masculinum ab illo genere accepto femininum: Iader vero cum sit fluuij proprium, & masculinum à nomine generali, Flumen, neutrum genus mutuatur.

De N. à suo nomine generali genus mutuantibus. ¶ Schol. 26.

**N**omen commune, siue Generale hic vocamus, quod multa eiusdem generis comprehendit, ut Auis, Vrbs, Aqua, Flumen, Mons. Auctores aliquando, & maxime Poetae genus nominis generalis, & superioris tribuunt inferiori.

¶ Apus, & Psitacus apud Plin. & Phoenix apud Melam feminina reperiuntur, quia nomen generale, nimirum Auis, siue Volucris est femininum, cum tamen suo masculina, ut dictum est supra Schol. 21. ¶ Iader. Plin. lib. 3. c. 26. contra Iader Lissa. Luc. lib. 4. Et tepidum in molles Zaphiros excurrat Iader, Iader neutrum est, quia flumen nomen commune neutri generis est. ¶ Gadir. Antenas in descrip

in descriptione orbis, Gadir prima fretum solida supereminet arce, Attollitq; caput geminis inserta columnis. Gadir hic femin. est, quia nomen superius, nepe Vrbs, femininū est. ¶ Oeta, & Ossa masculina sunt, quia Mons generale nomen virile est. Senec. Herc. fur. lam caeruleis euectus equis Titan summum prospicit Oetan. Ouid. in Ibin, Utq; dedit saltus è summo Thessalus Ossa. ¶ Pelion ab Ouid. Met. 7. masculino genere usurpatur. Et quas Ossa tulit, quasq; altus Pelion herbas Perspicit. — ¶ Eadem ratione Calpe masc. genere dixit Mela lib. 2. c. 6. Calpe magis, & pene totus in mare prominens. Ceteri form. Senec. Herc. fur. Et vasta Calpe, & voces Cyclas, &c. ¶ Ida, Etna nondum, quod meminerim, legi masculina. Illud Ouid. in Ibin, Plurima qua flammis Sicannus Aetna vomit; sic in correctis libris legitur, Plurima qua flammis Sicannus Aetna vomit. ¶ In illo Plin. lib. 26. c. 7. Chamaerops eosdē effectus lateris doloribus habet ex vino pota. nomen, Herba, comune subauditur. Alioqui masculini genus ex terminatione sibi vendicat. ¶ Turia nomen fluminis Probus & Phocas existimarunt esse neutrum. Sic enim inquit Probus in Cathol. nomen, ubi agit de prima declinatione, Lectū & est unum hac declinatione nomen generis neutri apud Sall. Et dextrum flumen Turia. Ex quo loco nullum genus prorsus colligitur, cum loco nominis Turia possit & Tagus, & Alia, & quoduis aliud poni. Prisc. lib. 5. affert locum integrum, docetq; non esse neutrum. Quod autem Turia, inquit, & similia fluminum nomina masculina sint, ostendit etiam Sallustius in, Am, terminans eius accusatiuum, in 2. Hist. Inter leua maenium, & dextrum flumen Turiam. Nam si esset neutrum, similis esset accusatiuus nominatiuo. Hec ille. Linius quoq; bel. Pun. 6. am, syllaba idem nomen finiuit. His (inquit) motus ad Turiam fluuium castra retulit, sex milia passuum ab Vrbe. ¶ Plin. lib. 37. c. 10. Quā plurima nomina gemmarum in As, & Es, syllabas primae Graecorum, genere feminino usurpat, habita ratione nominis communis Gemmae.

**P**roprio pro rebus, quae vana praesse vetulsi nomina crediderant, proprium genus usq; referunt.

**N**omina deorum, vel deorum pro ijs rebus accepta, quibus praesse credebantur, idem genus retinent, ut cum Lar pro domo, Mars pro bello Tellus pro terra sumuntur. Vnde Lar, & Mars in hac etiam significatione semper erunt masculina, tellus vero, & cetera huiusmodi, feminina.

De N. proprijs appellatiue sumptis. ¶ Schol. 27.

**N**omina propria translata pro ijs rebus, ad quas transferuntur, accepta formam induunt appellatiuorum: vnde non immerito inter appellatiua locum habent. Nonnulla subiiciemus exempla. Colum. lib. 1. c. 1. Qui agrum parabit, domum vendat; ne malit urbanum, quam rusticum larem colere. Liu. ab Urb. 2. Pagniam ad manus, iam ad gladios, ubi Mars est atrocissimus, venerat. Virg. 1. G. — scuit toto Mars impius orbe. Idem Aen. 12. — pulsusq; pedum tremis excita tellus, Quintil. lib. 10. c. 1. Socrates omnes dicendas

veneres secutus est. ¶ Huc etiam spectant & alii virorum, & nympharum sumpta pro rebus, quæ ab ipsis idem nomen acceperunt, vt Athamas pro vrbe Theſſalia ab Athamante rege. Lucan. lib. 3. Diſperſus ſyluis Athamas. — Atlas pro monte Mauritanicæ ab Atlante rege, qui in ipſum dicitur fuiſſe conuerſus. Virg. 4. Æn. — latera ardua cernit Atlantis duri. — Echo pro voce reciproca à nymp̄ha Echo, quæ in ſaxum conuerſa nihil præter vocem retinuiſſe dicitur, vt 3. Met. fabulatur Ouid. Plin. lib. 11. c. 19. Inimica & echo eſt [apibus] reſultanti ſono. Quæ ſi terminationum regulis metienda forent, Echo genere maſculino: Mars, Athamas, Atlas ſæminino: Lar, Tellus, ac Venus neutro donari oporteret. Huc etiam ſimiliter ſpectant complura alia, quorum genus ex terminatione faciliè deprehenditur, vt Iupiter pro aere, Vulcanus pro igne, Ceres pro pane, Minerva pro ingenio. In quibus omnibus auctorum vſus obſeruandus erit. Nec opus eſt hic Metonymicè facere mentionem; ſed ſatis erit, vt pueri rem percipiant, quamuis figura nomen ignorant.

**H**Æc modò ſæmineis, maribus modò iuncta videbis, 1  
 Groſſus, Adeps, Atomus, Limax, cum Torque Phafelus,  
 Scrobs, Specus, atq; Rumex, Tradux cum corbe Canalis,  
 Finis, Obex, Stirps, atq; Larix, Rubus, Anguis, & Imbrex,  
 Barbitos, atq; Dics, Serpens, cum Forfice Varix,  
 Chryſolith<sup>9</sup>, Narbo, Hippo. ¶ Animās cuiuſq; ligatur. 2  
 ¶ Da neutris, maribuſq; Siſer, Nar, Vulgus, & Anxur. 3  
 Fæmineis Argos, Pánaces neutriſq; cohærent.

**G**roſſus, Adeps, Forfex, Stirps, Corbis, &c. ſunt incerti generis, quoniam modò cum adiectiuo maſculino, modò cum ſæminino copulantur eadem omnino permanente ſignificatione. ¶ Hippo item, & Narbo verbum propria. 2 ¶ Animans ſubſtantiuè ſumptum cum adiectiuo in quocumq; genere copulari poteſt: genere tamen ſæminino frequentius vſus eſt M. Tull. in numero plurali. 3 ¶ Siſer, Nar, Vulgus, & Anxur tum maſculinæ, tum neutra reperiuntur. Argos, & Pánaces neutra ſunt, & aliquando ſæminina. 30  
 De Nominibus Incerti generis. ¶ Schol. 28.

**N**omina incerti generis vocat veteres Grammatici, quæ modò hoc, modò illo genere apud probatos ſcriptores reperiuntur. Hæc à Comuniſſimis duorum generum vehementer differunt, ſiquidè Comuniſſima maſculini, & ſæminini generis ſunt, non temerè, & fortuito, ſed maſculini, cum marem, ſæminini verò cum ſæminam ſignificant; neq; enim Bos, cum vaccam ſignificat; maſculinum adiectiuum admittit; aut ſæmininum, cum bouem marem ſignificat. Illa verò ſine vſo discrimine modò ſæminina, modò maſculina ſunt, aut neutra pro auctorum arbitratu: modò itidem adiectiuum maſculinum, modò ſæmininum, aut neutrum, ſi ita grauidum auctoribus viſum fit, recipiunt. ¶ Groſſi ſignificant ſecos nondum maturas cuiuſcumq;

cuiuſcumq; generis ſint. Colum. lib. 5. c. 10. Si roles ficum, quamuis non natura ſeram facere, tum groſſulos, priorem ve fructum decùtito, iterum alterum edet, quem in hiemem differet. Plin. lib. 23. c. 7. vbi egit de maturarum ficorum remedijs, ad groſſus id eſt immaturas ſe cõtulit, vbi etiã de groſſis capriſfici agit, Groſſi [inquit] capriſfici inflammationes diſcutiunt ſuffitu. Hæc ad ſignificationem ſpectant, nunc ad genus redeamus. Celf. lib. 5. c. 12. Groſſi aqua decocti. Hinc groſſulus. Colum. lib. de Arb. c. 21. Cum groſſuli minuti erunt, fructum decùtito: iterum alterum edet fructum, & in hiemem ſeram differet maturitatem. Apud Plin. frequenter ſæmininũ eſt. Lib. 23. c. 7. Crudæ groſſi verrucas nitro, farinaq; adictis tollunt. Ibid. Groſſi illitæ ſtrumas emolliunt, & diſcutiunt. ¶ Adeps Plin. ſæpe numero maſculino vitur lib. 28. c. 9. Adipis ſuilli, &c. Idem lib. 29. c. 6. A cèrebro profluente[m] [anguinem] anſeris ſanguis, & anatis inſuſus adeps ſiſtit. Celf. ſæminino. lib. 4. c. 24. Cæcæ, & adipis ſuille cõtumidæ. & lib. 5. c. 19. Adipis ſuille pars quarta. Sic Colum. lib. 6. c. 2. Ibid. c. 12. Butyrũ, vel caprinus inſtillatur adeps. ¶ Atomus apud Cic. ſemper eſt muliebre. 1. de Fin. Ille átomos, quæ appellat. Ibid. Nunquam fore, vt átomos altera alteram poſſit attingere. Ibid. quàm ſepiſſimè. Senec. lib. 7. Natur. 9. maſculino vſus eſt, Nam, ſi illi [inquit] credimus, ſumma cæli ora ſolidiſſima eſt in modum teſti durata, & alti, craſſiq; corporis, quod átomi congeſti, coaceruatiq; fecerunt. Laet. lib. de Ira Dei, c. 10. Demiq; Lucretius quaſi oblitus atomorum, quos eſſerebat. ¶ Limax. Colum. lib. 10. Implicitus conche limax. — Plin. lib. 32. c. 2. Eũ limaci magnæ ſimile eſſe dicunt. Idem lib. 29. c. 6. Limacis inter duas orbitas inuenta officulum. ¶ Torquis. Plin. de Vir. illuſtr. Torquem ei detractum ceruici ſuæ induit. Liu. ab Vrb. 7. Vno torque ſpolianit, quæ reſperſum cruore collo circũdedit ſuo. Cic. 3. offic. Torque detracta. Gell. lib. 9. c. 13. Torquem ſanguinolentã. ¶ Phafelus. Stat. 3. Syl. Quæq; ſecuturam rēligent poſt terga phafelon. Idem lib. 5. Syl. Inuaſitq; rias in eodem anguſta phafelus Æquore. — Ouid. 1. de Pont. Vos eſtis fractæ tellus non dura phafelo. Mart. lib. 10. Pictam phafelon. Catull. maſculino genere vſus eſt. Phafelus, ille quem videtis hoſpites. Senec. Herc. Oet. Nec magna moos aura phafelos Inbeat medium ſcindere pontum. Prop. lib. 4. eleg. 7. Ecco coronato pars altera veſta phafelo. Auſon. in Moſella, — & picti roſtra phafeli. ¶ Scrobs, quod interdum Scrobis dicitur, maſculino vitur Colum. lib. 5. c. 5. Ne protinus totus ſcrobs terra cõpleatur. Ibid. c. 6. Arboris maritandæ cauſa ſcrobis viuiradici fieri debet, latus pedum duorum, altus leui terra, &c. Idem de Arbor. c. 21. Si ſcrobes amplos, & idoneos feceris. Sic etiam lib. 5. c. 10. & lib. 4. c. 4. Idem c. 4. cuiuſdè libri ſæminino vitur. Cõtenti bipedanea ſcrobe. Et lib. 12. c. 44. Tum factæ ſcrobi operculũ imponitur. Sic Plin. lib. 17. c. 22. Eſſe vitis radicem in media ſcrobe oportet. Ibid. In ſcrobe ima. Sic Ouid. Met. 7. ¶ Specus, uſ quartæ declin. nam ſecundæ nondum inueni. Liu. 1. ab Vrb. — ex imſimo ſpecu vocem auditam ferunt. Et bel. Mac. 9. In abditoſ ſpecus abripiant. Sil. lib. 6.

Specus vltima. Sic Gell. lib. 5. c. 4. Specum nactus remotam. Specus tertiae declinationis neutrum est. Valer. Max. lib. 1. c. 3. In quodam praecaltum specus secedere solebat. Virg. lib. 7. Hic specus horrendum. — Sil. lib. 13. Inuisum celo specus. — Specu eodem genere dicitur. Mela lib. 2. c. 1. Oppidum Chersonesus à Diana conditum Nymphæo specu, quod in arce eius Nymphis sacratum est. Plin. lib. 6. c. 17. In specu mergitur, &c. ¶ Rumex Virg. in Mor. Fœcundusq; rumex, &c. ¶ Plin. lib. 11. c. 8. Excepta rumice, & chenopode. ¶ Tradux virili genere ritur Plin. lib. 17. c. 23. Traducem bimum praecidere solebant. Ibid. Traduces bini inter se obuij miscentur. & Colum. lib. 4. c. 29. Quod quidem non fit in traduce, qui à materno sustinetur vberè. Idem tamen lib. 5. c. 6. aperte fœmininum facit: Cum deinde annis, & robore vitis cõualuit, traduces in proximam quãmq; arboreum mittende. Rursus vtroq; genere vsus est in cap. sequenti. ¶ Corbis frequentius est fœm. Cic. pro Sest. Messoria se corbe contexit. Pallad. lib. 3. Tit. 10. Sarmentum cum ipsa corbe portabitur, &c. Sic Colum. lib. 6. c. 3. Hirtius bell. Hispan. virili genere dixit, Lapidibus corbes plenos dimisit. ¶ Canalis Varro de Re rust. lib. 3. c. 11. In eo [vestibulo] perpetua canalis, &c. Et lib. eodem c. 5. Per canales angustas serpere. Ibid. c. 7. In canalibus, quas extrinsecus per fistulas supplent. Cato de Re rust. c. 18. Canalem rotundam facito. ¶ Finis sepius est masculin. neq; eget confirmatione: fœm. rariùs. Cic. 2. de Leg. Quæ finis funesta familia. Virg. 2. Æn. Hæc finis Priami. — Liu. bel. Mac. 7. Incertam sinem. Sic iterum bel. Pun. 2. Item Colum. lib. 3. c. 21. & Gell. lib. 1. c. 3 & lib. 13. c. 20. ¶ Obex, quod apud priscos etiam recto casu inuenitur, vt rumiq; casum admittit, masculinum frequentius. Fœmin. vsus est Liu. 9. ab Vrb. Eam quoq; clausam sua obice, armisq; inueniunt. Plin. quoq; in Panegy. Nulla obices, &c. Plaut. in Pers. Hanc obicem. ¶ Stirps. Plin. lib. 8. c. 26. Vbi acutissimum videt stirpem, &c. Colum. lib. 5. c. 9. Omnis deinde soboles, quæ ex vno stirpe nata est, quotannis exstirpanda est. Ita Virg. Æn. 12. & Georg. 2. Fœminino vsus est Plin. lib. 17. c. 13. Omnia celerius adolefcunt stolonibus ablatis, vnamq; in stirpem redactis alimentis. Colum. lib. 2. c. 2. Praefractus stirpes. Ibid. c. 9. Sine vlla stirpe fœmininum areas reddit. Stirps, cum de hominibus dicitur, fœmininum est. Priscil masculino vsi sunt. Enn. Annal. lib. 5. Omnes Pyrrhus, vt memorant, à stirpe supremo. Pacu. Qui stirpẽ occidit meũ. ¶ Larix. masc. fecit Vitru. lib. 2. c. 9. Larix, qui non est notus. Plin. lib. 16. c. 10. muliebri vsus est. Excepta lãrice, quæ nec ardet, nec carbonem facit. ¶ Rubus etiam fœmin. est. Colum. lib. 12. c. 9. Cacumina rubi, qualactucam condire oportet. Idem lib. 11. c. 3. Alternis [ordinibus] rubos in hortis cõsitas habere. Serenus, Manditur apta rubus gingiuis, & bona labris. Gell. lib. 9. c. 12. Videt fortè vicinum rubos latè atq; altè obortas excidentem. ¶ Anguis est sepius mascul. non rard etiam legitur fœmininum. Cic. 1. de Nat. Volucres angues ex vastitate Libya vento Africo inuectas interficiunt; Idem 2. de Diu. Cur elserutram [anguem] emiserit. Liu. bel. Pnn. 6.

Interuentusq;

Interuentusq; hominum euoluant repente [anguem] atq; ex oculis elapsam. Ouid. de Medicam. Nec medicæ Marsis finduntur cantibus angues. Tibull. lib. 1. Cantus & irata detinet anguis iter. Sic & Valer. lib. 1. & c. 6. eiusdem lib. ¶ Imbrex. Plin. lib. 17. c. 14. Seruariq; inter duos imbrices, &c. Plaut. Mil. Quod meas confregisti imbrices. — Seruus in 4. Georg. potius fœm. quàm masculin. esse credit, fortè quia in illum Plinij locum non inciderat. ¶ Barbicos apud Græc. fœm. est. Strabo lib. 10. καὶ βάρβιτος. Vnde Ouid. Non facit ad lacrymas barbicos vlla meas. Horat. lib. 1. Carm. Ode. 32. masculino vsus est — age dic Latinum Barbite carmen, Lesbio primùm modulate ciui. ¶ Dies etiam, cum tempus significat, apud Poetas modo masc. modo fœminini generis reperitur. Mart. lib. 9. Quid non longa dies, quid non consumitis anni? Stat. lib. 1. Theb. Fortunate animi, longumq; in secula digne Promeriture diem. — Lucan. lib. 3. — non vsq; adeo permiscuit imis Longus summa dies. — Senec. Octau. Quis te tantis Soluet curis miseranda dies? Frequentius est tamen fœmin. cum tempus significat. Cum verò diem ipsum significat, etiam apud Oratores sepe numero fœm. est. Cic. ad Att. 2. Ed. si ante eam diem non veneris, Roma te videbo. Idem ad eund. lib. 12. Vel vna dies mihi erit vitilis. Idem 4. Verr. Id ei postera die venit in mentem. Numero multitudinis apud eund. fœm. reperitur. Pro Planc. O reliquas omnes dies, noctesq; eas, quibus, &c. Et apud Liu. 7. ab Vrb. Iudicia eo anno populi tristia in fœneratores facta, quibus ab Ædilibus dicta dies essent, traduntur. Sed in libris correctoribus, O reliquos, & dicta dies esset, legitur. Quod etiam Priscian. lib. 5. confirmat. In plurali, inquit, semper masculinum inuenitur. ¶ Serpens multò frequentius est fœmin. quàm mascul. apud Oratores. Cic. 2. de Nat. Serpentes quædam ortæ extra quam, simulac niti possunt, aquam persequuntur. Plin. lib. 8. c. 14. Expugnata serpens centum viginti pedum longitudinis. Sic idem lib. 11. c. 47. Et lib. 28. c. 2. Sic Liu. Colum. &c. Apud Poetas frequenter masc. est. Inuenitur & apud Plin. non rard lib. 6. c. 27. Infestatur & serpentibus, quos flumina deportant. Lib. item 29. c. 4. & lib. 8. c. Vlt. ¶ Forfex. Cels. lib. 8. c. 4. Si qualabent, forfice ad id facta, colligenda sunt. Sic idem lib. 7. c. 12. Masc. genere vsus est Vitru. lib. 10. c. 2. Terrei forfices religantur, quorum dentes, &c. ¶ Varix mascul. est apud Cels. lib. 7. c. 3. Id interpositis serè quaternis per totum varicem fit. Idem lib. 7. c. 31. In quibus orti varices non difficili ratione tolluntur. Idem quoq; fœminino vsus est eiusdem lib. c. 17. Euenit, vt in quorundam ventribus varices sint, quarum, &c. Quintil. lib. 11. c. 3. Qui solitum id facere Ciceronem velandarum varicum gratia tradit. Senec. Epist. 79. Ille quidem varices exsecandas præberet. ¶ Chrysolithus. Proper. lib. 2. — quoscumq; smaragdos, Quosq; dedit flauolumine chrysolithos. Apud Græcos etiã masculinum est. Fœmin. protulit Plin. lib. 37. c. 7. Tumida Chrysolitho illas similes dicunt. & ibid. c. 9. Chrysolithon duodecim pondo à se visam. ¶ Olearter ge-

nere masc. effertur à Virg. lib. 12. Fortè sacer Fauni folijs oleaster amaris Hic steterat. — Sic idem Georg. 1. Apud Cic. in 5. Verr. fœm. reperio, Hominem suspendi iussit in oleastro quadam, &c. Sic habent libri quàm plurimi, & correctissimi. Nec forma terminationis, aut declinatio prohibet esse fœm. ut quidam opinatur: cum Pinaster eiusdem positionis, & declinationis etiam sit fœm. ut supra Schol. 7. ostensum est. ¶ Narbo fuit amplissimum emporium Gallie Braccatae. Cic. pro Font. Est in eadem provincia Narbo Martius, &c. Sic apud Pomp. Mel. lib. 2. c. 5. Item Ausonius in urbium catalogo. Nec tu Martie Narbo silebere, &c. & iterum idem ad Paulin. — tibi Martie Narbo, &c. Mart. lib. 8. Epigr. 71. muliebri genere dixit; Quem Pulcherrima iam redire Narbo Ad leges iubet, annuosq; fascas. ¶ Hippo crebrius masculinum inuenio. Sil. lib. 3. — dilectus regibus Hippo. Mela lib. 1. c. 7. Hippo regius. Sic Liu. bell. Pun. 9. & Hirtius bello Afric. Plin. tamen fœmin. facit lib. 6. c. 34. Vtraq; Hippo. ¶ Animans substantiuum tamen singulari, quàm in plurali numero omnibus generibus adiunctum reperitur. Cic. in lib. de Vniuers. Rursus alius animans, qui eum contineat, sit necesse est. Ibid. ter in eodem genere usurpauit. Et genere neutro ibidem, Nulliusq; profectò eorum quidem, quæ sunt nobis nota animantia. Sunt enim omnia in quodam genere partita. Ibidem, Tum animantia orta sunt. In alijs lib. ferè fœminino vitur, idq; numero multitudinis. De Legib. 1. Nam eum ceteras animantes abiiecisset ad partum, solum hominem erexit. Sic. 3. de Orat. & 4. de Fin. in lib. de Amicit. & 2. de Nat. vbi etiam neutro vsus est, sicut & Plin. lib. 2. c. 63. Pessifera animantia, &c. & idem lib. 7. Proximi. Cetera animantia in suo genere probè degunt. ¶ Quadrupes numero plurali omnibus quidem generibus, singulari verò tursi masculino, tum fœminino copulant, probati auctores. ¶ Sifer Plin. lib. 20. c. 5. in eadem Periodo masculino & neutro vsus est. Hircesius (inquit) idèd stomacho vsile videri dixit, quoniam nemo tres siferes edendo continuaret: esse tamen vtile conualescentibus ad vinum transeuntibus. Idem lib. 19. c. 5. Sifer autem transferre melius. ¶ Nar apud Cic. neutrum est ad Att. lib. 4. Lacus Velinus in Nar desinit. Apud Virg. mascul. 7. Æn. Sulphurea Nar albus aqua. — ¶ Vulgus frequenter reperitur mascul. apud bonos auctores. Cesar. lib. 6. de bell. Gall. Id mihi duabus de causis instituisse videntur, quod neq; in vulgum disciplinam efferri velint, &c. Sallust. in Jug. Alij vulgum effusum oppido cedere, alij ad portas festinare. Legitur & apud Liu. Plin. aliosq; scriptores. ¶ Anxur sepe apud Poetas est masc. Mart. lib. 5. Sine salustiferis candidus Anxur aquis. Idem lib. 10. — equoreis splendidus Anxur aquis. Historici neutro genere vtuntur. Liu. ab Verb. 4. Ab illis quoq; exercitiibus captum Anxur diticans esse. Ibid. Ad Anxur oppugnandum sine ulla populatione accessit. Idem lib. 5. Anxur nequicquam oppugnatum, alto loco situm. ¶ Argos neutrum est in num. singulari. Fœminino vsus est Senec. Thyest. Act. 4. — Argos impios Sortita fratres? quod mirum non est cum se

vbis nomen. ¶ Pánaces neutrum. Plin. lib. 26. c. 8. Tormina discutit quodcumq; panaces. Et c. 15. Ipsum pánaces in vino potum vulvas purgat. Sic idem lib. 23. c. 4. Fœminino genere vsus est Cels. lib. 5. c. 27. Si cantharidas aliquis bibit, pánaces cum lacte confusa dari debet.

**M** Ascula Bubo, Cinis, Cortex cum Pumice, Puluis: Et Calx pars pedis, atq; Silex, cum Margo Palumbes. Proferet hæc cautè iuuenis muliebria Vates.

**B** Vbo, Cinis, & cetera in soluta oratione masculina sunt: in carmine verò generis incerti. Parcè tamen Poetis genere fœminino vtendum est.

**D** De N. Incerti g. quæ masculinè sunt præcipuè usurpada. ¶ Schol. 29.

**C** Vm auctoritas, teste Quintil. lib. 1. c. 6. ab Oratoribus, vel Historicis petenda sit, putauit me opere pretium facturum, si ea, quibus idem frequentius vtuntur, ab ijs separatim, quæ ferè apud Poetas reperiuntur. Fit enim nescio quo pacto, vt pueri minùs vixuta libentius amplectantur. ¶ Bubo Virg. fœminino genere dixit 4. Æn. Solaq; culminibus ferali carmine bubo sepe queri. — ceteri poète masculino. Ouid. in Ilin. Sedit in aduerso nocturnus culmine bubo. Plin. lib. 10. c. 12. Bubo funebris, & maxime abominatus.

¶ Cinis passim masculinum inuenitur. Fœminino Catull. ad Manlium vsus est, Troia virum, & virtutum omnium acerba cinis. & Q. Serenus, Dum exsuta cinis ceras dissoluit, & ena. Hoc etiam à Cesare fœminino genere usurpatum fuisse tradit Nonius Marcellus. ¶ Virg. Eclog. 6. Cortex dixit genere fœminino. Tum Phaëthontias musco circumdat amara Corticis. — Sic & Ouid. Met. 14. — fissa modò cortice lignum Inserit. — In aliquibus lib. fissa legitur, minùs tamen appositè ad carminis euphoniã. Mart. lib. 12. Læuis ab aquorea cortex Marcotica concha Fiat. — Q. Serenus Nec non & raphani cortex decocta medetur. Idem — cortex dirempta coquetur.

¶ Pumex arida legitur apud Catull. apud Propert. Puluis Hetrusca; & Arida puluis, quæ puer non imitabitur. ¶ Calx cum partem posteriorem plantæ, percussioneq; pedum, ac finem significat, mascul. est. Cic. 1. Tuscul. Vide ocalcem, ad quem cum sit decursum, nihil sit præterea extimescendum: sic enim habent correcti codices, non Quam. Stat. lib. 5. Syllu. — vexantemq; illa nudo Calce ferocis equi. — Pers. Saty. 3. In poriam rigidos calces extendit. — Virg. lib. 11. fœminino genere dixit, Quadrupedemq; citum serrata calce fatigat. Item Sil. lib. 3. Et iam serrata capiebat calce volantem Taurca cornipedè —

¶ & lib. 16. — instat non segnius acer Hesperos, & prima stringit vestigia plantæ Progressæ calcis. — & 17. — serrata calce cruetat Cornipedè. — Gell. lib. 14. c. 3. Cur suff; eorū ad eadè virtutis calcè pergentiū, &c. ¶ Silex fœm. genere dixit Virg. 8. Æn. Stabat acuta silex præcis vndiq; saxis. Itè lib. 6. & Eclog. 1. Ceteri genere virili vtuntur. ¶ Margo Plin. lib. 17. c. 14. Salice præligat margine ipsū. Idè lib. 9. c. 10. Dentes nō sunt testudini, sed rostri margines acuti.

¶ & lib. 16. — instat non segnius acer Hesperos, & prima stringit vestigia plantæ Progressæ calcis. — & 17. — serrata calce cruetat Cornipedè. — Gell. lib. 14. c. 3. Cur suff; eorū ad eadè virtutis calcè pergentiū, &c. ¶ Silex fœm. genere dixit Virg. 8. Æn. Stabat acuta silex præcis vndiq; saxis. Itè lib. 6. & Eclog. 1. Ceteri genere virili vtuntur. ¶ Margo Plin. lib. 17. c. 14. Salice præligat margine ipsū. Idè lib. 9. c. 10. Dentes nō sunt testudini, sed rostri margines acuti.

¶ & lib. 16. — instat non segnius acer Hesperos, & prima stringit vestigia plantæ Progressæ calcis. — & 17. — serrata calce cruetat Cornipedè. — Gell. lib. 14. c. 3. Cur suff; eorū ad eadè virtutis calcè pergentiū, &c. ¶ Silex fœm. genere dixit Virg. 8. Æn. Stabat acuta silex præcis vndiq; saxis. Itè lib. 6. & Eclog. 1. Ceteri genere virili vtuntur. ¶ Margo Plin. lib. 17. c. 14. Salice præligat margine ipsū. Idè lib. 9. c. 10. Dentes nō sunt testudini, sed rostri margines acuti.

¶ & lib. 16. — instat non segnius acer Hesperos, & prima stringit vestigia plantæ Progressæ calcis. — & 17. — serrata calce cruetat Cornipedè. — Gell. lib. 14. c. 3. Cur suff; eorū ad eadè virtutis calcè pergentiū, &c. ¶ Silex fœm. genere dixit Virg. 8. Æn. Stabat acuta silex præcis vndiq; saxis. Itè lib. 6. & Eclog. 1. Ceteri genere virili vtuntur. ¶ Margo Plin. lib. 17. c. 14. Salice præligat margine ipsū. Idè lib. 9. c. 10. Dentes nō sunt testudini, sed rostri margines acuti.

¶ & lib. 16. — instat non segnius acer Hesperos, & prima stringit vestigia plantæ Progressæ calcis. — & 17. — serrata calce cruetat Cornipedè. — Gell. lib. 14. c. 3. Cur suff; eorū ad eadè virtutis calcè pergentiū, &c. ¶ Silex fœm. genere dixit Virg. 8. Æn. Stabat acuta silex præcis vndiq; saxis. Itè lib. 6. & Eclog. 1. Ceteri genere virili vtuntur. ¶ Margo Plin. lib. 17. c. 14. Salice præligat margine ipsū. Idè lib. 9. c. 10. Dentes nō sunt testudini, sed rostri margines acuti.

¶ & lib. 16. — instat non segnius acer Hesperos, & prima stringit vestigia plantæ Progressæ calcis. — & 17. — serrata calce cruetat Cornipedè. — Gell. lib. 14. c. 3. Cur suff; eorū ad eadè virtutis calcè pergentiū, &c. ¶ Silex fœm. genere dixit Virg. 8. Æn. Stabat acuta silex præcis vndiq; saxis. Itè lib. 6. & Eclog. 1. Ceteri genere virili vtuntur. ¶ Margo Plin. lib. 17. c. 14. Salice præligat margine ipsū. Idè lib. 9. c. 10. Dentes nō sunt testudini, sed rostri margines acuti.

¶ & lib. 16. — instat non segnius acer Hesperos, & prima stringit vestigia plantæ Progressæ calcis. — & 17. — serrata calce cruetat Cornipedè. — Gell. lib. 14. c. 3. Cur suff; eorū ad eadè virtutis calcè pergentiū, &c. ¶ Silex fœm. genere dixit Virg. 8. Æn. Stabat acuta silex præcis vndiq; saxis. Itè lib. 6. & Eclog. 1. Ceteri genere virili vtuntur. ¶ Margo Plin. lib. 17. c. 14. Salice præligat margine ipsū. Idè lib. 9. c. 10. Dentes nō sunt testudini, sed rostri margines acuti.

¶ & lib. 16. — instat non segnius acer Hesperos, & prima stringit vestigia plantæ Progressæ calcis. — & 17. — serrata calce cruetat Cornipedè. — Gell. lib. 14. c. 3. Cur suff; eorū ad eadè virtutis calcè pergentiū, &c. ¶ Silex fœm. genere dixit Virg. 8. Æn. Stabat acuta silex præcis vndiq; saxis. Itè lib. 6. & Eclog. 1. Ceteri genere virili vtuntur. ¶ Margo Plin. lib. 17. c. 14. Salice præligat margine ipsū. Idè lib. 9. c. 10. Dentes nō sunt testudini, sed rostri margines acuti.

¶ & lib. 16. — instat non segnius acer Hesperos, & prima stringit vestigia plantæ Progressæ calcis. — & 17. — serrata calce cruetat Cornipedè. — Gell. lib. 14. c. 3. Cur suff; eorū ad eadè virtutis calcè pergentiū, &c. ¶ Silex fœm. genere dixit Virg. 8. Æn. Stabat acuta silex præcis vndiq; saxis. Itè lib. 6. & Eclog. 1. Ceteri genere virili vtuntur. ¶ Margo Plin. lib. 17. c. 14. Salice præligat margine ipsū. Idè lib. 9. c. 10. Dentes nō sunt testudini, sed rostri margines acuti.

¶ & lib. 16. — instat non segnius acer Hesperos, & prima stringit vestigia plantæ Progressæ calcis. — & 17. — serrata calce cruetat Cornipedè. — Gell. lib. 14. c. 3. Cur suff; eorū ad eadè virtutis calcè pergentiū, &c. ¶ Silex fœm. genere dixit Virg. 8. Æn. Stabat acuta silex præcis vndiq; saxis. Itè lib. 6. & Eclog. 1. Ceteri genere virili vtuntur. ¶ Margo Plin. lib. 17. c. 14. Salice præligat margine ipsū. Idè lib. 9. c. 10. Dentes nō sunt testudini, sed rostri margines acuti.

Et lib. 12. c. 20. *Extremo in margine imperij. Ouid. 1. Met. Longo margine dixit. Iuven. Saty. 1. genere feminino vsus est. — ptena iam margine libri, & Stat. Theb. 1. — summaq; è maagine nidi Exstat hians. — Isemq; Pompo. Mela lib. 3. c. 1. Ruducta iterum, interumq; recta margine dixit. ¶ Palumbes masculinum esse significat Quintil. lib. 1. c. 6. quamuis Virg. suo iure, feminino sit vsus: Auctoritas, inquit, ab Oratoribus, vel Historicis peti solet. Nam poetas metri necessitas excusat, nisi si quando nihil impediente in utroq; modulatione pedum, alterum malunt, qualia sunt — imo de stirpe recisum. — aëris, quod congesse palumbes. & — silice in nuda. & similia. Plin. lib. 10. c. 35. Viuere palumbes ad trigesimum annum, aliquos ad quadragesimum habemus auctores. Plaut. Pænul. Palumbem captum dixit. Aduerbum cautè adiecimus, quia Pumex, Puluis non quibus poeta genere feminino dicit.*

**F**œmineis adhibetur Onyx, cum Lintre Cupido, Sardonychi Grus, Dama, Penus, Lynx, Clunis, & Ales, Talpa, Colus, Volucris. Maribus rarè ista dabuntur.

**O**nyx, Sardonyx, Linter, &c. ferè feminina sunt apud Oratores: & interim masculina, præcipuè apud Poetas.

De Nominibus ambiguis genere præcipuè feminino vturpandis. ¶ Schol. 30.

**O**nyx, & Sardonyx sepe apud Plin. reperiuntur feminina. lib. 37. c. 6. Sotacus & Arabicam onychem tradit. Ibid. Aliter quàm in Sardonyche Indica. Sic etiam Mart. lib. 7. Vnguentum fuerat, quod onyx modo parua gerebat.

Que poete crebrè genere virili vsurpant. Idem lib. 12. Calcatus q; tuo sub pede lucet onyx. Lucan. lib. 10. — totaq; effusus in aula Calcabatur onyx. Sic Horat. 4. Car. od. 12. Iuven. Saty. 6. — densi radiant testudine tota Sardonyches. — Mart. lib. 9. Sardonychas veros mensas quesuit in omnes.

¶ Linter. Caf. 7. bel. Gall. Conquirat etiam lintres, his magno sonitu remorum incitatus in eandem partem mittit. Liu. lib. 1. decad 3. Lintrium paratarum. Ouid. Consolat. ad Liuiam. Quem semel vmbri fera nauita lintre tulit. Et Fast. 6. Coronatæ lintres. Tibull. lib. 2. genere virili dixit. — ire solebat Exiguus pulla per vada linter aqua. Cato item de Re rust. c. 11. Lintres duos, culcitas quatuor, &c. ¶ Cupido hic significat cupiditatem. Horat. 1. Serm. Saty. 1. At bona pars hominum decepta cupidine falso. Idem. 2. Carm. ode. 16. Nec leuis somnos timor, aut cupido Sordidus aufert. & lib. 3. ode. 24. Eradenda cupidinis Præui sunt elementa. — Senec. Hippol. — nullus ijs auri fuit cæcus cupido. ¶ Grus fœm. est. Vide Plin. lib. 10. c. 23. Cic. 2. de Nat. Poëtæ etiã ferè vtuntur genere muliebri. Virg. 2. Georg. Strimonia dant signa grues. — Sic Stat. & Ouid. Horat. tamen 2. Serm. Saty. 8. virili genere dixit — discepta ferentes Membra gruis sparsi sale multo. — ¶ Talpe oculis capti, & timidi damæ dicuntur à Virg. Sed subest ratio, inquit Quint. lib. 9. c.

3. quia

3. quia sexus uterq; altero significatur. ¶ Eadem ratione Horat. lib. 2. Carm. ode. 13. dixit timidus agitare lynces. ¶ Stat. lib. 4. Theb. Velacim gemine deiecit lynceis, & arma, &c. Ibid. — effrena dextra, leuâq; sequuntur Lynces. — Plin. lib. 28. c. 8. Peregrinae sunt & lynces, quæ clarissime omnium quadrupedum cernunt. ¶ Penus ferè quartæ declinationis est. Pandect. lib. 33. Tit. de Penu legata. Vlpian. Quintus Mutius scribit lib. 2. Iuris, penu legata contineri, quæ est, potiusq; sunt. Ibid. Accessio legatae penus. Sic eodem Tit. Paulus, & Scæuola. Apud Veteres etiam masculinum fuit. Plaut. Pjævd. Nam nisi penus annuus hodie conuenit, &c. Idem ibid. per secundam inflectit. Condus [inquit] promus sum, procurator peni. Idè Trin. — raptores panis & peni. & Terent. Eunuch. — penum omne congerebam. Penus pênoris, & Penum peni, neutra sunt, de quibus infra, ubi de nominibus variæ declination. agitur. ¶ Clunis fœm. est. Cels. lib. 7. c. 29. Clunes iterum retro repellenda sunt. Plin. lib. 8. c. 8. Extremas in clunes desiliunt. Sic Horat. 1. Serm. Iuuenal. tamen genere mascul. vsus fuit. & Pallad. lib. 4. Tit. 13. de Equis, Maximi, & rotundi clunes, pectus latè patens. Sic Mart. lib. 11. ¶ Ales cum auem significat, apud Cic. & Plin. ceterosq; ferè femininum est. Plin. tamen lib. 18. c. 26. mascul. genere dixit; Per imitationem cantus alitis temporarij, quem cuculum vocant. Poëtæ saepe numero etiam masculino vtuntur. Ales, id est Velox, adiectiuum est omnis generis. ¶ Colus fœm. est, & interim masculinum. Prop. lib. 4. eleg. 10. — & Lydo pensa diurna colo. Sic. Catull. in Argon. ¶ Volucres teneros Cic. lib. 2. de Diuinat. dixit in carmine. Hunc ubi tam teneros volucres, matremq; peremit. cum Volucris substantiuum ferè sit generis feminini. ¶ Ossa, & Oeta montium nomina fœm. sunt, à Poëtis interdum genere feminino vsurpantur, vt supra ostensum est Schol. 26. ¶ Quæ nimum sunt vetusta prisca illis, quos appellat Casces Ennius, relinquenda sunt. Quid enim attinet Frontem, Pinum, Aluum, Cupressum, aliaq; id genus perpetua obliuione obruenda, pueros docere generis esse ambigui? Siquis tamen vetustissime antiquitatis tam ambitiosè studiosus sit, vt his, ceterisq; eiusdem generis carere non possit, Priscian. adeat lib. 5. Noniumq; Marcell. de Indiscretis generibus ordine literarum, apud quos plura fortasse inueniet, quam volet.

**A**rticulo sexum quæ complectuntur vtrumq; Vno, Epicæna vocant Graij, Promiscua nostri.

Quomodo Epicæna distinguantur à reliquis. ¶ Schol. 37.

**G**enus Epicænum, siue Promiscuū in postremum locum reiecit Quint. consilio vsi: lib. enim. 1. c. 4. Nec statim (inquit) diligenter putabo, qui Promiscua (quæ & Epicæna dicuntur) ostenderit, in quibus sexus uterq; per alterū apparet. Quod verum esse, re ipsa experiuntur non idie Praeceptores: infirmis enim pueroꝝ ingenijs maximas tenebras offundunt. Nam cum responderint non quen aliquod esse generis epicæni, nihil præterea existimant superesse, cum sit no-

2b

masculini.

masculini, an feminini generis, penitus ignorent: & quod multū est deterius, ar-  
 bitrantur, nomen generis promiscui masculinum, vel femininū esse, prout cuius  
 collibitum fuerit; atq; ita Promiscua cum Dubijs confundunt, permiscētq;. Qui  
 igitur auditorum vilitati volet consulere, cursim de re parum vtili mentionem  
 faciet, nec in exercitationib<sup>9</sup> Epicæna nominari permittet. Modd enim puer sciat  
 aquilam verbi causa, noctuam muranā, vulpem generis esse feminini: turturē  
 verò, vulturem, leporem, cuniculū, masculini: parū refert si ignoret esse Epicæna.  
 Itaq; cum rogatus tyro cuius generis sit Lepus, aut Mus, responderit esse generis  
 virilis, sit Magister hac responione contentus, neq; vllam faciat mentionem Pro-  
 miscui, aut Epicæni generis: satis enim, superq; erit semel eos docuisse nomina  
 Epicæni generis esse, quæ vno genere, aut articulo vtrumq; sexum complectuntur,  
 vt Lepus genere masculino etiam leporem femininam: Vulpes genere fœm. etiam  
 vulpem marem comprehendit. Quæ cum ita sint, hi duo versiculi tantū docēt,  
 quid sit nomen Epicænum, aut Promiscuum, non verò cuius generis sint: id enim  
 præceptionis iam traditæ docent. Aquila namq;, exempli causa, fœm. est, quia li-  
 15 sera, A, terminatur: Miluius verò masc. quia, Vs, syllaba finitur: atq; de cæteris  
 eodem modo. ¶ Epicæna à Comuniibus plurimū differunt: hæc enim mascu-  
 lini simul, & fœm. generis sunt: illa masculini tantū, aut feminini: hæc mascu-  
 linum adiectiuum admittunt, cum marem significant, vt Ciuis Romanus: fœmi-  
 ninum cum femininam, vt Ciuis Romana: illa vno adiectiuo contenta sunt. Vulpes  
 enim appellamus callidas, lepores timidos, siue mares, siue feminas significemus.  
 20 Hæc duobus articulis egēt, Hic, & hæc ciuis: illa vno cõtenta sunt, Hic lepus, Hæc  
 vulpes. Itaq; quāuis Epicæna marē, & feminā significēt, non idēo tamen appel-  
 lantur \* \* \*, hoc est, Communia sed τριβοια Epicæna, hoc est, Subcommunia, quia li-  
 cet marē, & feminā significant, vno tamen genere, articuloq;, id faciunt: ob eāq;  
 25 causam non sunt planē communia. Diomedes lib. 1. τριβοια, id est Epicænum  
 Subcommune interpretatur; vbi præpositio Græca τρι, quæ interdum, Sub, signi-  
 ficat, videtur significationem imminuere, vt apud nos Sub: vnde Subriliis, Sub-  
 frigidus, Subimpudens, & alia id genus multa. ¶ Est etiam discrimen inter  
 Epicæna, & ea, quæ Dubij generis appellantur, hæc enim tum masculinum, tum  
 30 fœm. adiectiuū recipiunt, manente eādē prorsus significatione, vt Dies hodiernus,  
 & hodierna; Torquis aureus, & aurea: illa vnum tantū: his duo articuli  
 disjuncti præponuntur, Hic, vel hæc dies, torquis; illis vnus tantū, Hic lepus, Hæc  
 vulpes. Nonnulla Promiscua etiam sunt generis incerti, inter masculinum, &  
 35 femininum, cuiusmodi sunt Anguis, Dama, Talpa, Grus, Lynx, & pauca alia:  
 hæc enim cum modd sint generis feminini, modd masculini, manente eādē signi-  
 ficatione incerti generis sunt: sunt etiam Promiscua, quia vno genere, atq; arti-  
 culo, vtrumq; sexum complectuntur. ¶ Genus Epicænum ex hominum ignora-  
 tione ortum est: cum enim multarum animantiū mares secernere, & interno-  
 40 scere nescirent, vel quia res suapte natura difficilis erat, vel quia animantes in vsu

domestico

domestico non erant, altero genere vtrumq; sexum significabant: siquidem coruū  
 turdum tantū dicebant, non coruam, turdam: nesciebant enim marem à fœmi-  
 na interno- scere: gallum à gallina proprijs nominibus discernebant, quia in do-  
 mestico vsu erant: sic equum ab equa, arietem ab oue. Initio etiā marem colum-  
 5 bam appellabant: sed postquam fuerunt columbaria, cœperunt marem columbum  
 dicere, fœminam verò columbam. Quædam etiam si progrediente tempore facile  
 discernerentur, nihilominus nomina à principio imposita retinuerunt, cuiusmo-  
 di sunt lepus, cuniculus, vulpes, perdix, elephas, tigris, & alia prope innumera.  
 ¶ Quo pacto igitur, dicet aliquis, mares à fœminis, aut contra fœminæ à ma-  
 ribus discernentur? Addito vocabulo maris, vel fœminæ, hoc modd Elephas mas,  
 10 Elephas fœmina, Tigris mas, Tigris fœmina, Lepus mas, Lepus fœmina: ad  
 eundem modum mus, piscis, rana, polypus, cancer, coruus, testudo, bestia, & cæte-  
 ra animalia huius generis. Dices itaq; si ita res tulerit, te leporem fœminam sa-  
 gittis confixisse. ¶ Quæret fortasse quispiā dicendum ne sit, Hic lepus nondū  
 15 peperit, an hæc? Solus lepus superfætat, an sola? Videt elephantum gravidam, an  
 gravidum? De hac re subiicimus, quæ apud Plin. legimus lib. 10. c. 12. Corui pa-  
 riunt, cum plurimū quinos, ore eos parere vulgus arbitrat. Eos dixit, non Eas.  
 Et ibid. c. 65. Supra cuncta est murium fœtus, & c. ex una genitos centum viginti  
 20 Ex vna, dixit, & prægnantes repertas. Idem lib. 9. c. 51. Mus marinus in terra  
 serohe effosso parit oua, & rursus obruit terra. Hic Mus marinus de fœminâ  
 dicitur. Ibid. Pólypi pariunt vere oua, tórtili vibrata pampino, tanta fœ-  
 cunditate, vt multitudinē eorum occisi non recipiant cauo capitis, quo prægnā-  
 25 tes tuldre. Occisi dixit, cum de fœminis ageret. Idem lib. 8. c. 55. Lepus omnium  
 præda nascens solus superfætat, aliud educans, aliud in vtero pilis vestitum, aliud  
 implume, aliud inchoatum gerens pariter. Idem lib. 9. c. 13. Quæ pilo vestiuntur,  
 animal pariunt, vt pristiis, balena, vitulus: hic parit in terra pecudis vore, educat  
 30 māmīs fœtum. Hic parit dixit. Anates masculas dixit lib. 30. c. 7. Sifit [aluim]  
 & anatum mascularum sanguis. Idem lib. 10. c. 55. Viuere palumbes ad triges-  
 mum annum, aliquos ad quadragesimum, Aristoteles auctor est. Pauld inferius,  
 Nigidius putat cum oua incubant, sub tecto nominatam palumbem relinquere  
 nidos. Vides palumbem primū genere masculino dixisse, deinde cum de fœminâ  
 ageret, Nominatam genere muliebri dixisse? Varro lib. 3. c. 10. Singula [anseris]  
 non plus quater in anno pariunt. Plaut. in Stich. gravidam elephantum dixit.  
 35 Audui sepe hoc vulgō dictum dicier, Solere elephantum gravidam perpe-  
 tuos decem esse annos. — Pauonem regiam. Aufou. ad Paulinum. Perdi-  
 cem, qui, Stat. Syll. 2. Quiq; refert ingens iterata vocabula perdix. Varro quoq;  
 perdices Bœotios, vt Non. ait. Ex his locis, & alijs, quæ voluendis auctoribus  
 notabis, dispicies, quemadmodum adiectiua nomina cum Epicænis sint copu-  
 landa.



# DE NOMINUM DECLINATIONE:



**N**OMINA simplicium retinent composita figurā. 9  
Demitur Exsanguis, Vulpes, Capricornus, & inde  
Nata Manus ablunt: & quæ tibi suggeret vsus.

**N**omina composita ferè instar simplicium declinantur,  
vt Vir viri, Treuir Treuiri. Prudens, tis, Imprudēs,

¶ Quæ deficiunt à norma vsu facillè cognoscuntur, vt Exsan- 10  
guis, quod exsanguis habet in genitiuo, non exsanguinis, quemadmodum San-  
guis. Vulpes compositum à Pes pedis, non vulpedis habet, sed vulpis. Item Capri-  
cornus, i, & composita à Manus, velut Centimanus, a, um, non ad quartam, vt sim-  
plicia Cornus cornus, & Manus manus: sed illud ad secundam declinationem,  
hec ad primam, & secundam, more similibus adiectiuorum, spectant.

**C**ompositi Rectus tantum variabilis esto. 1

¶ Nomina si fuerint Rectis conflata duobus, 2  
Vt Iusiurandum, pariter variabis vtrumq;.

¶ Demitur Alteruter, geminus cui patrius esto. 3  
Casibus in reliquis pars flectitur vltima tantum. 20

**I**N compositis Rectus tantum casus declinatur, vt Tribunus plebis, Tri-  
bunio plebis, tribunio plebis, tribunum plebis, &c. Huc spectant Senatus-  
consultum, Iuris peritus, Pater familias, atq; alia eiusdem generis. 2 ¶ Si no-  
men ex duobus Rectis copuletur, vterq; declinatur, vt Respublica, Reipublica,  
Rempublicam, Iusiurandum, Iurijurandi, iurijurando, &c. 3 ¶ Excipitur 24  
Alteruter, cuius posterior tantum pars declinatur, excepto genitiuo singulari,  
qui vtroq; modo declinatur, alterutrius, & alteriusvtrius.

**Q**uartum & Quintum habeant similes Neutralia Recto. 1

Hiserit, A, semper numero postrema secundo.

Hinc Duo reijcitur: simul inde exploditur Ambo. 30

¶ Quarta, & quinta duos numeri sibi norma prioris 2  
Semper habet similes, Rectum, calumq; vocandi.

¶ Plurali Recto similis sit Quintus vbiq; 3

¶ Tertius, & Sextus similes flectantur ibidem. 4

**N**omina neutra tres casus habent similes, nominandi, accusandi, & vo- 35  
candi: qui numero multitudinis, A, litera terminatur: præter Ambo,  
& Duo. 2 Vocatiuus singularis quartæ, & quintæ declinationis similis est  
Nominatiuo, Sensus, ð sensus: ð Dies, ð dies. 3 ¶ Nominatiuus & Vocatiuus  
multitudinis similes sunt, Musæ, ð Musæ: Virtutes, ð virtutes. 4 ¶ Datiuus &  
Ablatiuus numeri pluralis similes sunt, Musis, à Musis: Virtutibus à virtutibus.

De

De Nominum declinatione, & compositione. ¶ Schol. 1.

**D**eclinare apud Varr. in libris de Analog. non solum nomina in casus, aut  
verba in tempora inclinare significat, sed etiam deducere, atq; deriuare:  
vnde Declinationis nomen inde profectum vtriusq; significationis particeps est.

**D**eclinatio, quæ à prima significatione oritur, Naturalis dicitur ab eodem Varro-  
ne; quæ à posteriore Voluntaria. Voluntariam appellat vocabulorum impositio-  
nem; Naturalem verò Declinationem in casus. Nos nunc de Naturali solum agi-  
mus: nec omnia persequemur, quæ ad eam spectant, cum pleraq; vsu potius,  
quam præceptis discenda sint. ¶ De nominum compositione, & quot modis

componantur, agit Quintil. lib. 1. c. 5. & Donatus 2. ¶ Exsanguis & Vulpes à  
simplicibus recesserunt: illud enim genitiuum habet simile nominatiuo: hoc verò, e;  
litera tantum mutauit in, i, quauis Vulpes, quasi Volpes, quod volent pedib; dicta sit,  
auctore Ælio apud Varronem lib. 4. de lingua Latina. ¶ Apes, vt placet Pro-  
bo in Catbol. nominum, à Pes dicitur. Ouid. tamen Met. 13. Apis nomandi casu

dixit. Non apis inde tulit collectos sedula flores. Tibull. lib. 2. eleg. 1. Rure leuis  
verno flores apis ingerit alueo. & Solin. cap. 35. de Britannia, Apis nusquam,  
&c. Colum. lib. 9. c. 3. Nam quanto grandior apis, atq; etiam rotundior, tanto  
peior. Sunt & alia loca, quæ ne sim longus, prætereo. Quare sunt qui credant

Apis per, i, non, e scribendum, neq; à Pes ortum esse. ¶ Cum Requietis voca-  
bulo Cic. multis locis vtatur, nihil est cause cur excipiat. 1. de Fin. Multa habere  
interualla requietis. Idem ad Att. 1. Ita sum destitutus, vt tantum requietis ha-  
beam, quantum, &c. Idem in Senect. & 5. de Fin. Requietem accusandi casu di-  
xit. ¶ Pubes cum nomen est substantiuum, & generis fœminini pubis facit  
genitiuo: vnde Virg. Impubes impubis deduxit. 5. Æn. — impubis Iuli. &

9. — impubesq; immani vulnere malas. Sueton. in Claud. cap. 43. Cumq;  
impubi, teneroq; adhuc, &c. & Plin. lib. 22. cap. 25. & 21. Cum verò Pubis vt Cæ-  
sar declinat, adiectiuum est, vel Pubes, vt Probus, & Festus, vel Puber, vt alij, facit  
genitiuo pûberis: similiter ex eo compositum Impubis, siue Impubes, siue Impu-  
ber impuberis. Cic. pro Rabir. perduel. reo. Pubes dixit recto singulari. & Vlpia-  
nus lib. 13. Pandect. Senec. Epist. 119. Infans fuit, factus est pubes, &c. Cæsar, vt

Prisc. lib. 6. tradit, Pubis per, i, ait scribendum esse. Puber aut Impuber nondum  
legi, nisi apud Grammaticos: nam has tres positiones numerat Prisc. lib. 6. qua-  
rum prima laudat auctorem Cæsarem, secunda Probum, tertia neminem. Obli-  
quis pûberem filium, & pûberes filij, vtitur Cic. 2. de Orat. & 1. Off. Item Sall.

Iug. & Valer. lib. 6. c. 10. P. Ventidium atate pûberem, &c. Cæsar. 5. bel. Gall. &  
bel. Ciuil. 3. Plin. lib. 35. cap. 4. Iiu. 1. ab Vrb. Iam filij prope pûberem etatem  
erant. Nam Pubem, aut Pubes pro iisdem nondum legi. Impubes recto singulari  
dixit Ouid. 2. Fast. Nam puer impubes, & adhuc non vtilis armis. Ita Senec.  
Epist. 78. & alibi. Horat. Epod. 5. Impube corpus, &c. & lib. Pandect. 31. Si im-  
pubes decessisset, &c. Iustin. lib. 29. Impubes adhuc rex Antiochus constitutus est.

Bb 3,

Impubes

*Impubis per, I. Plin. lib. 23. c. 7. Cic. in Catil. Orat. 4. Filiumq; eius, impuberem, dicit. & Lin. 2. ab Urb. Elegit impuberes dicitur. Vbi quidam etiam impubes legunt. Plin. de Viris illust. c. 4. Vnus ex gente propter impuberetatem domi relictus, &c. Itaq; Pubis sive Pubis, Impubes sive Impubis, vsitatus, & rarius sicut gentium puberis, & impuberis, quia pubis, aut impubis. ¶ Vnimanus, Centimanus, & cetera ex Manus composita sunt secundæ declinationis. Lucret. lib. 5. Anguimano belii docuerunt vulnera Pœni Sufferre. — Anguimano appellat elephantos, quod proboscidem (qua pro manibus videntur, & à Plin. sepe etiam manus dicitur) anguim more in omnem partem flectant. Prisc. lib. 6. ait ex Manus composita quocumque esse ordinis: sed nullo Veterum testimonio id confirmat. ¶ Ex Portus Angiptortum, ut Plin. Secundus lib. 1. Artis Grammaticæ docet apud Prisc. eod. lib. Vnde Terent. Adelph. Id quidem angiptortum non est peruium. & Plaut. Pseud. — hoc est sextum à portu proximum angiptortum: in id angiptortum me diuerti iusseras. Idem ibid. — angiptorta hæc certum est confectarier. Vnde Cic. 4. Verr. Angiptortis dixit: Vt omnibus in angiptortis prædonis improbissimi statua ponantur. Idem Plin. eodem loco ait hic Angiptortus secundæ esse formæ: apud Ciceronem tamen quartæ est lib. 1. de Diu. Ex horreis direptum, est usumq; frumentum, vti omnes, angiptortusq; constrauerat. Horat. 1. Carm. solo angiptortu, dixit. Sic Plaut. Mostel. Ostium, quod in angiptortu est, &c. ¶ Capricornus secundæ est declinationis. Cic. in Arato: Tum magni curuus Capricorni corpora propter Delphinus iacet. — quamuis Cornus sit quartæ. Plin. lib. 10. c. 70. Cornus ceruini odore franguntur serpentes. Idem lib. 18. c. 11. Dentes mobiles confirmat ceruini cornus cinis. Lucan. 7. — cornu tibi cura sinistri. Alia præterea sunt, quæ consulto, & cogitato prætermitto. Quis enim a quo animo ferat, si plura addantur? ¶ Alteruter in genere feminino, & neutro ex vno tantum recto componitur. Prisci etiam altera vtra, & alterum virum dicebant, ut auctor est Prisc. lib. 6. Alterius futurius dixit Cic. in Protag. Quæ igitur potest esse indignitas voluptatis ad molestiam, nisi in magnitudine, aut longitudine alterius futurius posita? Idem Att. 10. Ego verò Seldnis popularis tui, legem negligam, qui capite sanxit, si qui in seditione non alteruterius paris fuisset, quidam etiam hic Alterius futurius legunt.*

### Prima Declinatio.

**N**orma Latina prior Latialia nomina flectit  
A, finita, ut Palma: & Græca, ut Pompa, Thalia.  
¶ Quæ vel in, As, sunt, vel in, Es, dat Græcia Romæ.  
Sunt tibi Lyfiades, Boreas exempla: notabis  
Quos habeant fines numero variata priori:  
More Latinorum numero flectenda secundo.  
¶ Prima declinationis nomina in, A, As, Es, exeunt. Quæ A, litera terminant.

minantur, tum Græca, tum Latina sunt, ut Palma, Victoria, Familia, Pompa, Maia, Thalia. 2 ¶ Quæ in As, Es, syllabas exeunt, Græca tantum sunt, ut Aeneas, Etesias, Tiaras, Lyfiades, Anchises, Cometes, Planctes, & declinantur hoc modo. N. Boreas. G. Boreæ. D. Boreæ. A. Borean. V. ð Boreæ. Abl. à Boreæ. ¶ N. Lyfiades. G. Lyfiadæ. D. Lyfia dæ. A. Lyfiaden. V. ð Lyfiadæ. Abl. à Lyfiadæ. Numero plurali cum Latinis nominibus primi ordinis consentiunt, Boreæ, Borearum, &c. Lyfiadæ, Lyfiadarum, &c.

**P**rimus in, As, c: iam fiebat Patrius olim  
Aulonius: composita tibi quem pauca referuant.  
10 ¶ Aulai, & similes Metrum vsurpauit in, Ai. 2  
¶ An, dedit in Quarto Græcis aliquando Poëta, 3  
In Quibus, A, Rectum claudit, ceu Maian, & Ossan.  
1 ¶ Pricis temporibus genitiuus singularis Latinis etiam in, As, Syllabam terminabatur. Vnde etiam nunc dicitur Paterfamilias, Materfamilias, Filiusfamilias. 2 ¶ Aulai, Picai, & his similes interrogandi casus interdum apud Poëtas leguntur, pro Aule, Picæ. 3 ¶ A Maia, Ossa, Aëgina, & alijs huiusmodi nominibus femininis accusatiuus per, an, syllabam aliquando apud Poëtas exit, ut, Maian, Ossan, Aëginan.

**P**rimum gradum Recto similem dat norma vocantem. 1  
¶ S, velut Anchise, Boreæ, perit vltima Graijs. 2  
20 ¶ Exit in, Is, Ternus pluralis. Tollit Duabus 13  
Et simul Ambabus tolles, adiunge Deabus.  
¶ Quæq; alij propter generis discrimina fingunt. 4  
1 ¶ Vocatiuus similis est Nominatiuo, o Musa, ð Maia. 2 ¶ Græca, s, literam deponunt, ð Aneæ, ð Boreæ, ð Anchise, ð Lyfiadæ.  
25 3 ¶ Datiuus multitudinis, Es, syllaba finitur, præter Duabus, Ambabus & Deabus. 4 ¶ Et nonnulla alia eiusdem exitus, quæ à viris doctis sexus discernendi gratia vsurpantur; qualia sunt Animabus, Conseruabus, Equabus, Filiabus, Libertabus.

**E** velut Andromache, Libye, finita Pelasgum  
30 Es, Patrio donant; En Quarto: E, litera Recti  
Calibus in reliquis numero manet vltima primo.  
Prima Latinorum numero regit ista secundo.  
¶ Si tamen, E, Græcum Latium mutetur in Alpha,  
More Latinorum numero flectentur vtroq;. 2  
35 ¶ Nomina Græca secundæ declinationis, E, litera finita sicut declinantur, N. Musice. G. Musices. D. Musicæ. A. Musicen. V. ð Musicæ. Abl. à Musicæ. Numero plurali Latinam declinationem sequuntur. ¶ Ad hunc modum declinantur Mastiche, Grammaticæ Rhetoricæ, Dialéctice, Atithimetricæ, Libyæ. ¶ Quorum vltima vocalis si in, a, literam mutetur, Latine declinantur, ut Grammatica, &c. &c.

De Nom. ad primam declinat. pertinentibus. ¶ Schol. 2.

**V**eteres, Græcis positiones vehementer reformidantes, malebant Latina forma dicere *Sofia*, *Birria*, *Clinia*, *Geta*, *Sármata*, *Pöcta*, quam *Sofias*, *Birrias*, *Clinias*, *Getes*, *Sarmates*, *Pöctes*. Hoc idem docet *Quintil.* lib. 1. c. 5. Ne in, a, quidem atq; s, literas exire temerè masculina Græca nomina recto casu patiebatur: ideoq; & apud Cælium legimus *Pelia Cincinnatus*, & apud *Messalam*, *Benefecit Euthia*: & apud *Ciceronem*, *Hermagora*. Ne miremur, quòd ab antiquorum plerisq; *Ænea*, & *Anchisa* sit dictus. Hæc ille. *Plautus* *Apella* dixit vocandi casu, in *Pænul.* *O Apella*, *O Zeuxis pictor*. *Senec.* *Troad.* act. 3. *Læerta* pro *Læertes* aperte dicit. *Liu.* quoq; *decad.* 5. lib. 4. *Leucata* pro *Leucate*, *Prætor* superato *Leucata* *Corinthium* finum inuectus, &c. *Cic.* quoq; de *Fato*, *Philocæta* pro *Philocæte*. Nondum [inquit] exulcerato serpentis morfu *Philocæta* Idem ad *Tiron.* lib. 16. *Scripta* iam *epistola* *Hérmiæ* uenit. Et pro *Rabir* *Posth.* casu recto dixit, *Gláucia* solebat *populum* monere. Idem tamen *Ariopagites* per, es, dicit *Philipp.* 5. Quæro igitur si *Lysitades* citatus iudex non responderit, excusetur ne *Ariopagites* esse, &c. *Mart.* tamè *Glaucias* Græco ritu effert lib. 6. Hoc sub *mar-* more *Glaucias* humatus. *Plin.* ad *Nepotem* lib. 3. Cum *Thrasea* gener eius deprecaretur, ne mori pergeret. *Liu.* *Bel.* *Maced.* 8. Eorum maximè opera deuictus *Zyboæ* est. *Gell.* lib. 7. c. 3. *Perfa* ablatiuo casu, quam *Perse* diceremaluit. *Perfa* [inquit] *Philippi* filio *Macedonum* rege, &c. amico vsus est. At *Perse*, nempe gentile, pro *Perfa* dixit *Curt.* lib. 6. *Oxytades* erat nobilis *Perse*. q; a *Dario* capitali supplicio destinatus cohibebatur in vinculis. Quiaq; *Proper* tuis quodà loco *Atrida* nominandi casu, pro *Atrides* dicitur: & *Horat.* 2. *Serm.* *Saty.* 3. *Atrida* casu vocandi, Nequis huiusmodi velit *Aiacè* *Atrida*, retas cur? Idem *Saty.* 1. *Scipiada* à nominatio *Scipiada*. *Curt.* lib. 4. *Latina* termin. *Lyncesta*. & lib. 7. *Lyncestes*, utrobique nominandi casu dixit. ¶ Multa *Es*, syllaba finita etiam tertiæ declinationis fiunt, maximè apud *Oratores*, ut *Euripides*, *is*, *Aristides*, *is*, *Orestes*, *Pylades*, *Perse*, *Heródes*, *Timárchides*, & alia id genus. Vnde exit accusatiuus in, em. *Cic.* 2. de *Finib.* Aut *Pylades* cum sis, dices te esse *Orestem*, ut moriãre pro amico? aut si esses *Orestes* *Pyladem* reselleres, ne indicares? Vide *Prisc.* lib. 6. & 7. ¶ Idem lib. 6. inter cætera testimonia hæc affert, quibus docet genitiuum etiam in, as, fuisse prisca vsuatum. *Ennius* 7. *Ann.* *Dux* ipse *rius* pro *via*. *Liu.* in *Odyss.* *Mercurius*, cumq; eo filius *Latónas*: pro *Latónæ*. ¶ *Pater* familia etiam à doctis vsurpatur. *Liu.* 1. ab *Vrb.* *Bos* in *Sabinis* nota cuidam *patrifamilie* dicitur, miranda magnitudine ac specie. *Cic.* pro *Sex. Rosc.* *Homines* pæne operarios ex *Amerina* disciplina *patrifamilie* *rusicani*. Eodem vitur *Colum.* *Valer.* *Plin.* *Senec.* Et in numero multitudinis *Patres*, *Matres*, *Filij* familie seu familiarum apud optimos auctores inuenies. ¶ *Genitiuus* in, ai, vitur *Cicero* in *Anato*, & frequentissimè *Lucretius*. *Virgili.* is antiquitatis amator aliquoties ipsidem est vsus. 3. *Æn.* *Aulai* in mediolibabant *uocula* *Bacchi*. Ibid. 6. *Æthereum* sensum atq; *aurai* simplicis ignem. & 9. *Pictai* *vestis*. & in 2. *Aquai* pro *Aque* dixit

*dixit.* Item *Perf. Saty.* 6. *Lundai* portum, est opera, cognoscite ciues. *Lucr.* lib. 3. Hunc vexare pudorem, hunc vincula amicitia Rumpere — Apud eundem inuenies *Aquai*, *Ferai*, *Fugai*, *Maturai*, *Noticiai*, *Purpureai*, *Vitai*, & complura alia. Sed hæc iam exoleuerunt. Quare doceantur pueri potius, adnotatione esse, quam præceptionem. Quod idem de genitiuo *Latónas*, alijs 2, as, syllaba finitis dictum sit. ¶ *Alter*, *Alia*, *Sola*, *Tota*, *Vna*, *Vlla*, *Nulla*, *Neutra* nunc genitiuum, *Ius*, amant: apud prisca etiam in, e, diphtongum exhibant. Vnde apud *Cic.* & *Terent.* quædam reperiuntur. *Cic.* pro *M. Tullio* apud *Prisc.* lib. 6. Hoc iudicium sic expectatur, ut non vna rei statui, sed omnibus constitui putetur. 10 Idem 2. de *Diu.* Sed si eadem hora alia pecudis iecur nitidum, atq; plenum est, alia horridum, & exile, &c. *Liu.* *bel.* *Pun.* 4. Quid alia partis hominibus animi accideret. *Cato* de *Re rust.* c. 19. Vna fabula locum facit. Auctor ad *Heren.* Non res tota totæ rei necesse est similis sit. *Terent.* *Eunuch.* Mihi sole ridiculo fuit. Idem *Heaut.* — hoc, ipsa in itinere alteræ Dum narrat, fortè audiui. *Colum.* 15 lib. 5. cap. 11. Ut alteræ delibratæ parti conueniat. Sic *Gell.* lib. 6. c. 7. Idem lib. 9. c. 4. Nulli alia cause obnoxia. Idem lib. 2. c. 28. An cuius alia rei causa, alterius, &c. Plura, sed prisca inuenies apud eumd. *Prisc.* lib. eodem. ¶ *Græcus* accusatiuus, N, litera terminatur. *Virg.* 8. Accipite *Ænean*, & tandè arcete periculis. *Ouid.* *Epist.* 1. Respice *Lærten*, ut iam sua lumina condas. *Stat.* *Theb.* 1. Quisq; bibit *Gangen*, aut nigrum occasibus intrat *Oceanum*. — Si verò fiant *Latina* *Græca* uomina, m, finiuntur. *Terent.* *Andr.* — fortè ibi huius video *Birriam*. Idem *Phorm.* — sed eccum *Démæam*. Idem ibid. — sed vbinam *Getam* inuenire possum? — ¶ *Maian*, *Æginan*, & his similes accusandi casus *Græci* sunt. *Stat.* 7. *Theb.* Namq; ferunt *raptam* *patrijs* *Æginan* ab *vndis*. *Ouid.* 4. *Fast.* *Maian* & *Electram*, *Taygetamq;* *Ioui*. Horum meminimus, quoniam vsui sunt futura, cum de syllabarum dimensione agemus. ¶ *Vocatiui* *Achille*, *Vlyse* huc etiam spectant: nam *Latini* *Pöctæ* *Dores* imitantur, qui, *Græca*, us, syllaba finita per, us, dicunt pro *ὄρχης*, *ὄρως*, *ὄρως*, *ὄρως*, *ὄρως*. pro *πῶδός*, *πῶδός*, *πῶδός*. Hoc est pro *Orpheus* *Orphes*, accusatiuo *Orphen* ð *Orphe*: sic pro *Tydeus*, *Tydes*, ð *Tyde*. eodem modo pro *Achilleus*, *Achilles*, ð *Achille*: pro *Vlyseus*, *Vlyses*, ð *Vlyse*. *Ouid.* 13. *Met.* Tuq; tuis armis, nos te poteremur *Achille*. Ibid. Quaq; ruit, non tu tantum terreris *Vlyse*, Sed fortes etiam. — *Senec.* *Troad.* Si vis *Vlyse* cogere *Andromacham* metu. Ibid. Quid agis *Vlyse*? — ¶ *O Chreme*, ð *Lache* etiam huius sunt ordinis. Hæc enim *Græci* & per tertiã, & per primã declinant, *χρέμης*, *χρέματος*, & *χρέματος*, *χρέματος*. *Chremes* *Chremetis*, & *Chremes* *Chrema*. *Terent.* *Andr.* Quis hic loquitur? ð *Chreme* per tempus aduenis. Idem *Eunuch.* — nihil opus est istis *Chreme*. Ibid. — ð mi *Chreme* te ipsum exspectabam. Idem *Hecyr.* — itidem nunc dico *Lache*. ð *Chremes*, ð *Laches* vocatiuus sunt tertiæ declinationis. *Terentius* ferè semper vitur vocatiuo *Chreme*: sed

Lache raro. Idem Hecy. — salus Laches. Ibid. Vos videte iam Laches, & tu Pamphile. Non tamen vsitur genitiuo, aut accusatiuo Græco, sed Latino, Chremis, Chremem, aut Chremesem. Idem Andr. — etiam puerum indo abiens conueni Chremis. Idem ibid. — egomet continuo ad Chremem.

Virgilius utroq; accusandi casu Græco lib. 5. est vsus, Præcipitemq; Daren ardens agit æquore toto. Sed finem imposuit pugne seffumq; Daresa Eripuit.

Vide Priscian. lib. 6. Ne mireris, si quando apud Latinos legeris o Socrate: nam Attici propria nomina primæ declinationis contraكتورum, vt Σωκράτης Socrates, accusandi, ac vocandi casu instar nominum primæ declinant, τῶν Σωκράτην, ὁ Σωκράτης. Socraten, ὁ Socrate. Cic. in Protogora apud Prisc. eodem lib. Quid tu, vnde tandem appares ὁ Socrate? an quidem dubium est, quin ab Alcibiade?

De dandi casu in, abus, finito hæc Phocas tradidit. Pauca sunt primæ declinationis nomina, quæ contra regulam datiuum & ablatiuum numeri pluralis in Abus, syllabas mittunt discernendæ ambiguitatis, id est, sexus causa: his & ab his, Deabus, Filiabus, Mulabus, Equabus, Libertabus, Natabus, Afinabus, quæ à viris peritis vsurpata sunt. Diomedes Deabus, Filiabus, Literabus, & quicquid huiusmodi est, discernendi sexus causa, contrarationem & præceptum est. Donatus 2. Edicit. Necesse est autem contra hanc regulam, vt declinentur & nomina, in quibus genera discernenda sunt, vt his & ab his deabus: ne si dijs dixerimus, deos non deas significare videamur. Sergius in hunc Donati locum ait: hæc inuenta esse propter testamentorum necessitatem. Nec nos debemus (inquit) ad istorum similitudinem alia declinare: ea enim quæ arte carent sola auctoritate firmantur. Deabus vsitur Cic. in orat. pro Rabir. & pro Cornel. prima, vt Prisc. lib. 6. docet. M. Cato in Origin. apud eund. lib. 7. Dotes filiabus suis non dant. quem Liu. lib. 4. dec. 3. imitatus est, In sacrarium ad penates confugit cum duabus filiabus virginibus. Item Trogus siue Iustinus lib. 7. Adhibitis in conuiuium suum filijs, & vxoribus, & filiabus. Palladius mense Martio, tit. 13. vbi de equorum partibus, & coloribus egit, Eadem (inquit) in equabus consideranda sunt, &c. Scæuola lib. Pandect. 31. Prædiolum meum dari volo libertis, libertabusq; meis, &c. Idem lib. 34. Omnibus libertis libertabusq; fundos [dari iusserat.] Idem Pandect. 33. de Fundo instructio, Reliquis conseruabus, dixit. Senec. Declamat. lib. 2. declamatione 2. Quadam se maritorum amore rogis ardentibus miscuerunt. Quadam animabus suis redemerunt maritorum suorum salutem sollicitudine breui. Sic habent libri correctissimi. Idem Controuers. lib. 4. controu. 22. Dominabus, dixit. Non negamus Ciceronem dixisse, Duabus animis suis: Plinium lib. 11. c. 41. de lacte: Tenuissimum camelis, mox equis. Sic enim est in libris correctis non equabus. Idem eod. lib. c. 40. Afinis mamme à fætu dolent. Ennium etiam & Plaut. Filijs. Sed cum Phocas, Diomedes, Donatus, Priscianus alijq; veteres multos legerint auctores, quorum ne nomina quidem ad nos peruenerunt, non video cur eis non habeamus fidem, maxime scum etiam nunc aliquot exstena

exempla

exempla, vnde possimus & alia fuisse conijcere. Priscianus eadem assert, quæ Phocas. Quod verò Prisc. lib. 7. ait, vetustissimos non esse imitandos, intelligit de Eabus pro ijs, Dextrabus pro dextris, & alijs, quibus antiquissimi vsi sunt. Si enim res ita eulerit, vt necesse sit, syllabus, libertabus, equabus dicere, non video cur tan topere hæc nobis reformidanda sint. Cato de Re rust. c. 152. Nulla constrictus necessitate, Eabus, dixit. Scopas virgeas alligato, eabusq; latera dolijs intrinsecus vsq; bene perfricato. Plautus Ibus pro ijs, in Milit. Vt in tabellis (inquit) quos consignauit hic heri Latrones, ibus dinumerem stipendium. id est ijs. Idem Curcul. Eodem hercle uos pono, & paro: parissimi estis hibus. Sed in hoc Plauti loco posteriore hibus, pro his, atq; genere masculino in utroq; accipitur.

Nomina, E, litera terminata, quorum genitiuus, es, syllaba finitur, ad nullam omnino Latinorum declinationem numero singulari spectant: neq; enim primæ sunt, cuius symbolum, ac nota est, e, diphthongus. Probus tres tantum positiones, A, As, Es, huic declinationi tribuit, totidem Priscianus. Idem Probus docet, E, finita scemina Græca esse, & Græcè declinari: quod si E, in, A, mutetur, ad primam nostram spectare, vt Hælene, es, Hælena, &c. Plin. lib. 37. c. 8. Latine maluit, quàm Græcè declinare. Ex hac [insula] primùm importatam Berenice regina, &c. Idem lib. 4. c. 11. Maiores Hæmo, minores Rhodopæ subditi. Lucret. lib. 2. — stactæq; liquorem. Sil. lib. 17. Libyæ dixit. & Propert. lib. 3. Sacre

Cybellæ. & Plaut. Epid. Hanc asserua Circam, Solis filiam. Alij Circen Græcorum ritu dicere solent. Ablatiuo Græcæ declinationis vtuntur, quamuis Græci hoc casu careant, non solum Poëtæ, vt Frisci. lib. 7. putat, sed etiam Oratores. Quintil. lib. 8. c. 1. Sed ea, quæ de ratione Latine atq; emendatè loquendi fuerant dicenda, in lib. 1. cum de Grammaticæ loqueremur exsecuti sumus. Idem lib. 2. cap. 15. Excludunt à Rhetoricæ malos. Idem lib. 1. cap. 18. Num igitur hi sine Musicæ? Quod idem de ablatiuo eorum, quæ, Es, syllaba nominandi casu finiuntur, dictum sit. Idem lib. 3. c. 4. Plato in Sophistæ Iudiciali, & Concionali tertiam adiecit, &c. Adám, Abrahám & alia eiusdem positionis peregrina duos tantum casus interrogandi, & dandi primæ declinationis admittunt, Adæ, Abrahæ: ceteri peregrinitatem retinent. Qui verò hæc Latinitate donare volunt, Adámus, Abrahamus declinant. Iust. lib. 36. Hebræis positionibus contentus fuit Abraham, & Ioséph. Quidam ad eod sunt Attici, vt nisi Abrahamum, Iosephum dicas, te minimè audiendum putent. Alij contra vsq; eod Hebræicis positionibus syllabisq; adhaerescunt, vt Iesuah, non I E S V S scribendum putent, cum Iosephus Hebræus, Hebrææ lingue peritissimus lib. 18. Antiquit. I E S V S non Iesuah, scripserit, ἵνα ἴαται ἀκατὰ τοῦτον χρονον ἰουδῶς σιφῶς ἀνάγ. ἵνα ἀγλα αὐτῶν λέγεται χρο.

Fuit eodem tempore I E S V S vir sapiens, si tamen virum cum appellare equum est. Neq; à diuo Mattheo, Marco, Luca, Ioanne, à diuo Paulo, cuius Epistola dulcissimo, ac sanctissimo hoc nomine plene sunt, Iesuah inquam, sed I E S V S vocatur. Quis obsecro caput aperiat, quis genua flectat, si te legentem

cc 2

Iesuah

Iesuah audiat? Ne Hebraeus quidem te intelligat, cum apud Hebraeos vltimali-  
 tera non Ha, siue Hc, vt Hebraei loquuntur, sit: sed litera quadam peregrina, cui  
 nulla in Europa respondet, quam Arabes etiam hodie ab Hebraeis acceptam re-  
 zinent: figura tamen diuersa, quam imo gutture sonant, licet eam Hebraei in Eu-  
 ropa nati aut omnino supprimant, aut naribus exprimant. מוסר, siue מוסרס,  
 Moses siue Moyses, Philon, & Iosephus declinant, vt Anchises, excepto genitiuo  
 מוסרס siue מוסרסס, Moyses siue Moyses: apud Septuaginta interpretes geniti-  
 uus & datiuus, in, u, hoc est, e, longo terminatur. Latine Moyses, Moysi vel Moy-  
 sis, Moysi, Moysen, & Moyses, a Moyses: aut Moses, Mosis, Mosi, Mosen vel Mosem,  
 Moses, Mose. Iust. lib. 36. Moses casu nominandi, Mosen accusandi dixit. Iuuenal. 10  
 satyr. 14. Iudaicum ediscunt, & seruant, ac metuunt ius, Tradidit arcano  
 quodcumq; volumine Moses. Iosephus & Septuaginta מוסרס Moyses, Philon  
 tum מוסרס, Moyses, tum מוסרס, Moses: Romani, Moses, scribunt.

Secunda Declinatio.

**F**R, vel Ir, Vr fines, Vs, & Vm, dedit Altera Recto.  
 Vt Populus, Bellum, Coluber, Satur, atq; Triumuir.

- ¶ Eus, Os, & On Græcis, velut ilion, Arctos, & Orpheus. 2
- ¶ Aequalem Recto Patrium dat norma secunda. 3
- ¶ Celtiber accrescit cum Presbiter, Asper ibidem, 4 20
- Dexter, Iber, Socer, atq; Gener cum Prosper, Adulter,
- Cumq; Viro Lacer, atq; Puer, Tener: adijce Liber,
- Et Gibber, Miser, atq; Satur cum Treuir. ¶ Et orta
- A Gero, siue Fero, velut Armiger. Obuia fient
- Cætera sollicitè Veterum monumenta legenti. 5

**L**atina nomina Secunda declinationis in syllabis Er, Ir, Vr, Vs, Vm, ex-  
 ceunt, vt Faber, Vir, Satur, Populus, Bellum. 2 ¶ Græca in Os, On,  
 Eus, vt Arctos, Delos, Androgeos, Pelion, Iliion, Tyde<sup>o</sup>, Orpheus. 3 ¶ Genitiu<sup>o</sup>  
 ferè aequalis est nominatiuo syllabarum: numero, vt Populus populi. 4 ¶ Præ-  
 ter Iber Ibèri: Celtiber Celtibèri: Liber liberi: Treuir Trèuir: Satur, saturi.  
 5 ¶ Composita item à verbis Gero, & Fero, Er, syllaba finita, vt Armiger  
 armigeri: Signifer signiferi: & nonnulla alia. Androgeos non solum Androgei,  
 sed etiam Androgeo more Attico facit genitiuo.

- Q**uartus ab, Os, veniens fit in, On, velut Arcton, Abydon. 1
- ¶ Præter Athon, O, seruat, Athos, quod Græcia finxit. 2 35
- ¶ Quintus habet fines, vt Vir, Satur, atq; Magister,
- Omnino Primo similes. ¶ Vs, habentia Recto
- Illud in, E, mutant. ¶ D E V S immutabile perstat. 4
- ¶ Filius, I, maoult. In, Ius, cum propria fiunt: 5
- Vs, velut Antoni, gradui rapuere vocandi 6

**A**ccusatiuus à Græcis in, Os, literam S, mutant in, N, vt Arctos, Arcton:  
 Abydos, Abydon: Delos, Delon: Menelaos, Menelaon. 2 ¶ Athos  
 Athon, vel Atho more Attico. 3 ¶ Vocatiuus similis est nominatiuo, & Vir,  
 & Satur, & Magister. 4 ¶ Nomina, Vs, syllaba finita mutant, Vs, in, E; Populus  
 & popule: Fluius & flumie: Tabellarius & tabellarie. 5 ¶ Excipitur D E V S,  
 quod similiter exit in vocatiuo, & D E V S. 6 ¶ Item Filius: & nomina pro-  
 pria in, Ius, que, Vs, syllabam deponunt, vt & Fili, & Antoni, & Pompei.

**S**I Recto diphthongus inest, perit vltima Graijs  
 S, Quinti: & Tydeu dices. & maxime Panthu. 1  
 10 ¶ Græca per, Eus, etiam Nostrorum Tertia flebit  
 In Patrio, & Quarto, præsertim ad carminis vsu.  
 Tydeos hinc nomen Tydeus, & Tydea profert  
 ¶ Nomen in, Vs, Danaum, quod ab, Os, traxere Latini  
 E, tulit in casu, veluti Ptolemæ, vocandi.  
 15 ¶ O Meus in Quinto, Populus, Fluiusq; Latinos 4  
 Dicere nonnunquam verborum euphonia cogit.

**G**ræca, que in Eus, & in, Os, hoc est, us, diphthongu exeunt, deponit, s, vo-  
 catiui, Tydeus & Tydeu: Panthus & Panthu. 2 ¶ Græca, Eus, syllaba  
 finita, etiam genitiuo faciunt Eos, & accusatiuo, Ea: maxime apud Poetas: sed  
 tunc ad tertiam declinationem spectant, vt Tydeus Tydeos Tydea: Teres Teres  
 Terca. 3 ¶ Vocatiuus Græcorum nominum, que Os, in Vs, mutant, etiam in  
 E, literam exit, & à generali regula non discedit, vt Timotheus, Pampphilus, &  
 Timothee, Pampphile: Antheus, Thymbræus, Ptolemæus, & Anthee, Thymbræe,  
 Ptolemæe. 4 ¶ Latini interdum, vel euphonia causa, vel Atticos imitan-  
 tes, vocatiuum faciunt similem nominatiuo, &, Populus, & Fluius, & Meus. 1

**F**xit in, I, Rectus numeri pluralis, vt Euri  
 Ei, diphthongus erat Rectis pluralibus olim.  
 ¶ Is, tandem attribuit pluralibus ista Datiuis. 2  
 1 ¶ Nominatiuus multitudinis, I, litera terminatur, vt Captiui, dei vel dij.  
 30 ¶ Priscis temporibus, ei, diphthongo terminabatur, vt Captiuei.  
 2 ¶ Datiuus pluralis, is, syllaba finitur vt Captiuis, deis, vel dijs.  
 De Nom. ad secundam declinationem spectantibus. ¶ Schol. 3.

**M**ulta sunt, Os, syllaba finita, quibus Latini vtuntur, vt Tenedos, Delos,  
 Lesbos, Abydos, Ilios, Arctos, & c. Virg. 2. Æn. Primus se Danaum magna  
 comitante cætera Androgeos offert nobis. — ¶ On, finita pauciora sunt.  
 Ouid. 5. Fast. Pelion Æmonia mons est obuersus in Austros. Nomina in, Ius,  
 per, I, vocalem disyllaba potius vocatiuo: E, faciunt, us, in, e, mutata, Pius, & Fie. Si  
 fuerit I, consonans, in, I, vt Caius Gneius, Cai, Gnei. ¶ Eus, diphthongo ter-  
 minata sunt quam plurima, vt Orpheus, Theseus, Perseus, Pentheus, Typhoeus,  
 & cætera, que apud Græcos quinta sunt declinationis, que tertia nostra  
 C c 3 respondet

respondet. Apud nostros tamen (excepto interrogandi, & accusandi casu, quibus etiam interdum more Græcorum vtuntur: item vocandi, qui ferè Græco ritu exit) hæc ferme secundi sunt ordinis. Liu. lib. 3. dec. 5. Persei partibus fauimus. Ibid. Hæc Græco sermone Perseo, Latine deinde suis. Plaut. Mercat. Penthæum diripisse aiunt Bacchus. Flin. lib. 7. c. 56. Post Theseum tyrannus primus fuit Phalaris Agrigenti. Liu. lib. 10. dec. 4. Perseum filium cum modica manu circummisit. Virg. in Culice, — victa furore Venit Nyctileum fugiens Cadmeis Agæus. Accusatio Græco, Persea, passim vtitur idem Liuus lib. 5. dec. 5. Hic finis belli, cum quadriennium bellatum esset inter Romanos, & Persea, fuit. Val. Max. lib. 5. cap. 3. Thæsea paruulo in scopulo sepeliri coegit. Quintil. lib. 2. c. 4. Circa Demetrium Phalæa, &c. Item Perseo ablatiuo casu. Liu. dec. 5. lib. 2. Ex eo [hospitio] notitia ei cum Perseo fuerat. Illud Ouid. in Ibin, Strimonie matres Orpheon esse rata: unde quidam putarunt nomina in, eus, etiam in, On. desinere accusatio casu, aded nouum, & inauditum est, vt quidam suspicentur esse mendum, legendumq; esse, Orphea te esse rata. ¶ Genitiuus, eos, syllaba finitus frequentissimus est apud Poetas. Stat. Theb. 11. — nusquam reuerentia nostri O furor, ð homines, diriq; Drometheos artes. Ouid. 4. Fast. Alta iacet vasti super ora Tiphocös Ætna. Sic & Brutus ad Cic. in Epist. ad Brutum. Tibi Glycona, qui sororem Achilleos nostri in matrimonio habet, diligentissimè comendo. Recto, Achilleus, idem vsus est, vt Priscianus ait, quamuis Probus dicat posse Tydee, Penthee dici. Id quod verè esse conijcies ex illo Ouid. Met. 22. — quamuis Terga fugæ dederas, vulnus Cenee tulisti. Vbi penultima, E, remanens ex diphthongo, Eus, nominatiui longa est. ¶ Græcus vocatiuus Perseu, Theseu, Tydeu, aliq; huius generis vtitatissimi sunt, præcipuè apud Poetas. Liu. lib. 10. dec. 4. Oportuit autem Perseu, si proditor ego patris, regniq; eram, &c. Ouid. 4. Met. Aspice, ait, Perseu nostræ primordia gentis. Idem 7. — te maxime Theseu. Illud Lucani lib. 4. Huc Antæe cades. — & 9. Te Prolemæe feram: — non huc spectant, cum non fiant ab, Eus, diphthongo, sed ab αἰος, ἀνταῖος, πτολεμαῖος, & os, in, us, mutata Antæus, Ptolemæus. Sic Alcæus, Penæus: dicitur enim πηναιος Græcis. Itaq; ne decipiaris, Græcos consule. Perseus etiam declinatur Perseus, Persis, Persi, Persen vel Persem, ð Perses, à Perse. Eod. modo præter accus. Persen, qui primam declinat. respicit, spectantur Achilles, Vlysses, quorum genitiuus Persei, Achillei, Vlyssæi à nominatiuo Perseus, Achilleus, Vlyssæus fit. Manil. lib. 2. Persei, & Andromedæ pœnas, matrèq; dolentem. Sic frequenter Seneca in voce Thæsei. Idem Troad. Pelion regnum Prøthei superbum. Idè Hippol. Sileantur alie: sola coniux Ægei. Horat. Epod. Heu perueicacis ad pedes Achillei. Idem Epist. lib. 1. Haud malè Telemachus, proles patientis Vlyssæi. Propert. lib. 2. Nec tibi si Persei mouerit ala pedes. Ibid. Aut Capanèi magno grata ruina Ioui. Stat. Theb. 6. Et casus Phlegyæ mouet, & fortuna Menesthei ¶ Nonnunquam vocales ei, ea, eo, apud poetas in

nam cœunt. Idem 1. Epist. — remigium vitiosum Ithacensis Vlyssæ. Virg. 2. Æneid. — comes infelicitis Vlyssæ. Idem in Culice. — & turba ferarum Blanda voce sequax regionem infederat Orphea. Ouid. 13. Met. Nec quod centimanum detecerit igne Thyphoea. Idem 6. Degeneras, scelus est pietas in coniunge Tereo. E, in obliquis horum nominum corripitur, nisi more Ionico declinentur: tunc enim non, e, sed, habent, hoc est, non, e, breue, sed longum. Virg. 1. Æn. Ilionca petit dextra, leuaq; Serestum, Ἰλιονκα. Idem 3. Idomenæa ducem desertaq; littora Crete. Ἰδομενεα. Inuenitur etiam recto casu, e, ante, us, ex diphthongi solutione correptum. Idem in Culice — tantum non Orpheus Hebrum. &c. Ibid. — & nunc manet Orpheus in te. Ouid. Quid inuat ad surdas si cantet Phineus aures. ¶ Adiectiua, que fiunt à nominibus in, ius, eus, habent penultimam longam: vt Achilleus, a, um, Pentheus, a, um, &c. Ouid. Met. 11. Menades Orphei titulum rapere theatri: & lib. 4. Quidq; furor valeat Panthea cade, satisq; Ac super ostendit. — Stat. Theb. 3. Quid me Persei secreta ad culmina montis Ire gradu trepido, &c. Achilli, & Vlyssi docet Quintil. lib. 1. c. 5. genitiuum esse prisicum. Prisc. lib. 6. ait Veteres frequentissimè datiuo pro genitiuo nominum in, es, que à Græcis ad nostros migrarunt, vt Achilli, Vlyssi, Timarchidi, Oronti, Thucydidi, Euripidi, pro Achillis, Vlyssis, &c. vsos fuisse. Vt cumq; sit, Achilli, & Vlyssi sæpe apud Poetas leguntur. Quid si primum Achillei, Vlyssæi per, ei, diphthongu, deinde per, i, litera scripta sunt, vt apud Priscos Captiuei, deinde Captiui. ¶ Non enumerauimus omnia nomina, que genitiuo crescunt, quod etiam rudes, antequam hoc præceptum attingant, inter declinandam nominatiam ea didicerint. Iber etiam tertie declinationis est, diciturq; à regione Iberia, que iuxta Pontum est inter Colches & Armeniam. Liger non est huius loci, cum sit tertij ordinis. Virg. lib. 10. — resano talialatè Dicta volant Ligeri. — Exter vsus est Papin. 31. Pandect. vt supra diximus in Rudim. Schol. 6. Liber cum Bacchum significat, aut cum nomen est adiectiuu crescit genitiuo. Liber liberi, id est filius numero singulari rarum est, de quo in Anom. Schol. 8. ¶ Item Gibber tum substant. tum adiect. Varro de Re rust. lib. 2. c. 5. de Vaccis, vt sint bene compositæ, gibberi stina, leuiter remissa, a pertis naribus, &c. Plin. lib. 10. c. 26. Africa hoc est gallinarum genus gibberum, varijs sparsum plumis. Senec. Epist. 102. Tuber adtrue gibberum, lubricos quate dentes, &c. Varro. 3. de Re rust. c. 9. Gallinæ Africane sunt grandes, variæ, gibberæ. Gibber gibberis etiam declinatur; vnde Plin. lib. 8. c. 45. Syriacis [bubus] non sunt palearia, sed gibber in dorso. Apuleius 2. Florid. Cumq; inter scapulum retexisset, quod erat aucto gibbere. Illud verd Iuuenalis, — attritus gibbere nasus: nusquam esse arbitror: sed attritus gibbus Saty. 6. Attritus galea, medijsq; in naribus ingens Gibbus, & acre malum semper stillantis ocelli. ¶ Dexter dexteri, vel dextri vtitatum est. Cic. 6. de Rep. vt ait Prisc. lib. 6. Prosperus dixit pro Prosper, Deinde est hominum generè prosperus

prospere & salutaris. *Aspris pro asperis dixit Virg. 2 Æn. Improvisum aspris veluti qui sentibus anguem Pressit. — Sed quid his diutius immoramur? Cum nomina, quorum genitiuus exit in, ius, & datiuus in, i, literam, in ipso Grammatices vestibulo edicēda pueris fuerint propofita, non putauimus hęc excipiēda. ¶ Prifci Alij, Alio, Neutri, Neutro, &c. etiam declinauerunt: vnde Grammatici Neutri generis maluerunt dicere, quā Neutrius. Lege Prifc. lib. 6. & 13. vbi exempla inuenies. Neutrius vfitatius est, quā Neutri, etiam si Prifcianus iisdem libris aliter doceat. Solemus tamen Neutri generis more Varronis, & Probi veterum Grammaticorum potiūs, quā Neutrius dicere. Terent. And. — quandoquidem tam iners, tam nulli consili Sum. — Plin. 31. c. 8. Hęc obiter indicata sint desiderijs vite, & ipsa tamen nonnulli vsus in mēdendo. Catull. — nec pili facit vni. Varro de Re rust. lib. 1. c. 2. Ad alij dei aram hostia adduceretur, ad alij non sacrificaretur. Vitru. lib. 8. c. 3. In quem lacum pars siue harundinis, siue alij generis si demissa fuerit. Porc. Latr. in Catil. Non modo non pœnituit, sed rursus alio furori accessit. Curt. lib. 6. Vestis non toto Amāzonum corpori obducitur. Plin. lib. 2. c. 5. Vitalem hunc, & per cuncta rerum meabilem, totoq; confertum. Sall. Jug. Rati noctem, & vītis sibi munito fore: & si vicissent, nullo impedimento, quōd locorum scientes erant. Propert. lib. 3. eleg. 10. Septem vrbs alta iugis, toto quę præsidet orbi. ¶ Andrōgei Latino casu vsus est Virg. Æn. 2. & Atticum vsurpauit Æn. 6. In foribus lethum Androgeo. ¶ Accusatiuus Græcus frequens est, potissimū apud Poetas. Ouid. 13. Met. — me credite Lesbō, Et Tenedon, Chrisenq;, & Cillan, Appollinis vrbes, Et Syron cepisse. — Athos apud Pomp. Mel. Atho facit datiuo, lib. 2 Atho monti Lemnos obuersa. Athon, & Atho accusatiuo. Idem ibidem, Inter Athon, & Pallenen. Valer. Max. lib. 1. c. 6. de Prodigijs, Eidem montem Athon iuxta Idam transgresso, &c. Plin. lib. 7. c. 2. Qui Athon montem incolant. Atho accusatiuus est Atticus: veteres enim Attici omnes casus singulares nominum huius positionis, o, litera terminabant, nominandi & vocandi excepto. Liu. lib. 5. dec. 5. Maritimas quoq; opportunitates ei præbent portus ad Toronen, ac montē Atho. Cic. 3. de Rep. vt Prifc. lib. 6. docet, Athōnem dixit. Quid ergo illa sibi vult absurda exceptio, nisi quis Athōnem pro monumento vult funditus efficere? Quis enim est Athos, aut Olympus tantus? Athonem fecit Cicero à nominatiuo Athos; ceteri ab Atho. Liu. lib. 4. dec. 5. Eminet namq; in altum lingua, in qua sita est: nec minūs, quā in altum magnitudine Atho mons excurrit. Athones etiam numero multitudinis dixit Lucilius apud Gell. lib. 16. c. 9. Vt aiunt montes Ætne omnes, atq; asperi Athones. Sic Sall. à Minos, quod etiam, vt Androgeos, & Athos, ab Atticis declinatur, fecit genitiuum Mionis lib. 5. Histor. Dædalum ex Sicilia profectum, quō Mionis iram, atq; opes fugerat. Et Propert. lib. 2. ab Androgeo fecit Androgeōnis; inde accusatiuum Androgeōna. Et deus extinctum Cressis*

Cressis Epidaurius herbis Restituit patrijs Androgeona socis. Sacer interpres. 1. ad Corinth. c. 3. etiam vsus est positione Latina Apollo, quamuis Græcè sit *ἄπὸ Ἀπόλλω*, Apollōs. Idem Atticè declinauit ibidem, Cum enim quis dicat, Ego sum Pauli, alius autem, ego Apollo, nōne homines estis? Et ad Titum. c. 3. Zenam legissetum, & Apollo sollicitè præmitte, vt nihil illis desit. Siquis verò Latine declinare velit, dicet Apollo, Apollōnis, Apollōni, Apollōnem, &c. Vt Atho Athonis, & Mino Mionis. Ablatiuo Atho vsus est Cic. 2. de Fin. Athōus perfosso. Liu. lib. 4. dec. 5. Sub Atho monte. ¶ O Tyrintiæ, Olmiæ, Euiæ, Sperchiæ, quę apud Statium leguntur, quamuis sint propria, non tamen faciunt contra præceptum: sunt namq; à Græcis positionibus Tyrintios, Olmicos, Euios, Sperchiōs: neq; enim Græci Latinorum leges seruant. Latini vel Atticos imitantes, apud quos vocatiuus semper similis est nominatiuo, vel euphonia causa, vel metri, vt inquit Prifc. lib. 7. nominatiuo, vs, syllaba finito vtuntur pro vocatiuo. Lucan. lib. 2. Degener ò populus. — Sic Ouid. Fast. 4. 1. pete virginca populus suffimen ab ara. Liu. 1. ab Vrbe. Audi tu populus Albanus. & ilid. 8. Agedum pontifex publicus populi Romani, præ verba, quibus me pro legionibus deuoueam. Plaut. Curcul. — malè mihi morigerus tace. Virg. Æn. 6. proijce telam manu sanguis meus. — Senec. Herc. fur. Stantes sacrificus comas Dilecta tege populo. Phocas Appellatiua, inquit, quę in, ius, desinunt vocatiuum in, e, mittunt, vt Fluius ò fluite, Socius ò socie: quem Veteres iuxta neminatiuum proferebant. Virg. Corniger Hesperidum fluius regnator aquarum. Quę, consonante prelata, in eadem syllabam mittunt, si quidem sunt accidentia (hoc est adiectiua) vel deriuatiua, vocatiuum in, e, mittunt, vt Doctus docte, Sanctus sancte, Romanus Romane, Hispanus Hispane. Cetera in, us, potiūs, quā in, e, syllabam exeunt. Sic Lucan. Degener ò populus. & ò popule lectum est. Lucus ò lucus: quę à Veteribus propter asperitatem vocis minimè vfitata sunt, ad eò vt rara huiusmodi declinationis reperiantur exempla: hæc Myrtus ò myrte. — & te proxima myrte. Hęc ille. A Gellio lib. 14. c. 5. refertur lepida concertatio inter duos grammaticos: quorum alter contendebat vocandi casu dicendum esse Vir ègredi, alter Vir ègredie. ¶ Veteres genitiuū singularē per, i, literā scribebant, plurale nominatiuū per, ei. Nigidius apud Gell. lib. 13. c. 24. Si huius, inquit, amici, vel huius magni scribas, rnum, i, facito extrerum: siu verò hi magni, hi amice, casu multitudinis recto, tū ante, i, scribendū erit, e, atq; id ipsum facies in similibus. Quint. lib. 1. c. 7. Diutius durauit, vt e, i, iungendis eadem ratione, qua Græci, e, vterentur: ea casibus, numerisq; discreta sunt, vt Lucilius præcipit, iam puerei venēre, e, postremum facito atq; i, Vt puerei plures fiant. — Vide cetera, si vacat. Hinc Plauti comædia Captiuei inscribitur. Di, & dis, pro dij, & dys vtuntur poëta frequenter.

## Tertia Declinatio:

¶ *Etsi tertia declinationis quæ plurimæ sint positiones, genitiuus tamen Latiorum nominum in, Is, syllabam exit, qui nominatiuo modò est æqualis numero syllabarum, vt Nauis, nauis: modo vna syllaba longior, vt Turbo, turbinis: Vnedo, vnedõnis: modo dualis, vt Iter, itineris: Biceps, bicipitis: Supellex, supellectilis.*

¶ *A finita genitiuum in Atis, habent: vt Dogma, dogmatis, Poëma, atis.*

¶ *Neutrain, E, mutant ipsum E, nominatiui in, Is: vt Omne, omnis: Cubile, cubilis.*

¶ *In y, psilon finita (quæ omnia à Græcis Latini mutuuntur) genitiuum in, yos, Græcum retinent: Æpy, Æpyos: Misy, Misys: Moly, yos.*

¶ *Quæ in, O, terminantur, onis, accipiunt in genitiuo, vt Agamemno, onis: Mæcedo, onis: Vmbo, õnis: Hærpago, õnis: Finita verò in syllabis, Do, Go, scæminina faciunt, Inis, vt Arundo, inis: Grando, inis: Siligo, inis. Sic Turbo turbinis appellatiuum: nam cum proprium gladiatoris est nomen, Turbõnis habet, & à communi regula non discedit.*

¶ *Item Ordo, inis: Margo, inis, &c.*

¶ *Vnedo cum sit scæmininum, in, Do finitum Vnedõnis habet. Nerio, Nerienis, & Anio õnis.*

¶ *Manto, Callisto, Alecto, Calypso, & cætera id genus Græca, us, faciunt genitiuo: vt Mantis, Calypsus. Alij verò sequentes casus nominatiuo sunt similes, Manto, Manto, &c. Hæc Latinam declinationem rarè admodum patiuntur, vt Dido, Didõnis.*

¶ *Duo peregrina Bógud, & Dáuid Latina declinatione donata, Bógudis, & Dáuidis acceperunt.*

¶ *Nomina finita in L, addunt, Is, S L, duplici Mel mellis habet: Fel fellis habeto. genitiuo: vt Annibal, alis: Daniel, Sindon: interdum, vt Phaëton, On, exit in Ontis. õlis: Vigil vigilis: Sol solis, Consul, ulis.*

¶ *At Mel, & Fel mellis, fellis habent, altero, L, adhibito in obliquis.*

¶ *Quæ in N, terminantur, Is, genitiuo superaddunt*

*superaddunt: vt Paean, anis: Siren, õnis: Sålamin, inis: Alcyon, onis: Babylon, õnis: Palemon, onis.*

¶ *Græcorum verò quædam On, habentium in Recto in Ontis exeunt: vt Acheron, Bifon, Bellérophon, Charon, Chamæleon; Deméphoon, Horizon, Laocoon, Phlegéthon, Scæzon, Xénophon, Acherontis, bifontis, & sic in alijs.*

¶ *Neutra in, N, finita Inis, in genitiuo sibi vendicant: vt Abdõmen, inis: Carmen, inis. Item composita à verbo Cano, vt Tibicen, inis: Túbicen, inis, Córnicen, inis: Flamen, inis: Pecten, inis.*

¶ *Terminata in, R, addita syllaba, is, formant genitiuum: vt Lar, laris: Ver, veris: Mulciber, eris: Gadir Gádiris: Hector oris: Anxur, Anxuris.*

¶ *A nominibus adiectiuis terminatis in, Cer, fit genitiuus in, Cris: vt Acer, acris: Alacer, alacris: Volucer, volucris. Acer substantiuum acris habet, vt cætera, quæ à cõmuni regula non recedunt.*

¶ *Imber, imbris, facit, & ex eo composita: vt October, bris: September, bris.*

¶ *A nominibus Latinis in Ter, finitis formatur genitiuus in, Tris: vt Accipiter, tris: Frater, tris: Venter tris: Vter, tris. Sic adiectiua, vt Campester, Equester, Pedester, Paluster, Siluester.*

¶ *Item ex Græcis nominibus Pater, Mater, Linter.*

¶ *Alia Græca in Ter, finita communem regulam sequuntur: vt Crater, eris: Character, eris: Æther, eris.*

¶ *Ex Latinis Later lateris habet. Iter verò itineris, quem genitiuum accepit à prisco Recto Itiner.*

¶ *In, oris, exeunt horum quatuor genitiui, Ebur, Femur, Iecur, Robur, eboris, femoris, iecoris, róboris. Genitiuus Iocinoris à Recto Iócinius inusitato cum cæteris omnibus obliquis deducitur.*

¶ *Postulat As Atis. Vadis hic Vas fundito: neutrum vasis accepit.*

¶ *A Græcis in As, masculinis genitiuus in, Antis, derivatur: vt Adamas, antis: Pallas, antis, viri proprium.*

¶ *Arcas verò licet masculinum sit, Arcadis facit, vel Arcados: quemadmodum Græca omnia scæminina tertia declinationis: vt Pallas, Palladis, vel Pallados: Hyas, Hyadis, vel Hyados.*

¶ *Si nomen exeat in Es, genitiuus fiet in, Is, æqualis nominatiuo: vt Clades, dis, Diomedes, dis, Diomedis.*

¶ *Etis amant nonnulla: Dares testatur, & Hermes.*

¶ *Adde Seges, Lócuples, Abies, Interpres: & illis Addes, Quies, Hebes, atq; Aries, Teres: adijce Præpes Indiges, atq; Teges, Paries cum Perpete. Vates*



des,dis. ¶ Græc. Dat vauis. Verres Verris. Bes accipe beffis. corum nonnulla in Etis exeunt, vt Cres, Crētis: Lebes, êtis: Magnes, êtis: Tapes, êtis: Dares, êtis: Hermes, êtis: Laches, êtis. ¶ Horum aliqua etiam in Is, reperitur vt Chremes, Chremis: Laches, Lachis: Dares, Daris. ¶ Fit etiam genitiuus in Etis, à nominibus Arias, Teges, Quies, arietis, tēgetis, & sic in alijs. Reques à Quies compositum requiritis habet, vt simplex, & requiei: sed tunc ad quintam declinationem spectat.

¶ Cætera appellatiua Latina præter iam enumerata, sine masculina, sine communia tam duorum, quàm trium generum, itis, habent in genitiuo. Masculina, vt Cocles, Eques, Gurges, Fomes, Limes, Pedes, Poples, Stipes, Termes, Trames, 15 Veles. Communia duorum, vt Antistes, Comes, Hospes, Miles, Satelles. Trium generum: vt Ales, Diues, Sospes, ac Superstes. ¶ Ames etiam, Merges, & Tudes, licet fœminina sint, à mitis, mērgitis, tūdis habent, vt superiora. Dixi, Appellatiua Latina, propter Græca nomina propria, quorum permulta generalem regulam sequuntur, vt Aristoteles, Socrates, Vlysses: & neutra, vt Cacoethes, Hippomanes, Solæcophanes. ¶ Genitiuus in Edis fit à nominibus, 20 Merces, Præs, Heres, & Pes. ¶ Composita quoq; Cohæres, Exhæres, Córni- pes, Bipes, Tripes, Quádrupes à suis simplicibus non degenerant. ¶ Cōposita verb à verbo Sedeo, Idis, habent in genit. vt Deses, désidis: Reses, résidis: Præses, idis.

¶ Is, finita, si Latina sunt, genitiuum faciunt similem nominatiuo: vt Facilis, fácilis. ¶ Vomis tamen rōmeris habet: Puluis pulueris, Cinis, cineris: Cūcumis cucūmeris: qui genitiuus à Recto Cūcumer potius deriuatur. Insectitur etiam sine incremento Cūcumis, cucumis, vt cætera in, Is, à regula communi non discedentia. ¶ In idis, etiam exeunt Græcorum complura fœminina: vt Chlamys, dis: Pyramis, dis: Cassis, idis: Thetis, Thetidid, cum adspirazione in prima syllaba: Tethys enim cum adspiratur 5 in secunda, Téthyos facit. Tyrannis, idis: Corōnis, idis, Lychnis, idis: Alcyonis, idis: Atlantis, idis, & similia. ¶ Item masculina: vt Alexis, idis, Adōnis, idis: Daphnis, idis: Ostris, idis: Paris, idis: Serāpis, idis: & alia, que vsu sunt comparanda. ¶ Et his quedam etiam in, Is, sine incremento efferuntur: vt Paris, Paris: Daphnis, Daphnis: Alexis, Alexis: Adonis, Adonis: Serapis, Serapis.

¶ Dis, Lis, atq; Quiris, Samnis formantur in Itis. ¶ Glis, gliris. Tibi Semis item semissis adhæret. ¶ Vtimur interdum Patrijs, quos lingua Pelasgum Finxit in os: Tancos testis cum Atlantidos esto. ¶ Entis habent Símōis, Pyrois. ¶ Ys, habentia Recto Quædā, yis, accipiūt, vel, yos, ceu Tethys, Erinnyis. ¶ Otis ab, os, fiat. Ros, Flos variantur in oris, Et Mos: ac pariter fuit, Or, cum Rectus, vt Arbor. ¶ Bos, bouis: ôdis habet Custes: Os, oris, & ossis. 10 ¶ Thos, Minos, Heros, ac Tros flectantur in Ois. ¶ Finita in ys, per, y, psilon, yos, vel yis, assumunt in genitiuo, vt Tethys, Tethyos, vel Tethyis: Erinnyis, Erinnyis, vel Erinnyos: Capys, Cappyis vel Cappyos: Cotys, Cotyis vel Cotyos. ¶ A nominibus in, Os, terminatis formatur in Ois, genitiuus, vt Dos dôtis: Cos cōtis: Impos impetis: Compos cōpotis: Sacerdos, otis: 15 Ægóceros, ôtis: Monóceros, ôtis, &c. ¶ In, Oris, formant genitiuum Ros, Flos, & Mos. ¶ Item nomina in, Os, quæ simul in, Or, desinunt, vt Arbor vel Arbor: Honos vel Honor: Lepos vel Lepor. ¶ A nominatiuo Os, sub diuersis significationibus duo genitiui oris, & ossis, deducuntur. ¶ In, Ois, exeunt 20 quatuor illa Thos, Thōis: Minos, Minōis: Heros, Herōis: Tres, Trōis. ¶ Fert Oris, Vs, veluti Pignus, cum Fœnore Maius. Assumunt, eris, aucta Scelus, cum Vellere Pondus, Vicus, Onus, Vetus, ac Rudus cum Munere Sidus: His & Acus, Venus, atq; Glom<sup>o</sup> dato: Fœd<sup>o</sup>, Opusq; 25 Viscus, Olus, Genus, atq; Latus cū Funere Vuln<sup>o</sup>, ¶ Tellus Vris habet, Ligus, & Monosyllaba. Flectit Grus, gruis. Esto suis tibi Sus. Flectantur in Vdis Hæc Pecus, atq; Palus, Subscus: imitabitur Incus. ¶ Cætera, ceu Virtus, muliebria dantur in Vtis. 30 Sic habet Intercus. Laus, Fraus tam ē audis habēto. Pus genitum suscepit Odis. Loca certa Pelasgum Propria, sicut Opus, Amathus, flectantur in Vntis. & pecoris habent: Penus etiam fœmininum ad quartam vel secundam declinationem spectat: Pecus verb pecudis habet, vt mox dicendum erit. ¶ Comparatiua etiam ratione terminationis in Vs, Oris in genitiuo sortiuntur: Maius, oris: 35 Minus, oris: Peius, oris. ¶ Eris accipiunt in genitiuo nonnulla, vt Scelus, eris; Acus, acris neutrum. Masculinum enim Acus, aci, ad secundam declinationem, fœmininum, Acus, acus, ad quartam, idq; subdiuersis significationibus, spectat. Glomus, eris: Viscus, eris, & cætera. ¶ Tellus, & Ligus, Telluris, & Lignis assumunt in genitiuo. Item Monosyllaba, vt Crus, crūris. Ius, iuris, Mus, muris,

Rus raris. ¶ In Vdis exeunt Palus, ſidis. Subſcjs, ſidis: Pecus pécudis ſeemintum. ¶ Cetera ſœminina tertie declinationis Vtis, habent: vt Iuuentus, Salus, Seruius, Senectus, Virtus. ¶ Compoſita à nomine Pus, podos Græco in odis, formant genitiuum: vt Apus, apodis: Chytropus, odis: Daſyphus, odis: Melampus, odis: Oedipus, odis: quod etiam, & frequentius Oedipus, i, per Secundam declinatur. ¶ Aliqua vrbium propria in, Vntis, exeunt, vt Amathus, vntis: Hydrus, untis: Opus, untis: Trapezus, untis, & ſimilia.

¶ Ex nominibus literis, Bs, vel, Ps, finitis formatur genitiuus, I, vocali, medio vt riuſq; conſonantis interpoſita: vt Arabs, Arabis: Stirps, ſtirpis, & ſic in reliquis ſimiliter deſinentibus; vt Chalybs, Vrbs, Trabs, Cyclops, Dolops, Hydrops, Inops, Merops. A Gryps, gryphis habet. Polyſyllaba verò vocalem, E, duas illas conſonantes præeuntem, in I, mutant in genitiuo: vt Calebs, calibis: Forceps, forcipis. Munceps, Municeps, Particeps, & ſimilia. ¶ Quæ componuntur à nomine Caput, A, mutant in, I, Occiput occipitis: Sinciput ſincipitis. ¶ Si nomina ſiniuntur in, Ns, vel Rs, ſyllaba, Ti, duabus illis conſonantibus interponitur in genitiuo: vt Frons, frontis: Lens, lentis: Lars, Lartis: Aruns, Aruntis: Tyburs, Tyburtis. ¶ Lens verò euntis habet: & compoſita, vt Abiens, Exiens, abeuntis, exeuntis, & cetera. ¶ Compoſita verò à Cor, licet in Recto diuerſam poſitionem habeant in genitiuo, Dis, retinent, ſicut & ſimplex: vt Concors, Diſcors: concordis, diſcordis. ¶ Item Libripens à Pendo, & Libra compoſitum, libripendis. ¶ Quæ in, X, deſinunt, ipſo, X, adempto, cis, addunt genitiuo: vt Ajax, Aiâcis: Cornix, cornicis: Voluôx, voluôcis: Pollux, Pollâcis. ¶ Nonnulla tamen Gis accipiunt, vt Grex, gregis: Lelex lélegis: Aquilex aquilegis: Frux frugis: Remex rémigis, Coniux, coniugis:

I, Trabs, atq; Merops: ſimiles, & habentia fines Ante, S, accipiunt. ¶ Et in, I, polyſyllaba vertunt E, præiens, vt Adeps, adipis. Cupis accipit Auceps. 10 Sume Caput capitis: cipitis tua pignora forment. Aſt hiemis libi poſcat Hiems. Puls accipe pultis. ¶ Si velut, his Conſors, Patiens, erit exitus, inſit Syllaba, Ti, Patrijs ante S. ¶ Sed euntis habere Gaudet lens. ¶ Dis habere volût à Corde profecta: 15 Et Glans, ac Nefrens: quod Pêdo, & Libra crearût Frons ita pro folio: ſic Lens pro verme recepit.

¶ Ante, S, accipiunt. ¶ Et in, I, polyſyllaba vertunt E, præiens, vt Adeps, adipis. Cupis accipit Auceps. 10 Sume Caput capitis: cipitis tua pignora forment. Aſt hiemis libi poſcat Hiems. Puls accipe pultis. ¶ Si velut, his Conſors, Patiens, erit exitus, inſit Syllaba, Ti, Patrijs ante S. ¶ Sed euntis habere Gaudet lens. ¶ Dis habere volût à Corde profecta: 15 Et Glans, ac Nefrens: quod Pêdo, & Libra crearût Frons ita pro folio: ſic Lens pro verme recepit.

X Perit in Patrio, cis, verò accreſcit, vt Audax Audacis. ¶ Grex, atq; Lelex, Gis habêto, Dioryx 30 Rex, Bíturix Lex, Frux, Aquilex, cû Remige Côiux ¶ Styx, & Oryx, Syrinx cû Spinge, & lazyge, Maſtix, Strix, Phryx, atq; Phalâx, Coccyx. Adhibêtar, Iapyx Allobrogi, & Regum quædam, quibus, exitus Orix. ¶ Ex finita, vt Apex, Patrios polyſyllaba caſus 35 Dât in icis ¶ Veruex, Myrmex remouêtur, & Halex, Atq; Reflex. Senis adde Senex. Nox accipe noctis. Nix niuis exhibeat. Det lectilis auſta Supellex. Actis, vt Aſtyanax, Hippónax Græca referunt.

coniugis: Rex regis: Dioryx, diorygis. Onyx verò, Onychys. ¶ Ex Gracis etiam Gis habent Styx, Stygys: Oryx, orygis: Sphinx, ſphingis. Iazyx, Iazygis: Stryx, ſtrygis: Phrix, Phrygis: Phalanx, phalangis: Iapyx, Iapygis: Allobrox, Allobrogis. ¶ Item Regum quædam nomina, quorum Rectus finitur in Orix: vt Orgentórix, Orgentórigis: Vercingetórix, órigis, & ſimilia. ¶ Nomina in, X, plurium ſyllabarum, E, nominatiui præcedens mutant in I, vt Codex, codicis: Vertex, verticis: Vibex, vibicis. ¶ E, tamen retinent illa quatuor, Veruex, veruécis, Reflex réſecis, Myrmex, écis, Halex, halécis. ¶ Supellex verò ſupellectilis duplici augetur incremento. ¶ Aſtyanax deniq; & Hippónax, Aſtyanax, & Hipponactis habent.

De Poſitionibus tertie declinationis ¶ Schol. 4.

S I cui fortaffe breuioreſ videbimur, Priſc. adeat, qui de poſitionibus, atq; caſibus interrogandi, potiſſimum tertie declinationis, ſextum librum: de cæteris verò caſibus ſerè ſeptimũ ſcripſit accuratiſſimè. Nos de ijs tantum hic putauimus 15 agendum, quæ non ita trita ſunt, & quotidiana. Iniuria enim ſit præantiſſimo magiſtro vſui, ſi de ijs agas, quæ ad ipſum maxime ſpectant. ¶ Turbo, ónis, nomen gladiatoris eſt. Horat. 2. Serm. aty. 3. Corpore maiorem rides Turbonis in armis Spiritum. — ¶ Priſci Itiner, itineris dixerunt. Plaut. Mercat. — quin tu ergo itiner exſequi meum me ſinis? Ibid. Incæptum hoc itiner 20 perſicere exſequar. Sic Lucret. lib. 1. & Manil. lib. 1. proæmio. Iter enim iteris faciebat. Nouius, Ignoti iteris ſumus. Accius — nã te longo itere cerno vadere. Vide Non. Marc. ¶ Vetiſſimi Ancipes, Bicipes, Præcipes dicebant, vnde ſuperſunt genitiui ancipitis, bicipitis, tricipitis. Plaut. in Commorientibus, Saliã in puteum præcipes. ¶ Iidem Supellectilis etiam nominandi caſu dicebant. Cato aduerſus Tyberium Sempronium, Si poſſet actio fieri de artibus tuis, 25 quaſi ſupellectilis ſolet. ¶ Gell. lib. 13. c. 21. ait Varronem Nerienes dixiſſe vocatiuè: ex quo nominandi quoq; caſum eundem fieri neceſſum eſt. ¶ Priſci Anien, vt Priſcianus docet, dixerunt. Cato, Non minus, quàm XV. millibus Anien abeſt. Stat. Sylu. lib. 1. Anien, & Anienus dixit, Quas præceps Anien atq; ex- 30 ceptura natatus Virgo iuuat. — & paulò antè, Ipſe Anien (miranda fides) infraq; ſuperq; Saxeus. — Et ibid. Illis ipſe antris Anienus, fonte relicto, &c. ¶ Veteres, vt ait Quintil. lib. 1. c. 4. Palamo, Thélamo, & Plato (nam ſic eum Cicero quoq; appellat) pronunciabant: quia Latinum, quod, O, & N, literis ſiniretur, non reperiebant. Cicero Zeno, pro Muræna: Meno, pro Fundanio: 35 Xenon, in Frumentaria: Dexo, 7. Verr. dixit pro Zenon, Menon, Xenon, Dexon. Vide Priſcian. ¶ Lars rex Veientium, vt Mars, exit in, tis, Lartis. Liu. 4. ab Vrb. Daturus, quod Lars Tolumnius dediſſet, reſponderi iuſſit. Ibid. Ad Lartem Tolumnium, Veietium regem deſecere. Apud Cic. Philip. 9 pauci admodum cum Manutio Lartes caſu recto legunt; aſt tamen Lar ex antiquiſſimo codice complures alij malunt eſſe retinendum. Priſc. lib. 3. Lar putat eſſe Rectum, ſed id ex obliquis

obliquis probat. ¶ Tyburtis & Tyburte minus vsitatum est, quam Tyburs. Gell. lib. 19. c. 5. in Tyburte rus cencepsimus. ¶ Hepar, hepatis, Græcum est ἥπαρ. ¶ Acer æceris, arbor est. Plin. lib. 24. c. 8. Aceris radix contusa iocinoris doloribus efficacissime imponitur. ¶ Mûlciber, Mulciberis, & Mûlciber, Mulcibeyi: & imminuto verbo Mûlcibri. Cic. 2. Tusc. ex poeta Æschilo — Iouis, numen Mulcibri adsciuit manus. Iambicus est trimeter. Apud Martianum Capellam lib. 6. c. 1. plenum est, Dissendiaq; lini perflagrata cassum deuorante Mulcibero. ¶ Iocinoris putat Prisc. lib. 6. à nominatio iocinus fieri, qui in vsu non est. Plin. lib. 11. c. 37. Bina iocinora leporibus circa Briletum. Ibid. Sex victimarum iocinora reperta sunt. ¶ Græca in, As, masculina faciunt, antis, genitiuo: fœminina verò, adis, vt Lâpas, adis: quibus Arcas propriū viri, & gẽtile additur. Prisci Latini Calchas vel Calcha, & declinabant. Plaut. Menech. Nouissin tu illum? M. E. noni cum Calcha simul. ¶ De Chremes, Laches, & alijs huius generis vide Scholium 2. in primam declinationem. ¶ Græco genitiuo in, dos, frequenter vtuntur poetæ. Ouid. 2. Met. Nexilibusq; plagis sylvius Erymantidos amlit. Ibid. 1. Nec superam rector mala tanta Pboronidos vltra Ferre potest. — Stat. 2. Theb. — immites citius Busirides aras. Ceteris rariùs. Idem Achill. 1. — sonantibus antris Tethyes aduersæ. Mart. in Amphit. Et quem supremæ Tethyos vnda ferit. ¶ Prisci Calypsonis, Idonis, declinabant. Vide Priscian. lib. 6. posteri Calypsês, Iis, Mantis. 29 Virg. 10. Fatidica Mantis, & Tusci filius amnis. Qua de re sic Quintil. lib. 1. c. 5. Nunc recentiores instituerunt Græcis nominibus Græcis declinationes potius dare. Mihi autem placet Latinam rationem sequi, quousq; patitur decor. Neg; enim iam Calypsonem dixerim, vt Iunonem, quamquam secutus antiquus C. Cesar vtitur hac ratione declinandi. Sed auctoritatem consuetudo superauit. 25 Hæc ille. Iustinus lib. 11. genitiuo Didonis vsus est: Augebat (inquit) Tyris animas Didonis exemplum. ¶ Io, in ablatiuo Propert. lib. 2. eleg. 30. Vt Semele est combustus, vt est deperditus Io. Idem intelligit. ¶ Sappho in eodem casu est apud Plin. lib. 23. c. 8. Ob hoc & Phæonem Lesbium dilectum à Sappho. ¶ Dandi casum per, o, exeuntem similiter vsurpare licebit, quamuis exempla 30 desiderentur. Græco datiuo vsus est Virg. 4. Eclog. Non me carminibus vincet, nec Thracius Orpheus, Nec Linus: huic mater quamuis, atq; huic pater adsit, Orpha Calliopeia, Lino formosus Apollo. Orphei plenus est Dativus, & trium syllabarum. Orpheus, Orphei imminutus, & contractus: e, enim, & i, litere in diphthongum, & contractæ sunt. ¶ Græca Larynx, Me- 35 ninx, Pharynx, Spélynx, gis, assumunt in genitiuo: apud Latinos inuisitata sunt, Iynx, iynxis Ortyx, ortygis Pompholyx, ygis, inuenies apud Plin. lib. 11. c. 46. Iynx sola vring; binos habet. Lib. 21. c. 17. Stelephuros, quam quidam órtyga vocant. Lib. 34. c. 13. Aliqui id, quod sit candidum, pompholygem dixerunt.

Accusa-

**E**Xit in Em, Quart<sup>o</sup>. ¶ Petit Im, sibi Rauis, Amuffis, ¶ Accusatiuum exit in em, vt Sermonem. ¶ Buris Cúcumis, & cetera in, im, exeunt. ¶ Nauis, Puppis, & cetera in em, vel im, terminantur. ¶ Græcus accusatiu<sup>o</sup> in A, exit, vt Hæctora, Calchanta, Aëra, Æthera. ¶ Græca fœminina, O, litera finita habent accusatiuum similem nominatiuo, vt Manto, Calypso, Alecto, Argo, Clotho, Sappho, Echo. ¶ Græca, is, syllaba finita, que apud Latinos genitiuum habens similem nominatiuo, hoc est quorum genitiuus apud Græcos in, Os, exit, nulla procedente consonante, accusatiuo faciunt In, Græcè, vel im, Latine, vt Charybdin, vel Charybdim: Hæresis Hæresin, vel Hæresim. ¶ Is finita frequentius in Yn, quam in Ym, exeunt, vt Tethys, Tethyn: Cotys, Cotyn: Halys, Halyn, vel Halym. ¶ Quæ verò genitiuo crescunt, neq; accentum habent in vltima in In, vel Im, vel Em exeunt, vt Paris, Paridis, Parin, vel Parim, vel Paridem: Iris, Iridis, Irin, vel Irim, vel Iridem: Isis, Isidis, I sin, vel I sim, vel Isidem: 25 quæ etiam in, a, apud Græcos exeunt: vt Parida, & c.

De Latinis, & Græcis Accusatiui positionibus. ¶ Schol. 7. ¶ Cucumis quando cucumis facit genitiuo, habet cucumim. Plin. lib. 20. c. 1. Aliqui etiam ab eo Scorpionium cucumim vocant efficacissimum contra scorpionum idus. Ibid. cucumim Syluestrem esse diximus, multò infra magnitudinem satiu. lib. 19. c. 11. cucumi datiuum inuenies. Plaut. Aulul. — ad rauim poscas prius. Idem, Cistel. Expurgabo hercle omnia ad raucam rauim. ¶ Turris frequentius turrim, per tertiam vocalem facit, quam per secundam turrem. Interrogatus Probus dicendum ne esset Turrim, an Turrem, respondit interrogandam esse aurem. Vide Gell. lib. 13. c. 19. Cas. 2. bel. Ciuil. Quem à turri lateritia ad hostium turrim, murumq; perducerent. Ibid. Circum turrim. Pauld post, Ad turrim hostium. sic ibid. sepius. Idem 2. bel. Gall. Tanti oneris turrim in muros se se collocare considerent. Virg. 2. Æn. Turrim in præcipiti stantem. — Turrem rarò apud Cæs. inuenies. 2. bel. Ciuil. Maiori cum fiducia ad alteram turrem aggeremq; eruptione pugnaverunt. Vitruu. lib. 10. c. 19. Maiorem verò turrem altam cubitorum CXX. Sic bis eodem loco. Multò tamen 30

Ee

vsitatus

visitatus & elegantius est Turrim, & turri, quam turrem, turre. ¶ Securem, per, e, nondum inueni: securim frequenter apud Ciceronem, aliosq; probatos auctores. Non enim ubiq; securim inuenias, vt quidam præcipit: nam Virg. 11. Æn. — aratam quatiens Turpeia securim, dixit, non securem, vt pauld inferius, — perq; ossa securim. et 2. Æn. — insertam excussit ceruice securim. ¶ Febrim inuenies apud Plaut. in Pseud. & Cic. lib. 7. ad Gallum: & 14. ad Terentiam. Sueton. in Tito, c. 10. & Horat. 2. Serm. saty. 3. Febrim per, e, multo visitatus est. Martial. lib. 5. Non habui febrem Symache, nunc habeo. Cic. de Fato. Febrim is non habes. Quintil. lib. 2. c. 16. Febrim quiete & abstinentia mitigauit. ¶ Accusatiuus Peluim est apud Catonem cap. 11. de Rust. Peluim vnam, & c. At Peluim per secundam vocalem bis apud Cels. lib. 6. c. 9. Tum, inquit, in peluem candentes filices demitti. & lib. 4. c. 24. Deinde in peluem conijcere. Ablatiuum Pelue itidem per, e, idem ipse lib. 4. c. 17. extulit: ab alijs per, i, effertur vtrobq; Plin. lib. 31. c. 3. Loco peruncta pelui area cooperito. ¶ Puppim, Nauim, non solum per tertiam vocalem, vt præcipit Donatus 15. 2. Edit. sed etiam per secundam reperiuntur. Stat. 2. Sylu. — nec vnquam Emeritam in nostras puppem demitte procellas. Lucan. 4. Primum cana salix madefacto robore paruam Texitur in puppem. — Cic. 4. de Fin. Si pælearum nauem euertit. Nauem frequentissimum est. Puppem, rarius. ¶ Clauim. Plaut. Mostel. — clauim mihi harumce adium Laonicam Iam iube 20 efferri intus. — Tibull. lib. 2. Clauem per secundam vocalem dixit. ¶ Terent. Phorm. Ad restim mihi quidem res redijt planissimè. Idem Adelph. Tu inter eas restim ductans saltabis. Plin. lib. 17. c. 10. Ea; intrita restem circumlini. ¶ Aquilim per tertiam vocalem est apud Plaut. in Curcul. ¶ Bipennim nondum legi. Virg. 11. bipennem dixit. Nunc validam dextra rapit indefessa bipennem. Ouid. 8. Met. — seuamq; inhibere bipennem. ¶ Lentim per, i, Cato de Rust. c. 116. bis extulit. Idem cap. 17. & Colum. lib. 2. c. 10. ¶ Sementim, Messim, & Cratim Plaut. in Pænulo.

¶ Græcus accusatiuus in, a, frequens est, maximè apud Poetas. Virg. Æn. 1. Ter circum Iliacos raptauerat Hectora muros. Varro de Rust. lib. 3. c. 2. 30 Ornithona dixit. Sueton. in Neron, c. 2. Plin. ad Sempronium lib. 4. Agona. Idem lib. 6. ad Fundanum Aëra salubrem. Senec. Nat. quæst. lib. 5. Sol matutinum aëra spissum tenuat. Idem Aethera vsurpauit. Curt. lib. 4. Sidona deuecti sunt. Liu. bel. Pun. 10. Tuneta: sed Tunetem sepius. Cic. Ad Att. 14. Tyrannida pro Tyrannidem dixit. Virg. Æn. 7. Luctificam Alecto dirarum ab sede sororum, Infernisq; ciet tenebris. — Plin. lib. 16. c. 44. Argis olea nunc etiam durare dicitur, ad quam Io in vaccam mutatam Argus alligauerit. Ouid. Epist. Cur vnquam Colchi Magnésida vidimus Argo? ¶ Græca, is, syllaba finita, quorum genitiuus exit in, os, syllabam puram, hoc est nulla precedente consonante, ferè apud Latinos genitiuum similem habent nominatiuo, vt Genesis, Hæresis

Ne

Neapolis, Charybdis: Geneleos, Hæreseos, Neapoleos, Charybdeos, Græcè: at Latine Genesis, Hæresis, Neapolis, Charybdis: & faciunt accusatiuo In, vel Im. Cic. 3. de Orat. Deinde videndum est, ne longè simile sit ductum; Syrtim patri onij, scopulum libentius dixerim: Charybdim bonorum, voraginem potius. Idem 2. Philip. Quæ Charybdis tam vorax? Charybdim dico? Ouid. lib. 4. de ponto. Nec potes infestis conferre Charybdin Achæis. ¶ Quæ in, ys, per, y, exeunt, etiam purè declinantur Latine, vt Capys, Capiys: Cotys, Cotyis. Liu. lib. 4. dec. 1. Capuamq; ab duce eorum Capye, vel (quod propius vero est) à campestri agro appellatam. Idem lib. 2. dec. 5. Ipse cum Cotye Thessaloniam est profectus. 10 Sic Tacit. lib. 2. & Cotyi datiuo sæpe. Idem Liu. ibid. Ed fama affertur, Atefbin regulum Thracum in Cotyis fines impetù fecisse. Idem tamen lib. 1. ab Vrb. Atys, Capy, sexto casu dixit. Latino Alla ortus, Alba Atys, Atys Capys, Capy Capetus. Catullus Tethyi à Tethys, Tethyis vel Tethyos vsus est. Luce tamen canæ Tethyi restitutor. ¶ Accusatiuum in, yn, sæpe apud eundem Liu. leges. lib. 8. dec. 4. Sedem ipsi sibi circa Halyn flumen ceperunt. Idem lib. 2. dec. 5. Itaq; dimittendū Cotyn ad sua tuèda, & c. Cic. 2. de Diu. Halym dixit, Cræsus Halym penetras magna peruertet opū rim. Liu. ibid. lib. 4. Ea die ad amnè Mityn processit. Ea verò, quorum genitiuus in, os, syllabam impuram exit, hoc est, precedente consonante, apud Latinos genitiuo crescut: vt Paris, idis, Daphnis, idis, quæ & 20 Latine declinantur, & Græcè à Poëtis præcipuè. Cic. ad Octau. At te fata patriæ Paridem futurum prædicabant. Virg. 10. — et face prægnans Cissis regina Parim creat. — Ouid. 13. Met. Accusosq; Parim. — Virg. 7. Eclog. Hæc memini, & victum frustra contendere Thyrsim. Ibid. Et certamen erat, Corydon cum Thyrside, magnum. Idem 5. & 8. Semper per, n, Daphnin dicit. 25 Declinat etiam Latine. — ego hanc in Daphnide laurum. Propert. lib. 2. de Virg. laudib. Tu canis, & c. Thyrsim, & attritis Daphnin arundinibus. ¶ Paris, Iphis, & cætera, quorum vltima non habet accentum, lingua quidem Græcorum communi accusatiuo, a, faciunt Parida, Iphida: Iones verò hiatus amantes consonante subtracta Parios, Iphios, declinant: inde Parin, Iphin: Latini, n, in, m, 30 mutantes, Parim, Iphim. Virg. 5. Irim de celo misit Saturnia Iuno. Lucan. 8. Nos in templa tuam Romana recepimus Iphim. ¶ Quæ apud Græcos accentum habent in vltima in, a, tantum de sinunt vt Αμάρυδης, Τιτάνης, Αμάρυδης, Τιτάνης, Αμάρυδης, Τιτάνης. Ouid. 5. Fast. Duxerat Oceanus quondam Titanida Tethyn.

## VOCATIVVS.

35 Norma vocatiuum similem dat Tertia Recto. O Chlamys, ô Soboles, Heros, ô Pallas, Orion. ¶ S, Græca abijciunt Is, & Ys, tribuentia Recto, O Pari, Tehy, Iri: & quamuis notet vltima Graius, Is, quoq; fœmineum cum, Dis, genitiuus amauit, S, procul in metro, ceu Tindari Daphni, repellit.

¶ Vocatiuus similis est nominatiuo ô Sermo hæc Pallas, ô Pallas, ô Socrates, ô Chremes, ô Achilles.

*Achilles, ð Heros, ð Chlamys.* ¶ *O Socrate, Chreme, Achille, P'lyffe, etiam in vsu sunt.* ¶ *Græca, quæ in Is, vel Ts, exeunt, neq; habent accentum in vltima apud Græcos deponunt, s, nominatiui, ð Mæri, Iri, Pari, Tethy. & apud Poetas fœminina in, Is, quorum genitiuus exit in, dis, quamuis accentum habeant in vltima, ð Amarylli, Tindari, Oëbali.*

¶ *Item propria in, As, Vt Calcha.* ¶ *Diphthongus item li vocibus iulit quorum genitiuus exit in Assimilat. Nollri interdum sectantur Achiuos.*

*Antis, apud eosdem Poetas deponunt, s, ð Palla, ð Calcha.* ¶ *Præterea, quæ ante, s, 10 habent diphthongum, ferè, s, literam abijciunt: vt Tydus, Tydeus, Melamp'us Melampus, ð Tydeu, Melampu.* ¶ *Quæ omnia apud Atticos vocatiuum habent similem nominatiuo, ð Paris, ð Daphnis, ð Calchas, ð Tydeus, &c. quos interdum imitantur Latini.* ¶ *De Græcorû nominû vocatiuo.* ¶ *Schol. 6.*

**D**e vocandi casibus *Chreme, Achille, Socrate dictum est Scholio in primam declinationem: ceterorum accipe exempla. Virg. Eclog. 9. Quo te Mæri pedes? — Ibid. Daphni quid antiquos signorum suspicis ortus? Idem Æn. 9. Iri decus celi. — Idem Eclog. 1. Mirabar quid mæsta deos Amarylli vocares. Ouid. in Epist. Coniugij spes est Tindari facta tui. In iisdem, Applicor in terras Oëbali nympha tuas. Pallas, Calchas & cætera huius formæ apud 20 Græcos, an, faciunt vocatiuo, ð Pallas, Calchan: Poëtæ abijciunt, n, ð Palla, ð Calcha. Virg. 11. Non hæc ð Palla dederas promissa parenti. Senec. Troad. Effare Calcha, nosq; consilio rege. Stat. 3. Theb. — illum venerande Melampu, Qui cadit, agnosco. — Ibid. Te pudor & curæ retinent per rura, Melampu.*

## ABLATIVVS.

¶ *Ablatiuus exit in E, a Rege, Duce, Teste, Hospite.* ¶ *Nomina, quorum accusatiu' exit in In, vel, Im: Neutra in E,*

**S**extus in, E, fiat veluti Rege, Hospite, casus. ¶ *I, tamen accipiunt In, & Im, præbentia Quarto. E, finita illis, Ar, & Al neutralia necesse. Propria Romanos itidem signantia menses. Mobilia in Recto quorum, E, neutralia sumunt. 30 Vt, Rude, Vis, Animal, September, Ouile, Charybdis, Tórcular. ¶ Adde Memor, Strigilis, Plus, atq; Canalis.*

¶ *E, tamen accepere Iubar, Far, Nectar, & Hepar. Ar, & Al: Nomina mensium: Adiectiuum cuius neutrum, E, litera terminatur, I, postulant: vt Charybdis, Charybdin vel Charybdim à Charybdi: Vis, vim à vi: Tórcular à torculari: Animal ab animali: September à Septembri: Rudis, à rudi. ¶ Quibus accedunt Pluri, Strigili, Canali, Memori. ¶ Far, Nectar, Hepar, Iubar, e, contenta sunt.*

¶ *I, vel E, gau* ¶ *I, vel in, E, Sextum reliqua adiectiua reposcunt: Vt Vetus, & Gaudens, Vehemēs, Par, Vber, & Anceps. Adijcies*

- Adijcies Em, atq; Im, vt Nauis, duplicantia Quartum.* ¶ *Accedunt Imber, Finis, Vigil, Amnis, & Vltrix, Ignis: & Artifici Victrix cum Veete Supellex.* ¶ *E, tantum Pauper cum Sospite sumplit ibidem.* ¶ *Verum ex appositis cum substantiua creantur 1. is finita, ferè Sexto, I, sumpsere: Tribulis, Annalis cum Affinis erunt exempla docenti.* ¶ *At Rudis, & Volucris tātū E, ¶ Sed vtrūq; Triremis, Cumq; Sodale Tridens, Ædilis, acura Bipennis, 10 Natalis, Patruelis habent. E, rarius optant.* ¶ *Propria in E, solum, veluti Iuuenalis, habent o.* ¶ *Hæc alia, vt Melior, Clemens, imitantur ibidem.* ¶ *bus accedunt Imber, Veetis, Artifex, &c. ¶ Et Sospes, & Pauper adiectiua, E, tantum contenta sunt. ¶ Substantiua, Is, syllaba finita, quæ ex adiectiuis facta sunt, 15 ferè in, I, exeunt: vt Familiaris, Annalis, Tribulis, Affinis, Familiari, Annali, &c. ¶ Volucris tamen & Rudis substantiua, volucres, rude faciunt. ¶ Triremis verò, Sodalis, &c. vtroq; modo exeunt: rarius tamen in, E, quàm in, I, Triremi, vel trireme: Sodali, vel sodale: & sic in reliquis. ¶ Sin verò propria sint, E, tantum postulant: vt Martialis, Iuuenalis, Vitalis, à Martiale, Iuuenale, Vitale.* 20 ¶ *Hæc imitantur & alia propria, vt Felix, Clemens, Melior à Felice, &c.*

## De Ablatiui Positionibus.

¶ *Schol. 7.*

- Q**uorum accusatiuus exit in Im, vel In, ablatiuus, I, litera finitur, vt Charybdi, Hispali, Ligeri, Sicorj. Bati, Basi, Cännabi, Cücumi, Sintiapi. Iuuen. saty. 15. — scua dignum, veraq; Charybdi. Cæs. 3. bel. Gal. Naues interim Longas edificari in flumine Ligeri iubet. Idem bel. Ciuil. 1. Et in Sicori vadum reperiebatur. Idem bel. Gal. lib. 7. accusatiuo vsus est: Cum ad flumen Ligerim venissent. Idem 1. bel. Ciuil. Legioneq; duas flumen Ligerim traducunt. Ibid. Omnibus copijs Sicorim transcunt. Sic Lucan. lib. 4. à nominatiuo Ligeris Sicoris, vt Ararim ab Araris. Tacit. lib. 13. Mosellam, atq; Ararim connectere parabat. Hoc nomen ablatiuo plerumq; facit Arare. Idem ibid. Rhodano & Arare (copiæ) subuectæ. Sic idem lib. 18. Ablatiuus hic à nominatiuo Arar. quo vsus est Liu. bel. Pun. 1. more masculinorū in, Ar, executionum deriuatur. Quo pacto etiam Nare à Recto Nar inuenies apud Plin. lib. 2. c. 5. Tigris item fluius licet Tigrim ac Tigrin accusatiuo faciat, Tigre tamen per, e, in ablatiuo exulit Tacit. lib. 6. 35 Præfectus campis, qui Euphrate, & Tigre inclusis annibus circumflui Mesopotamiae nomen acceperunt. Plin. verò lib. 6. c. 15. per, i & cap. 27. Liu. lib. 8. dec. 3. Bate dixit, Superato Bate anni, quem incolæ Circitium appellant: cum antè eodem lib. dixisset aliud esse iter ad Bactim fluium. Sic & Cæs. bel. Ciuil. 1. In Sicore (inquit) flumine pontes effecerat. Sic & Bate Plin. lib. 36. c. 5. In base autem quod calatum est, Pandoras genesin appellauit. Idem lib. 19. c. 2. In sicco E. c. 3. preferunt

præferūt è cānabi funes. Varro accusatiuo vsus est lib. 1. c. 23. de Re rust. Sic vbi cānabim, linum, iuncum, spartum, &c. Pers. saty. 5. — tibi torta cannabe sul-  
to Cœna sit in trāstro — ¶ Plin. lib. 20. c. 9. Cū vino, aut et cumi cocto. ¶ Pal-  
lad. mense Octob. Tit. 11. Sināpim dicit. & ibid. Sinēpi in ablatiuo. At Varro Sinā-  
pe lib. 1. c. 59. ¶ Ouid. in Epist. Cydippes, Secure, dixit, — sumpta peltata secu-  
re. Ab alijs Securi dicitur. ¶ Strigili inuenies apud Horat. 2. Serm. saty.  
7. Et apud Plin. lib. 29. c. vltimo Deinde, cū opus sit, strigili temperata infun-  
dere. At Colum. lib. 6. cap. 30. Strigile per, e, dixit. ¶ Canali. Quint. lib. 11. c. 3.  
Pleniore tamen hæc canali fluunt. Plin. lib. 24. c. 11. Neq; alibi, quam in canali.  
¶ Memori, frequentissimè occurrit, neq; eget probatione. Prisci Memoris, & me-  
more declinabant: vnde Memori tantū videtur relicū. Cæcilius apud Prisc. lib.  
7. Itane est immemoris, itane est madida memoria? Sil. lib. 17. Immemoris dex-  
traq; data, &c. Hæc tria non facilè, e, terminata inuenies. ¶ Antiqui etiā, Ma-  
re dicebant sexto casu. Atacinus, Cingitur Oceano Libyco mare flumine N. ilo.  
Plaut. Rudent. Dicant in mare communi captos. quos imitatus est Ouid. 13  
in Ibin. Et summam Libyco de mare carpat aquam. Et Trist. 5. Exiguū ple-  
no de mare demat aque. ¶ Apud eumd. Celeste, Perenne, Bimestre; pro Cele-  
sti, Perenni, Bimestri legūtur. Met. 15. — specie celeste resumpta. Idē Epist.  
8. Hument inculcæ fonte perenne gen. c. 3. Fast. Amne perenne latens Anna  
Perenna vocor. & 6. Extaq; de porca cruda bimestre tenet. ¶ Virg. 6. Æn.  
Cognomine dixit, à Cognominis, et cognomine adiectiuo. — pulsusq; parum per  
Corde dolor tristis: gaudet cognomine terra. Alij substantiuum esse opinā-  
tur. ¶ Luc. lib. 2. Sēnsile pro Sēnsili. Scire licet gigni posse ex non sēnsile sensus.  
¶ Gausape, Care, Nēpete. et, vt arbitror, Præneste, Reâte non declinantur in cas-  
sus. Vide quæ de his dicuntur in Anomalis, Schol. 16. ¶ Quædā apud priscos di-  
uersi generis fuerunt: nam apud Plaut. Rud. Viduum retem. Ibid. Vocat me  
hic intra præsepis meas. & Casin. Intra præsepis suas, leges. Itēq; apud Cato-  
nē de Re rust. c. 4. Bonas præsepis. et apud Plin. lib. 7. c. 2. et lib. 31. c. 2. Soractē  
inuenies. & apud Solin. c. 8. Vnde et ablatiuū rete, præsepe, Soractē fieri potuerūt.  
Plaut. Rud. Neq; pisciū vllam vnciam hodie Pondo cepi, nisi hoc, quod fero in  
rete. Varro lib. 3. c. 5. Tectā porticus sit rete cannabina. Ibid. Quas pasceret  
abiecto rete. Vides à Varrone genere vario Rete, vsurpari? Ablatiuū Reti, et So-  
racti, per, i, nō tēmerè inuenias. Plaut. Prol. Rud. Reti piscator extraxit de ma-  
re vidulum. Varro de Re rust. lib. 2. cap. 3. in Soracti Fiscelio capra fere sunt,  
que, &c. à neutro Soractē, Soractis. Virg. 11. Summe deus sancti custos Sora-  
ctis Apollo. Sil. lib. 8. — sacrum Phæbo Soractē frequentant. ¶ Nihil cause  
est, cur Degener, & Vber excipiantur è numero adiectiuorū, que, e, vel, i, faciūt.  
Lucan. 4. Si me degeneri strauissent fata sub hoste. Senec. Hippol. Edaxq; li-  
uor dente degeneri petit. Curt. lib. 5. Vberi, et pingui solo. Colum. lib. 6. c. 27.  
Vbere cāpo pascitur. Pugili per, i, quod à recentioribus additur, nondū inueni-  
¶ Vigil, et Artifex, vt adiectiuū interdum speciem præ se ferunt, ita etiam vigili

et artifice interim faciunt. Stat. 2. Achill. Aspicit intentum, vigiliq; hæc auro  
trahentem. Plin. lib. 10. c. 22. A vigili statione, &c. Ouid. Trist. 2. — prisca  
virorum Artifici fulgent corpora picta manu. ¶ Apud priscos nomina, is,  
syllaba finita, quæ genitiuum habent similem nominatiuo, tum e, tum i, ablatiuo  
5 faciebant. Varro 1. de Analog. Nam sine reprehensione vulgò alij dicunt in sin-  
gulari hæc oui, et auis alij hæc oue, et aue. Vnde multa à Prisciano, et ab alijs hu-  
ius generis commemorantur Amnis, Anguis, Auis, Ciuis, Classis, Finis, Ignis,  
Neptis, Postis, Strigilis, Vectis, Vnguis: ex quibus selegimus, quæ visa sunt magis  
vsitata. Curt. lib. 9. Tum aliam insulam medio anni sitam euecti. Liu. bel. Pun.  
10 3. Nuces cum medio anni ad Casilinum defluerent. Idem lib. 7. ab Vrb. Omnia  
ferro, igniq; vastata. ¶ Cicero ad Atti. um lib. 7. Maximo imberi Capuam ve-  
ni. Plin. lib. 31. cap. 7. Non sine aquæ dulcis riguis, sed imbre maximè iuuante.  
Credo priscos etiam Imbris, nominatiuo dixisse: vnde Cato de Sacrificio cōmissio  
apud Priscian. lib. 6. Mense Octobri fecimus. Nouembris reliquus erat Nouēbris  
15 dixit pro Nouember. Hæc enim September, October, Nouember, December ex  
Imber sunt composita. ¶ Idē Cic. 6. Verr. In instrumento, ac supellectili C. Ver-  
ris. Paulo ante diximus priscos Supellectilis dixisse nominandi casu. Terent. Eu-  
nuch. — in medium huc agmē cum vecti Dorax. ¶ Fini crebrū est apud Gell.  
lib. 13. c. 19. et lib. 1. c. 3. et lib. 7. c. 3. Colum. lib. 5. cap. 11. Ea Fini, qua adraferis.  
20 ¶ Mugili, si modo titulis capitum habenda est fides: nā est apud Plin. lib. 9. c. 17.  
à nominatiuo Mugilis est. ¶ Fusti legitur apud Tac. lib. 14. Trierarchus fusti ca-  
put eius affligit. Legitur etiam fuste. Vtrūq; sine crimine recipere licebit. Nepti  
à Gramaticis numeratur sine testimonio. ¶ Cui probat Prisc. ex 4. Verr. Quod  
Siculus à ciui Romano ciuis Romanus datur. et paulo inserti s, Quod ciuis cu  
25 cini ageret. Sic dicit codices veteres habere. sed fuisse quorundam imperitia  
corruptos: nunc in correctissimis Ciue per, e, inuenio. Attamen Ciui per, i, est,  
apud Plaut. in Pers. ¶ Idem. Pseud. Aui sinistra, dixit. ¶ Anguis, Auis, Vnguis,  
apud Horat. sed in extremo versu, vbi etiam angue, aue, vngue locum habent,  
inuenies. Aui etiam apud Cic. 1. de Diu. in fine carminis citati, Sóluerè impe-  
rat secundo rumore, auersaq; aui. ¶ Classi apud Virgil. 8. Aduectum Æneam  
30 classi, victosque penateis In ferre. — ¶ Varro lib. 1. c. 12. In conualli: et lib. 3.  
c. 10. In orbi rotundo: Colum. tū sape aliās, tū lib. 11. c. 2. Semētis facta dixerunt.  
¶ Cētussi est apud Gell. lib. 15. c. 19. Cētusse Pers. Sat. 5. — curto centusse licetur.  
¶ Victrix quo iure habet victricia, eodem habet victrici. Lucan. lib. 1. In sua vi-  
ctrici cōuersum viscera dextra. Ita Senec. Herc. Fur. et Liu. bel. Pun. 8. Sulpi-  
tius Chalcidem inde protinus victrici classe petit. Ablatiuus Victrice norma  
communem sequitur. Senec. Herc. Fur. Victrice magnum dextra robur ge-  
rens. Idem Agam. Victrice lauro cinctus. Sic Ouid. Fast. 1. Vltrici etiam  
dicetur, quia habet vltricia. Exit et in, e, sicut et cætera substantiua tertiæ decli-  
nationis. Senec. Herc. Furen. Verbera pulsent Victrice manu. Sic alias  
Cætera, Trix syllaba finita non videntur ablatiuo casu, i, terminari.

Substantiua, is, syllaba terminata, quæ adiectiuis sunt similia, i, faciunt. Cic. ad Att. 12. Scriptum est in tuo annali. Idem in Brut. Est igitur sic apud illū in nono opinor annali. Gell. lib. 13. cap. 19. Ennius in annali duodecimo. Bipenni. Virg. 2. Æn. Ipse inter primos correpta dura bipenni Limina perrumpit. — Bipenne est apud Senec. Hercul. Oct. act. 3. Itemq; apud Tibull. lib. 1. eleg. 6. Ipsa bipenne suos cædit violenta lacertos. Mart. lib. 11. Et de curuli iugera gentibus reddis. Suet. in Tyb. c. 72. Triremi vsq; ad proximos Naumachæ hortos subuectus est. Sic & Horat. Carm. 3. od. 1. Lau. bel. Pun. 6. Data quinquere captiuus, & c. Hirtius bello Alexandr. Sua quinquere in quadriremem Octauij impetum fecit. Cic. 7. Verr. Egreditur Centuripina quadriremi Cleómenes à portu. Idem 10 6. Certos homines in quinquere misisse, qui eos dentes reportarent. Idem 1. de Orat. Queret à C. Mario affini nostro. Idem ad Q. fr. lib. 3. O dij, quàm ineptus, quàm se ipse amans sine riuale! Riuale inuenies apud Ouid. — quo vel minimum riuale dolebas. Idem, Ne securus amet nullo riuale, caueto. Cic. Sul- 15 pitio lib. 13. Tribuli meo, & c. Idem 2. de Orat. Me pro meo sodali, qui mihi in liberum loco, more maiorum, esse deberet: & c. Plin. lib. 2. ad Priscum, Sodale, dixit. Quid enim aut illo fidelis amico, aut sodale incundius? Sic & Mart. lib. 1. Et, si cogeris à sodale raram Diluti bibis vnciam falerni. & ibidem ite- 20 rum. Plin. lib. 7. c. 48. Quæ producta fuerat tyrociniò à M. Pomponio edili plebis. Sic Liu. ab Vrb. 3. At Cic. edile dixit pro Sest. Nam quid ego de edile ipso loquar? Et de Harusp. Itemq; Varro de Re rust. lib. 1. c. 2. et Liu. bel. Maced. 1. 25 Lucan. quoq; à Natalis natale dixit lib. 7. — gentes Mars iste futuras Obruet, & populos cui venientis in orbem Erepto natale feret. — et Liu. bel. pun. 9. Optimum ratus cum fratre patruæ gratiam reconciliare. et Cæs. 2. bel. Ciuil. Appulsaq; ad proximum litus trireme constrata, & in litore relicta, & c. ¶ Propria cuiuscumq; sint positionis adiectiuis similia, e, litera 30 terminantur. Cic. pro Fundanio, Non modo hoc à Iulio Annale, sed rix mebrucule à Q. Mutone factum probari potest. Quidam existimant, Annale, hic esse appellatiuum, atq; ita hoc exemplo probat, Annalis appellatiuum nomen facere ablatiuo annale. Idem pro Planc. Confiteor summa in Laterense ornamenta esse. 35 Ipse tamen ad Att. 12. Longius ab initio Laterensi per tertiam vocalem dixit. Mart. lib. 7. Cum Iuuenale meo, quæ me committere tentas, & c. ¶ Plin. lib. 9. c. 8. Delphinus ocyor volucre, ocyor telo. Rudis, virga, qua emeriti gladiatores donabantur. Horat. 1. Epist. Spectatum satis, & donatum iam rude queris Mæcenas iterum antiquo me includere ludo. Sic eiusdem generis alia ex 40 adiectiuis facta substantiua. ¶ Rudeni pro nautico fune. Ouid. Metam. 3. Ocyor antennas pensosq; rudente relabi. ¶ Tridens. Idem Met. 1. Ipse tridentis suo terram percussit. — Sic & Senec. Agam. act. 3. Virg. per, I, semper efferre solet. Æn. 1. — leuat ipse tridenti, & c. ¶ Bidens. Tibull. lib. 2. eleg. 3. Versarem valido pingue bidente solum. Palladius mense Martio: Cum vitis biden-

te leditur. Sic Colum. quod nondum per, I, cum substantiue ponitur, legisse me- 5 mini. ¶ Contineus, I, litera finitum sepiissime leges. Cæs. bel. Ciuil. 3. Qui cum essent ex continenti visi. Sic. bel. Gall. 5. Item Curt. lib. 10. Per secundam quoq; vocalem reperitur. Cæs. bel. Gall. 5. Cum statuisset hyemem in continente 10 agere. Sic etiam ibidem bis eodem vitur. Plin. lib. 8. cap. 3. Territos spatio pon- tis procul à continente porrecti. ¶ Verrius Flaccus, qui ab Augusto sestertia centena in annum accepit, ut eius nepotes doceret, aiebat, ut Carisus lib. 1. docet, nomina literis N, & S, finita casu ablatiuo, e, litera terminari. Inuenies tamen non pauca, i, litera finita. Cic. 3. de Orat. Ex ingenti quodam Oratore, immer- 15 sosq; campo in extiguum sanè gyrum compellit. Liu. 4. ab Vrb. Pro ingenti itaq; victoria id fuit plebi. Ibid. 5. Hi consules magnos fecere ludos, quos M. Furius Dictator vouerat Veienti bello. Continenti etiam, ultra Cæs. & Curt. quos in confirmationem adduximus, apud alios auctores per, i, sepiissime leges. Iuuenal. 20 saty. 6. — orbe nouo celoq; recenti Viuebant. — Item saty. 1. Res memoranda nouis annalibus atq; recenti Historia. — Sic Perf. saty. 1. & 5. Mercibus hic Italis mutant sub sole recenti Rugosum piper. — Cic. pro Muræ. Non ex sermone hominum recenti eruenda est memoria. Sepe Cic. hoc modo loquitur, Recenti memoria, Recenti negotio, Recenti inuidia. Idem 2. de 25 Orat. In quibus potest inflammarî animus iudicis acri, & vehementi quadam incitatione. Idem off. 1. Clementi castigatione vti. Gell. lib. 1. c. 11. Gradu clementi, & silentio est opus. Idem lib. 7. cap. 3. Fuit ingenio homo eleganti. Auctor ad Heren. lib. 1. Imitatio est, qua impellimur cum diligenti ratione, ut aliquorum 30 similes in dicendo velimus esse. Virg. 2. Georg. — cultuq; frequenti. Idem in Ciri. — ferroq; manus armata bidenti. Lucan. lib. 5. — sed sorte frequenti. ¶ Participia Seruius in Donatum docet. E, litera finiri: leguntur tamen non raro per, I, maxime cum sunt nomina. Columel. de Arbor. Radicem arundinis acuta falce profectam impendenti pluuiâ disposito. Idem lib. 11. cap. 3. Beta florenti punico malo semine obruitur. Cato de Re rust. c. 29. Euellito lu- 35 na silenti. Varro de Re rust. lib. 3. de Gallis. Palea rubra subalbicanti. Plaut. Mæ- nach. Fecisti funus, absenti me, prandio. Virg. 2. Georg. — cum vere ru- benti Candida venit auis. — Lucan. lib. 10. — facie Spartana nocenti. Idem lib. 7. Sed quota pars cladis iaculis ferroq; volanti Exacta est. — Idem lib. 4. Nec gerit expositum telis in fronte patienti Remigium. — 40 Lucret. lib. 2. — ostroq; rubenti Iactæris. — Cic. 2. de Nat. Huic equus ille iubam quatiens fulgore micanti. Ibid. At prope se Aquila ardenti cum corpore portat. I. de Diu. — Vates oracia furenti Pectora fundebat. Ibid. — subito stellanti nocte perempta est. Ibid. Vel legum exitium constanti lege ferebant. & lib. 2. — fidenti voce locutus. Ibid. Luce se- renanti vitalia lumina liquit. Item 3. de Orat. Orator studio flagranti. Idem pro 45 Arabia, Ego multos homines excellenti animo, ac virtute fuisse fateor. Idem ad

Att. 2. Interea quidem cum Musis nos delectabimus animo equo, imò verò etiam gaudenti, & libenti. Gell. lib. 6. c. 8. Alexander Darij regis uxorem, quam esse audiebat exsuperanti forma, videre noluit. Cum igitur auctores ablatiuis in, e, vel, i. finitis ad libitum vsi fuerint, siue illi à nominibus, Ns. terminatis siue à participijs deducerentur: non video cur eosdem nobis in vtrâq; terminatione, adhibito aurium iudicio, vsurpare non liceat.

¶ Comparatiuorum ablatiuus passim apud Cic. Quintil. aliosq; auctores in E. literam exit cum substantiuus omnis generis. Pro Cæcin. Potuisti enim leniore actione configere. Ibid. Potuisti ad tuum ius faciliore, & commodiore iudicio peruenire. Idem ad Terent. lib. 14. Cobortarer vos, quò animo fortiore essetis. Plin. lib. 22. c. 24. Hæc animæ asperitas dulciore succo mitigatur. In, I, verò rariùs exit. Sil. lib. 11. His super excisam primori Marte Saguntum. Cæs. 2. bel. Ciuil. Maiori cum fiducia ad alteram turrem aggeremq; eruptione pugnarunt. Plin. lib. 2. c. 4. At cinereus posteriori parte cándicans, lentior. Quintil. proem. lib. 12. Quare nunc quoq; licet maiori, quam vnquam, mole premor, tamen, &c. 15 Hæc vt vides cum genere sèminino iunguntur, quod obiter notabis: sunt enim qui prohibent. Poëtæ ablatiuo, i, finitò scpius vtuntur: inuenies exempla apud Prisc. lib. 7.

## NOMINATIVVS MVLTIPLVDINIS.

**E**S, numeri pluralis amat sibi Rectus, vt Omnes. 1  
 ¶ Is tantùm Sardis, Trallis habuere: sed Alpis 2  
 Et Syrtis vtrumq; solent admittere finem.  
 ¶ Et Tralleis, Syrteis, Alpeis efferre licebit. 3  
 GENITIVVS.

**V**M genitiuus habet. ¶ Sed, lum, non pauca requirunt. 4  
 ¶ Ns, in primis habuit cum Rectus, vt Absens. 5  
 ¶ S, finita, vt Ouis, Patrios æquantia Rectis. 6  
 Quodq; dat, I, tantùm Sexto velut Omne, Cubile:  
 Vel dat in, E, pariter, ceu Felix, Nauis. ¶ Adherent. 7  
 His quoq; Venter, Vter, Linter: quibus adde Cohortem. 30

**N**ominatiuus pluralis exit in Es: vt Sermones Dephines, Trois. 1  
 ¶ Sardis, & Trallis, Is, habent. Alpes verò & Syrtis etiam Alpis & 2  
 Syrtis faciunt. 3 ¶ Alpeis, Syrteis, & Tralleis per, ei, etiam efferri possunt.  
 ¶ Genitiuus multitudinis in, Vm, syllabam exit: vt Iuuesum, Canum, Vatum, 4  
 Maiorum, Minorum: eodem modo cætera comparatiua. 5 ¶ In, lum, exeunt 35  
 quæcumq; literis, Ns, finiuntur: vt Serpentium, Presentium. 6 ¶ Item, S, 35  
 litera terminata, quæ genitiuus non crescunt, vt Collis, collium: Clades, cladium. Et quorum ablatiuus in, I, exit: vt Omnium, Diæcesium, Syrtium, Animalium, Plurium: aut E, vel, I, vt Nauium, Vlericum, Parium, Felicitium.  
 7 ¶ Quibus adde Lintrium, Cohortium, Vtrium, Ventrium.

Consona

**C**onsona cum Recti duplex mansyllaba claudit  
 Nomina, dant in, lum, ceu Pars. ¶ Quibus addito Vires,  
 Atq; Lares, Mures, Glires, cum Noctibus Asses,  
 Adde Niucs, Dotes, Lites, cum Faucibus Ossa.

¶ Degener, Vber, Inops, Vm, dant: Vigil addito, Supplex, 2  
 Lynx, Memor Artifici, Vetus: & quæ ostenderit vsus.

¶ Græcus in, on, Patrius numeri pluralis amauit. 3

**A**dde monosyllaba, quæ in duas consonantes exeunt, vt Trabs, Seps,  
 Pars, Arx, Merx; trabium, sepium, partium, arcium, & cætera.

**Q**uibus accedunt As, Dos, Glis, Lis, Mus, Nix, Nox, Os ossis, Fauces faucium,  
 Vires virium; & si qua alia sunt à viris doctis vsurpata. 2 ¶ Hinc rursus  
 excipiuntur Degener, Inops cum reliquis, quorum genitiuus exit in, Vm: & alia,  
 quæ, pro grediente tempore, te rerum omnium magister vsus sine fastidio doce-  
 bit. ¶ Opifex hic excipi solet, vt Artifex, sed eius ablatiuus, I, finitum non-  
 dum reperi. Quare substantiuorum more, E, tantum habentium in ablatiuo nu-  
 meri singularis, interim, dum inuestigantur exempla, communi regula fruatur.

¶ Genitiuus Græcus exit in, or, hoc est, on per O, magnum, vt Epigrammâ-  
 toy, Hæresoy.

## De Genitiuo plurali.

¶ Schol. 8.

**P**recipiunt Grammatici dicendum esse Consortium, Exsortium: item compo-  
 sita ex verbo Capiro etiam in, Vm, exire, vt Participi: quæ vero ex Caput com-  
 ponuntur, in, lum, vt Anceps, ancipitium; nisi imminuantur, vt Ancipitum: sed  
 nullis id exemplis confirmant. Nihil siue idoneis testibus præcipias. ¶ Genitiuo  
 multitudinis, Panum, dixit Verrius Flaccus, Panium verò Cæsar teste Caris. lib. 1.  
 25 ¶ Clientium. Liu. bel. Pun. 3. Quas (domos) præsidij clientium, seruorumq; tuen-  
 tur. Plaut. Menach. Res magis queritur, quam clientium Fides cuiusmodi clu-  
 ceat. — Sic Horat. lib. 2. & 3. Carm. od. 18. Qui eodem lib. 3. od. 5. & Clie-  
 tum, dicit ¶ Liu. ab Vrb. Plus cladium, quam intulerant, acceperunt. ¶ Diæce-  
 sis, Syrtis, Græca sunt à diæcesi, Syrtis: inde diæcesium, Syrtium. Cic. ad Att. 5. Tu  
 autem sepe dare tabellarijs publicanorum poteris per magistris scripture, &  
 30 portus nostrarum diæcesium. Idem Appio Pulchro lib. 3. Famil. Vt me omnium  
 illarum diæcesium, &c. ¶ Samnitium. Liu. 7. ab Vrb. vsq; ad nos contemptus  
 Samnitium peruenit: vbi frequentissimus est hic genitiuus. Samnitum quoq; sa-  
 tis vsurpatur. Cic. de Diuin. 1. Florentissima Samnitum castra cepit. Idem Para-  
 doxo vlt. Vtrum aurum Samnitum, an responsum M. Curij. Sic idem Offic. 3. &  
 35 Plin. de Vir. illust. Legatis Samnitum aurum offerentibus. Item Valer. Max.  
 lib. 2. c. 1. Ne hostium Samnitum turba elideretur. Sic Plin. lib. 33. c. 2. sic idè lib.  
 4. c. 3. & lib. 1. c. 6. ¶ Lintriū. Liu. bel. Pun. 1. Itaq; ingens coacta vis nauium est,  
 lintriūq; &c. ¶ Cohortiū. Cæs. 6. bel. Gall. Præsidium cohortium duodecim pontis  
 eundem nauis causa ponit. Idè 2. bel. Ciuil. Consensisse Gaditanos principes cum tribunis

F s 2

Cohortium



cobortium. Sallust. Jug. Magna vis vtrium effecta est. Solin. c. 45. Demersiq; astu fraudulento tenera ventrium subternatantes secant. Sic Plin. lib. 9. cap. 50. Pisces attritu ventrium, &c. Liu. ab Vrb. 9. Seu virium vi. seu exercitatione multa, &c. Vlpianus in L. Si ego. Digest. de Iure dotium, Benignius est favore dotium necessitatem imponere heredi. ¶ Penatium. Liu. lib. 5. dec. 5. Aedes deorum ¶ Penatiū in Velia de cælo tacta erat. Sic Cic. frequenter. At Val. Max. lib. 5. c. 3. Ab altaribus nefandorū Penatum auulsum dixit. sicut & Solin. c. 2. ¶ Larium. idē ibid. & Iust. lib. 12. Habētibus in castris imaginem quamdā Larium. ¶ Carnium à præceptione non recedit, nam & Carnis nominatiuo dicitur apud Linium. sicut & Penatis apud priscos. Vide Prisc. lib. 6. & 7. ¶ Quædā modo in ium, modo in, um, exire solent, vt Paludium, Palūlum: Iurium, Iurūm. Pomp. Mela lib. 3. c. 9. Ex limo concretarum paludium emergere. Idem lib. 3. c. 3. Paludum Suevia, Mesia, Melsiagum maximæ. Plaut. Epid. — omnium Legum, atq; iurium: fitor. — At Cato Orig. lib. 7. Iurūm dixit, vt Caris. lib. 1. docet. ¶ Compedium pro Compedum Plaut. Perf. Compedium intritor, pistri. orum ciuitas. ¶ Crurium à Crus, Senec. de Traquill. vit. c. 10. Cogitat compeditos primò agrè ferre onera, & impedimenta crurium. ¶ Fornacium in multis Plinij locis pro fornacum perperam legebatur. ¶ Volucrum Plin. solet dicere. lib. 10. c. 11. Volucrum prima distinctio. Ibid. c. 61. Volucrum animal parit vesperilio tantum. Varro lib. 1. c. 38. Stercus optimum scribit Cassius esse volucrum, præter palustrium, ac nantium. Colum. lib. 7. extremo: Quæ continent volucrum, pisciūq; & syluestrium quadrupedum curam. ¶ Murium. Plin. lib. 10. c. 65. Super cuncta est murium fœtus. Ibid. Murium agrestium. & lib. 8. c. 27. Murium venatu. Iustin. lib. 15. initio, Qui propter ranarum, muriumq; multitudinem relicto patriæ solo, sedes quærebant. ¶ Cotium, Vadium, & alia nonnulla reliquimus alijs inuestiganda, veterumq; exemplis confirmanda. ¶ Parens nomen generis cummunis excepimus, propterea quod nemo hodie Parentium dicit. Prisc. dici etiam Parentium probat ex Cic. 7. Verr. Nauium præfectos sine vlla causa de complexu parentium suorum, hospitumq; tuorum ad mortem cruciatumq; rapuisti. Item quod faciat accusatiuo plurali Parentis per, I, idem sensit Diomedes. Quamquam verò, Parentum, Ciceronis codices omnes habent: Parentium tamen exstat apud Horat. Carm. 3. od. 24. Dos est magna parentium Virtus. Prisciani quoq; sententiam confirmat Varro. de Analog. lib. 1. In patrio (inquit) casu dispariter dicuntur Ciuitatum Parentum, & Ciuitatum Parentium. ¶ Strigilum nonnulli (quod verisimilius est) præcipiunt dicendum esse, sed nullum succurrit exemplū. ¶ Plin. lib. 8. c. 38. Lyncum humor ita redditus, &c. ¶ Vestigaliorum à Vestigal, dixit Suet. in Aug. c. ult. Quantum pecunie in arario, & fiscis, & vestigaliorum residuis. Et in Calig. c. 16. Adiecit & fructum omnium vestigaliorum. Habet & Vestigalium: sed illud auctoritate, hoc analogiæ ratione defenditur.

Datiuus

## DATIVVS ET ACCVSATIVVS PLVRALIS.

**T**ernus habet pluralis Ibus. ¶ Bos accipe bobus. Et Bubus. ¶ Sed Græca duos neutralia fines Is, vel Ibus, Ternis ex A, venientia sumunt.

¶ Es, placuit Quarto. Sed in Is, quoq; certa reposcunt, Quæ fuerat genitiuus Ium: pro testibus Omnis, Et Fontis, Aedis, Urbis, cum Syrtibus Alpibus.

¶ Si, fuit E, tantum Sexti, velut Agmine, Iure, Semper in A, Rectum pluralia neutra secundum, Et Quartum, Quintumq; gerunt, velut Agmina, Iura.

¶ I, vel in E, Sexto si nomen fecit, vt Ingens: Vel dedit, I, solum, ceu Fortia, neutra reposcunt.

¶ Collatiua suis tantum A, vt Maiora, capessunt. Plus, Vetus addantur. Sed Aplūstre reposcit vtrumq;.

¶ Quartus sibi As, Danaum pluralis, vt Arcadas, esto.

**D**atiuus in Ibus exit, vt Sermonibus. ¶ Bos tamen bobus, aut bubus facit. ¶ Græca à neutris in a, in, is, syllabam frequentius exeunt, vt Peripetasmatis, Emblematis, Poëmaticis, & Poëmatilus: Diplōmatis, diplomatibus. 2 ¶ Accusatiuus multitudinis in, Es, syllabam exit, vt Sermones.

Exit item non solum in, es, sed interdum etiam in, Is, cum genitiuus certorum nominum desinit in, ium: vt Omnis, Urbis, Syrtis, Alpibus, &c. 3 ¶ Casus pluraliales nominandi, accusandi, & vocandi neutri generis in, A, desinunt, si ablatiuus in, E, tantum exit, vt à Tempore, Agmine, Iure: Tempora, Agmina, Iura.

4 ¶ Si verò, I, aut, E, vel, I, terminetur ablatiuus, tunc in, ia, desinunt: vt à Forti, Ingente vel ingenti, Fortia, Ingentia. 5 ¶ Excipiuntur comparatiua, & Vetus, eris, quæ in, a, exeunt, Maiora, Vetera. ¶ Aplūstre, aplūstria, & aplūstra facit. 6 ¶ Accusatiuus Græcus in, as, desinit, vt Delphinas, Troas, Cratēras, Arcadas.

De Datiuis, & Acus. num. pluralis. ¶ Schol. 9.

**C**elsus, vt ait Prisc. lib. 7. arbitratur datiuos Græcos, is, syllaba finitos esse, à nominatiuis in, um, peripetasmatum, emblematis: m. Cic. 6. in Verr. Nunc, de peripetasmatis quemadmodum te expeditus, non habes. Ibid. A pupillo scaphia, cum emblematis. Auctor ad Heron. In tot poëmaticis & orationibus sarsas. Cels. lib. 4. c. 4. Thorax fomentis, cataplasmatibusq; calidis iuuandus est. Colum. lib. 12. c. 25. Aduētis aliquibus aromatis, vt sit odorator vini curatio. Plin. lib. 35. c. 15. Talibus emplastris, malagmaticisq; miscetur. Cic. 3. offic. Quod in poëmaticis, & in picturis vsu euenit. Suet. in Tit. c. 3. Armorum, & equitandi peritissimus, Latine, Græcæq; lingue vel in orando, vel in fingendis poëmaticis promptus. Idem in August. c. 50. In diplomatibus, libellisq; & epistolis signandis initio Sphinge vsus est. Sic & Tacit. lib. 18. ¶ Non omnium quorum genitiuus pluralis

pluralis exit in, Ium, accusatiuus pluralis desinit in, is: sed vt Prisc. docet lib. 7. quæ genitiuum habent similem nominatiuo, vt Omnis, Dulcis, Nautis, Turris: & quæ pluraliter tantum declinantur, vt Manes manium: Tres triū. Item, Er, syl- laba finita, quorum ablatiuus exit in, I, vt Acer, Saluber, Iulber, December: præ- terea quæ in Ns, Rs, desinunt, vt Fons, Ingens, Pars, Vrbs: alia verò rarò accu- sandi casu plurali in, is, vel, eis, exeunt. Legimus & Pluris, Compluris, Litis. Mem- init etiam Varro 2. de Analog. huius accusatiui. In accusandi casu (inquit) hos montes, fontes, & hos montis, fontis. Gell. lib. 13. c. 19. ait fuisse Probum à quo- dam interrogatum, Hasne vrbis, an Has vrbes dici oporteret, respondiſſeq; Si aut verſum pangis, aut orationem solutam ſtruis, atq; ea verba dicenda sunt, nõ finitiones illas præcãdas, neg; ſecutinas, grãmaticas ſpectaueris: sed aurem tuã interroga, quo quid loco conueniat dicere: quod illa ſuaſerit, id proſeãdò erit re- ctissimum. Lege cætera, si vacat, sunt enim plena eruditione. ¶ Vis accusandi casu. Sall. 2. Hist. Male iam assuetum ad omnes vis controuerſiarum. & Lucret. lib. 2. — sed quàm multarũ vis possidet in se, Atq; potestates. — Tris apud Cic. 1. de Diu. Cumq; in quatuor partes vineam diuississet, trisq; partes aues abdi- xissent. Virg. Æn. 10. Et tris, quos Idas pater, & patria Ismara mittit. ¶ Adis in accus. Plaut. in Mostell. frequenter vsurpauit. ¶ Sardis semper per, I, scri- bitur nominandi, accusandi, & vocandi casibus. Scribitur enim apud Græcos nõ per, s, sed per, I, sãpãus, inde sãpãus, vt πãus πãus, vide Magnum Etymol. Tral- leis, Syrteis, Alpeis iisdem casibus per, i, vel, ei, Scribi possunt: nam apud Græcos per diphthongum, s, scribuntur. Trallis, ait Prisc. in Is, tantum exire in nomina- timo, accusatiuo, & vocatiuo. ¶ Capito contendit Pluria, non Plura dicendum apud Gell. lib. 5. c. 21. Vnde apud Terent. Phorm. Compluria more veterum legi- tur: & apud Cic. in Protog. Conſirmandi genera compluria. Sil. lib. 10. Et tran- fra & mali, lacerosq; aplustra velo. Cic. in Arato, apud Prisc. lib. 7. Nauibus assumptis fluitantia querere aplustra. Lucret. lib. 2. Per terrarum omnes oras fluitantia aplustra. ¶ Accusatiuus Grecus in, As, in vsu est apud Latinos. Liu. dec. 5. lib. 4. Alios Lacõnas &c. Plin. lib. 10. Epist. Instituentos quinquennales agõnas. Quintil. lib. 11. cap. 1. Allõbrogas, vt hostes, inſectatur. Virg. Eclog. 4. Per- mistos Herõas. — Idem eclog. 5. — inter delphinas Arion. & ibid. Cra- terasq; duos statuam tibi pinguis oliui. Ouid. in Epist. In te fingebam violentos Troas ituros.

## Quarta declinatio:

Quarta per, Vs, Patrium numeri dare regula primi Gaudet. Vis, fuerat. Fuit I, quoq; Patrius olim. Ternus vi, matuult. V, secula prisca tulere.

Genitiuus singularis quartæ declinationis exit in, vs, syllabam: vt Senatus, Anus. Prisci Senatus, Annis, Fructus dicebant: apud quos etiam, i, litera

hic casus terminabatur, vt Ornati, Tumulti. Vnde Terent. more prisco, Eius anu- is causa dixit: & Nihil ornati: Nihil tumulti. ¶ Datiuus in, ui, exit, vt Se- natui, Anui: prisca seculis etiam in, is, exibat. Vnde Virg. Æn. 1. Parce metu Cytherea. —

## DATIVVS PLVRALIS.

St, Ibus, in numero Terni voluere secundo.

¶ Partus vbis, Specus atq; Lacus, Tribus, Arcus, & Artus. Questus, Acus. ¶ Capiat nomen sibi Portus vtrumq;.

10 Datiuus multitudinis in, Ibus, exit, vt Sensibus. ¶ Partus, Specus, Acus, &c. in vbis, exeunt partibus, spẽcibus, acubus, lacubus, arcubus, artubus. ¶ Questibus à Queror multo vsitatus est, quàm Questibus. ¶ Portus autem tum portibus, tum portibus habet.

De Genitiuo, ac Datiuo numeri singularis, & Datiuo, atq; Ablatiuo pluralis.

¶ Schol. 10.

25 DE interrogadi, & dandi casu quartæ declinationis, quibus veteres vsi sunt, scribit Gell. lib. 4. c. 16. M. Varronem (inquit) & P. Nigidium viros Roma- ni generis doctissimos comperimus non aliter locutos esse, & scripsisse, quàm Senatus, & Domus, & Fluctus, qui est Patrius casus ab eo, quod est Senatus, Do- mus, & Fluctus, huic Senatui, domui, & fluctui, ceteraq; his consimilia pariter dixisse. Paulò inferius. Sed non omnes concedunt in casu datiuo Senatui magis dicendum, quàm Senatu, sicut Lucil. in eodem casu Victu, & Anu dicit, non Vi- ctui, & Anui. Afferre eodem capite vnum, atq; alterum Cæsaris exemplum: præ- terea Cæsarem ipsum in libris de Analogia, dixisse dandi casu sine, I, litera scri- bendum esse. Lege integrum caput: est enim pereruditum. Varro de Re rust. lib.

20 1. c. 2. Caprini generis saluam esse fructus venenium. Idem, Perrexit in interio- res partes domus. Terent. Meaut. Eius anuis causa opinor, quæ erat mortua. Idem Andr. — in edibus Nihil ornati, nihil tumulti. Idem Adelph. Nunc exacta tate hoc fructi pro labore ab his fero, Odium, &c. Plaut. Pœnul. Huc commigrauit in Calydonem hand diu Sui questi gratia. ¶ Apud Prisc. lib. 6. & Non. Marcell. DE MUTATA DECLIN. inuenies quàm plurima huius gene- ris. Datiuo in, V, vsus est Liu. ab Vrb. 9. Tempus inde statutum tradendis obsidi- bus, exercitũq; inermi mittendo. Idẽ bel. Mac. 2. Et ne inter seriarisũ satis tem- perans. Plaut. Mil. — nequeo risu meo moderarier. Prisc. hac, quæ hic nume- rauimus, tantum, dicit exire in, Vbus. Diomed. quatuor posuit Partibus, Artibus, Arcubus, Tribubus. ¶ Suet. in Ner. c. 31. Pollicebatur thesauros vastissimis specubus abditos. ¶ Cels. lib. 7. c. 16. Permutatis inter manus acubus, &c. Ibid. In duabus acubus fila trajicienda. ¶ Colum. lib. 1. c. 6. Lacubus distinguuntur granaria. Sic Pall. lib. 1. c. 18. ¶ Idẽ lib. eod. c. 40. Ferris arcubus camera sustinetur. ¶ Cic. Por- tubus, & Portibus solet dicere. 5. Ferr. Quarũ vna est ea, quam dixi, inſula, quæ duobus portibus cincta, &c. Idem pro Lege Man. Equidem existimo in eiusmodi

regione

regione, atq; prouincia, quæ mari cincta, portibus distincta, &c. *Cæs. 3. bel. Ciuil.* Hæc à custodiibus classium loca maxime vacabant, quod se longis portibus committere non auderent. ¶ *Artibus per tertiam vocalem legitur apud Lucret. lib. 4. — quod capias concoctum didere possis Artibus. & lib. 3. — quid enim contendat hirundo Cyenis? aut quidnam tremulis facere artibus hædi, &c.* ¶ *Addunt Recentiores Ficibus, Quercibus, quæ nusquam esse arbitror: nec Ficibus, Quercibus dixerim, sed Ficus tantum, siue de arbore, siue de fructu sit sermo, nam Ficus fici, secundæ declinationis utrumq; significat. Et Pallad. lib. 4. Cinerem querci, & querci palos, dixit. ¶ De Veribus certant Grammatici: sunt enim, qui Veribus per, I, legendum censeant apud Virg. vbi cumq; Veribus per, V, literam legitur. Si Veribus esset legendum, nunquam id tacuisset Prisc. Caristius lib. 1. in illo, Pars in frustra secant, veribusq; tremantia figunt. per, I, literam legit. ¶ Questibus, id est Querelis sæpe reperitur. Liu. bel. Pun. 2. Cum magnis fletibus, questibusq; legatos persecuti sunt. Quintil. Declamat. 10. Noctem vanis questibus duxit. Iustin lib. 5. In foro cõcunt, atq; ibi perpeti nocte fortunam publicam questibus iterant. Virg. 4. Georg. — mortis latè loca questibus implet. Sic idem Æn. 9. Stat. 11. Theb. Senec. Hercul. Octæo. Idem tamen Thyest. initio act. 2. dixit — questibus vanis agis Iras. —*

### Quinta declinatio.

**V**ltima norma libi Patrium formauit in Ei. 1  
 ¶ Hunc apud antiquos E, aut Es, habuisse notabis. 2  
 I, finale duplex etiam admittit putatur.  
 ¶ Respuit hæc numeri Patrium, Ternumq; secundi 3  
 Cum Sexto. ¶ Res, atq; Dies variantur in omnes.  
**C**asus interrogandi singularis quintæ declinationis in, Ei, literas diuisit: ut Diei. 2 ¶ *Apud antiquos in, Es, siue, E, exibat: aut in duplex, ij, Diei, dies, die, vel dij. 3 ¶ Casus interrogandi, dandi, sextusq; multitudinis, præter Rerum, rebus: Dierum, diebus, iniustati sunt. Cicero non est ausus Specierum, speciebus dicere: non tamen negat posse Latine dici.*

De Genitiuo, & Datiuo numeri sing. ¶ *Schol. 11.* 30

**F**st apud Gell. lib. 9. caput. 14. de triplici huius declinat. genitiuo, in Es, Is, & E, vnde hæc exempla sumus mutuati. Ponit etiam duo Ciceronis pro P. Sest. Equites verò daturus illius dies pœnas. Et pro Sex. Rosc. Quorum nihil pernicij causa diuino consilio, sed vi ipsa & magnitudine rerum factum putamus. Eodem cap. Cæsar lib. 2. de Analog. Huius die, & huius specie dicendum putat. Plaut. quoq; Pseud. — at matura, & propera nam propero: vides iam die multum esse. — Ouid. Met. 3. Prima fide, vocisq; rate tentamina sumpsit. Prisc. & Seruius in illo Virgilij, Libra dies, somniq; pares vbi fecerit horas, Die legunt. At Gell. ait se à quibusdam accepisse dicentibus in

libro

libro idiographo, manuq; ipsius Virgilij scripto, Dies esse. Connexio tamen non cogit. Duo enim accusatiui, Dies, somniq; horas coniunctione illa copulari possunt: quod etiam quidam eius interpretes adnotauit. Exstat apud eundem Gell. eod. lib. 9. c. 14. Locus ex Q. Claudio Quadrigario historiographo, vnde genitiuus in, Es, euidenter eruitur, Propter magnitudinem, inquit, & immanitatem facies. Idem Gell. ait, imperitiores, Munera, lætitiãq; dei, legere, cum ab ipso Virgilio, dij, scriptum sit: adducitq; Catonis, Ennij, Lucilij, & Cn. Martij exempla, in quibus Famij, Pernicij, Progenij, Acij, pro famei (nam Fames apud Priscos quintæ declinationis fuit) pernicipi, progenei, acici. Progenij certè multò sauius est, quàm progenei. Vnde Quintil. lib. 1. c. 6. vbi contra eos disputat, qui Analogie pertinaciter adherent, Nec plurimum refert, inquit, nulla hæc, an prædura sint. Nam quid Progenies genitiuo singulari, quid Spes plurali faciet? Quasi dicat, multò satius esse his casibus carere, quàm Progeniei, aut Sperum, dicere.

¶ *Dandi etiam casus, E, litera finiebatur. Liu. ab Vrb. 5. Cuius pestilentis estatis] insanabili perniciæ, nec causa, nec finis inueniebatur. Horat. Serm. 1. saty. 3. — aut si Prodiderit commissa fide. — Plaut. Mercat. — qui aut nocti, aut die, aut soli, aut luna miseras narrant suas. Idem Amphit. Nunc te nox, quæ me mansisti mitto, vt cedas die. Ibid. Ita statim stant signa, neq; nox ququam concedit die. Sic enim codices habent accuratissimè. Lucilius, Saty. 7. Qui te diligit, etati, facieq; Fautorem ostendat. — Cic. in Topicis maluit Formarum, Formis dicere, quàm Specierum Speciebus: In diuisione, inquit, formæ, quas Græci species vocant: nostri, siqui hæc fortè tractant, Species appellant: non pessimè id quidem, sed inutilitè ad mutandos casus in dicendo. Nolim enim, ne si Latine quidem dici possit, Specierum & Speciebus dicere, & sæpe his casibus vtendum est: at formis & formarum velim. Cum utroq; verbo idem significetur, commoditatem in dicendo non arbitror negligendam. Pallad. mense Octob. Specierum dixit. Vt Specierum vis omne multi corpus inficiat. Speciebus etiam Modestinus lib. 4. Pandect. Quia videbatur in ceteris litis speciebus releuata fuisse.*

### Syncope.

**S**yncopa deminuit Patrios non rara secundos 1  
 Ordinibus ferme cunctis, ad carminis vltim  
 Præcipuè. ¶ *Ausonidum Primi: Diuidumq; Secundi: 2*  
 Cælestium Terni, Cladum, Macedumq; Potentum.  
 ¶ *Nec Quarti, vt Currum, Patrios violare pepercit.*  
**O**mnium ferme declinationum interrogandi casus multitudinis interdum maxime à Poëtis imminuuntur: quã imminutione Græci Syncopen vocant.  
 ¶ *Prime, Calicolum, Æneadum, Ausonidum, Troiugentum, & cetera, pro Calicolarum, Æneadarum, &c. ¶ Secunde, Liberum, Numum, Sestertium*

G 8

Cladum;

Fabrūm, Deūm, & cct. pro Liberos, Numerum, & c. ¶ Tercia, Cladūm, Cādūm, Veprūm, Caestūm, Agrestūm, Pot. ntūm, Mācedūm, pro Cladium, Cēdiūm, Veprūm, Caestūm, Agrestūm, Potentūm, Furentūm, Macēdonūm, quæ, & alia eiusdem generis non facillē apud Oratores reperientur. 3 ¶ Quarta, Currūm, Passūm, pro Curruum, Passuum.

V Timur, & meliūs Patrijs, quos Syncopa tangit, App. 1.  
Ultima nominibus fuit As, cū syllaba Ternā:  
Exemplo Vititas, & fixa simillima sunt.

H Æc Patrios habuēre duos vbiq; Penates, App. 2.  
Et Serpens, Locuples, Clemens, Apis, atq; Quirites, 10  
Adde Cliens, Samnis, & quæ patefecerit vltus.

G Enitiuus imminutus à nominibus substantiuis, As, syllaba finitis vsitator est, quā plenus, vt Ciuitatum, quā Ciuitatium: Vtilitatum, quā Vtilitatum. ¶ Quidam genitiui tum pleni, tum imminuti sunt vsitati, etiam apud Oratores, vt Apium, & Apum: Serpentium, & Serpentum: Quiritium, & Quiritum: Optimatium, & Optimatum: Locupletium, & Locupletum: Penatum, & Penatium: Clementium, & Clementum: Clientum, & Clientium.

De Imminutione genitiui pluralis quatuor declinationum. ¶ Schol. 12.

P Rima declinationis nomina, quæ imminuuntur, aut sunt Patronymica, vt Ænéades; Dardánides, Ausónides: aut comp. sita ex verbis, vt Calicola, Troiūgena, Graiūgena: exempla crebra sunt apud Virg. & alios Poetas. Secunde declinationis non solum substantiua imminuuntur, vt Sociūm, Denariūm, Diuūm: sed etiam adiectiua, vt Magnanīm, præcipuē quæ Distributiua appellantur, vt Ternūm, Quintūm, Septenūm, Denūm: idq; etiam apud Oratores. 4. Verr. inuenies Senūm, Septenūm, Denūm. Colum lib. 5. c. 6. Cūm ternūm pedum plantæ fuerint. Plin. lib. 9. c. 30. In nostro mari loligines quinūm cubitorum; sepia binūm. Nonius Marcell. DE NYMERIS, & Casibus aut accusatiuum singularem poni pro genitiuo plurali. Plaut. Perf. Pol deūm virtute, dicam & maiorum meūm. Lucret. lib. 6. Flammæ tempestas Siculūm dominata per agros. Terent. Hecy. Prope iam remotum ab iniuria aduersariūm. Varr. de Vita P. R. lib. 4. Hortensius supra decem millia cadūm heredi reliquit: medimnūm vini mille cadūm. M. Tull. de Offic. lib. 3. An emat denario, quod sit mille denariūm. In his, & alijs huius generis putat Nonius accusatiuum pro genitiuo poni. Idem videtur Quintil. lib. 1. c. 6. Significare, vbi reprehendit quosdam analogiæ nimium tenaces, aut certē de eorum sententia loquitur. Idem (inquit) centum millia nummūm, & Fidem deūm, ostendant duplices Solæcis mos esse, quādo & casum mutant, & namerum. Mirum est id in mentem venisse Nonio, cū eodem loco ex Accio hoc exemplum ponat, Ab Classe ad urbem tendunt, neque quisquam potest Fulgentium armūm armatus ardorem obtui: & ex Turpilio, Nicaliphonis nunc te miseret liberūm. Quis enim unquam accusandi

accusandi casu numero singulari vidit Armum, aut Liberum? Fortassis, inquit, prisca temporibus hæc etiam numero singulari fuisse in vsu. Sit ita sanē. Cic. tamen in Oratore imminuta esse docet. Atq; etiam (inquit) à quibusdam serd iam emendatur antiquitas, qui hæc reprehendunt: nam Pro deūm atq; hominum fidem, deorum aiunt. Ita credo: hoc illi nesciebant: an dabat hanc consuetudo licentiam? Itaq; idem Poëta, qui inusitatus contraxerat, Patris mei meūm factūm pudet, pro meorum factorum, & c. Texitur exitiūm examen capiti, pro exitiorum: non dicit liberūm, vt pleriq; loquimur, cūm, Cupidos liberūm, aut In liberūm loco dicimus: sed vt isti volunt, Neq; tuum unquam ingremiūm extollas liberorum ex te genus. & idem, Namq; Æsculapij liberorum — At ille alter in Cbryse non solum Ciues antiqui amici maiorum meūm: quod erat vsitatum; sed durius etiam Consiliūm socij, auguriūm, atq; extūm interpretes.

Idemq; pergit, Postquam prodigiūm horriferrūm, portentūm pauor. quæ non sanē sunt in omnibus neutris vsitata. Nec enim dixerim tam libenter Armūm, Iudiciūm, & si est apud eundem, Nihil ne ad te de iudicio armūm accidit? quā armorum. Iam, vt censorie tabule loquuntur Fabrūm, & Procūm audeo dicere, non fabrorum, & procorum. Planeq; Duorum virorum iudiciūm, aut Trium virorum capitaliūm, aut Decem virorum litibus iudicandis, dico nunquam. Atqui dixit Accius, Video sepulcra dua duorum corporum.

Idemq; Mulier vna duā virūm. Quid verum sit, intelligo: sed aliās ita loquor, vt concessum est, vt hoc vel Proh deūm dico, vel deorum: aliās vt necesse est, cūm Trium virūm, non virorum, & Septem nummūm, non numerum, quōd in his consuetudo varia non est. Hæc ad scripsimus, & vt intelligeres id, quod propositum erat, & quatenus mutatione vtendum sit. Duūm pro duorum non rarē inuenias. Sall. Catil. Praesidio quasi duūm millium pedum montem occupat. Colum. lib. 5. c. 10. de Nuce: Ex summo duūm ramorum ambas radices emittit. Plin. lib. 17. c. 14. Vltra latitudinem duūm digitorum calamos demittere. Sic Liu. ab Vrb. 3. & bel Pun. 4.

Tercie declinationis imminutio latius patet Cladūm, Cādūm, Veprūm, Caestūm, Agrestūm, Feroūm, Mācedūm, & cetera huius formæ serē Poëtarum sunt. Sil. lib. 1. Turbine mox seuo venientūm haud inscia cladūm. Idem 4. Exoritur rabies cadūm, ac vix tela furori Sufficiunt. — Ouid. 5. Fast. Cūm tua sint, cedantq; tibi consinia mensūm, Pro mensium. Lucan. lib. 5. In Mācedūm terras miscens aduersa secundis. Ouid. 1. Met. Vltima caestūm terras Astræa reliquit. Ibid. lib. 4. — volucrum moderator equorum. Idem Consol. ad Liuianum — inq; illa ferocūm, & c. id est ferocium. Catull. ad Alphenum, Nec facta impia fallacūm hominum Calicolis placent. — Stat. Theb. 10. — volucrum nutritor equorum. ¶ Ruentūm, Furentūm, Potentūm, & alia huius generis duriora serme Poëtarum. Virg. 11. — oriturq; miserrima cedes Defendentūm armis aditus, inq; arma ruentūm. Ibid. — iuuenum

num in clamore furentium. Sic & Tacit. lib. 5. Multo gratantium concursu ad capiendam imperij primordia C. Caesar gradiebatur. ¶ Nominum in, as, etiam substantiuorum genitiuus apud veteres in, ium, exhibat, vt Ciuitatum, vtilitatum: quo pacto & Liu. lib. 5. dec. 5. loquitur, Responsum ab senatu esse Rhodios neq; vtilitatum Græciæ, neq; cura impensarum P. R. sed pro Perseo legationem eam misisse. Ibid. Tam ciuitatum, quàm singulorum hominum mores sunt. Ibid. Senatum prædam Epìri ciuitatum, quæ ad Persea defecissent, exercitui dedisse. Ibid. lib. 2. Vbi dies venit, quo adesse Amphipoli denos principes ciuitatum iusserat. Sic eodem lib. sepius. Idem docet M. Varro 1. de Analog. Item quod in patrio casu dissimiliter dicuntur Ciuitatum, Parentum, & Ciuitatum, Parentium. ¶ Anatiu idem lib. de Re rust. 3. c. 5. pro anatum dixit. ¶ Apum vsitatus est, quam Apium. Plin. lib. 11. c. 7. Hic erit apum, dum operantur, cibus. Ibid. c. 11. Et quasi seruitia verarum apum. Colum. lib. 9. c. 3. tum apium, tum apum dicitur. Ibid. c. 6. Quod ipsarum apium causa fieri debet. Et c. 15. Cum rixam fucorum, & apium committi videris. Cic. Acad. 2. Ad apium, formicarumq; perfectionem. Idè aliàs vtitur genitiuo Apum. ¶ Serpentium frequentius apud Plin. quàm Serpentum leges. lib. 20. c. 6. de Allio, Ad Serpentium quidem ictus potum cum restibus suis efficacissimè ex oleo illinitur. Et lib. 20. c. 22. de Sinapi, Ad serpentium ictus & Scorpionum tritum cum aceto illinitur. Sic apud eundem sepius. Idem, Serpentium dixit in præc. lib. 7. Serpentum morsus non perit serpentes. & 3. c. Varro eam nunc esse paucos ibi, quorum salina contra ictus serpentum moderantur. Serpentum ictus contactu leuare solitos. Valer. Max. lib. 7. c. 6. Serpens. Cic. de Diuin. eodem vtuntur. ¶ Arpinatum dicit idem ad Att. lib. 15. ¶ Quiritium in Liu. 1. ab Vrb. frequenter dicit. Quiritiu quoq; fossa, & c. Cic. Quiritum, pro Caf. Qui enim potest iure Quiritum liber esse is, qui in numero Quiritum non est? ¶ Optimatiu frequentius idem dicit. Ad Att. 10. Quod si te aut voces optimatum commouent, aut, & c. Idem 2. de Leg. Consilio & auctoritate optimatum indigere. Idem ad Att. 1. Optimatum dixit. Illud tamen velim existimes, me hanc viam optimatum post Cæculi mortem nec presidio vllò, nec comitatu tenere. Suet. quoq; vt rumq; vsurpat in Caf. ¶ Locupletiu. ad Cic. Att. lib. 7. Nec in cæde principum clementiorem hunc ferè, quàm Cinna fuerit: nec moderatiorem, quàm Sulla in pecunijs locupletium. Sic in Verr. 5. Quorum hominum? quàm honestorum? quàm locupletium? Idem ad Att. 8. Et si propediem video bonorum, id est lautorum & locupletum urbem refertam fore. Sall. Catil. Polliceri proscriptionem locupletum. ¶ De genitiuis, Clientium & Clientum Samnitium & Samnitum, Penatium & Penatum dictum est supra Schol. 8. Genitiuus quarta declinationis raro imminuitur. Virg. lib. 6. — quæ gratia curylini Armorumq; fuit viuis. — Mart. lib. 2. Sed duo sunt, quæ nos distinguunt millia passim.

¶ Quoniam de Analogia, quam porportionem pleriq; Varro sepius ac ferè similitudinem appellat, & Anomalia, quam idem Varro dissimilitudinem vocat, à Grammaticis sepe mentio fit: non ab re fuerit pauca de vtrâq; dicere. Analogia est similium similis declinatio. Anomalia est inæqualitas declinationum, consuetudinem sequens. Illa præceptis nititur, hæc consuetudine: illa attri-butorum, accidentiumq; partium orationis consensus, casuumq; similiem exitum anxie requirit; hæc nihil minùs curat. Dicam apertius. Hæc Doctus, & Eruditus sunt analogæ, siue analogicæ. & vt loquamur Latine cum Verrone, similia, aut cum Quintil. paria: nam exerent in, Vs, syllabam: omnes casus, vtrumq; numerum habent. eiusdem sunt generis, eiusdem figuræ, eiusdem speciei, eiusdem declinationis: ex vtroq; deducuntur comparatiua, & superlatiua, aduerbia eiusdem exitus Doctè, Eruditè. Lupus, & Lepus prima specie similia videntur, sunt enim positione, qualitate, figura, specie, numero paria: declinatione tamen dissimilia, & deriuatione; quia à Lupus fit Lupa, à Lepus non fit Lepa. Item genere, quia Lepus epicænum est, Lupus masculinum. Analogia deprehendimus genus, & declinationem, vt si interrogeris, sitne Funis masculinum, an fæmininum: respondebis esse masculinum, quod Panis ei simile sit masculinum. Item si rogeris dicendumne sit casu ablatiuo Vestigale, an Vestigali: respondebis Vestigali, vt Animali, quod ei simile est. Si quis præterea ex te querat, cuius generis sit Ignis, Funis, dices masculini, Igniculus enim, & Febriculus inde deducta ostendunt esse masculina: Nauis verò & Febris dices epicænum, nam Naucula, Febricula fæminina sunt. Ita; Analogia incerta, tamen fallax, & captiosum argumentum: sepe enim decipit. Multa tamen Latini de Analogia & Anomalia scripserunt: quorum alij illam, alij hanc summa vi defenderunt. Qui Anomaliæ dissimilitudinemq; tuentur, consuetudinem aiunt dominari: neq; vllam esse obseruationem similium, sicuti cum dicimus Lupus, lupi, & Lepus, leporis: Fortitudo, fortitudinis: & vnedo, vnedonis: Cuspis, cuspidis: & Puppis genitiuo puppis: halent enim hæc in obliquis diuersos exitus, quamuis positione sint similia. Idem in verbis docent, nam Amo amari, Lauo laui, Mico micui, Iuro iurui, Do dedi, primæ sunt coniugationis: præteritis tamen vehementer dissentiunt. Sic Doceo docui, Video vidi, Suadeo suasi, Lugeo luxi, Fleo, fleui. Et verba, Go, finita varia habere præterita, Pingo pinxi, Pungo pûpugi: Spargo sparsi. Vnde Quintil. lib. 1. c. 6. ait Analogiam non esse legem loquendi, sed obseruationem: aded, vt ipsam Analogiam, nulla res alia fecerit, quàm consuetudo. Contrà, qui analogiam tuentur, multa congerunt similia, vt Analogiam Anomaliæ anteponendam esse doceant. Varro lib. 8. De lingua Latina ad Cic. qui liber non exstat, docuit nullam esse obseruationem similium, in omnibusq; gene verbis, consuetudinem dominari ostendit. Lege Gellij lib. 2. caput 25 de Analogia, & Anomalia. Idem tamen Varro sex libros de Analogia scripsit,

quorum nunc tres tantum, iij; laceri, & mutli exstant: in quibus, que contra analogiam, que item contra Anomaliam dicerentur scripsit, suamq; sententiam exposuit, ac docuit, que est: & delinatio Voluntaria, que Naturalis, quod nam esset Analogie fundamentum: definiuit que essent Similia, que Dissimilia, tres Analogie definitiones attribuit, a quo primam mutuatus est Gellius, qua etiam paulo ante vsi sumus. Sed de Analogia Hactenus.

De varijs Anomalorum generibus.

¶ Schol. 2.

**A**nomalorum quedam vocantur Aptota, hoc est sine casibus: quedam Monoptota, id est, que vnum tantum habent casum. Dicuntur Aptota, quia, vt Diomedes inquit, a prima sui positione non cadunt: Monoptota vero quia casus nominandi non differt a ceteris; nam dicimus Homo frugi, hominis frugi, homini frugi, hominem frugi, & homo frugi, ab homine frugi. Que Donatus vocat Aptota, id est vt ipse definit. 2. Edit. que neq; per casus, neq; numeros declinantur, eadem ipsa Probus appellat Monoptota. Diom. vero Monoptota vocat, que, vt idem ait, per ablatiuum tantummodo enunciantur. Prijs. lib. 3. ait Aptota esse proprie, que nominatiuum tantum habent, qui plerumq; & vocatiuus inuenitur, vt Iupiter, & non accipitur etiam pro obliquis: non enim Iupiter pro genitiuo, aut alijs obliquis accipitur. Monoptota vero esse, que pro omni casu vna, eademq; terminatione funguntur, qualia sunt nomina literarum, & numerorum a Quatuor vsq; ad Centum, in quibus fiunt casus non vocis, sed significationis. Ibid. ait antiquos Aptota, Monoptotis, & contra Monoptota pro Aptotis posuisse. Idem Diptota nomina, que duos diuersos casus tantum habent, vt Fors forte: Triptota casus diuersos habent, qualia sunt neutra secundae declinationis, & Teraptrota, que quatuor diuersos habent casus, vt Puer, pueri, puero, puerum: Pentaptrota, que quinque habent diuersos casus, vt Virgilius, Virgilij, Virgilio, Virgilium, Virgili: Hexaptrota, que sex habent diuersos, vt Vnus, vnus, vni, vnum, vne, ab vno. Sic Solus solius, &c. Vtrumq; enim vocatiuum habet, vt ibid. Veterum testimonijs idem probat. Primam formam Casualem appellat, Probus Vnariam, Diomedes Vnicam, vel Simplem: secundam ille Binariam, hic Eipartitam: tertiam vterq; Ternariam: quartam Quaternariam: quintam Quinariam: sextam Senariam. Varro 1. de Analog. vocat nomina primae formae, que vnum solum habent casum: tertiae, que tres: quartae, que quatuor: quintae, que quinque: sextae, que sex. Idem lib. 2. casuum exitus appellat figuras. Sed neq; in primo, neq; secundo meminit secundae formae: nulla enim sunt apud Latinos nomina huius formae, nisi forte sint Anomala, vt Repetundarum Repetundis, Fors a Forte: haec enim duas tantum habent figuras, siue casus diuersos, siue diuersos exitus, terminationesq; casuum. Nam quod Probus, & Diomedes aiunt, nomina singularia quartae declinationis, vt Cornu, Genu huius esse formae, quod vltima nominatiui, accusatiui, & vocatiui corripitur: genitiui vero datiui, & ablatiui producat, non videtur satis esse

ad constituendam formam binariam: cum eadem sit figura, idemq; exitus omnium casuum. Itaq; potius ad primam formam haec pertinent, cum vnum tantum habeant casum, vt more Varronis loquar: hoc est vnam figuram, terminationemq; omnibus casibus communem. In qua sententia est Non-Marcell. DE MUTATA DECL. vbi Gelu monoptoton appellat. Priscian. etiam lib. 5. Cornu, & id genus cetera monoptota vocat. Sit ne, u. breue nominandi, accusandi, atq; vocandi casu, postea viderimus. Quintil. lib. 1. cap. 6. meminit Anomalorum. Lege Gell. lib. 19. c. 8. vbi multa dicuntur de anomalis ex lib. de Analogia C. Caesaris.

10 Quae nomina dicenda non sunt Anomala. ¶ Schol. 3.

**P**rius quam ad singula praecpta veniamus, aliquid nobis, que rationi consentanea videntur, in materia praesertim totius huius artis difficillima, prouentioribusq; non minus, quam tyronibus necessaria, praemittenda sunt breuiter. Primum quidem non esse opus, vt nomen aliquod integre declinetur, pro singulis eius casibus confirmandis Veterum testimonia producantur. Id enim esset quam molestissimum, & vnum exijs, que fieri nullo modo possunt. Nec vllus eorum, qui hanc materiam, quantumvis anxie, prosecuti sunt, id praestitit: nec si nervos omnes intenderet, in omnibus tam neminum, quam verborum casibus prestare pouisset. Imo omnes tam Veteres, quam Iuniores, in compluribus probandis, vnius tantum saepe auctoris testimonio contenti sunt: in verborumq; syntaxi confirmanda se facilius expediunt, vnius, vel alterius personae solum adhibito exemplo: cuius vi casus aliquis semel inuenitur, in quibus deinde verbi numeris, & personis eodem iure tribuatur. Secundum quod auctor classicus expresse vocem aliquam, vt minus Latinam, repudiamus, quae in vsurpata sit ab alijs Latinitatis auctoribus, eam potius in sauorem amplificationis Latinae linguae admittendam fore, quam reijciendam: ita tamen, vt in suo queq; gradu recipiantur: aliud enim est vocem esse Latinam, aliud esse magis vel minus elegantem, aut huic loco magis, quam illi congruentem. Grandioris enim styli orationibus quedam censentur aptiora: quedam rusticis tantum comaediarum personis apposita: quedam ligatae magis, quam solutae orationi conueniunt: quod iudicium consulido Rhetoricae professoribus Grammatica relinquit, ne suos sorte cancellos praetergressa falcem in messem alienam misisse videatur. Tertio verisimile, non videri: imo errorem esse opinari, prorsus omnia Latinae linguae vocabula, nominum casus omnes, verborumq; personas in libris, qui ad nos peruenerunt, vel vlicubi exstant, contineri. Deniq; facultatem Latinae dicendi, vel scribendae peritis esse voces, a Graeco fonte deriuatas vsurpandi, maxime quando Latinae non suppetunt: & rursus innouandi vocabula rebusijs apte significandis, quarum Latini mentionem in suis scriptis non fecerunt. Aliis nemo posset noui quicquam Latino sermone vel scribere, vel exprimere, nisi quod in Latinis codicibus continetur, contra omnium tam scribentium, quam loquentium vsu, & consuetu

consuetudinem: ipsiusq; Latine linguae principis M. Tullij doctrinam, qui 3. de Fin. loculenter ostendit, non solum Graeca seu noua, sed etiam inusitata posse, necessitate cogente, vsurpari, sicut à Graecia concessum est, vt doctissimi homines, de rebus non peruulgatis inusitatis verbis vterentur: & Grammatici (vt ipsius verbis vtar) more quodam loquantur suo. Ex quibus infertur ( nisi velis plus dimidio Latinarum vocum priuari genus humanum) satis esse, vt nominibus aliquem numerum, vel vtrumq; tribuamus, & tota vox integra recipiatur, si semel apud aliquem auctorem classicum casus eius vnus deprehendatur vsurpatus. Si enim, vt diximus, licet eruditus ad vsu, vel noua fingere, vel Graeca, Latinis deficientibus, immiscere: cur non liceat ea, quae in Vrbe nata sunt, & ab ipsis Latini sermonis auctoribus inuenta recipere solum, quod in codicibus omnes eorum casus expressi non reperiuntur? Quare crediderim inter Anomala non esse numerandas huiusmodi voces, nisi propter auctoritatem asserentium cum communi consensu in aliquibus tantum casibus admittantur, vel propter eorundem cacophoniam terribis & eruditus auribus manifestam repudientur, vt illa quintae declinationis positio genitiui pluralis, Sperum, quam Quint. lib. 1. c. 6. Velut asperam, & praeduram parui faciendam existimauit. Qua de re vide Gell. lib. 13. cap. 19. Illa verò Caesaris de Analogia, quae referuntur à Gell. lib. 1. c. 10. Tamquam scopulum in cursu, sic inauditum & insolens verbum in sermone fugiendum: & Quintil. lib. 1. c. 10. Vtendum sermone, vt numo, cui publica forma est: magna quidem religione veneranda: pro norma statuenda: & quoad fieri potest, imitanda: nequaquam tamen ita accipienda, vt nusquam vti liceat, nisi vocibus in voluminibus antiquorum contentis ea semper, quae sunt expressè veterum consignata monumentis, omnino vti non liceat: his verò deficientibus, illa primum, quae in aliquo fuerint expressa casu, necessitate praecipue compellente, recipiantur: deinde si nec huiusmodi voces exstiterint, auctorum Latine linguae vestigijs insistendo ad illud Ciceronis asylum 3. de Fin. constitutum recurratur. Nec simus iniqui contra nos iudices, vt velimus vltro penuria sermonis laborare. de quo Fabius lib. 8. c. 3. non sine causa conqueritur. Annotabimus tamen, cum opus esse videbitur, quae in scriptis antiquorum inuenerimus, vt si quis ita fuerit huius tam iniquae obseruationis anxius, ita religiosus, vt Lesae maiestatis crimen esse vereatur, eos casus, quorum exempla non habentur expressa, recipere, suis ipse contentus angustijs, tantum crimen effugiat immunis a censura Criticorum. Ex turba autem Anomalorum non omnia, sed quae magis vsui sunt futura, pueris ediscenda subijciam: ea tamen conditione, vt si quis eorum aliqua apud idoneos auctores vsurpata compererit, isdem vtatur Grammaticorum facultate minime requisita. Cum enim in eorum verba nemo iurauerit, sacramenti violati reus non arguetur, qui Latinitatis auctores imitatus vbertate Latine linguae, eiusq; amplitudine fruatur. Fieri enim potest, vt ex tam immensa sylua denuo aliquid, quod eorum oculos effugerit, eruatur.

ANOMA

# ANOMALA, SIVE IN ÆQUALIA:

- D**antur Inæqualis nonnulla vagantia formæ Nomina, quæis Numerus, Casus, Genus, Ordo, vel vlla Deficit integritas, quam norma Latina requirit.
- A**nomala, siue Inæqualia vocantur, quæ aut numero, aut genere, aut declinatione, aut casu, aut aliquo alio attributo deficiunt. ¶ Numero Inæqualia sunt ea, quæ vel numero tantum singulari, vel plurali solum declinantur.

## NUMERO PLVRALI DEFICIENTIA.

- P**ropria sunt tantum numero flectenda priori.
- Vt** Troia, Anchises. ¶ Si plura, vt Gallia, Cæsar, Nomina significant, numero donantur vtroque.
- ¶ Et cum pro Numero Numerorum assumitur alter:
- ¶ Seu cum Proprietas rerum signatur: vt illa, Sint Mæcenates, non deerunt Flacce Marones.
- N**omina Propria numero tantum singulari declinantur, vt Anchises, Dido, Ægyptus, Zacynthus, Hispanis, Tagus. ¶ Si plura nominibus, quæ alioquin pro vno sumpta sunt plura significatur ad instar appellatiuorum vtroque numero declinata reperiuntur. Dicimus enim plures Ioues Apollines, Dianæ: multos Antonios, Aiaces, Diogenes, Cæsares, Neronæ: duas Gallias, Hispanias, &c. huiuscemodi. ¶ Vtimur etiam nominibus proprijs in numero multitudinis, cum pluralis pro singulari accipitur: vt si Carios pro Curio, Anchisas pro Anchise dicamus. ¶ Induunt præterea formam Appellatiuorum hæc nomina, cum Proprietatem, vel Excellentiam alicuius rei significamus, vt si fautores artis Poëticae Mæcenates: eximios Poëtas Homeros, aut Marones apellemus.

## De Nominibus proprijs.

¶ Schol. 1.

- P**roscian. lib. 5. de nominibus proprijs agens perspicue docet, quando pluraliter ea sint vsurpanda. Sunt, inquit, quaedam nomina semper singularia, vel natura, vel vsu. Natura vt Propria, quæ naturaliter indiuidua sunt, vt Achilles, Hector, Italia, Sicilia. Vsu, quæ singulariter proferri tradidit vsus, vt Sanguis, Puluis. In his tamen ipsis est numerus pluralis quando euentus, vel partitio regionum, vel diuersæ opiniones, vel auctoritas Veterum cogit: vel quando pro appellatiuis quoq; proferuntur. Euentus, quod tuenit sepe eodem nomine proprio duos, vel plures nuncupari, vt Æneas Anchisæ filius, & Syluius Æneas: Pyrrhus filius Achillis, & Pyrrhus rex Epirotarum: Ajax Thelamonius, & Ajax Oilei filius

H b

filium

filius. Hæc enim non naturaliter communia sunt: quippe nullam qualitatem communem significant, sed casu diuersis contingere personis. Non enim eodem nomine nuncupati sunt, vt qualitatem similem habeant, id est, quod duo albi essent, vel duo nigri. Idæ facit partitio regnorum, vt Gallia citerior, Gallia vltior. Diuersæ opinioniones: quod quidam multos soles, & multas lunas putauerunt esse. Terrarum quoque, Virtus, Pietas, Iustitia, Probitas, & similia, quando deas significant, propria sunt: quando verò partes, vel in hominibus sitas res, appellatiua sunt. Itaque si sint propria non habent pluralem numerum: si appellatiua, habent. Hactenus Prisc.

Quare numero multitudinis carent propria nomina rebus quibuscumque, singularibus imposita, vt Anchises, Dido, Italia, Tiberis, Caucasus, Apenninus. Si verò propria pluribus significantis accommodantur, numero multitudinis efferuntur: qualia sunt complura familiarum, de quibus Varro. 1. de Analog. Vt enim, inquit, ab Emilio homines orti Emilij, ac geaciles: sic ab Emilij nomine declinate voces in gentilitate nominali. Ab eo enim, quod est impositum recto casu Emilij orta Emilij, Emiliam, Emilies, Emithorum, & sic reliqua, eiusdem que sunt stirpis. Hæc Varro. Nec refert, an illa plura more Logicorum vniuocè conueniant, necne: sed satis erit aliquis ex illis quatuor modis, quos Priscianus enumerat, vt multa eodem nomine pluraliter efferantur: veluti plures Iones, Apollines, Vulcani, Æsculapij, Diane, Iunones: plures Aiaces, Antonij, Cæsares, Catones, Dionysij, Neronis, Philippi, Scipiones: plures Hispanie, Gallie, Thebe, &c. que apud Veteres pluraliter vsurpata reperiuntur. Cic. 3. de Nat. Ioues tres enumerantur, qui Theologi nominantur. Ibid. Ioues plures etiam accepimus. Apollinum antiquissimus, Vulcanum plurimum, Æsculapiorum primus, quem Arcades colunt. Diane item complura sunt. Ibid. lib. 2. c. 7. Iunones, Geniosque, adoptando sibi. Cic. 3. de Nat. Dionysij multos habem? 2. de Orat. Multos, inquit Antonius, possum tuos Aiaces Oileos nominare. In Pison. Cum in ciuitate Antonium videatis, vel potius Antonios. In Rull. Cum erant Catones, Philippi, Lælij. Plin. lib. 10. c. 43. de Coruis. Tiberium Germanicum, & Drusum Cæsares salutabat. Ouid. 1. Trist. — pro quo Cæsare thura præta, Cæsariibusque, dedi. Sic Suet. sæpe in Vitis Cæsarium. Iuuenal. Saty. 12. — vestem Purpuream teneris quoque, Maccenatibus aptam. — Horat. 4. Carm. od. 4. Quid debes ò Roma Neronibus, Testis Metæurum Iuuenem. — Ibid. Ode 14. Maior Neronum. Cic. pro Cornel. Duc. Hispanie. Liu. bel. Pun. 8. Receptas Hispanias ducebat. Suet. in Claud. c. 1. Galliarumque, ciuitates publice supplicarent. Cic. 1. de Nat. Anaximandri opinio est innumerabiles esse mundos. Ibid. Cur igitur non sexcenta milia esse mundorum ausus es dicere? Ibid. Sed vbi est veritas in mundis credo innumerabilibus. Ibid. lib. 3. Soles ipsi quam multi à Theologis proferuntur. Idem. 1. de Div. Cum duo visi soles essent, & cum tres lune. Plin. lib. 2. c. 1. Totidem soles, totidemque lunas. Sic. ibid. c. 31. & 32. In his Sol planetam significat, cum sit vnus, quem admodum luna, & mundus: & tamen pluraliter efferuntur. Soles pro diebus, aut astinis

astinis caloribus passim inuenies. Lucil. apud Gell. lib. 16. c. 9. Montes Ætnæ omnes asperi, Athones. Ex his, aliisque compluribus aperte colligitur Latinitatis auctores, cum plura significare vellent, proprijs nominibus numero multitudinis vsos fuisse, siue illa plura essent in natura rerum, siue non essent: & figuratè per Enallagen aliquando, licet voces pluribus nondum essent impositæ, pluralem numerum posuisse pro singulari, vt Manala pro Manalo, Pergama pro Pergamo. Quare & nobis in eodem numero similiter eisdem nominibus, & alijs eiusdem generis vt licebit. Dices ergo, cum opus erit, plures Babylones, Atlantes, Xanthos, Olympos, & cæc.

Quæ quondam in Latio pluralia fecit origo, Talia semper erunt, vt Tralleis, Bactra, Philippi.

Nomina præterea, que à prima sui origine pluraliter solum inueniuntur vsurpata, pluraliter tantum inflectenda sunt: vt Delphi, Gabij, Pompeij, Putæoli, Philippi, Veij, Sardis, ium, Tralleis, ium, Cumæ, Baiæ, Syracusæ, Athenæ, Bactra, orum, Susa, orum, Cythæra, orum & alia huiusmodi.

De N. proprijs pluraliter tantum declinandis. Schol. 2.

Vnt etiam nomina quedam propria, numero tantum multitudinis vsurpata. Sicut Virg. Æn. 6. Hi tibi Nomentum, Gabios, vrbesque, Fidenam. Idem Georg. 1. Romanas acies iterum videre Philippi. Liu. dec. 1. lib. 5. Pergo ad delendam vrbes Veios. Cic. in Rull. Labicos, Fidencas cum Calibus, Putcolis, Cumis, Pompeijs comparabunt. Idem, 1. de Orat. Illas omnium artium inuentrices Athenas. & 4. Verr. Vrbes pulcherrimam Syracusas. Idem. 1. de Orat. frat. lib. 1. Næue interesse quicquam vrbum Tralleis, an Formias venere, & pro Cal. Baiæ denique ipse loquuntur. Plin. lib. 35. c. 11. Hic Delphis eadem pinxit. Ouid. 11. Met. Vade, ait, ad magnis vicinum Sardibus amnem. Stat. lib. 3. Sylu. — Bactra sacrasque, Antiquæ Babylonis opes. — Virg. 1. Æn. Hunc ego sopitum somno super alta Cythera. Ouid. 4. Fast. Sacra Cythera petit. — Gades, ium, duas infulas significat sitas extra angustias Gaditani maris, quarum alterutra Gadis dicitur in numero singul. Plin. lib. 4. c. 22. Ab ostio freti passuum LXXV. M. Gadis. Gades, ium, est etiã Vrbs Tyri, de qua Plin. lib. 5. c. 19. Tyros olim partu clara vrribus, Vtica, Carthagine, etiam Gadibus extra orbem conditis. Complura passim inuenies.

Plurali careant Frumenta, Metalla, Liquores, In specie: vt Stannum, Milium, Sapa, Nectar, & Aurum.

Defruta sed numerus, Farra, Hordea, Mella, secundus, Musta, Electra sibi, Vina, Æra, Ori calcha recepit.

Vfus Amōma idem, cum pignore Balsama profert.

Nomina generalia, vt Frumentum, Metallum, Liquor, integra sunt in speciem verò significantia, ferè numero multitudinis priuatur: vt Triticum, Panicum Secale, Milium: Oleum, Acetum, Sapa, Lora, Lac, Serum, Nectar, Aurum, Argentum, Stannum, Ferrum, & Plumbum.



2 ¶ *Quaedam tamen frumenta, metalla, liquoresue significantia: vt Far, farris, Hordeum, Vinum, Mustum, Dē frutum, Mel, Amōmum, Balsamum, & compositum eius Opobalsamum, Electrum, Æs, Orichalchum pluraliter efferuntur, vt Hordea, Vina, Electra, Amōma, Balsama, Opobalsama, & cætera.*

De nonnullis pluraliter vsurpatis. ¶ Schol. 3. 5

**N**onnulla ex his, quæ frumenta significant, pluraliter vsurpata reperimus. Virg. Eclog. 5. Grandiæscape quibus mandauimus hordea sulcis. Idem G. 1. — robustaq; sarra. Ibid. Exspectata Ceres vanis delusit auenis. Addūt aliqui leguminū, fruticū, & herbarū nomina: sed in numero plurali passim inueniūtur, vt Fabæ, Lupini, Absinthia, Acanthi, Colocasia, Croci, Hyacinthi, Lilia, Lolia, Myrica, Rosa, Ruta, Papauera, Sésama, Vacinia, Viola, quorū exempla facillè occurrunt. Erūt tamen, Vicia, Apium, Saluia, Piper, Hyssopus, Siler, & alia huiusmodi numero multitudinis declinari non solent. ¶ Ex nominibus etiam liquores in specie significantibus auctores quædam plurali numero protulerunt. Cic. 3. Verr. Vina cætera, quæ in Asia facillè comparantur. Plin. lib. 14. c. 10. Non possunt dici vina quæ Gæcci *δεσποτα* appellant. Idem cap. 6. Solo vinorum flamma accenditur. Vinis apud eundem inuenies. Idem lib. 23. c. 1. Musta differentias habent. Et lib. 14. c. 20. Pugnacibus mustis crapulæ plus inditur, lenibus parcius. Virg. 4. Georg. — aut igni pinguiamulto. Desruta. — Ibid. Dulcia mella premes. — Plin. lib. 16. c. 8. Robora ferunt & viscum, & mella. Ouid. 3. 20. Fast. Iure repertori splendida mella damus. Sic & alij sa pissime. Genitiuus tamen, & datiuus numeri pluralis Mellium & Mellibus in vsu fuisse non videntur. Mart. lib. 14. Balsama *μαλμα*, hæc sunt vnguenta virorum. Sic idem lib. 5. in Cotil. Stat. 3. Sylu. *επιπυλα* felices sudant opobalsama virgæ. Sic Iuuenal. saty. 2. & Mart. lib. 11. Ouid. in Epist. Spissaq; de nitidis tergit amoma comis. Perf. S. 3. Compositis lecto, crassisq; lutatus amomis. Mulsæ superioribus additur à nonnullis sine testimonio: verum non omnia indigent Veterum commendatione, nisi manifesto aurium iudicio respuantur. ¶ Ex his, quæ metalla significant, Electrum, Æs, & Orichalchum aliquando plurali numero leguntur. Plin. lib. 9. c. 40. Argentum auro confundere, vt electra fiant. Virg. Eclog. 8. 30. Pinguia corticibus sudent electra myrica. Sic Ouid. 2. M. Æs propriè speciem metalli rubri coloris significat: aliquando generalius pro alijs etiam metallis accipitur. Item pro statuis, pro tubis æreis, pro pecunijs: et in quacumq; signif. casus in A, pluralis numeri frequenter vsurpantur. Cic. 3. Verr. Cognoscuntur istius æra illa vetera. Et apud eund. ad Cass. lib. 12. Cuius æræ refugere debebamus. Plin. lib. 9. cap. 40. Addere bis æra, vt Corinthia. Apud Poetas Æra leguntur passim. Virg. 4. Georg. — alij stridentia tingunt Æra lacu. — Horat. Epist. lib. 1. ep. 7. Nec tamen ignorant, quid distent æra lupinis. Ærum, & Æribus olim in vsu fuerunt. Vnde vtiusque vestigia exstant apud Catonē. Orichalcha in num. plur. Stat. Theb. 1. Emicat effigies, & sparsa orichalcha reident.

MASCVL-

MASCVLINA PLVRALI CA-  
RENTIA.

**M**ascula plurali quædam viduanda leguntur, Hesperus, & Limus, Nemo, cum Sanguine Viscus, Et Muscus: quibus adde Æther cum Vespere, Pontus.

De Nominibus masculinis. ¶ Schol. 4

**F**ix masculinis nominibus, quæ inter Inequalia plurali destituta numerantur, quædam apud Veteres in eodem numero leguntur. ¶ Ær ferè numero singulari vsurpari consuevit. Æres, & Æribus sunt apud Vitruu. lib. enim. 1. c. 1. Nouisse, inquit, oportet æres locorum, quæ sint salubres, aut pestilentes. & cap. 4. Sæper calor, cum excoquit, æribus firmitatem eripit. Lucret. lib. 5. Æribus posse alternis à partibus ire. Sic idem lib. 4. ¶ Carcer pro repagulis, quibus quadrigæ in spectaculis ad cursum egressura detinentur, frequens est in utroque numero: at pro loco vbi noxijs tenentur inclusi ferè numero singulari reperitur. Senec. Carceres dixit in secunda significatione in lib. de Consol. ad Albinam, Nec enim, inquit, poterant carceres videri, in quibus Socrates erat. Idem lib. 2. de Ira, c. 8. Non descripsit plenos carceres, & c. In prima verò significatione numero singul. vsus est Auct. ad Heren. Quasi si quis, inquit, ad Olympiacum cursum venerit, & steterit, vt emittatur, imprudentesq; illos dicat esse, qui currere cœperint, ipse intra carcerem stet. Et Cic. 1. de Diu. ex Ennio — auidi spectant ad carceris oras, Quæ mox emittentis pictis ex faucibus currus. Sic Ouid. 10. Met. — cum carcere pronus vultu Esiccat. — Sic idem alibi. ¶ Fimus vel Fimum numero multitudinis caret. ¶ Fumus frequens est etiam in numero plurali: eo enim Cæsar, Virg. Lucret. Ouid. & Mart. vsi sunt. 25 ¶ Genius in eodem numero exstat apud Plaut. Trucul. — qui cum Genijs suis belligeravit. Et Plin. lib. 2. c. 7. Genies adoptando sibi. ¶ Mundus in numero plur. reperitur, vt ostensum est supra. ¶ Muscus in numero plur. rarum est. Apul. tamen lib. 2. Metam. Muscis dixit. ¶ Puluis ait Prisc. lib. 5. carere num. plurali. Pulueres tamen dixit Horat. in Epod. cd. 17. Nouentiales dissipare pulueres. ¶ Sal, cum neutrum est, numerum multitudinis non admittit: in alijs significationibus integrè declinatur. ¶ Sanguis numero plur. caret: in Sacris literis omnes multitudinis casus inuenies. ¶ Sopor inter masculina plurali deficientia numeratur: at cum neque significatio, neque positio repugnet, aut dissonet in numero plur. eo vti volenti non refragabor. ¶ Soles pro diebus. l. caloribus frequenter inuenies: in communi significatione numero plur. reperitur etiam aliquando, vt constat ex superioribus. ¶ Viscus, eris, tertio ordinis hic non spectat, sed Viscus, ci, pro glutino, quo aucupes viuuntur. ¶ Vinctus substantiuo vsus est Cat. c. 10. in numero plur. Opérculum (inquit) abeni vnum, vinctos ferreos tres.

Hh 3

Famina

DE ANOMALIS.  
FOEMININA NUMERO PLURALI  
CARENTIA.

**F**oeminea in numero tantum usurpanda priori  
Dantur Humus, Sitis, atq; Fames, Clementia Tellus.  
Adde Senecta, Lues, & Plebs, Fuga, Vespera, Tabes,  
Adde Strues, Cholera, atq; Salus, Sapientia, Proles.

De nominibus foemininis.

¶ Schol. 5.

**I**nter inaequalia complura foemina recensentur: sed non omnibus aequo in-  
re multitudinis casus auferuntur. ¶ Alius pluraliter effertur à Plinio  
lib. 20. cap. 1. Aliqui scorpionum cucumin vocant efficacissimum ad scor- 10  
pionum ictus, & ad purgandum uterum, aliosq;. Sic idem lib. 19. cap. 4. Cum  
pro alueo sumitur, in utroq; etiam numero reperitur. ¶ Arenas in nume-  
ro plur. Cas. in lib. de Analog. ad Cic. vitiose dici putauit. Vnde Fronto Cornel.  
apud Gell. lib. 19. c. 8. reuocat in dubium, an congrue dicatur: nec tamen ipse  
questionem soluit. At Gellius, cum in num. singulari Quadrigam, quod etiam à 15  
Caesare repudiabatur, apud M. Varr. inuenisset, Arenas etiam dici posse non  
obscure significauit. & lib. 5. c. 14. eodem vsus est: In camporum, inquit, atq; are-  
narum solitudines concessi. Plin. lib. 26. c. 26. per Gallias, Hispaniasq; simili mo-  
do arena temperantur. Curt. lib. 7. Arenas vapor aestiui solis accendit. Iam verò  
Poëta passim hoc nomen in numero multitudinis usurpant. ¶ Biles dixit Plin. 20  
lib. 20. c. 9. Biles detrahens [brassicam] non percoctam putant. ¶ Caritas in plu-  
rali num. effertur à Cic. 1. offic. Omnes omnium caritates patriana complexa  
est. ¶ Culpa. Idem 7. Verr. In hoc genere omnes in esse culpas. Horat. 4. car-  
od. 15. — amouitq; culpas. ¶ Gaze. Plaut. Trinum. Hascine in me propter  
res maledictas fumus ferunt? ¶ Gazæ. Lucan. lib. 7. — eosq; premunt 25  
tentoria gazas. Senec. Hercul. Fur. Gazis inhians. Sic Horat. 1. Carm. od. 29.  
¶ Gloria vsus est in numero multitudinis Auctor ad Heren. lib. 3. Quæ potesta-  
tes, quæ gloria, quæ amicitia. Et Gell. lib. 1. c. 2. Hæc ille inanes cum flaret glo-  
rius. Et lib. 2. c. 27. Quæstus, & compendio gloriarum. ¶ Indoles. Idem lib. 19.  
c. 12. Vitiles animi indoles amittantur. Datinius, & ablatiuus num. pluralis ni- 30  
miùm horridi videntur. ¶ Ira frequens est in utroq; numero. ¶ Labes. Cic.  
1. de Diu. Multis locis labes facta sunt. Idem. 3. Off. Hunc tu quas conscientia  
labes in animo censens habuisse. ¶ Luces pro stellis. Cic. in Arat. Ille, quæ sul-  
gent luces ex ere corusco. Ibid. Ac parte ex alia claris cum lucibus errat  
Orion. — Item pro diebus. Horat. lib. 4. Car. od. 15. Nosq; & profestis luci- 35  
bus, & sacris. Sic Ouid. & alij sæpe. ¶ Mortes. Cic. 1. Tuscul. Clara verò  
mortes pro patria appetit. Sic idem de Fin. 2. & plures alij. Genitiuo Mortium  
vsus est Quint. Declam. 2. Quidam contra experimenta telorum mortium per-  
tulere patientiam. Senec. item lib. 1. Nat. quæst. et Tacit. Mortibus verò Horat.  
Serm. 1. saty. 3. — ignotis perierunt mortibus illi. Et Lucan. lib. 7. — ve

te tot mortibus vnam, Tot scelerum satis premerent? — Legitur etiam apud  
Hirc. de bel. Hisp. Plin. lib. 7. c. 53. et plures alios. ¶ Neces. Cic. 1. In Catil.  
Multerum ciuitum neces. Idem pro Cæc. Neces, ignominiasq; vitant. ¶ Paces.  
Varro de Vita pop. R. lib. 3. Animaduertendum quemadmodum constituerint pa-  
ces. Sic Lucret. lib. 5. Plaut. Pers. Pacibus perfectis. Genitiuus non exstat. ¶ Pi-  
ces. Virg. G. 3. Idæasq; pices. — Legitur etiam in plur. apud Colum. sed locus  
non citatur. ¶ Senecta sumitur plerumq; substantiue subaudita ætate. Est  
enim Senectus, a sum, adiectiuum, sicut & Decrepitus. Vnde Plaut. Aulul. — homi-  
nem, Quæ senecta ætate ludos facias. Sall. lib. 4. Hist. Omnibus, quibus sene-  
cto corpore animus militaris erat. Sic & Lucret. lib. 3. Mæris senectis. Et Auctor  
Ætne. Senecta membra dixit. ¶ Soboles in accus. numeri plur. Cic. 3. de Legib.  
Colum. lib. 9. c. 14. in Recl. & ablatiuo Sobolibus lib. 5. c. 6. vsus est. ¶ Tusses.  
Plin. lib. 23. c. 11. Sape face pota tusses veteres sanantur. Sic lib. 20. c. 11. & lib.  
22. c. 25. Faba in c. bo si effi, et cum alio cocta contra deploratas tusses sumitur.  
¶ Datiuo Tussibus vsus est idem lib. 20. c. 18. Prodesti tussibus veteribus. Sic & lib.  
29. c. 22. Genitiuus Tussium etiam legitur apud eund. Cur igitur inter Anomala  
reponendum sit, nescio. ¶ Vespera, e. numero singulari satis vsitatum est: plu-  
rali vulgò donatur: sed apud classicos exemplum non inuenio. ¶ Vitæ. Cic. de  
Nat. Deus hominum commoda, vitasq; tuetur. Idem de Amicit. Serpit per omniū  
vitas amicitia. Sic idem 1. de Inuent. & Terent. Adelph. Item pro anima Virg.  
6. Æn. — tenues sine corpore vitæ. Sic idem 4. Georg. ¶ Fames in num.  
plurali, Lues, Plebes, Proles, Strues, Tabes, & similes, & similes, & similes  
habent Latinis vocibus con-  
gruentes, & superioribus haud dissimiles. Quæ tamen exempla non suppe-  
runt. Quare viderint peritiores, an is vterque sit: nos, non proponimus ad-  
discenda, quæ vsu comprobata reperimus. ¶ Plura numerantur anomala foemina  
ab adiectiuis nominib; deriuata, sed non omnia numero plur. deficiunt. Amicitia, &  
Inimicitia frequenter in utroq; numero leguntur. Auaritia, Castimonia, Elegantia,  
Insolentia, Inertia, Insania, Memoria, Petulantia vsurpantur etiam in numero mul-  
titudinis interdum. ¶ Cic. 4. de Fin. Nec enim omnes auaritas, si quæ auaritas esse  
dixerimus. Plin. lib. 31. c. 8. Aliud verò ad castimoniarum superstitionem etiam sa-  
cris Iudæis dicatū, quod fit è piscibus squama carentibus. Gell. lib. 10. c. 12. Phauo-  
rinus memoriarum veterum exsequentiissimus. Idem lib. 2. c. 9. Verborum elegan-  
tias. Idem lib. 13. c. 19. Insolentias verborum. Cic. in Partit. Vitii, artibus, inertijs  
Idem ad Sulpit. lib. 4. Incideram in hominum pugnandi cupidorum insanias.  
¶ Gell. lib. 2. c. 21. Se ad literas, memoriasq; veteres dederat. & lib. 4. c. 6. In vete-  
ribus memorijs scriptum legimus. Idem lib. 3. c. 3. Cum petulantias dictorum di-  
luisset. Iam verò illa, Accusatio, Acerbitas, Actio, Adiectio, Admiratio, Admissio,  
Admonitio, Auiditas, Cupiditas, Difficultas, Dilatio, & alia sexcenta ab adiecti-  
uis, aut participijs deducta numero multitudinis vsurpantur. Similia verò no-  
mina, quamuis in Veterum libris, qui ad nos peruenerunt, in numero plurali  
scripta

scripta non inueniantur, non ideo sunt enormia iudicanda. Sed vnusquisque, vt Phocas ait, aurem suam interroget, & vsui quando opus fuerit, accommodare non reformidet. Quod si quis ex Grammaticis, qui Latine linguae fines eruditione peregrina metiuntur, digitum velit oculis intentare, Grammatici insignis opponat auctoritatem, & finalis exitus nomina, vt calumniam effugiat, in medium producat. Sunt tamen aliqua, quibus vix vitendum erit in numero plurali, nisi Veterum occurrat exemplum: qualia sunt Infantia, Pueritia, Adolescentia, Iuuenta, Iuuentus, Senectus, Iustitia, Prudentia, Facundia, Poetica, Dialectica, & cetera artium nomina. Philosophias apud Gell. inuenies lib. 5. cap. 3. & alij in locis.

## NEVTRA PLVRALI DEFICIENTIA.

**H**æc tibi Neutra damus numero spolianda secundo Ver, Ador, atq; Penum, Virus cum Felle, Barathrum, Fas Nihilum, Chaos atq; Nefas, Nihil: adde Macellum, His Iubar, atq; Salum, Letum, cumq; Hepate, Fœnum, Iustitium, Nil: adde Gelu, cum Glutine Vilcum, Manna, Crocum, Tabum, Senium: Paschæ addit Nitrum, Cumq; Luto, Pelagus, cum Cœnò, Vulgus, & Halec.

De Nominibus neutris. ¶ Schol. 6.

**I**n his etiam electione opus est, vt suum cuiq; tribuatur. Multa enim neutra suo iure priuantur. ¶ Auum, quod à nonnullis ponitur inter Anomala in numero multitudinis reperitur. Plin. lib. 35. c. 14. In Africa, Hispaniaq; ex terra parietes eius durant. Et lib. 36. simulacrum tot eius incorruptum. Ouid. — nulli datus ovis — bus eius. ¶ Callum, i, neutrum in plurali numero nondum inueni. ¶ Bacula in num. multitudinis est apud Cels. lib. 8. c. 20. Habenas ad valida bacula deligarint. ¶ Crocum additur à Diomedæ inter ea, quæ plurali carent, quod videtur admittendum. ¶ Ebur in numero plurali vsurpauit Plin. lib. 9. c. 12. Squatina qua lignum, & ebora poliuntur. ¶ Fœna, in eodem numero dixit Apuleius. 3. Met. ¶ Fella similiter Q. Serenus cap. 13. Detergêremalum poterunt, vel vulturis atrî Fella — & cap. 19. — cunctis noxia fella. ¶ Hir, vt Charisius ait, habet in genitiuo hins: Probus verò credit esse indeclinabile. Numero plurali caret: sed iam supra tamquam insolens in vtroq; num. reiectum est. ¶ Luta Cæsarem in num. plura. & Macella Ennium dixisse vestis est Caper. ¶ Mamona huc non spectat, cum sit masculinum, vt ostensum est, Schol. 13. in Genera. ¶ Mane reperitur adiectiuus coniunctum, induitq; formam substantiuî. Vnde Seruius in illud Plauti, Amanî vsq; ad vesperam, ait, Mani ablatiuum esse à Mane. Mart. lib. 1. — mane totum dormies. Pers. saty. 3. — iam clarum mane fenestras Intrat. — Colum. lib. 7. c. 12. Sub-obscuro mane. ¶ Pascha, e, potius quam Pascha, atis declinandum: & priori modo sumptum numero plurali priuandum est: cum verò

per

per Tertiam inflectitur, plurali numero fruatur. ¶ Pelagus, in numero plurali reperiri aiunt nonnulli apud Cic. sed locum inuenire non potui. ¶ Sinum, i, genus quoddam vasis, vt Nonius interpretatur, sinuatum significans, hæc etiam spectat ex Varronis sententia: lib. enim 4. de ling. Lat. Sinum, inquit, à sinu, quo sinum maiorem cauationem habeat, quam poculum. Neutro etiam vitur Colum. lib. 7. c. 8. Sinus, us, masc. generis in eadem significat. est apud Plaut. in Curcul. — hic cum vino sinus fertur. Sic apud eundem in Rud. Sinu apud Varr. de Vita pop. Rom. Vt citat Nonius, exstat: qui ablatiuus masculinam terminationem ostendit. ¶ Solium, ij, pro vase, in quo sedentes lauabantur in balneis, numero plurali est apud Plin. lib. 26. c. 1. In balineis solia temperabantur humano sanguine ad medicinam. Idem lib. 33. c. 12. Nisi argentea solia fastidiant. In communi significatione non est cur plurali fraudandum sit. ¶ Solum, i, pluralis etiam numeri casus admittit. Virg. Georg. 1. — Arida tantum Ne saturare fimo pudeat sola. — Stat. Theb. 8. — niueoq; rigant sola putria nimbo. Sic & Catull. de Berec. Cic. pro inferiore parte pedis posuit Tusc. ¶ Mibi amictus est Scythicum tegmen, calceamentum solorum callum, cubile terra. ¶ Spicum antiquis in vsu fuit in numero singulari tantum. Cic. 2. de Nat. ex poeta, Spicum illustre ferens insigni corpore Virgo. Varro item de lege Menia apud Non. Neq; in bona segete nullum est spicum nequam, in mala non aliquid bonum. Spicus, i, eiusdem significationis in numero plurali Virg. in 1. Georg. infle lit. ¶ Tabum in ablat. frequens est: in Recto legitur apud Quintil. Genitiuo Tabi vsus est Lucan. lib. 9. Tabantis tibi saniem. — Dativuo Stat. Theb. 9. — dulciq; nefandus Imoabo. — quo tamen immerite spoliatur à quibusdam. ¶ Vitrum in num. plurali apud Poetas esse dicitur: as sine testimonio: quare, qui censuram reformidat, à numero multitudinis abstineat, quousq; idonei alicuius auctoris offendat exemplum.

## QVÆ NUMERO TANTVM plurali declinantur.

**M**ulta recensentur numero truncata priori: Vt quæcumq; gerunt (dempto Vno) à Cardine nomen: Ceu Duo, Tres, Quatuor, numerosq; turba sequentium. ¶ Est itidem, Ludos, vel significantia Libros: Ethica in exemplum, Dionysia, Olympia sunt. ¶ Nomina Cardinalia ( præter Vnus, a, um, quod integrum est ) numero tantum plurali declinantur, vt Duo, Tres, Quatuor, Quinq; Decem, Viginti, Centum, & Mille adiectiuum, quod cum substantiuum est, vt roq; numero gaudet, estq; indeclinabile in numero singulari: in ablatiuo tamen mille, vel milli facit: numero vero multitudinis, Millia, ium, ibus, & c. ¶ Item Festorum nomina, vt Saturnalia, Neptunalia, Bacchanalia & cæ. que genitiuo terminantur in, orum, vel, ium, Saturnaliorum, vel Saturnalium: datiuo, & ablatiuo in

i

ibus,

ibus, Saturnalibus. ¶ Dionysia verò, Orgia, & Hyacinthia tantum ad normam secundæ declinationis inflectuntur, Dionysiorum, Dionysijs, &c. ¶ Nomina item significantia ludos, vt Olympia, orum, Pythia, Isthmia, Apollinares, Circenses, Megalenses. ¶ Librorum deniq; complura, numero ferè multitudinis inueniuntur vsurpata, vt Bucolica, orum, Georgica, orum, Rhetorica, orum, Dialectica, orum, Physica, orum, Ethica, orum, Politica, orum, OEconomica, orum, Musica, orum. Quæ omnia desumuntur à neutra pluralis numeri terminatione nominum adiectiuorum, à Bucolicus, a, um, Bucolica, orum, à Physicus, a, um, Physica, orum, & sic in cæt. Hæc rarò leguntur in singulari: idq; tantum, dum liber vnus significatur, vt in primo OEconomico: in secundo Bucolico, à nominatiuis OEconomico, Bucolico. Quæ verò similem deriuationem non admittunt, singulari numero declinantur: vt Ilias, dis, Æneis, idos: Achilles, idos: Thebais, idos: Metamorphosis, feos, &c. Librorum dixi, quia nomina scientiarum singulariter efferuntur, vt Rhetorica, c, Dialectica, c, &c.

De Nominibus Distributiuis, & alijs nonnullis. ¶ Schol. 7. 15

**D**istributiuia plerumq; numero multitudinis vsurpantur, qualia sunt singuli, a, a, Bini, Terni, Quaterni, Quini, Seni, Septeni, Octoni, Noueni, Deni, Vndeni, Duodeni, Ternideni, Deniquaterni, Quinideni, Senideni, Septenideni, Denioctoni, Deninoueni, Quinideni, Viceni, Triceni, Quadrageni, Quinquageni, Sexageni, Septuageni, Octogeni, Nonageni, Centeni, Duceni, Trecenti, Quadringeni, Quingeni, Sexcenti, Septingeni, Octingeni, Nonageni, Milleni, &c. quæ leguntur in numero singulari, maxime apud Poetas, & Historicos. Virg. 5. Æn. confurgunt ordine remi. Idem lib. 10. — centenaq; arbore fructus Verberat. — Sic Stat. Theb. 12. Idem Sylu. 5. — ante septenus habebit Ister? — Ibid. — ter dena luce peracta. Colum. lib. 4. c. 7. Vt bino [admiculo] potius vtamur. Idem lib. 5. c. 6. Palmitem super ternam gemmam religabimus. Plin. lib. 17. c. 23. Tráduces Gallica cultura bini vtring; lateribus, si pes quadrageno distet spatio: quaterni, si viceno. Idem lib. eiusd. c. 11. Consentiunt non altiores [scrobes] quino semipede esse debere. Septuagenus inuenies apud eundem. Plaut. Cistel. — at at singulum rideo restigium. Gell. lib. 18. c. 13. Nummo singulo multabatur. & lib. 19. c. 8. Non infitiasco, quin singulo semp: r numero dicenda sint.

¶ Nomina festorum numero tantum multitudinis vsurpantur, Agonalia. I. Agonia, Bacchanalia, Carmentalia, Cerealia, Cempitalia, Equiria, Feralia, Floralia, Frontinalia, Initia, Laurentalia, Liberalia, Lemuria, Luceria, Lupercalia, Matralia, Neptunalia, Nicetaria, Opalia, Paganalia, Palilia, Parilia, Parentalia, Portunalia, Quinquatria, Quirinalia, Saturnalia, Terminalia, Vestalia, Vinalia, Vulcanalia. Huiusmodi nomina genitiuo frequentius ad normam secundæ declinationis in, orum, faciunt, quamuis etiam in, ium, more nominum tertie declinationis aliquando terminentur: Saturnaliorum, & Saturnalium: Bacchanalio-

rum, & Bacchanalium. At in datiuo rarò admodum secundam declinationem sequuntur. Dices ergo Saturnalibus potius, quam Saturnalijs, Bacchanalibus, quam Bacchanaljs, & sic in cæteris. Videntur autem hæc nomina magis ad tertiam declinationem, quam ad secundam pertinere, siue ab adiectiuis ad tertium ordinem spectantibus emanare quis dixerit, siue à substantiuis eiusdem ordinis inusitatis, quorum specimen præbuit Bacchanal, alis, quo Plaut. vsus est in Mil. — vos, inquit, in cella uinaria Bacchanal facitis. — Vnde Bacchanalia numero multitudinis vsu frequentiore dicuntur. Lupercal. item. Ou. 2. Fast. Forsitan & quæras, cur sit locus ille Lupercal. Vnde nomen Lupercalia deriuatum est. Ex quibus conijci potest cætera similia festorum nomina potius ad tertiam declinationem, vt diximus, pertinere. Orgia, Dionysia, Charistia, Hyacinthia, Repotia proficisci crediderim à nominibus adiectiuis secundæ declinationis substantiuè sumptis in neutra terminatione numeri multitudinis, vt ab Orgius, a, um, Orgia, orum: à Dionysius, a, um, Dionysia, orum: & sic in alijs. Huc etiam spectant Encenia, orum: Scenopogia, orum, Latine, arum, & Neomenia, arum. Quinquatrus, vs, pro eodem festo, quod dicebatur Quinquatria, vt ex Varr. 5. de Lingua Lat. colligitur, etiam numero singulari per Quartam declinationem in numero verò plurali frequentius est. Ouid. 6. Fast. — dixi Cur sit Quinquatrus illa vacata dies. Plin. lib. 18. cap. 24. Transpadani seruant vsq; in Quinquatrus fabam. ¶ Ludorum nomina sunt illa Apollinares, Circenses, Megalenses, seu Megalesia, Isthmia, Pythia, Olympia. Quæ nomina sunt etiam adiectiuia, sed pro substantiuis, vt Orig. Sole, & Tonans pro Ioue, ponuntur. A Pythias, a, um, dixit Iuuenal. Sat. 10. Philip. Ne Apollinares eleg. 13. Pythia regna. Substantiuum expressit. Sa. 10. Philip. Ne Apollinares quidem ludos fecit. Et Verr. 6. Ludis Circensibus. Liu. dec. 3. lib. 3. Ludi Apollinares à P. Corn. primùm facti Suppressit Virg. 8. Æn. — magnis Circensibus actis. & Suet. in Tiber. c. 26. Natalem suum plebeis incurrentem Circensibus. In ijs verò, quæ neutro genere efferuntur, subaudiendum Certamina, sicut in masculinis Ludi. Liu. dec. 3. lib. 9. Ludi suere, Megalesia appellata. Ouid. 1. Met. Instituit sacros celebri certamine ludos, Pythia, perdomitæ serpentis nomine dictos. Sunt iidem, qui & Apollinares. Cic. 2. de Diu. Cursor, ad Olympia proficisci cogitans, vsus est in somnis curru quadrigarum. ¶ Nomina librorum complura sunt neutra, clarius à nominibus adiectiuis deriuata, qualia sunt Bucolica, Georgica, Chronica, Rhetorica, Dialectica, Physica, OEconomica, Musica, Geometrica, &c. à Bucolicus, Georgicus, Chronicus, Rhetoricus, Dialecticus, Physicus, OEconomicus, Musicus, Geometricus. Ouid. 2. Trist. Bucolicis iuuenis luserat ante modis. Colum. lib. 7. c. 5. Sed Georgicum carmen, &c. Gell. lib. 17. cap. 21. Excipiebamus ex libris, qui Chronici appellantur. &c. Terent. in Heaut. Repente ad studium hunc se applicasse musicum. Plin. lib. 2. cap. 22. Pythagoras interdum ex musica ratione appellat tonum,

quantum abste à terra luna. Cic. 2. de Orat. Rhetoricis quibusdam libris, quos tu agrestes putas. Vnde non solum Rhetorica, orum, sed Rhetorici, orum, masculinè pro libris absolue posuit Quint. lib. 3. c. 1. Post quem tacere modestissimum foret, nisi & Rhetoricos suos ipse [Cicero] sibi elapsos diceret. Et numero singulari ibid. c. 3. Sicut & Ciceronis quoq; Rhetorico primo. Item e. 8. Nec me fallit in primo Ciceronis Rhetorico aliam esse interpretationem. Ex his Quintilianii auctoritatibus colliges, quando de vno libro tantum sermo est, posse Latine dici in primo Rhetorico: & similiter in OEconomico Xenophontis: in secundo Virgilij Bucolico, in tertio Georgico, sumpta nominis adiectiui terminatione masculina, sub intelligendo librum: cum Quintiliano, siue neutra cum Cicerone, & alijs: sicut frequentior vsus obtinuit. Plin. lib. 35. c. 9. Chronicorum errore non dubio. Cic. de Diu. In Grammaticis Poëtarum pertractatio. Idem de Fat. Mihi Rhetorica vestra sat nota. Ennius item apud Festum lib. 18. Alij Rhetorica turgent. id est norunt, vt ibidem Festus exponit. Cic. Att. lib. 14. Accubans apud Vestorum hominem remotum à Dialecticis, in Arithmeticis satis exercitatum. & de Clar. 13. Orat. Istorum in Dialecticis omnis cura consumitur. Item in Orat. In Physicis, quibus maximè est alienus Epicurus. Ibid. Oratorem, ne Physicorum quidem esse expertem volo. Colum. in pref. lib. 12. Et Aristotelis OEconomica dicuntur. Cic. 1. de Orat. Vt in musicis numeri, & voces, & modi. Idem 1. Tusc. Respondens èd perueniet, quà geometrica didicisset.

### MASCVLINA SINGVLARI DEFICIENTIA.

**M** Asculcum forte pluralia solum  
 Dicitur Cancelli, Lemures cum Manibus, Artus,  
 Et Proceres, Loculos, Canos: adiunge Penates,  
 Cælitibus Superos, Fastus: Maioribus, Antes:  
 His Pugillares: Geminisq; adnecte Minores:  
 Et tria, Post, Infra, Liber, de vocibus orta.

**C** Ancelli, orum: Lemures, rum: Manes, ium: Proceres, rum: Loculi, orum:  
 Cani, orum: Penates, tum, vel tium: Superi, orum: Fastus, uum, vel Fasti, orum: Maiores, orum: Minores, rum: Antes, tium: Pugillares, ium: Gemini, orum pro signo caelesti. 2. ¶ Item tria ex tribus illis vocibus post, Infra, Liber oriunda, nimirum Posterius, orum: Inferi, orum: Liberi, orum. ¶ Artus in nominatio singulari, & Cælite in ablatiuo reperuntur.

### De Nominibus masculinis.

**I** cèt inter masculina quedam in numero plurali sint magis vsitata: quia tamen in singulari reperuntur aliquando, dissimulari possunt, ne multitudo fastidium pariat, aut confusionem. ¶ Aborigines solum in numero multitudinis vsurpatur, sicut & complura populorum nomina, vt Cares, Seres, Lúceres, & alia. ¶ Amor integrum est, & in vtroq; numero distinguitur ap-

positis, vt Amores honesti, vel turpes. Cic. 1. de Off. Quæ [virtus] si cerneretur admirabiles amores sui excitaret. Idem 4. Tusc. Pudici, [amores] solliciti tamen, & anxij sunt. Quare non video, cur sit inter defectiuia numerandum. ¶ Annalis integrum est etiam. Plin. lib. 7. c. 28. Ennius sextum annalem adiecit. Eo etiam Cic. & Gell. vtuntur in eodem numero. In plurali frequentius vsurpatur vt supra ostensum est in Declinat. Schol. 7. ¶ Antes, ium, apud Virg. G. 2. pri- mos ritium oraines significat. Iam canit extremos effætus vinitor antes. Pluraliter itidem declinandum est, cum lapides in ædificijs eminentes significat, aut vltimas columnas quadratas, quibus fabrica sustinetur. ¶ Artus numero singulari protulit Lucan. lib. 8. — tunc omnis palpitat artus. ¶ Cælitum ad numerum deficientium singulari adseruitur, sed Ouid. ablatiuo Cælitæ lib. 5. de Ponto vsus est. — de cælite Brute recenti Quale tamen potui carmen in ora dedi. ¶ Cassis, cassis, dum rete significat in numero singulari reperitur etiam apud Senecam, & Ouid. quorum testimonia supra relata sunt in Gen. Nom. Schol. 18. ¶ Codicillus diminutiuum pro paruo codice non est anomalum: cum verò significat vltimam voluntatis dispositionem, vt apud Iurisperitos, Cod. de Codicillis & ff. de Iure codicillorum, numero plurali frequentius efferri consuevit. ¶ Complures, & complura, in num. plur. solum inuenio. ¶ Etesia, arum, frequens est in num. plur. sed in singulari est apud Plin. lib. 18. c. 34. Mutatq; nomen Aquilo, & Etesias vocatur. ¶ Fascis pro congerie lignorum, aliarumue rerum ligata, integrum est. Item pro insignibus magistratum Romanorum. Licèt enim in numero plurali efferri soleat, adhuc tamen à communi significatione non recedit: quæ in vltima declinatione fraudandum. Vnde Plautus Epid. Lictores duo, duo fasces virgarum. Vbi fit vnum vimineum fascem, vel geminum fascem dixisset, idem prorsus fuisset intelligendum. Pro magistratu verò, cui fasces preferabantur, in numero plurali tantum videtur vsurpandum. ¶ Fasti, orum, quando ponitur absolute, intelliguntur dies, cum nomen Fastus, vnde deriuatur, sit adiectiuum, quemadmodum Nefastus. Sumitur etiam pro libris totius anni rationem, & numerum continentibus, idq; in numero plurali, sicut & Fastus Fastuum in eadem signif. Cum autem superbam elationem significat, vtroq; numero donari consuevit. ¶ Fori, orum, pro tabulatis nauium, quibus nauis vltro, citroq; discurrunt, licèt in numero plurali sit vsitatus, Forus tamen in singulari reperitur apud Ennium. Multa foro potens, &c. & Gell. lib. 17. c. 19. Stans [Arion] in summa puppis foro carmen voce sublatisima cantauit. Forum, i. aliud significat, vt constat de quo non ambigitur. ¶ Fursur in singulari etiam numero reperitur. Plin. lib. 18. c. 9. Verum plus retinet in fursure. Eodem casu vtitur lib. 26. c. 2. Colum. lib. 6. c. 38. Semuncia triti fursuris. Q. Seren. Additur excussus niuea similitagine fursur. Sic idem sepius. Fursures, rum, pro squammulis fursurem referentibus, quæ à cute capitis, alteriusue partis absq; vlceratione resoluuntur in numero plurali

pluralem tantum inuenio. Pii. lib. 20. c. 9. Discutit furfures capitis. Sed cum huius nominis usurpatio sit metaphorica, primitiuum sui declinationem iure hereditario sequetur. ¶ Gemini, orum, dum fratres vno partu editos significat, subaudito substantiuo, sepius usurpatur in numero plur. sed in singulari etiam legitur. Plaut. Amph. — *hic si suat, illum sane non esse oportuit, nisi quidem sit geminus.* Et iterum ibid. — *geminus Sosia hic factus est mihi.* Gemina feminino singulari vsus est idem in Milt. Sororem hic eius geminam esse, & matrem dicito. Gemini verò pro signo caelesti singulari desinitur, quo nomine fratres vno partu editi Castor, & Pollux intelliguntur. Plin. lib. 18. c. 21. Ipse circulus fertur per Sagittarium, atq; Geminos. Cic. in Arat. Et Gemini clarum iactantes lucibus ignem. ¶ Inferus, a, um, adiectiuum est, vnde Inferi, orum, substantiuè usurpatur in numero plur. quemadmodum & Superi, orum, à Superus, a, um; Posleri, orum, à Poslerus, a, um; & Liberi, orum, à Liber, a, um. Verum hoc postremum significatione diuersum est à suo adiectiuo: & in num. plur. dicitur aliquando de vno tantum filio, vel filia. Singulari vsus est Modest. Pand. lib. 2. Quam ut quis dicat nolle suum liberum esse. ¶ Inferus, i, substantiuum pro Inferi, orum, apud Latinitatis auctores nondum inueniuntur in Sacris literis frequens est. Nec vsus huius nominis à consuetudine Latine lingue censetur abhorre, cum multa sint adiectiua similiter usurpata subaudito nomine substantiuo, de quibus Schol. 24. in Gen. Nom. ¶ Lar in vtroque numero frequens est, quare immerito refertur inter anomala singulari d. s. i. uta. ¶ Lemures, rum, serè numero multitudinis gaudet. Ouid. 5. Fast. Mex etiam Lemures animas dixere silentium. Lemur, i, adiectiuo singulari à nominatiuo Lemur, Lemuris, vsus est Apuleius in lib. de deo Socratis Hunc veterem in lingua Latina (inquit) inueni Lemurem dicatum. qui casus & reliqui singulares à nitore Latinitatis non videntur alieni. Nec enim plus dissinat Lemur, quam Femur, aut Lemuris, quàm Femoris, & similia. ¶ Ludi, orum, publica spectacula significans vsitatus est in plurali: sed numero singulari vsus est Quintil. pro spectaculo publico gladiatorum in Declamat. Me piratae (inquit) in ludum vendiderunt. ¶ Maiores pro iis, qui nos precesserunt, & Minores pro posteris in numero plurali semper vsitata reperuntur more nominum substantiuorum. ¶ Manes, ium, plurali numero serè semper effertur. Manem in singulari protulit Apuleius in lib. de Damonio Socratis. ¶ Menses pro mensuris in plurali frequens est apud Plin. sed in eadem quoque significatione numerus sing. est in vsu apud eundem. quare integrè declinandum. Testimonijs breuitatis causa, super se deo. ¶ Natalis & se, adiectiuum est, sumitur saepe substantiuè pro die, quo quisq; nascitur: & in vtroque numero reperitur subaudito Die. Virg. Eclog. 3. — *meus est natalis Iola.* Plin. Epist. lib. 3. ad Canin. Virgilij natalem (Castor) religiosius, quàm suum celebrabat. Cicero tamen diem solet exprimere. Pro Flac. Ego diem verè natalem huius Urbis cerè salutarem appellare

pellare possum. Sic idem frequenter. Natalis ium, pro sanguinis & familie conditione pluraliter effertur tantum. Tacit. lib. 2. Hist. Neron. Aderat Cornelius Fufius claris natalibus. Sic Plin. Epist. 139. ad Scurum. ¶ Optimas, tis, in vtroque numero usurpatur, licet in plurali frequentius. Optimati reperies apud Cic. lib. 9. & 10. ad Att. Optimatem in epistola Celsi ad eundem. ¶ Primates, & Magnates eiusdem significationis & declinationis esse traduntur: at sine Veterum testimonio. Quare, tunc ijs vtaris, cum apud classicos auctores offenderis. ¶ Summates inuenies apud Macrob. in Somn. lib. 1. c. 2. Summatibus viris contenti sunt reliqui. ¶ Pisces pro signo caelesti frequentius effertur in numero plurali. Cic. 2. de Nat. Hanc Arias tegit, et squamoso corpore Pisces. Colum. lib. 11. c. 2. Sol in Pisces transitum facit. Nonnunquam etiam reperitur in singulari, cum de vno loquimur eorum, quibus hoc sidus conijtat. Idem ibid. Tertio Idus Martij Piscis Aquilonius desinit oriri. Et ibid. Quarto Nonas Septembris Piscis Austrinus desinit occidere. Poëta suo iure singulari etiam vtuntur aliquando pro plurali. Ouid. Met. 10. — *Piscisq; Arias succedit aquoso.* Illud Virg. 4. Georg. cum ait, *Aut eadem sidus fugiens vbi Piscis aqroso Trisitor hybernas celo descendit in vndas.* de Pisce Australi, vt Seruio placet, intelligendum est: qui tunc oritur, cum Pleiades occidunt. Est & aliud sidus eiusdem nominis extra Zodiacum, qui Piscis Notius appellatur, de quo Cic. in Arat. — *cedit delapsa corona,* Et loca conuixit cauda tenuis infersa Piscis. Hic enim Piscis prope Coronam septentrionalem figuratur: cumq; sit vnus tantum, singulari numero semper vtendum est. ¶ Pleriq; plerq; plerq; in plurali satis vsitatum: singulari vsus est Sall. Iug. Pleraq; plerq; plerq; tamen numero gaudent. Lucret. lib. 6. — *nasi primoris acumen.* Gell. lib. 16. c. 5. Animaduerti vestibulum esse partis domus primorem. Eodem accusat. etiam vsus est Cato. Item Suet. & Sil. ablatiuo Primori: Gell. Primore & Primori. In numero multitudinis adiectiuè sumptum frequenter offendet. Et substantiuo etiam supresso, more substantiuorum. Liu. ab Urb. 1. Ad primores Romulus prouolat. Virg. 9. Æn. — *quos omnis euntes Primorum manus a l portas iuueruntq; senumq; Prosequitur.* — ¶ Proceres usurpatur in plurali frequentissimè: in singulari raro. Iuuen. saty. 8. Agnosco procerem. — *Qui accusatus à nominatiuo Procer inusitato deducitur.* Ceteri casus singulares, quamuis exemplis non stabiliuntur, à nitore Latine lingue non degenerant. ¶ Pugillares, ium, masculinum plur. numero semper usurpatur. Pugillaria, rium, cum neutris infra desinitur. ¶ Quiris, tis, in singulari est etiam in vsu. Quiritis enim in patrio casu dixit Horat. 1. Epist. ad Numic. Quiriti Ouid. 9. Met. Quiritem idem Ouid. & Pers. satyr. 5. Quare inter anomala locum non habet: nisi quis nominatiui positionem, dum testimonia non occurrunt, usurpare vereatur. ¶ Sal pro vrbilitate, vel dictis ad risum, delectationemue compositis, vsitatum est in vtroque numero Quare.

Quare declinatione integra liberè fruatur. Testimonia haud difficulter occurrerent. ¶ Sentis, huius sentis, non solum in plurali, sed interdum etiam in singulari reperiri probatum est supra de Genere, Schol. 18. Idem sentiendum de nomine *epres*, ut ostensum est ibid. Schol. 17.

### FOEMININA SINGVLARI DEFICIENTIA.

**D**E Grege foemineo tantum pluralia flectes Excubias, Nonas, Idus, mensisq; Kalendas, Inferias: cum Reliquiis adiungito Cunas, Primitias, Scopas, Diras, noctisq; Tenebras. Insidia comitentur Opes: adscribito Nugas, Et Tricas, Thermas, Primas: cum Lactibus addes Exsequias: & Clitellis superadijce Valuas, Manubijsq; Minas. Indutia, Feria nunquam Nundina flectantur numero, neq; Nuptia primo.

**F**Excubias, arum. Nonas, Idus, num, Kalendas, Inferias, Reliquias, Cunas, Primitias, Scopas, Diras, Tenebras, Insidia, Opes, opum, pro diuitijs: Nugas, Tricas, Thermas, Primas, Lactes, ium, Exsequias, Clitella, Manubias, Minas, Indutia, Feras, Nundina, arum, Nuptias, arum. ¶ Item Literas, arum, pro epistola. Nam litera, e, idem significans in num. singulari potest cum est.

De Nominibus foemininis.

¶ Schol. 9. 20

**N**onnulla foemina solum in numero multitudinis vsurpari solent: qualia sunt illa Apina, Charites, Exquilias, Fiducias pro genere quodam tormenti, Manubias, Plagas pro rebus primis, Vergilias, & cetera carminibus contenta. Quaedam frequenter in numero multitudinis vsurpantur, sed in singulari quoque reperiuntur interdum, ut Alpes, Ambages, Antas, Antennas, Argutias, Bigas, Blanditias, Compedes, Copias pro exercitu, Decimas vel Decimas, Aedes, Facetias, Fauces, Fortes, Fortuna, Genas, Gingivas, Gratias, Illecebras, Latebras, Liberas pro epistola, Minutias, Nares, Nates, Natis, Officinas, Opes pro facultatibus, Crates, Partes pro officio, Phaleras, Praestigias, Quadrigas, Quisquilias, Salebras, Scatebras, Sordes, Tenebras, Vigiliae. Liu. ab Vrb. 5. Ipsi per Taurinos, saltusq; Iulias Alpibus transcenderunt. Lucan. lib. 1. — nunc de super Alpibus Nubiferae. — Idem lib. 3. — super euolat Alpem. Iuuen. Sat. 10. — opposuit natura Alpemq; niuemq;. Ouid. Nec quot apes Hyble, nec quot in Alpe ferae. ¶ Ambage, sextus casus num. singularis frequenter inuenitur. Plin. lib. 17. c. 8. Responsum, hac facta ambage, reddidit. Eodem casu tam ipse quam Ouid. utuntur non raro. Ceteri casus singularis numeri consonantiores sunt, quam genetiuis pluralis. Ambagum, quo tamen vsus est Ouid. 7. Met. Immemor ambagum vates obscuras suarum. Quare integra declinatione donandum videtur. ¶ Antas, arum, latera sunt ostiorum ut Festus ait. Ponitur hoc nomen cum deficientibus numero singulari: sed Antas in eodem numero dicitur esse

esse

esse apud Vitruvium. ¶ Antennas in posteriori numero frequens est: in priori profertur à Plin. lib. 7. c. 56. Vela Icarus inuenit, malum, & antennam Dedalus. Ouid. 3. Trist. Effugit hybernas demissa antenna procellas. Lucan. item lib. 9. & Stat. 3. Sylva. Quare immeritò refertur inter anomala. ¶ Antiarum, quo in numero plur. vsus est Apuleius minus vsitatum est. ¶ Aras, e, in communi significatione integrum est. Aras verò tam pro penatibus, quam pro saxis quibusdam inter Africam, & Sardiniam eminentibus in medio mari, ubi foedus iniierunt Afri, & Romani, pluraliter tantum declinari traditur. Virg. 1. Aen. Saxa vocant Itali medijsq; insuflibus Aras. ¶ Argutias in secundo numero frequentissimum est: at in primo rarum. Gell. lib. 3. cap. 1. & lib. 12. cap. 2. Apuleiusq;. 1. Met. eo vsi sunt in numero singulari. ¶ Apinas, e, Vrb. Apulias de qua Plin. lib. 3. c. 11. Diomedes deleuit vrbes duas, quae in prouerbio ludicrum vertere, Apinam, & Tricam. Vnde pro rebus futilibus, & nugatorijs accipitur, & in numero plurali effertur à Mart. lib. 1. Quaecumq; lusi iuuenis, & puer quondam, Apinasq; nostras. Cum tamen Apina singularis numeri, vnde metaphora sumpta est, in vsu sit, non est cur in eodem numero non possit vsurpari. Quamuis nomina, quibus ea significantur, quae pluribus constant, ut Grammaticis placeat, pluraliter efferri debuissent, & frequentius ita eueniat: hac tamen lege non semper stare voluerunt omnes ij, penes quos olim ius & norma loquendi fuit. Horum enim aliqua, ut Pisces pro signo caelesti, et Gemini pro fratribus eodem partu editis, de quibus paulò antè diximus: Bigas item, & Quadrigas, & alia numero singulari profertur Suet. in Tiber. c. 26. Vix vnus bigas adiectione honorari passus est. Plin. etiam lib. 35. c. 4. & Stat. Theb. eod. numero vsi sunt. Quadrigas inferius ponentur exempla. ¶ Blanditias quoq; & Ceremonias licet in numero multitudinis magis vsitatae sint: in singulari tamen reperiuntur apud idoneos auctores. Primo quidem vsus est Q. Cic. de Petit. Consul. & Cic. in Orat. pro Planc. secundo verò idem Cic. pro Rosc. Amer. & Verr. 7. alijsq; nonnulli. ¶ Canthes pro fistulis organorum adiungitur anomalis carentibus singulari: sed vox insolens est. ¶ Charites Graecum est tres Gratias significans, quo vsus est Plin. lib. 36. cap. 5. Non possunt feruntur & Charites in propylaeis Atheniensium. & Ouid. 5. Fast. Protinus accedunt Charites, &c. ¶ Collicias, arum, tegulas, per quas in uas destuit aqua, significat. Est apud Plin. lib. 18. c. 19. in numero plur. ¶ Compes, dis, etiam in numero singulari vsurpatur. Colum. lib. 4. c. 24. Muscus more compedis crura vitium deuincta comprimit. Sic idem. lib. 8. c. 2. Ea q; quasi compede cohibentur feri mores. Sic Tibull. lib. 2. Iuuenal. Saty. 11. Horat. 1. Carm. od. 33. Mart. lib. 5. in Zoilum. Quare sua fruatur immunitate, licet in secundo numero sit vsitatus, quemadmodum & Copia, e, pro exercitu, quo Pompeius ad Cic. in Epist. ad Att. lib. 8. numero singulari vsus est, ad L. Domitium literas misi, ut ipse cum omni copia ad nos venires. Sic idem in ead. epist. iterum. et Virg. Aen. 2. Respicio: & quae sit circum me copia lustro.

K k

¶ Crates

¶ Crates frequentius in plurali reperitur: singulari Plaut. vsus est in Pœnul. Sub cratim vt iubeas se se supponi. Plin. lib. 18. cap. 21. Cratis & hoc genus dentate. Iuuenal. saty. 11. Sicci terga suis rara pendentia crate. ¶ Dēcima, vel Dēcuma, arum, frequens est in numero plur in singulari quoq; reperitur. Cic. 5. Verr. Affirmante se plus dēcuma non daturum. Et lib. 3. de Nat. Neq; Herculi quisquam dēcumam vocit vnquam. ¶ Diræ, arum, pro surijs pluraliter vsurpari. consuevit. Singulari numero tunc vt aris, cum testimonio probati alicuius auctoris te possis à Criticorum sugillationibus tueri. ¶ Aedis, is, vel Aedis, adis, in Recto, per tertiam vocalem, declinatur, vt ostendit Nonius ex Varone de Vita P. R. lib. 1. Idem Varro de Ling. Lat. lib. 4. Sic ait Aedis ab aditu: quod pleno pede adibant. Et Festus, Aedis, inquit, domicilium in edito positum simplex, atq; vnus aditus. Sine ileo Aedis dicitur, quia ibi eum de gatur. Vtuntur Auctores hoc nomine pro tēplo, idq; in vtroq; numero, & serè cū adiectione alicuius dictionis, qua significetur esse templū: vt Aedis sacra, vel Aedis Iouis. Pro domo priuata frequentius vsurpandū in numero multitudinis: interdū tamen reperitur in singulari. Genitino Aedis vsus est Curt. lib. 8. Stabant [coniurati] ad adis eius, in qua Rex rescebatur. Ibidem, Excubabant foribus adis, in qua Rex ac quiescebat. Ablatiuo Aede Gell. lib. 4. c. 14. ¶ Facetiæ plurali numero frequentiss. Facetia in singulari vsus est idem Gell. lib. 3. cap. 3. ¶ Falcæ, arum, turres sunt lignæ. Ennius lib. 15. apud Non. de Prop. serm. — sunt tabulata, falcæq; Eodem vsus est Plaut. in Mostell. — subeunt sub falas. In singulari num. nondum inueni. ¶ Fauces, ium, numero multitudinis vrsitatissimum est: in singul. rarissimum. Ouid. in Ibin. Vtue Syracosio præstricta fauce Poëtæ. ¶ Fidicula, æ, pro parua Cithara integrè declinandum. Numero plur. vsus est Cic. 2. de Nat. Quid si platani fidiculas ferrent numerosè sonantes. ¶ Fidicula, arum, pro tormenti genere, quo torquendi fontes funibus alligantur à tortore, in numero tantum multitudinis inuenitur. Senec. lib. 3. de Ira. Equuleus, & fidicula, & ergastula, & cruces. Eodem vtitur Suet. in Tiber. c. 62. Excogitauit inter genera cruciatus, vt fidicularum simul tormento distenderet. ¶ Floces, flocum, quid significet, & eius vsus ostendit. Gell. lib. 11. cap. 7. Floces audierat prisca voce significare vini facem è vinaceis expressam, sicuti fraces ex oleis: idq; apud Cecilium, cuius hæc verba referuntur apud Non. Ego neq; florem, neq; floces volo mihi, vinum volo. Gell. eod. cap. refert hoc nomen cuidam causidico apud vrbis præfectum verba facienti risu exceptum. Hic, inquit, eques Romanus apludam edit, & floces bibit. Vnde obsoletum esse concedit. ¶ Fores, licet in plurali num. frequentiss. sit, tamen in singul. etiam reperitur interdū. Nominatiuo Foris vtitur Plaut. in Aul. At at foris increpuit. — Sic idem in Casin. & Mil. Terent. Heaut. — grauitè crepuit foris. Genitiuo Ouid. Constitit ad gemine limina prima foris. Accusatiuo Plaut. Bacch. — hanc forem paucillulum Aperi. Sic Liu. dec. 4. lib. 10. Forem ex æde Lunæ raptam tulit. Ablatiuo Horat. Ser. 1.

§. 2. Exclusus fore. — Quarè integrè declinandū. ¶ Fortuna pro diuinijs in vtroq; numero est vsurpatum. Cic. de Amicit. Spes amplificandæ fortunæ fræctior. Eodem num. pro vitæ cōditiōe vsus est Horat. Epist. 1. ep. 7. Cuius fortunæ, quo sit patre, quòue patrono. Numeri multitudinis exempla passim offendes. ¶ Fraces, imm. feces oliuarum. Colum. lib. 6. c. 13. Quidam fraces vino & adipe commiscunt. Et de Arbor. c. 14. Lupinum cum fracibus misceto. Eodem vtitur Plin. lib. 15. c. 6. ¶ Gades insulæ duæ sunt, vt ait Plin. lib. 4. c. 22. maior scilicet & minor: & num. singulari qualibet effertur ab eodem. Gadis [inquit] longa est. XII. M. lata. III. M. passuum. In numero plur. frequentissimum est. ¶ Genæ, æ, siue pro operculis oculorum, siue pro partibus oris ab oculis ad mentum interiacentibus, in vtroq; numero vsurpatur. In prima signific. Plin. lib. 11. c. 37. Grauiores alitum inferiore gena conuiuent. Ibid. Extremum ambitum genæ superioris antiqui cilium vocauerunt. In secunda verò Suet. in Claud. c. 15. Graphium, & libellos iecisse in faciem eius, vt genam non leuiter perstrinxerit. ¶ Gingiua integrum est. de plurali nemo dubitat: singulari vtitur Plin. lib. 30. c. 3. Gingiua scarificata. Item Iuuenal. saty. 10. ¶ Gratia, arum, que xēptis à Græcis appellantur in plurali frequens est, in sing. etiam effertur aliquando, cum earum vna tantum significatur: sic Horat. 3. Car. od. 19. & lib. 4. od. 7. Cū Gratia pro causa ponitur ablatiua singulari efferri consuevit: cuius exempla frequenter occurrunt. ¶ Illecebra locum non habet inter anomala. cū à Plauto, & Cicero in singulari etiam vsurpetur aliquoties. ¶ Induuiæ ponitur inter fœminina singulari destituta: quod quidam Induuium neutrius generis effertunt & ad secundam pertinere arbitrantur. Ex illa auctoritate Pliny lib. 13. c. 4. de Palmis. Faciles se ad scandendum Orientis populis præbent, vtilem sibi, arborisq; induuijs circulum mira pernicitate homine subeunt. neq; fœmininum, neq; neutrum colligitur apertè. & trumq; admitti potest. ¶ Inferiæ pluraliter vsurpari comperies in accusatiuo: sed non video cur reliquis eiusdem numeri casibus sit destituentum. Qui tamen Grammaticorum censuram perhorrescit à reliquis casibus absteineat. ¶ Inimicitia tam singulariter, quam pluraliter efferri potest, vt supra dictum est Schol. 5. ¶ Lactes in plurali tantum numero vsurpandum, licet apud Titinium in singulari reperiat. ¶ Latebra non solum in plur. sed etiam in sing. numero reperitur apud Cic. sepe, & Plin. Tacit. Valer. Max. Lucan. aliosq; complures. Quarè inter defectiua immeritò refertur. ¶ Literæ, arum, pro epistola plurali num. gaudet. Ouid. tamen sæpenumero singulari vsus est in eadem significatione. ¶ Mappa in vtroq; numero vsitatum est. ¶ Minutia in sing. est apud Senec. ep. 91. At tritu grana franguntur, donec in minutia frequenter trita redigatur. Numero plur. vtitur Lactant. de Ira Dei, c. 10. Pulueris minutias videmus in sole. Apud alios hoc nomē pluraliter non inuenio. Siquis verò Lactant. imitatus eo vtatur, non puto crimine Lesæ maiestatis arguendū. ¶ Naris & Nates in num. plur. frequentia sunt: in sing. reperiuntur interdū.



Naris in Recto apud Ouid. in obliquis apud Plin. Inuenal. Horat. Ablatio  
 Nare vsus est idem. 1. Serm. saty. 8. Quare sua fruuntur immunitate. ¶ Ne-  
 nia, & numero singulari non caret. Suet. in Aug. cap. 100. Caenitibus nentiam  
 principum liberis vtriusq; sexus. Eodem vsus est Varr. de Vita P. Rom. lib. 4. vt  
 refert Nonius. Nania, orum, in genere neutro protulit Ouid Fast. 6. Naniaq; in  
 volacres falsa figurat anus. ¶ Nundinum, i, idem quod Nundina, arum, in  
 singulari reperiri aiunt nonnulli ex illo Liu. dec. 1. lib. 3. Comitia Decemviris  
 creandis in trinum nundinum indicta sunt. Quod etiam apud Cic. videre licet  
 in Orat. pro Domo sua. Si quod in cæteris legibus trinum nundinum esse oportet,  
 id, &c. quamuis in quibusdam exemplaribus Trinundinum legatur. Eodem  
 Quint. lib. 2. c. 4. separatim vsus est. Non trino [inquit] forte nundino promul-  
 gata. Quare Nundinum reijciendum non videtur. ¶ Offucia proprie fucum  
 significat, quo faciei candor, aut rubor inducitur. In numero singulari exstat in  
 Mostell. Plauti: Neq; cerussam, neq; melinum, neq; vllam aliam offuciam. Nu-  
 mero secundo metaphoricè pro fallacijs vsus est Gell. lib. 14. c. 1. Id prestigijs, 19  
 atq; offuciarum genus. ¶ Opis pro auxilio inferius Schol. 18. locum habet:  
 pro facultatibus in singulari dixerunt antiqui. Cic. 3. Tusc. ex Ennio — ð  
 Priami domus, Vidi ego te astantem ope barbarica. hoc est opulentia.  
 ¶ Palea vsitatus in plurali: sed in singulari reperitur aliquoties: idq; in varia  
 significatione. Plin. lib. 23. cap. 1. de Vis. Proxima pensilibus in palea seruate. 20  
 Virg. 1. G. Ne quicquam pinguis palea teret area culmos. Sic idem ibid. et Ho-  
 rat. 2. Serm. saty. 6. Pro æris excremento Plin. lib. 34. cap. 13. Expuitur æris pa-  
 lea quadam. Pro cartilagine à collo galli gallinacæ pendente, Varro de Re rust.  
 lib. 3. c. 9. Palea rubra subalbicansi. ¶ Partes pro officio numero multitudinis  
 precipuè gaudet. Cic. in Brut. Tuae partes sunt. Terent. Phorm. Vicissim par-  
 tes tuas acturus est. Illud Cic. ad Q. frat. lib. 1. Mea pars & si nemini ce-  
 dit, fac vt tu a cæteros vincat. de officio quoq; dici videtur. ¶ Phalera in plu-  
 rali frequentiss. in singulari quoq; vsitatum. Plin. lib. 33. c. 1. Sed & phalera po-  
 sita. ¶ Plaga pro vulnere, aut cali terræ tractu, seu climate integrum est:  
 at Plaga, arum, retia significans in numero plurali tantum esse solet. 30  
 ¶ Prestigia in numero plurali frequens est: at in singulari protulit Quint. lib.  
 4. c. 1. Ipse transitus huius velut prestigia plausum petat. ¶ Prima, arum,  
 substantiuè sumitur in numero plur. tantum subaudito substantiuo Partes. Vnde  
 illa, Dare, Ferre, Deserre, Concedere primas alicui: Primas agere, Primas tenere,  
 eleganter efferuntur. ¶ Quadriga non pertinet ad classem Inæqualium, cum  
 in vtroq; numero reperitur. De plurali nemo dubitat: & ipsa significatio sua-  
 det pluraliter efferendum. Et, vt refert. Gell. lib. 19. cap. 8. Quadrigas Caesar,  
 etiam si currius vnius equorum quatuor iunctorum agmen vnum sit, pluraliter  
 semper numero dicendas putauit: singulari tamen vsus est Plin. lib. 7. c. 21. &  
 lib. 35. c. 10. & lib. 36. c. 5. In summo [inquit] est quadriga marmorea. & ibidem,  
 Quadriga,

Quadriga, currusq;. & iterum Quadrigam cum agitatore cooperiis alis  
 musca. ¶ Quisquilia in numero plurali vsitatum est: in singulari quoq; suis  
 apud antiquos, vt docet Festus ex Nani Tegularia. Abi [inquit] deturba te saxo  
 quisquilia, non homo. Quisquiliu generis neutri apud Plin. lib. 16. c. 8. fruti-  
 cem significat. ¶ Reliquia in numero singulari vsus est Plaut. in Mil. At pe-  
 dices tui reliquia erant. Alijs verò in locis numero multitudinis, sicut cæteri.  
 Pro Magia singulariter Apuleius vsurpauit in Apologia de Magia. Misi nobilem  
 puluisculum Conuerriterem pridiana reliquia. ¶ Sælebra & Scætebra in  
 vtroq; numero reperuntur: frequentius tamen in plurali. Prioris nominis plu-  
 ra sunt numeri singularis exempla: posteriori vsus est Plin. lib. 33. c. 10. Mirum  
 est & illud scætebra fonticuli emicante, lacum nec augeri, nec effluere.  
 ¶ Scala, & integrè declinatur, licet pluralis numerus magis in vsu sit, quàm sin-  
 gularis, & distinguantur significatione: quod Scala dicatur, quæ huc, atq; illuc  
 transferri possit: Scala verò quæ immobiles permaneant: sed confunduntur in-  
 terdum. ¶ Scopæ, arum, nota signif. numero semper multitudinis vsitatum.  
 35 Scopæ regia herbe nomen, de qua Plin. lib. 25. c. 4. ad hunc locum non spectat: nec  
 item Scopas nomen statuarij eminentissimi, de quo idem lib. 36. c. 5. & Cic. 1. de  
 Diu. ¶ Sordes frequentissimè pluraliter vsurpatur: interdum etiam singula-  
 riter. Genitiuo Sordis Plaut. in Pæn. & Apul. 1. Met. accusatiuo Sordem Cic.  
 ad Att. lib. 1. ep. 14. & Tacitus in Ner. lib. 1. Horat. ablatiuo Sorde lib. 1. Ep. 2.  
 20 vsus est. ¶ Sors, tis, tam pro fortuito euentu, quàm pro uice, & munere repe-  
 ritur in vtroq; numero frequenter: pro oraculis autem, seu responsis, quæ à dijs,  
 eorumue sacerdotibus edebantur, in plurali frequentius vsurpatur. Singularis  
 tamen numerus est apud Ouid. 1. Fast. Quare non est opus hoc nomen inter ano-  
 mala recensere. ¶ Tenebra pluraliter vsurpari consuevit. Apud Lamprid. in  
 Commodio singulariter effertur, Caligo, ac tenebra in circo oborta est. ¶ Tri-  
 ca, arum, appellatiuum in quacumq; signif. semper in plurali numero solet vsur-  
 pari: at proprium vrbis nomen Trica dicitur à Plin. cuius exemplum iam su-  
 præ retulimus, cum de Apina loqueremur. ¶ Venetia, & numero singulari  
 tantum inuenio pro regione. Plin. lib. 3. cap. 18. Decima regio Italia Adriatico  
 30 mari opposita, Venetia. Idem lib. 2. c. 72. In parte Italia, quæ Venetia appella-  
 tur. Venetia, arum, numero multitudinis vrtem regionis eiusdem precipuam  
 significat: de qua apud Classicos nullam inuenio factam mentionem. Nunc verò  
 scriptores numero multitudinis vruntur. ¶ Vergilia, arum, septem sunt stel-  
 lae, quæ & Pleiades appellantur. Vsurpari solet hoc nomen in numero. multitu-  
 dinis tantum. Plin. lib. 2. cap. 41. Quisdam mille sexcentas annotauere stellas: in  
 cauda Tauri septem, quas appellauere Vergilias. & lib. 9. c. 15. Thynnorum ca-  
 ptura est à Vergiliarum exortu ad Arcturi occasum. Sic & complures alij.  
 ¶ Vigilia, & pro excubijs nocturnis, licet in plurali frequentius inueniatur: sin-  
 gulari tamen vti licebit cum Cic. Philip. 1. Manendum mihi statuebam, quasi in  
 vigilia

vigilia consulari. Et Philip. 7. Populum Romanum vacuum nostra vigilia redderimus. Item in Pison. Me stante, & manente in Urbis vigilia. Idem intellige cum accipitur pro vna, multisue noctibus absq; somno traductis, vel pro die precedente festum, quo vigilare sacris faciendis, & hyn. nis decantandis mos erat.

## NEVTRA SINGVLARI DEFICIENTIA.

**C**ontemplere gradus numeri Sponsalia primi, Munia, cum Flabris, Aestiuia, Cibaria, Tesqua, Et Bona, Lustra feris habitata: Crepundia, Cete, Rostra, Statiua: quibus Parapherna, Obliuia, Castra, Exta, Hiberna: adhibe Praecordia, Mœribus Arma, Senfa, & Iusta: illis hærent Bellaria, Tempe: His tandem cum prole sua Cunabula iunges.

**A**rma, orum: Bellaria, erum: Bona pro fortunis: Iusta, orum pro exsequijs: Cunabula, Incunabula: Lustra pro ferarum habitaculis: Mania, ium: Magalia, ium: Obliuia, orum: Rostra pro loco vii Romæ conciones habebantur: Praecordia, orum: Sponsalia, orum, quod in datiuo, & ablatiuo sponsalibus habet: Cete, Tempe indeclinabilia, & cætera, singulari carent.

## De Nominibus neutris.

¶ Schol. 10.

**A**dversaria, orum, pro libris, in quibus multa, quæ statim delenda sunt, tumultuariè scribuntur, pluraliter efferri consuevit. Cic. pro Rosc. Con. æd. 20 Quid est quoddam negligenter scribamus aduersaria? & ibid. Ut pecuniam non ex tuis tabulis, sed ex aduersarij petas. Eodem ibid. sæpe vitur. ¶ Altaria, ium, numero multitudinis vsurpatur frequentissimè: & numero singulari vulgò declinatur. Licet autem hic vsus auctoritate classica non stabilietur, cum tamen hoc nomen rei singulari significandæ sit appositum, nec aures offendat, abiciens 25 dus non videtur. ¶ Analesta, orum, inuenies apud Mart. lib. 12. Sed pretium scopis nunc analesta dabunt. Significat purgantia, seu quinquilias citorum. Apud eund. lib. 1. Leges Anaglypta, quo significantur rafa, siue opera, in quibus imagines insculptæ eminent: quæ etiam dicuntur Analypha. Numeri singul. nullum occurrit exemplum. ¶ Apiarium, ij, utroq; numero declinatur. 30 Colum. lib. 9. c. 5. Apiarium maceria circumdemus. In eodem cap. 1. Appellamus apum cubilia apiaria. ¶ Arteria, orum, genere neutro pluralis numeri dixit Lucret. lib. 4. — radit vox fauces sæpe, facitq; Asperiora foras gradiens arteria clamor. Arteria, e, in eadem signif. integrum est in utroq; numero. ¶ Aulca frequentius in secundo numero reperitur: at Cic. in Orat. pro Celio 35 singulari vsus est. Scabella, inquit, concrepant, aulecum tollitur. ¶ Quid nomen Bellaria significet, & vsus eius ostendit Gell. lib. 13. c. 11. ex quadam Marc. Varronis Satyra, Bellaria (inquit) ea maximè sunt mellita, quæ mellita non sunt. Quod Varro in hoc loco dixit bellaria, ne quis in ista voce hæreat, significat id vocabulum omne mense secundæ genis. Nam quæ præcipue Græci, aut πικυατα, ea veteres

ea veteres nostri bellaria appellarunt. Vina quoq; dulciora est insensibile in comædijs antiquioribus hoc nomine appellata, dictaq; esse ea Liberi bellaria. Eadem verba refert Macrob. in Saturnaliu. lib. 2. c. 9. Bellaria, æ, jaminino vsus est Plaut. in Trucul. Fer huc verbenam mihi, tibus, & bellarias. ¶ Bona, orum, substantiue pro fortunis accipitur in numero plur. tantum. Africanus de Verb. signif. Bonorum appellatio, sicut hæreditatis, viuerfitatem quamdam, ac ius successionis, & non singulares res demonstrat. Vlp. item, Naturaliter bona ex eo dicuntur quod beant. Eodem Cic. & alij passim vtuntur. ¶ Carchesium, ij, numero plur. reperitur apud Latinos, licet Græcum sit, & Macrob. Saturn. lib. 5. c. 2. nouum, peregrinum, & insuetum nomen appellet. Quid autem significet ostendit ibid. Est (inquit) carchesium poculum Græcis tantummodo notum. Et paulò post, Asclepiadem existimare ait summam naualis veli partem carchesium nominari. Eo 10 Virg. Ouid. & Stat. vtuntur in prima significatione: in secunda verò Lucilius, & Catullus in numero multitudinis. At cum sit Græcum, eodem licebit vti in 15 numero etiam singulari, sicut & Macrobio in expositione eiusdem nominis, & Apuleio. Met. 11. ¶ Castra, orum, tam pro militum tentorijs, quam pro locis vbi milites figunt ipsa tentoria, semper in numero multitudinis vsurpatur. Castrum verò locum murorum ambitu munitum significat, & integrè declinatur. Cic. ad Caton. lib. 15. Sex castellis, castrisq; maximis sepsi. Liu. dec. 3. lib. 4. Primò ad castrum Altum castra Romani habuere. ¶ Ceraunia, orum, montes 20 sunt in finibus Epiri, qui appellantur à Plin. Acroceraunia numero multitudinis, vt in lib. 3. c. 23. Inde initium Epiri montes Acroceraunia Sic idem lib. 4. in Prol. & eiusdem lib. c. 1. & Horat. 1. Carm. od. 3. Acroceraunia substantiue genere neutro ab Acroceraunius, a, um, adiectiuo fieri credendum est. Vnde & in 25 singulari illud Plin. lib. 3. c. 11. Secundus Europe sinus Acroceraunio finitur promontorio. Et in eod. lib. c. 26. Ad Acroceraunium promontorium. Sic autem vocatur, quod Acrocerauneis montibus sit vicinum. ¶ Ceraunius, seu Ceraunij in utroq; numero alius mons in Asia: de quo Pompon. lib. 1. & idem Plin. lib. 5. c. 27. de Tauro monte. In vniuersum, inquit, Græcè Ceraunius. & pluraliter 30 lib. 6. c. 7. Circa Mæotin ad Ceraunies montes. & cap. 10. A latere ad Ceraunios verso. Videtur etiam adiectiuum Ceraunius: & Ceraunia, neutrum numeri pluralis substantiue sumptum. Virg. 3. Æn. Prouehimur pelago vicina Ceraunia iuxta. Ceraunia, e, vrbis nomen, cum proprijs reponendum est. ¶ Cibaria, orum, dicuntur alimenta quæcumq;. Est autem hoc nomen neutrum à nomine 35 adiectiuo Cibarius, a, um, & quemadmodum alia complura, substantiue vsurpatum. ¶ Classicum, i, inter anomala locum non habet, vt cuius facile patebit. ¶ Comitæ, orum, numero multitudinis vsurpatissimum est pro conuentu populi, in quo magistratus olim creabantur: numero etiam singulari veteres commane, & maximum concilium dixere comidium, vt patet ex illo 12. Tabul. apud Cic. 3. de Leg. De capite ciuis, nisi per maximum comitium, ne ferunt.

Vbi nonnulli Comitatum legunt: alij Comitatum, sed immerito de prima  
 sione dabitatur. Comitium quoque pro loco Romæ, vbi populus ad lucis diri-  
 mendas, & comitia celebranda coibat, in numero singulari frequenter vsur-  
 patur. ¶ Comitum pluraliter efferrî consuevit à Pœtis ob pedis dactyli com-  
 moditatem, quemadmodum & Carchesia. Cic. etiam eodem vsus est. 1. de Leg. ¶  
 Agrar. In atrijs auctionarijs potius, quam in triuijs, aut in compitis auctionen-  
 tur. Singulari vsus est Liu. bel. Pun. 7. Aues ad compitum Agnatinum in luco  
 Dianæ nidus in arboribus reliquisse. Compitus, masc. in vsu fuit apud antiquos, &  
 Non. probat ex Cæc. & M. Varr. de Scenicis originibus lib. 3. ¶ Crepundia, orum.  
 Plin. lib. 11. c. 51. Semestris locutus est Cræsi filius in crepudijs. Sic Plaut. in Rud. 10  
 Idem in Cistell. singulari vsus est, idq; in genere fæmin. — age loquere tu  
 quid ibi infuerit. H. A. Crepundia vna. L. A. est quidam homo, qui illam ait  
 se scire, vbi sit. ¶ Cunabula, & Incunabula idem significant, & numero  
 semper multitudinis vsitata comperiuntur apud Cic. & alios Latinitatis aucto-  
 res. ¶ Cupedia, orum, lautos cibos significat. Exstat hoc nomen apud Plaut. in 15  
 Stich. — nihil moror cupedia. Cupedia, & singulariter, & fæminino ge-  
 nere dixisse. Cic. probant nonnulli ex illo 4. Tusc. Agrotationi autem talia quæ-  
 dam subiecta sunt, Auaritia, liguritia, vinolentia, cupedia: sed locus minime suf-  
 fragatur, cum possit esse in genere neutro numeri pluralis. ¶ Æstiuæ, orum,  
 pro locis, in quibus greges, & milites æstiuant, ab Æstius, a, um, adiectiuo dedu- 20  
 ctum semper in numero plurali vsurpatur. Cic. in Pison. Nulla trinis æstiuæ  
 gratulatio. Sic & alij frequenter. ¶ Effata dicebantur vltimæ preces,  
 quas Augures finitis auspicijs effari consueuerant: quo nomine vsus est Cic. 2. de  
 Leg. Vatum effata incognita. Effatum verò pro enuntiatione dialectica numero  
 singulari non caret. Cic. in Lucullo, Id autem appellant æfata, quod est quasi 25  
 effatum. ¶ Exsta solum pluraliter vsurpatur. Cic. 2. de Diu. Inspiciamus, si  
 placet, exsta primum. Plin. lib. 11. c. 37. Cæcina dracones emicuisse de exstis tra-  
 ditur. ¶ Flabra, orum, status significat. Seruius ait hoc nomen pluraliter so-  
 lum esse declinandum. Assentitur vsus Pœtarum solum pluraliter vsurpantium.  
 Virg. Georg. 2. — illam non flabra nec imbres Conuellunt. — & lib. 3. 30  
 — campiq; natantes Lenibus horrescunt flabris. — Sic Propert. & Lu-  
 cret. ¶ Flamen, nis, idem, quod flabra, significat: vterq; tamen eius numerus  
 est in vsu. Virg. 4. Æn. — rapido terram cum flamine portat. Sic Ouid. 3.  
 Fast. Numero plur. vsitatus est. Sed nec propterea inter defectiua numeran-  
 dum. ¶ Hiberna, orum, à nomine adiectiuo Hibernus, a, um, deductum substan- 35  
 tiuè sumitur, & sicut Æstiuæ, solum pluraliter vsurpatur. Cic. ad Senat. lib. 15.  
 Exercitum in hiberna dimisi. Sic idem, & plures alij frequenter. ¶ Ile, ilis,  
 in numero sing. reperitur. Plin. lib. 11. c. 37. Lactes [inquit] in homine, & in one,  
 per quas labitur cibus: in ceteris ile. Est autem intestinum arctissimum: ventri-  
 culo adherens. Ilia, ilium, ilibus, in num. plurali satis vsitatum est, pertinetq; ad

3. declinat. Iuuenal. Saty. 5. — vis frater ab illis Ilibus? — Apud Celsi  
 lib. 4. c. 1. Ilis inuenio per Secundam. Vbi Ilibus legitur à quibusdam. Commu-  
 niter hoc nomen pro ventris ini partibus vsurpatur. Apud Plin. cap. illo 37. pro  
 arterijs quibusdam inter vesicam, & aluum positis accipitur. In quibus signifi-  
 5 cationibus pluraliter tantum vsurpatum inuenio. In prima verò signif. inte-  
 grum esse crediderim, licet exempla desiderentur. ¶ Intestinum, i, numero  
 etiam sing. effertur à Cic. 2. de Nat. Succus is, quo alimur permanat ad iecur à  
 medio intestino, vsq; ad portas iecoris. & Plin. lib. 11. c. 4. de Insectis. Nihil intus  
 nisi admodum paucis intestinum implicatum. Sic cap. 37. Cels. in singulari fre-  
 10 quenter hoc nomen vsurpat lib. 4. c. 1. & cap. 2. sepius item cap. 13. & 14. Gell.  
 item lib. 12. c. 5. Vnde constat cum Anomalis non esse numeratum. Legitur &  
 Intestinus masculinum apud Plin. lib. 11. c. 37. Intestinus quibusdam ab ori in-  
 cipiens quadam via eodem reflectitur, vt sepia, polypus: in homine admixtus infu-  
 15 stomacho, similis canino. Vbi quidam Intestini, legunt: sed prior lectio com-  
 munitior est, & magis ad rem. ¶ Iugum, i, pro mortis cac: mine non solum est ad  
 Inequalium turbam, cum sit integrum in viroq; numero. Testimenta passim oc-  
 current. ¶ Iusta, orum, pro exsequijs pluraliter declinatur. Cic. pro L. Flac.  
 Iusta Catilinæ facta sunt. Ouid. 2. Fast. Hanc, quia iusta ferunt, aicere feralia  
 lucem. ¶ Lachanum, i, adscribitur neutris singulari deficientibus. Horat. ta-  
 20 men singulari vsus est. Serm. 1. Saty. 6. Ad porri, & cicoris refero, lachanumq; ca-  
 tinum. Pro quo legitur etiam Lagani: quod ab illo differt significatione: La-  
 chanum enim Olus, Lagani verò placentæ quoddam genus significat. ¶ Li-  
 bum, i, non est anomalum. Singulari vsus est Cato de Re rust. cap. 75. & Ouid. 1.  
 Fast. — cui cum cercæ sacerdos Imponit libum. — Idem etiam lib. 3.  
 25 ablatiuo vsus est. Numero plur. frequenter inuenies. ¶ Lumen pro oculo re-  
 peritur in numero singul. Plin. lib. 11. c. 37. Qui altero lumine orbi nascerentur.  
 Virg. 3. Æn. — celo lumen terebramus acuto. Sic & Pœta alij complures.  
 Quintil. lib. 6. in Froam. singulari vsus est metaphoricè, Prior, inquit, alterum  
 è duobus erit lumen. Superuacaneum est igitur accumulare Lumen inquali-  
 30 bus. ¶ Lustra, orum, pro latibulis, seu habitaculis ferarum, pluraliter vsita-  
 tum est. Virg. 3. Æn. Cum vitam in syluis inter deserta ferarum Lustra do-  
 mosq; traho. — Sic lib. 4. — inuata lustra. Pro locis etiam abditis, ac  
 sordidis. Cic. Cassio lib. 12. Quæ autem in lustris, & in vino commentatio potuit  
 esse. Sic Idem Philip. 2. Lustrum verò spatium quinquennale significans vtroq;  
 35 numero declinatur. ¶ Magalia, & Mapalia pluraliter efferuntur. Virg. 4.  
 Æn. de Mercurio. Vt primum alatis terigit magalia plantis. Sic ibid. lib. 1.  
 Mart. lib. 10. — fisci Getula mapalia Pæni. Mapali in ablatiuo singulari dix-  
 it Valer. Flac. lib. 2. — coit è sparsa concita mapali. Agrestium manus. —  
 ¶ Mellarium, ij, idem quod Apiarium. numero plur. posuit ex aliorum vsu  
 Varro de Re rust. lib. 3. cap. 16. Melistones, inquit, ita facere oportet, quos alij  
 melit-

*mellitrophæ* appellant, eandem rem quidam mellaria. Singularis numerus, licet exempla non occurrant, recipiendus est, sicut *Apiarium*, & *Roborarium*.

¶ *Mœnia, ium, Multitia, orum, Munia, orum, plur. numero semper vsurpantur. Mœne, is, olim singulariter fuisse declinatum argumento sunt illa verba Ennij apud Fest. lib. II. In campo hostium per mœne.* ¶ *Multitia, orum, ait Budeus vestes esse sericas tenuissimas æstiuis temporibus accommodatas. Iuuenal. saty. 2.*

— *quero an deceant multitia testem. Et ibid. — sed quid Non facient alij, quàm tu multitia sumus Cretice? — ¶ Cic. pro Mur. Omnia hæc sunt munia candidatorum. Tacit. lib. 1. Munia ducis per eos dies induebat.* ¶ *Mul-*

*liebria, ium, dum menstrua significat, pluraliter tantum dici volunt nonnulli: sed sine Veterum testimonijs. Quando verò pro præpostera libidine sumitur, exempla non desunt. Vnde Muliebria pati inuenies apud Sall. in Catil. Vlpian. ff. De postulando: & Quintilianum.* ¶ *Næuale, is, in numero sing. substantiuè sumptum pro loco vbi naues fabricantur, vsurpauit Ouid. in Epist. & 3. Met.*

*Plurali tamen num. vsitatus est. Cic. 2. Offic. Muri, naualia, portus. Plin. lib. 5. c. 12. Gens Phœnicum in gloria magna literarum inuentionis, & siderum, naualiumq;. Quare per vtrunq; numerum declinandum est.* ¶ *Obliuia, orum, idem quod Obliuio, sed in priori num. insolens est: in posteriore verò frequens, & Poëtis familiare. Varro etiam de Lingua Lat. lib. 4. eodem vsus est.*

¶ *Ostium, ij, dum aditum significat, quo fluuij exonerantur in mare, numero singulari non est destituendum: eo enim vitur Cicer. plurali tamen sepius Poëta. quàm Oratores.* ¶ *Ostreum quoq; integrum est, licet in singulari minus vsitatum. Senec. Quid ostreum sapiat, quid nullus optime nosti. Plin. lib. 32. c. 6. Contra leporis marini venena & ostrea aduersantur. Sic Iuuen. saty. 6. Ostrea, æ, eiusdem signif. vsitatus etiam est in numero plurali. Pro singulari est illud Varronis, apud Non. Marcell. Neq; ostrea illa magna capta quiuit palatum suscitare.* ¶ *Pæalaria pro pellibus ex gutture boum pendentibus similiter in numero secundo frequentius vsurpatur. Singularis est apud Senec. in Hyppol. Musco tenaci pectus, ac pæalar viret. Pæalarium, ij, locum, vbi pæala conditur, significat. Vide Colum. lib. 1. c. 6.*

¶ *Parapherna, orum, Græcum est, & solum apud Iuriconsultos Latinis vocibus insertum. Vlpian. de Iure dot. L. Si ego: Sires denur in ea, quæ Græci παραφύρα dicunt, quæq; Galli peculisti vocant, videamus an statim fiant mariti. Dicuntur hæc etiam apud eosdem Paraphernalia. Sunt autem ea omnia, quæ sponso præter dotem dari consueuerunt.*

¶ *Penetræle, is, non sine iniuria recensetur inter anomala. Mart. lib. 10. Nec Capitolini summum penetræle Tonantis. Sic Qu. 15. Met. Penetræle etiam dixit Macrob. lib. 7. c. 1. pro Penetræle. Numero plur. frequenter inuenies.* ¶ *Perennia, orum, Cæremoniæ quæ in auspicijs obseruabantur. Cic. 2. de Nat. Nulla perennia seruantur.*

¶ *Pondo semper est indeclinabile sue pro libra sumatur, sue pro pondere. Cum libram significat in numero etiam singulari reper-*

tur.

*eur. Cels. lib. 5. cap. 25. Diētami pondo vnum adiectum est. Liu. bel. Mac. 4. Auri pondo fuit tria millia septingenta quatuordecim. Pro pondere, idem ab Vrb. 3. Coronam auream Dictatori libræ pondo decreuit exercitus. Colum. lib. 12. c. 12. Sextarium aquæ cum drodante pondo mellis diluunt. Cùm verò Pondo libram*

*significat, nonnulli reformidant in numero sing. vsurpare. Verisimile videtur id, quod Perottus in suis Lat. linguæ comment. adstruit, singulari num. non carere. Nonnulli cum Phoca contrarium opinantur: quibus tamen concedendum est, numeri plur. vsus apud auctores esse frequentissimum.* ¶ *Præcordia, orum, ex omnium sententia semper effertur in numero secundo: quare non est cur immo-*

*remur.* ¶ *Principia, orum, teste Veget. 2. de Re mil. principes in exercitu milites propriè dicebantur, robustioris ætatis, qui post hastatos in secunda acie consistebant, nullusq; locus in castris, quàm post principia tutior habebatur. Vnde, Post principia esse, hoc est, in tuto, ac citra periculum. Eodem vitur Terent. & Liu. in numero plurali: singulariter verò in hac signif. non videtur vsurpatum.*

¶ *Pugillar generis neutri, numero sing. dixit Ausonius: Pugillaria Catullus in plurali. Sed Pugillares masculinum in eadem signif. nimirum pro cereis, vel cuiusuis alterius materiæ tabellis, in quibus stylo scribi solet, vsitatus est.* ¶ *Repotia, orum, significat eas comotationes, quæ post nuptias celebrari consueuerant, & numero semper posteriore reperitur apud auctores. Repotia, inquit,*

*Festus lib. 16. postridie nuptias apud nouum maritum cœnantur, quia quasi restitur potatio. Horat. 2. Serm. Saty. 2. Ille repotia natales, aliòsue dierum Festos albatu celebret. — Gell. lib. 2. c. 24. Nuptijs autem, & repotijs H S. milites esse.* ¶ *Roboraria, orum, quid sint ostendit Gell. lib. 2. cap. 20. Quod apud*

*Scipionem, inquit, omnium ætatis suæ purissimè locutum legimus, roboraria ali-*

*quot Romæ doctos viros dicere audiui, id significare, quod nos viuaria dicimus: appellataq; esse à tabulis roboreis, quibus septa essent. Numero tamen sing. non carere probant verba Scipionis apud eundem Gell. in eodem cap. 20. ex oratione eius quinta contra Asellium. Inde, inquit, corrigere viam alijs, per uineas medias, alijs per roborarium, atq; piscinam. Non est igitur anomalis admiscendum,*

*cùm non sit minoris auctoritatis elegantissimus ille Scipio, qui omnium ætatis suæ purissimè locutus dicebatur, quæ Gellius, ex cuius testimonio solum numeri plur. vsus accepimus: ¶ Sêsa, orū, vide infra inter nomina Variæ declin. ¶ Rostra pro templo, seu foro Romæ ante curiam Hostiliam, ex quo concionabantur Oratores, in numero plur. tantum vsurpatur. Rostrum verò pro ore animalium, seu*

*parte nauium anteriori non est anomalum.* ¶ *Seria, orum, substantiuè sumptum, desumitur à terminatione neutra nominis adiectiui Serius, a, um, quod vsu venit alijs eiusdem formæ compluribus, & quoduis adiectiuum substantiuè in neutra cuiusuis numeri terminatione sumi potest. Tacit. lib. 6. Geminius amicus Seano nihil ad serium. Scilicet, locutus est. ¶ Serta, orum, similiter substantiuè sumitur à participio Sertus, a, um, quo vsus est Lucan. lib. 10. Accipiunt sertus nar-*

do florente coronas. Plin. lib. 21. c. 2. Cum verò è floribus fierent ferta, à serenò do seruis appellabantur. Sertum in numero sing. est in titulo eiusdem cap. Sic enim habet, De strophio ferta. Item apud Auson. — roseo Venus aurea seruo. Quos imitati sunt nonnulli ex Poëtis iunioribus. ¶ Sertu, e, fæminino vsus est Cornel. Seuerus, Huc ades Aonia crinem circumdata ferta. & Prop. lib. 2. Cum tua præpendent demissa in pocula ferta. In vulgaribus tamen pro pertij libris nunc aliter habetur.

¶ Sotéria, orum, munera. Mart. in Sofib. Ægrotas quoties, soteria postcis amicos. Sic & Græci. ¶ Spolium, ij, integrum est. Numeri posterioris exempla passim offendes: priori vsus est Plin. lib. 7. c. 26. Spolio inde capto, &c. 10 Suet. etiam in Cæs. c. 62. & Virg. Æn. 12. Item Senec. in Herc. fur. — cur laeuis leuicum vacat Spolie leonis. Ouid. quoq; 4. & 7. Met. & Sil. lib. 3. Quare ignoscendum ijs, qui nomen hoc singulari spoliandum putauerunt. ¶ Sponsalia, cum sint mutua duorum promissio, numero plur. non solum quadrant, sed vsu etiam pluraliter efferuntur. Seruius Sulpit. de Dotibus, apud Gell. lib. 4. c. 15 4. Is contractus stipulationum, sponsionumq; dicebatur sponsalia. Genitiuo in, orum, vsus est Surt. in Aug. cap. 53. Nec prius dies solennes cuiusvis frequentare desit, quam grandior iam natu, & in turba quondam sponsaliorum die vexatus. Vbi Philippus eius interpres, Antiqui Saturnaliorum, Bacchanaliorum, Viridiorum, & Sponsaliorum dicere malebant, quam Saturnalium, Bacchanalium, 20 Viridium, & Sponsalium, sicut regula Grammatices exposcit. Itaq; alterum regula: alterum Veterum defendit auctoritas. Sponsalibus tertia declinationis in Pandect. inuenies Tit. De sponsalibus. ¶ Statua, orum, substantiuum à nomine Statius, a, um, deriuatum pluraliter tantum dicitur, vt Æstiuua, Hyberna. Cic. pro. L. Agr. Vrbes statiuua, & c. venduturi sint. Liu. dec. 1. lib. 3. Seruius 25 lius in Latino agro statina habuit. ¶ Tempe neutrum numeri plur. tantum, & indeclinabile, siue proprium sit amænissimorum quorundam Thessalica, vel Bæotica, seu Siciliae locorum, siue pro quibuscumq; locis amœnitatis eximie sumatur. Liu. dec. 4. lib. 9. Ad Thessalica Tempe concilium indictum est. Et ibid. Sunt enim Tempe saltus, & c. Virg. in Culice — ô gratissima Tempe. ¶ Tesqua, 30 ait Festus lib. 18. loca augurio designata. Cic. aspera ait esse, & difficilia. Apud Varr. lib. 6. de Ling. L. Tesca per, C, scriptum legitur, eò quod à tesca, quasi à tuendis sacris deriuetur. Ibid. Loca quædam agrestia, quod alicuius dei sunt, dicentur Tesca. Ab Horat. lib. 1. Epist. ep. 14. in hospita tesqua: & Lucan. lib. 6. nemorasti dicuntur, idq; in numero multitudinis. Ablatio vsus est Apulei. 2. lib. Florid. Nubus in tesquis suis fructus est. ¶ Transstra, licet vsitatus sit in numero plur. tamen in sing. reperitur apud Pers. Saty. 5. — tibi torta cænnabe fulto Cæna sit in transstro. — & Lucan. lib. 8. Collaq; in obliquo ponit languentia transstro. ¶ Tripudium pertinens ad auguria persepe in numero 35 sing. effertur à Cicerone. plurali vsus est Plin. lib. 10. cap. 20. de Gallis, Horum

sunt tripudia solissima. Pro saltatione verò in numero multitudinis vsi sunt Liu. ab Urb. 1. & Catull. de Berceynth. singulari tamen non esse priuandum puto, licet testimonia non occurrant. ¶ Vinacea, orum, tam pro granulis, quam pro folliculis vuarum expressis, inter anomala singulari deficientia ponitur. 5 Vinacei quoq; masculinè dicuntur in numero plur. tum à Catone cap. 10. tum à Varrone. 3. de Re rust. cap. 11. Item Vinacea, arum, fæmininum, quo præter Colum. de Arber. cap. 4. vsus est Plin. lib. 17. cap. 22. in eodem numero. De his tamen tribus addiderim, si his auctoribus opus fuisset, de vno tantum vinaceo folliculo, vel grano loqui, dubium non esse, quin numero singulari fuissent vsuri. 10 Quare qui vel his, vel alijs huiusmodi nominibus vtatur, de barbarismo non videatur accusandus. Est enim penitus improbabile (vt initio dicebamus) argumentum; quo quidam persuadere conantur in vocibus anomalam ex eo solum, quod in libris non reperiantur exempla: quasi verò nihil omnino Latine lingue superfit, quod literis consignatum non fuerit: & auctores omnes communi consensu, vniuersos omnium tam nominum, quam verborum casus siue ad rem facerent, siue non facerent, posteritati mandare decreuerint. ¶ Viscus, 15 visceris singulari non caret. Suet. in Vitell. c. 13. Viscus, & sarra manderet. Lucret. lib. 1. Visceribus viscus gigni, sanguenq; creati. Ouid. 15. Met. — de putri viscere passim Florilege nascuntur apes. — Plurali frequentius 20 vsurpatur. ¶ Viuarium, quamuis in numero plur. solum reperiat vsitatum, singulari tamen vti licebit, sicut Apiarium, & Roborarium.

### MASCVLINA IN SINGVLARI, in plurali neutra.

Dindymus in numero plurali Dindyma sumit, 25 Taygetus discrimen idem, Pangæus, Auernus, Tartarus accipiunt, & Mæssicus: Ismarus illis, Mænalis accedunt. Fines iunxere viriles Sibilus & locus, atq; Locus pluralia, neutris. 30 A Vernus, i, Auerna, orum: sic Tartarus, Mænalis, Mæssicus, Dindymus, Taygetus. ¶ Item Sibilus, Iocus, & Locus, que numero multitudinis masculina sunt, vel neutra: Sibili, vel Sibila: Ioci, vel Ioca: Loci, vel Leca. ¶ Locus tamen dum significat sed. in artibus, & scientijs, vnde eruantur argumenta, masculinum est solum in vtroq; numero. 35 De N. masculinis in singulari, neutris in plurali. ¶ Schol. 11. Masculina quædam nomina genus in numero plur. neutrum efflagitant. ¶ Auernus quid sit, & cuius generis in numero sing. indicat Plin. lib. 3. c. 5. de Campania loquens. Lacus Lucrinus, inquit, & Auernus, iuxta quem Cimmericum oppidum quondam. Liu. Dec. 3. lib. 4. Annibal ad lacum Auerni descendit. Numero multitudinis vtuntur Poëta. Virg. 3. Æn. Diuinosq; lacus & Auerna sonantia syluis. Lucret. lib. 6. Principio quod Auerna vocant, non

nomen id ab re Impositum. — Auerni, orum, masculinè dicuntur in eodem numero, apud Claud. lib. 1. de Rapt. Di. quibus ad numerum vacui samulantur Auerni. Nec miranda varietas, cum Auernus, a, um, sit adiectiuum substantiuè, sumatur, sicut & alia complura: subaudiaturq; substantiuum, Lacus, tam in singulari num. quàm in plurali: & in hoc posteriori genus neutrum nominis adiectiuum substantiuè accipi possit. ¶ Balteus, vel Balteum, i, vide infrà.

¶ Cetus utrumq; numerum sortitur, dum masculinum est. Plaut. Capt. — scombrum, & trygona, & cetum. Festus lib. 1. Balenam dicunt esse cetum. Nominatiuum in, os, at Budæus esse apud Cels. Plin. lib. 32. c. 1. Cetos sexcentorum pedum longitudinis, & trecentorum sexaginta latitudinis, &c. Cete generis neutri, tantum numero multitudinis declinatur. Plin. lib. 9. c. 50. Reliqua cete simili modo. & ibid. c. 24. Hoc genus solum, ut ea, quæ cete appellant, animal parit. ¶ Dindymus, apud Ouid. 4. Fast. existat in numero singulari. Dindymon, & Cybelen, & amœnam fontibus Idam. Cuius nominatiuus debuit esse Dindymos. In, us, verò Propert. Dindymus, & sacra fabricata iuuenca Cybelle. Neutro genere pluralis numeri Dindyma apud Valer. Flac. lib. 3. — at barbara buxus si vocet: & motis vlulancia Dindyma sacris. Sic iterum ibid. & Virg. lib. 9. & 10. Æn. Significat autem Phrygiæ montes, in quibus sacra Cybeles celebrabantur. ¶ Euentus, us, Euentus, uum, & Euentum, i, Euenta, orum, ex ijs sunt, quæ Abundantia vocantur, & integrè per omnes utriusq; numeri casus declinantur. Sed quoniam de masculino numeri pluralis, & neutro singularis dubitatum est, eorum tantum exempla subiiciam. Cic. 2. de Diu. Aus euentus significant aut aduersos, aut secundos. Sic idem sæpius: sic Virg. 6. & 10. Æn. Tacit. in Vita Agricola, Soliti plerumq; damna æstatis hibernis euentibus pensare. Euentum in singulari. Lucret. lib. 1. Euentum dici poterit quodcumq; erit actum. Cic. in Partit. Si cuiusq; facti, & euenti causa ponetur. ¶ Gargarus lacum Phrygiæ iuxta montem Idam significat, & in numero sing. ponitur à Prisc. lib. 5. De Numero. Menalus, inquit, dicitur & Tartarus, & Gargarus: sed sine Veterum testimonio. In numero verò plur. significat & cacumen Idæ montis, & oppidum eiusdem nominis. Plin. lib. 5. cap. 30. Intus mons Gargara, eodemq; nomine oppidum. Virg. 1. Georg. & Valer. Flac. lib. 2. Argon. Macrob. lib. 5. cap. 20. Ex his, inquit, liquidò claret Gargara cacumen Idæ montis appellari. pro oppido autem Gargara, qui dixerint, enumerabo. Ibid. singulariter extulit explicans verba quadam Homeri. Hic Gargarum, inquit, pro excelssimo montis loco accipe conuenire, & ipse sensus indicium facit. Ex his facile conijci potest in his significationibus, Gargara pluraliter esse consueuisse. Quarè ad hunc locum non spectat.

¶ Infernus, a, ù, adiect. est. Sumptum verò substantiuè nondum inueni apud auctores Latinitatis. Infernus, i, numero sing. masculinum reperies in Sacris literis. Cant. 8. Dura sicut infernus amalatio. Osee, 13. Morfus tuus ero inferne. Sic ali-

bi frequenter. Vfus autem hic à veterum Latinorum consuetudine non abhorret, qui frequenter adiectiua subaudiunt cuiuscumq; generis substantiuus usurparunt, ut offensum est supra de Gen. Nom. Schol. 24. Numero plur. Inferna, orum, est in lib. Job. cap. 21. Ducunt in bonis dies suos: et in puncto ad inferna descendunt. quod latinus dicitur, cum adiectiua nomina substantiuè sumantur in genere neutro. ¶ Ismarus, i, Thraciæ mons in singulari masculinum est apud Virg. Eclog. 6. Ismara, orum, neutrum apud eund. 2. Georg. & Lucret. lib. 5. ¶ Iussum, i, integrum est in numero plur. frequens pro imperio: in singulari minus vsitatum. Plant. Curcul. Postquam sum tuo iusso profectus perueni in Cariam. Sil. lib. 9. Nec iusso mora, & c. Item pro lege. Cic. pro Cæcin. Quæro abs te, putésne id iussum ratum, atq; firmum futurum? Sic Attrius Capito apud Gell. lib. 10. c. 20. Lex est generale iussum. Et Gellius ipse ibid. Sisenna itidem Histor. lib. 4. apud Non. Plurali numero iussa, orum, frequentissimum est. Ablatiuus, Iussum, à nomine Iussus, us, quartæ declinationis usurpatur assidue: ceteros utriusque numeri casus non facile reperies. Idem intellige de composito eius Iniussus, cuius ablatiuus, Iniussu, frequens est. Cic. de Senect. Vetatq; Pythagoras iniussu Imperatoris (id est Dei) de præsidio, & statione vite decedere. Sic idem sapius, & alij complures. ¶ Iocus, i, in numero sing. masculinum crebrè inuenies: in plur. Ioci, vel Ioca, orum. Cic. Att. 14. Ioca tua plena facetiarum. Sic idem 2. de Fin. & Sall. in Jug. Plaut. Stich. Iocos ridiculos vendo, agite licemini. Plin. in Paneg. Liberales ioci, & c. Sic Ouid. 3. Met. ¶ Locus, i, vel Loca, orum, dum significat id, quo aliquid continetur, vsitatissimum est in utroq; numero: in eademq; significatione tam masculinè, quàm neutraliter in numero multitudinis effertur: nec exemplis opus est, cum passim occurrant. Masculinò plur. i vsus est Cic. in Partit. In locis autem & illa naturalia, maritimi, an remoti à mari. Et Virg. 6. Æn. Deuenere locos lætos, & amœna vireta. Sic alij frequenter. Cum verò sedem vnde promuntur argumenta, significat, masculinò uterum est. Cic. in Topicis, Itaq; licet definire, Locum esse argumenti sedem. Ibid. Cum peruestigare argumentum volumus locos nosse debemus. Idem in Orat. Hunc locum Philosophi solent in officijs tractare. Ibid. Loci communes, qui de vniuersa re tractari solent. ¶ Menalus, & Mássicus masculina sunt in singulari, neutra in num. plur. Plin. lib. 4. c. 6. Montes in Arcadia Menalus, Artemisius. Virg. Eclog. 10. Menalus, & gelidi fleuerunt saxa Lycæi. Idem 1. Georg. Pan ouium custos, tua si tibi Menala cure, Adsis. — Ouid. 1. Met. Menala transferam, & c. — ¶ Mássicus. Stat. 4. Sylu. Atq; Echo simul hinc, & inde fractam Gaurò Mássicus ruiser remittit. Ita Sil. lib. 7. Additur aliquando Mons substantiuum nomen, vnde videtur in utroq; numero, ut aliàs esse solet, adiectiuum. Liu. dec. 3. lib. 1. In exterræ iuga Mássici montis ventum est. Plin. lib. 3. c. 5. Deinde consurgunt Mássici montes Mássica in numero plur. dixit Virg. 7. Æn: — vertunt felicia Baccho Mássica, qui rastris, & c. — ¶ Pangæus Thraciæ

*Thracia promentorium.* Plin. lib. 4. c. 11. de *Thracia*, ad *Nessus amnem Pangæi* montis ima ambientem. Et infra. *Mons Pangæus.* Item lib. 7. c. 56. *Auri metal-  
la, & conflataram* [inuēnit] *Cadmus Phœnix ad Pangæum montem.* Numero  
multitudinis neutrum est. Virg. 4. *Georg.* *Altaq; Pangæa.* — *Lucan.* lib. 1.  
— *video Pangæa niuisis Cana iugis.* — *Est & Pangæus, a, um, adiecti-  
uum.* Unde *Quid.* 3. *Fast.* *Fluuium Pangæa dixit.* Quare neutrum nominis  
adiectiuū substantiuū sumpti positio in numero multitudinis videtur à *Pœtis* vsur-  
pari pro singulari. ¶ *Permissus, us,* infrequens est, præter ablatiuum *Permis-  
su, quo* *Cic. Verr.* 5. & alibi sæpius vsus est. *Permissum, i, Permissa, orum,* pro per-  
missione à suo participio adiectiuo *Permissus, a, um,* sicut alia similia substantiua  
neutra de sumi posse manifestum est. *Horat. Epist.* 2. ep. 1. *Vtor permissio.* —  
¶ *Pileus, masculinum.* *Gell.* lib. 7. c. 4. *Pileus* impositus demonstrabat eiusmo-  
di seruos veniendari. *Masculino, & neutro* vsus est *Plaut.* ut refert *Nen.* de  
*Propert. Seru. Fest.* lib. 1. *Albogalerus* est pileus capitis, quo *Diales* siamini  
vtebantur. *Val. Max.* lib. 8. c. 835. In modum vexilli pileus seruituti ad arma  
capienda est tentatum erat. Numero plur. *Perf. saty.* 5. *Hæc mera libertas: hæc nobis  
pilea donant?* ¶ *Sibilus* in numero sing. masculinum. *Virg. Eclog.* 5. — *ve-  
nientis sibilus Ausuri.* Sic *Lucilius* apud *Non.* *Marc.* Genere neutro *Suaue  
sibilum* (ut refert idem *Non.*) dixit *Q. Serenus.* Numero multitudinis *Sibila,  
neutrum* sæpe: masculinum *Sibili* rariis inuenies. *Senec. Epist.* 57. *Sibilos, &  
acerbissimas respiraciones remisserunt.* *Lucan.* lib. 9. *Stridula* fuerunt vibratis  
sibilalibus. Sic *Quid.* lib. 3. *Met.* et alij complures. *Sibila ora, id est sibilantia,  
apud Virg.* 2. *Æn.* & *Sibila colla* *Georg.* 3. ¶ *Supparus* masculinum esse in  
sing. docent verba *Varronis de Ling. L.* lib. 4. *Alterum quo subtrus, à quo subu-  
cula: alterum quod supra, à quo supparus.* *Fest.* lib. 17. *Supparus* vestimentum  
puellare lineum, quod & subucula, id est, *camisia* dicitur. Numero multitudinis  
vsus est. *Lucan.* lib. 2. *Suppara nudatos cingunt angusta lacertes.* Pro *relicis,  
quæ super antennis explicantur, vel pro nauium insigni, genere neutro* dixit in  
numero singulari *Senec. Epist.* 78. *Solis* [Alexandrinis nauibus] licet *suppara-  
rum intendere.* *Ibid.* *Supparum Alexandrinarum* insigne indicium est. In nu-  
mero plur. in eadem signif. frequentius. *Masculinè* dici posse tradit *Festus.* At  
nunc *supparos* (inquit) *apelamus vela lineæ in crucem expansa.* *Vsurpatur à Pœ-  
tis* in eodem numero. *Lucan.* lib. 5. — *summaq; pandens Suppara* velorum  
perituras colligit *auras.* Sic *Stat.* 3. *Sylu.* *Senec.* in *Medea.* ¶ *Tenarus*  
pro *Laconie promontorio* masculinum esse in numero sing. terminatio recti cas-  
us ostendit. *Senec. Herc. fur.* *Densis vbi æquor Tenarus syluis premit.* *Tena-  
ron* neutrum vsurpat *Solin.* c. 12. *Est* (inquit) *Tenaron promontorium, & cat.*  
*Ibid.* *Est & oppidum Tenaron nobili vetustate.* At *Tenara, orum,* numero mul-  
titudinis neutro genere tunc vtaris, cum apud auctores classicos legeris. *Tena-  
ros, i, sam.* est apud *Lucan.* lib. 9. — & *apertam Tenaron ymbris.* Sed vr-  
bem

dem intelligit eiusdem nominis, de qua etiam *Plin.* lib. 9. cap. 8. *Excepto ab vno  
[delphino] in Tenarum in lituce prouectum.* ¶ *Tartarus, i, & Traygetus, i,* in  
singulari numero masculina sunt. *Virg. Æn.* — tum *Tartarus ipse* *Bis  
pacet* in præceptis. — & *Lucret.* lib. 3. — tum *lucis egenus* *Tartarus  
horriferos eructans faucibus ætus.* In plurali neutrum *Tartara, orum.* Exem-  
plis non est opus, quod frequenter occurrant. ¶ *Taygetus* *Laconie* mons est,  
cuius in singulari mentionem fecit *Cic.* lib. 1. de *Diu.* & *Plin.* lib. 2. cap. 79. *Re-  
ctum* expressit idem *Plin.* lib. 4. c. 5. *Mons Taygetus, &c.* excuius terminatione  
genus masc. colligere licebit. Numero plur. vsus est. *Virg.* 2. *Georg.* — *ò vbi  
campi Sperchiusq;, & virginibus bacchata Lacanis Taygeta.* — *Stat.*  
lib. 1. *Sylu.* Et *Dryadum viduare choris argentiæ* possit *Taygeta.* — *Idem  
Achill.* 1. — *ardua sidunt Taygeta.* — *Taygete, es,* fœmininum *buc non  
spectat,* cum significatione diuersum sit.

## FOEMININA IN SINGVLARI

numero, neutra in plurali.

15 **P**ergamus, A, neutrum plurali & *Carbalus* optant.  
Hoc *Solyra,* hoc illius idem petit vnica proles.

**P**ergamus, i, cum pro *Trolæne* vrbis arce sumitur, est neutrum in numero  
plurali, *Pergama, orum.* Sic & *Carbasus, i, Carbasia, orum:* *Hierosolyma, e,  
Hierosolyma, orum:* cui & simplex addi potest *So'yma, e, Solyma, orum.*

20 De N. fœmininis in singulari, neutris in plurali. ¶ *Schol.* 12.

**C**arbasus in singulari fœmininum esse probatum est supra, *Schol.* 19. in  
*Gen. Nom.* Numero multitudinis neutrum est, coq; frequenter vtuntur  
auctores, tam in propria, quam in metaphõrica significatione. *Plin.* lib. 19. cap. 1.  
*Hispania citerior* habet splendorem lini præcipuum torrentis, qui abluit *Tar-  
25* raconem. Et tenuitas mira, ubi primum *carbasus* reperitis. Pro vestibus lineis *Cur-  
tius,* de *Indis* loquens lib. 8. *Corpora vsq; pedes carbasia velant.* *Ibid.* *Distincta  
sunt auro, & purpura carbasia,* quibus [Rex] indutus est. Pro nauium *relicis* vtun-  
tur sæpius *Pœtæ.* *Quid.* 11. *Met.* — *totaq; malo* *Carbasia* deducit venient-  
tesq; excipit *auras.* ¶ *Pergamus, vel Pergamos* pro vrbe *Troia* fœmininum

30 esse in singulari supra ostensum est in *Gen. Schol.* 6. Dicitur & *Pergamum* à  
*Plin.* lib. 5. c. 30. & lib. 35. c. 12. Retinet hanc nobilitatem in *Asia Pergamum.*  
*Pergama, orum,* genere neutro pro eadem vrbe nonnunquam pluraliter effertur  
pro *Pergama.* *Virg. Æn.* 1. *Pergama* cum peteret. — *At cum* pro vrbe sumit-  
tur inter *Inequalia* locum non habet: sed solum cum pro arce eiusdem vrbis ac-  
cipitur. *Virg. Æn.* 2. — *Troiam incensam, & prolapsa videntem* *Perga-  
35* ma. — *Pergamum, i,* est etiam oppidum *Cretæ* in *insula* apud *Plin.* lib. 4. c. 12.  
*Oppida eius insignia Cysamum, Pergamum, Apollonia.* ¶ *Hierosolyma, e,* fœ-  
mininum effertur à *Cic.* pro *Flac.* Cum *aurum Iudæorum* nomine quotannis ex  
omnibus vestris prouincijs *Hierosolymanam* exportari solet. *Tacit. Hist.* lib. 5.

*Solymos conditæ vrbi Hierosolymam nomen è suo fecisse. Sic Suet. in Aug. c. 93. Idem neutro numero multitudinis vsus est in vita Titi Vesp. c. 5. Nouissima Hierosolymorum oppugnatione. Sic idem in Nero. & Tacit. lib. 3. Vespasianus omnes, præter Hierosolyma, vrbes victore exercitu tenebat. Sic ibid. sæpius. Plin. lib. 3. c. 14. In qua suere Hierosolyma longè clarissima vrbiū Orientis. Solyma, & Solyma, orum, & Hierosolyma, arum, ponuntur etiam à quibusdam, sed sine Veterum exemplis: at non displicent. Nec enim in omnibus Veterum testimonia producenda sunt.*

## NUMERO SINGVLARI NEV-

tra, plurali verò masculina.

**S**int numero tria Cælum, Argos, Rastrumq; secundo  
Mascula: sed Frenum frenos, ac frena recepit.

**A**rgos vrbe significans, Argi, orum: Rastrum, i, Rastri, orum: Cælum, i,  
Celi, orum: Frenum, i, Freni, orum, vel Frena, orum.

De N. neutris in singulari, masculinis in plurali. ¶ Schol. 13. 15

**A**rgos, i, numero singulari neutrum esse, & aliquando sœmininum dictum  
est supra in Gen. Nom. Schol. 28. Plurali num. masculinum est. Virg. Æn.  
2. Si patrius vnquam remeassem victor ad Argos. Argis in ablatiuo, vel datiuo  
sæpe reperitur apud auctores: sed inde numerus tantum colligitur, non genus.  
Nos verò requirimus vtrumq;. Argos, Pergamus, & cætera propria, quæ vtriusq;  
numeri declinationem sortiuntur, inæqualia propterea censenda sunt, quia ge-  
neris variationem admittunt. ¶ Cælum etiam numero multitudinis masculi-  
num est. Varro de Ling. L. lib. 4. Cali dicuntur loca supera, & ea deorum. Lu-  
cret. lib. 2. Quis pariter cælos omnes conuertere & omnes Ignibus æthereis  
terras suffire feraces? Sil. lib. 9. — discordia demens Intrauit cælos, su-  
perosq; ad bella coegit. & Quintianus, Sed cælos videor scandere gemmeos.  
Senec. Nat. q. in præf. Obseruat vbiq;, quæ stella primum cælis lumen ostendat.  
Illud Cic. pro Mil. Nisi quem nec sol ille, neq; cali, & signorum motus, nec vicissi-  
tudines, atq; ordinis mouent. quo probatur esse masculinum, dubium est, cum  
cæli genitiuus esse possit, pendens à nomine Motus. Nec obstat, quod Gell. lib. 19.  
c. 8. refert ex lib. de Analog. Cæsaris ad Cic. Cælum numero multitudinis care-  
re. Sufficit enim Mar. Varronis, & reliquorum auctoritas, vt eodem numero vti  
possimus. Masculinum numeri pluralis vsus vehemens coniectura corroboret,  
quod in numero singulari fuerit etiam masculinum. Sic enim Varro in lib. Rer.  
din. apud Nonium, Pater magnus his est cælus. Ennius item, Cælus profundus. Et  
idem, Saturno, quem cælus genuit. Cic. Att. lib. 11. Corpore vix sustineo gravita-  
tem huius cæli, qui mihi dolorem affert in dolore. Sic in libris inuenio. At Ma-  
nut. Quæ legendum putat. Cic. Famil. lib. 9. in illis verbis, Ille te putabat quasi-  
surum vnum cælum esset, an innumerabilia. cæla voluit subaudiri: quod tamen  
exprimere noluit, vel quia superflua videretur expressio, & Eclipsis esset ele-  
gantior,

gantior, vel quia vsus expressionem terminationis neutre numeri pluralis for-  
tasse non patiebatur. Cælum, i, in sculpendi instrumentum integrè declinatur.

¶ Capistrum, Claustrum, Filum, & Plaustrum neutra sunt in vtroq; numero:  
nec pluraliter masculinè sunt vsurpanda, dum exempla inuestigantur à Gram-  
maticis. ¶ Frenum, i, plurali Freni, vel Frena, orum. Neutrum in numero  
plurali frequentissimum est. Masculino vtitur Cic. Philip. 13. Mutinamq; illi  
exultantis [D. Brutus] tamquam frenos furoris iniecit. Sic idem de Clar. Orat. &  
Virg. 3. G. org. aliq; Poëta. ¶ Rastrum, i, etiam Rastri, vel Rastra, orum, nu-  
mero multitudinis habet Terent. Heaut. — ad raistros res redit. Varro de

10 Ling. L. lib. 4. Rastri, quibus dentalibus penitus eradunt terram. Cat. c. 10. Ra-  
stros quadridentes duos. Sic Virg. Eclog. 4. & G. 2. Procurram cospiciant fal-  
cem, raistrosq; tenaces. Neutri generis terminationem multi approbant, sed  
nemo probat: nec exstat exemplum quod sciam: nisi illud Cornelij Celsi apud  
Nonium, Omnes rastra attollunt, & adigunt. Quod tamen in tam difficili, &  
15 recondita materia sufficere videtur.

## Declinatione Inæqualia:

**T**ertia Vas, vasis, plurali vasa secunda:

Iugerum ei oppositum Ternæ dat Iugera, seruans

Iugeris ex numero præcunte, &amp; Iugere solūm.

20 **V**as, vasis, in numero singulari tertia declinationis est: in plurali verò se-  
cunda Vasa, orum, & c. ¶ Iugerum verò sic declinandum, Iugerum,  
Iugeri, vel Iugeris, Iugero, Iugerum, & Iugerum, à Iugero, vel Iugere. Plur. Iu-  
gera, Iugerum, Iugeris, vel Iugeribus, Iugera, & Iugera, à Iugeris, vel Iugeribus.

De horum nominum declinatione. ¶ Schol. 14.

25 **A**pus præcos Vasum, i, secunde declinationis fuit: inde Vasa, orum, Cato  
apud Gell. lib. 13. c. 22. Vasum in recto expressit. Neq; mihi edificatio, neq;  
vasum, & c. Plant. Trucul. — aut aliquod vasum argenteum, Aut va-  
sum abeneum aliquod. Vasisbus in numero plur. est in Ætæna. quæ Virg. tribui-  
tur. Quid si forte cauis cunctatus vasisbus hæsit. ¶ Iugerum, i, secunde decli-  
nationis est in singulari: & Iugera, iugerum, iugeribus tertia in numero plur.

30 Plin. lib. 18. c. 3. Iugerum vocabatur, quod vno iugo bouum in die exarari posset.  
Et ibid. [Actus] erat CXX. pedum, duplicatusq; in longitudinem iugerum fa-  
ciebat. Genitiuus Iugeri est apud Colum. lib. 5. c. 1. Datiuus Iugero apud Plin.  
lib. 18. c. 23. Iustum est vehes XVII. iugero tribui. & similis ablatiuus ibid.  
c. 24. Genitiuus Iugeris, & ablatiuus Iugere tertij ordinis ex numeri singularis  
naufragio residua fuerunt. Mela lib. 3. cap. 5. Plus iugeris spatio sublimis. Curt.  
lib. 5. Ædificia ferè spatio vnius iugeris absunt. Cic. 4. Verr. Medimnum ex iu-  
gere decumano dari poterat. Sic ibid. aliquoties. Tibull. lib. 2. eleg. 3. Vt multo in  
numeram iugere pascat ouem. Varro lib. 1. de Re rust. c. 10. Iugeri ablatiuus



dixit pro Ingeribus. Casus numeri pluralis frequenter vsurpantur.

## Genere simul, & declinatione inæqualia.

**D**eliciam vult delicias: Epulumq; libenter Fert epulas: neutrum plurali Balnea donat Balneum: & est Primæ numero, velut illa, secundo,

**D**eliciam, ij, Delicia, arum. Delicia, æ, interdum etiam reperitur. Epulum, i, Epula, arum, in eadem significatione. Quando verò Epula non Epulum, sed cibos quoscumq; significat, numero singulari destituitur. Balneum, ei, Balnea, orum, vel Balnea, arum. Sic & Balneum, i, Balnea, orum, & Balnea, arum, dicimus, I, litera inter, L, &, N, inserta.

**De N. neutris secundæ declinationis in singulari, fœmininis in plurali, primæq; declinationis.** ¶ Schol. 13.

**D**eliciam, ij, idem significat, atq; Delicia, arum: pluralis exempla passim se se offerunt, singularis verò rariùs. Mart. lib. 7. Gloria conspicua deliciaumq; domus. Sic idè lib. 1. & 13. Delicia in Recto numeri singul. vsurpauit Plaut. in Trucul. & in Rud. Delicia in datiuo eiusdem numeri. ¶ Epulum, i, publicum conuiuium significat. Cic. pro Mur. Cum epulum Q. Maximus Africani patris sui nomine pop. Romano daret. Epula, arum, pro epulo effertur aliquando. Cic. pro Flac. Sepulcrum L. Catiline floribus ornatum, domesticorum hostium conuentu, epulisq; celebratum est. Idem de Arusp. resp. Tui sacerdotij sunt ludij, libationes, epulaq; ludorum publicorum. Sæpius tamen epulas in numero plur. pro cibis ad vsam quotidianum comparatis accipimus. ¶ Balneum, ei, neutrum in singulari frequens est: in plurali non solum Balnea, orum, sed & Balnea, arum, frequentius. Senec. Epist. 87. Postquam munda balnea inuenta sunt, spurciores sunt. Horat. Ep. 1. ep. 14. — ¶ & balnea villicus optas.

Sic idem & alij Poëtæ frequenter. Vlpian. Pandect. lib. 9. Eò loci balnea construxit. Cic. pro Cal. Cur enim balneas publicas potissimum constituerat? Sic idem sæpius. Dicitur & Balneum, ei, à Plauto, & Cic. in singulari. et Balneum, Plin. epist. 3. Quid balneum illud. Item ep. 41. & 45. A Græcis βαλάνειον dicitur. Vnde non immerito, I, litera interijcitur. Item Balnea, orum, Plin. lib. 36. c. 15. Gratuita præbita balnea. Et Balnea, arum. Idem lib. 9. c. 54. Primus pensiles inuenit balneas. Idem lib. 31. c. 2. Tantaq; eis [aquis] est vis, vt balneas calefaciãt.

## Casu inæqualia, siue indeclinabilia.

**S**emper in Aptotis immobilis vltima perffat, Qualia sunt Præsto, Nihil, Nil, Pondo, Sinápi, Tot, Quot, & ex illis orientia Gausape Gummi,

Cappari: & his adhibe Frugi, Nihil, atq; Necesse, Capeq; cum Tempe, Cete, Præneste, Reate.

¶ Quattuor, & Centum, & media inter vtrumq; reperta. Adde quibus Danaum nota significatur, vt Alpha.

¶ Et verbum quoduis nuda pro voce repostum.

**A** Pròta siue Monoptòta appellantur indeclinabilia nomina, quæ vna solum terminatione contenta sunt in omnibus casibus, vt Necesse, & Necesse: Pondo tam pro libra, quam pro pondere: Tot, Quot, & Tòrdem, Quotquot, Aliquot, eorum composita. Et nonnulla ciuitatum: vt Cere, Nèpete, Præneste, & Reate. Præsto, item Gummi, &c. 2 ¶ Item Quattuor, Quinquo Sex, &c. vsq; ad Centum. Quæ verò sequuntur vltra, declinantur, vt Ducenti, æ, a, Trecenti, æ, a, Quadringenti, æ, a, &c. Mille tamen adiectiuum est indeclinabile. ¶ Nomina itidem, quibus Græca significantur elementa, vt Hoc Alpha, huius alpha, &c. 3 ¶ Voces deniq; sumptæ pro se ipsis absq; omni sensu seu (vt aiunt) materialiter, vt in his orationibus, Diei est trisyllabum, à Dies componitur Meridies. Voces, Diei, & Dies, pro se ipsis accipiuntur, & per omnes casus eundem semper exitum retinent. Nominatiuo Diei, genitiuo Diei, &c. Nominatiuo Dies, genit. Dies, &c.

## Peregrina, & Barbara.

**N**ec peregrina suos variant, neq; Barbara fines, Ni sint, aut Latijs reddantur idonea normis.

**N**omina Peregrina, et Barbara, (quæ scilicet nec Latina sunt, nec Græca) non mutant per casus terminationem, qualia sunt Adám, Iosèph, Iob, Elisabèth, Sarái: Hierusalém: nisi vel ex prima origine fines habeant idoneos ad declinationem, vt Emmánnel, Dauid, Sálomon, Dániel, Annibal, Asdrubal, & similia: vel adiectione siue de tractione aliqua declinationi Latine reddantur accommodata: vt Adámus, Abrahámus, Iosephus, Iobus, Elisabètha, Sara, Hierosólyma.

De nominibus indeclinabilibus. ¶ Schol. 16.

**A** Dor, óris, declinatur, vt Æquor, Marmor, & similia, quamuis raro inueniatur in obliquis. Vide lib. 3. vnde de Nominum incremento agitur. Schol. 7. ¶ Cere, Nepete, Reate, Præneste oppidorum nomina indeclinabilia esse dictum est in Declination. Schol. 7. Liu. ab Vrbe 1. Qui Cere opulento tum oppido imperitans. Cere, vt vides, dándi est casus: nam si inclinaretur in casus Ceri, aut Cereti, non Cere esset. Idem bel. Pun. 8. Cere porcus biceps, & agnus mas, idemq; fœmina natus erat. ¶ Cappari, neutrum esse, & indeclinabile, Schol. 15 in Genera Nominum probatum est. Dicitur etiam Capparis, is, & Capparis, aris. ¶ Cape indeclinabile est in vtroq; numero. Perf. Saty. 4. — tunicatum cum sale mordens Cape. — Plin. lib. 19. cap. 6. Separatim semen cape causa feritur, separatim cape seminis. Ibid. Genera cape

apud Græcos, Sardia, &c. Virg. in Moreto, Hic cicer, & capiti nomen debentia capere. Vbi aliqui adscripserunt, Porra: sed in libris castigatioribus, Cape, congruentius habetur. Capa, & singulari non caret. Colum. lib. 10. — lacrymosaq; cæpa Ponitur. — Ouid. 4. Fast. Cædenda est hortis eruta capa meis.

In plur. etiam frequenter vsurpatur. Quarè inter Anomala reponendum non est. ¶ Cete indeclinabile esse, & numero singulari destitutum paulò antè diximus. ¶ Cuiusmodi, Cuiusmodicumq;, Eiusmodi, Huiusmodi, Huiuscemodi, Istiusmodi, Aliiusmodi nomina sunt indeclinabilia ex duobus genitiuis cõposita, quæ in vtroq; numero cum substantiuis cuiuscumq; generis adiectiuorum more copulantur, vt Phocas ait. Quòd si maus, dic esse genitiuos à nominibus substantiuis expressis, vel subintelligendis depèdentes, ac si ponerentur in oratione separatim. Eisdè enim Priscianus opinatur esse casus obliquos, & figuratè omnibus vtriusq; numeri casibus, & generibus adiungi: quod etiam de nominibus Frugi, Mancipi, & Nihili dicendum arbitratur. ¶ Frugi nomen indeclinabile sequitur itidem adiectiuæ naturam. Dicimus enim seruum frugi, homines frugi, vitam frugi, ædificium frugi: quæ omnia apud idoneos auctores inuenies. Legitur & Bonæ frugi in eadem significatione apud Plaut. Ciceronem, & Vlpianum. Exemplis supersedeo, quoniam vulgò circumferuntur. ¶ Frit, & Gith. indeclinabilia sunt: priori vsus est Varro lib. 1. de Re rust. cap. 48. Posterius est vsitatus, & in officinis: vt ait Matthiolus In Diosc. lib. 3. Nigella solet appellari. Plaut. Rud. — os calet tibi, num git frige factus? Plin. lib. 19. cap. 8. Apium, githq; Cereali sapore condiunt. ¶ Gausape probatur esse indeclinabile ex illo Plin. lib. 8. c. 48. Tunica laticlaui in modum gausape texti num primum incæpit. Gausapa numero plur. reperitur apud Pers. Saty. 6. & Ouid. lib. 2. de Art. Gausapa si sumpsit, &c. Verisimile est olim Gausapum in vsu fuisse, vnde Gausapa numero plur. deriuatum sit. ¶ Gummi neutrum, & Gummiis fœmininum reperiri ostensum est supra Schol. 13. in Gen. Nom. Indeclinabile ponitur à Plin. lib. 13. c. 11. de Gummi. Fluit & ex vitibus infantium vlceribus aptissimum. Item lib. 16. c. 26. Quæ gummi gignunt, post germinationem aperiantur. Idem numero plur. videtur vsus eodem genere lib. 13. cap. 1. Resina, aut gurrmi adijciuntur ad continendum odorem. ¶ Hir, hiris, Carisus declinandum censuit: at Priscianus indeclinabile putauit. Vide quæ de illo dicta sunt in N. Gen. Schol. 15. ¶ Mancipi à Mancipium, ij, per Apocopen fit, quod cum Prisciano crediderim non esse adiectiuum, sed substantiuæ nominis genitiuum. Vnde locutiones illæ Res mancipi, Emptio mancipi. l. mancipi, vt vetusti loquebantur, Emptio mancipi, Res mancipi, quæ scilicet in nostro sunt mancipio: seu quæ nostro iuri, vel potestati subduntur. Sumitur enim aliquando mancipium, pro dominio, vel potestate. Brutus ad Cic. in Epist. Sui iuris, ac mancipi Resp. quæ scilicet nullius seruituti subijceretur. Cum igitur Mancipi sit substantiuum, cur Mancipi, vel Mancupi erit adiectiuum. ¶ Mille substantiuum esse probat Gell. lib.

lib. 1. c. 16. ex Varr. Cic. & alijs. Milli, in ablatiuo vsurpari à Lucilio, cuius verba profert ex lib. 15. Hunc milli passum qui vicerit. Et infra. Tu milli nummum potes vno quare centum. Milli passum dixit, pro mille passibus: & vno milli nummum, pro mille numis: aperteq; ostendit, Mille & vocabulum esse (intelligo substantiuum) & singulari numero dici, eiusq; pluraliuum esse Millia, & casum etiam capere ablatiuum, neq; ceteros casus requiri oportere. Ablatiuum Mille reperies apud Cic. 2. de Orat. ex Nevio: Quanti addidisti mille nummum. ¶ Nece-ssus, a, um, & Neceffis, & neceffe, teste Donato, adiectiuæ fuerunt aliquando. Vnde Neceffe, & Neceffum indeclinabilia prouenerunt. Q. Cic. de Pet. Consul. 10 Comitatus tibi neceffe est. Cic. de Fin. Id quidem est interdum neceffum. Sine substantiuis tum in nominatiuo, tum in accusatiuo vsurpantur. Vnde illa Neceffe est mori, Neceffe ferri legem: Neceffe habeo scribere: Mhi neceffe puto etiam aduersarijs prodesse: Neceffum est vendere, & alia similia. ¶ Neper per, T, inuenies apud Plin. lib. 3. c. 5. Neper apud Liu. dec. 3. lib. 3. ¶ Nequam est etiam indeclinabile, tribus generibus commune. Plaut. in Casin — seruo nequam, armigero, nihili, atq; improbo. Cic. 3. Verr. Sacerdotes exsecrabantur, quòd Verrem tam nequam reliquisset. Ibid. Alij negabant mirandum esse ius tam nequam esse Verrinum. Colum. lib. 3. c. 10. In ipsa matre nequam, hoc est in vite inutili. Sic numero multitudinis, Improbi, & nequam serui: Ancilla nequam: Iura nequam. ¶ Nil, & Nihil manifesta sunt. Nihili ponitur à quibusdam adiectiuum indeclinabile. Dicitur & fort. se melius esse genitiuus à nomine substantiuo Nihilum, vt de Mancipi paulò antè dicebamus. Vnde absq; censuræ formidinis quibuslibet vtriusq; numeri substantiuis adiungi potest, Homo, vel homines nihili: Mancipium vel mancipia nihili, &c. ¶ Opus, cum est adiectiuum, permanente semper eadem terminatione, nominibus substantiuis cuiuscumq; generis in vtroq; numero frequenter adiungitur: idq; in nominandi, & accusandi casibus (sicut & Neceffe) vt bo Est, aut Habeo interueniente, quod in Syntaxi videntum est. ¶ Pedom ait Phocas in casibus non habere varietatem: at qui cum alijs aliter sentientibus vocem hanc sex integris numeri singularis casibus donandam esse contenderit, haud refragator. ¶ Pondo semper in quacumq; signif. persiit immobile, nec vltra Veterum confirmatione opus est: quem admodum in adiectiuis Præsto, Tot, Quot, eorumq; compositis, Totidem, Quotquot, & Aliquot. Præsto autem nominandi, accusandiq; vtriusq; numeri casibus gaudet, sicut de nominibus Opus, & Neceffe iam diximus. Ceteris non video cur vterendum non sit, quando opus fuerit, vt si quis Orationem ita velit struere, Tibi præsto cum turmis auxiliariis expectanti quàm primum adero: & sic in alijs.

¶ Præneste Cic. 2. de Diu. Carnæadem dicere solitum nusquam se fortunatiorem, quàm præneste vidisse fortunam. Liu. bel. Pun. 3. Statua eius iudicio fuit præneste in foro statuta. Plin. lib. 36. c. 25. In Fortuna delubro, quod Præneste fecit. Præneste, is, fœm. est apud Virg. 8. Æn. Qualis eram cum primam actem præneste

Præste sub ipsa Stravi. — q Sinapi, sicut Capparî & Gummi, est indeclinabile Plin. lib. 20. c. 22. Sinapi, cuius in sativis tria genera diximus, Pythagoras principatum habere indicavit. Fœmininum est etiam in is, terminatum. Idē lib. 19. c. 8. Vfus ijs & cum lente, ac faba, vt lenitas excitetur acrimonia sinapis. q Tempe numeri tantum multitudinis esse, & indeclinabile supra ostensum est Schol. 10. cum de nominibus neutris, singulariq; carentibus ageremus. q Viris, i, Diomedes & Phocas in casus varios inclinandum putant: quibus Lucretij suffragatur auctoritas lib. 2. Ligit enim tetri supra primordia viri. Ibid. Contrectansq; suo contactus perdere viro. & lib. 6. Quod flueret naturali viro. — Cateri auctores solum casus in, Vs, frequenter vsurpant.

## Vocatio carentia.

**S**unt quinto spolianda gradu quæcumq; Rogandi 1  
 Mobilia, vt Quis? Qualis? Vter? q Priuatur eodem 2  
 Iure Relatiuum: ceu Qui. q Superadde Negandi 3  
 Quælibet, vt Nemo, Nullus. q Pronomina, demptis 4  
 Tu, Meus, & Noster, Nostras. q Hoc plurima tandem 5  
 Partitiua gradu careant, vt Neuter, Vterq;, Quisq; Alius, Quidam. q Sed Solus, Totus, & Vnus, 6  
 Et Quicumq;, Aliquis casum meruere vocandi. 20

**V**ocatio carent nonnulla, cuiusmodi sunt Interrogatiua: vt Quis? Qualis? Vter? 2 q Relatiua, vt Qui, que, quod. 3 q Negatiua, vt Nemo, Nullus. 4 q Pronomina etiam præter Tu, Meus, Noster, & Nostras, ferme vocandi casu destituuntur. 5 q Partitiua pleraq; vt Quidam, Vllus, Alius. 6 q Solus, Totus, Quicumq;, Aliquis, & Vnus, licet 25  
 inter Partitiua numerentur, non sunt tamen quinto casu fraudanda cum alijs nonnullis, que partitiue sumuntur aliquando: vt Omnis, Paucus: nec Comparatiua, atq; Superlatiua, quamuis interdum Partitiuorum naturam induant: vt Maior, Maximus.

De quibusdam vocatiuum interdum admittentibus. q Schol. 17. 30

**N**on omnia Partitiua vocandi casu destituuntur. Cur enim Omnis Vocatiuo priuatur? Aliquis etiam in illo Virg. Æn. 4. Exoriare aliquis nostris ex ossibus ultor. non video, cur vocatiuus non sit. Item in illo Plaut. Menech. — Erotium aliquis euocate ante ostium. In Merc. Aperite hoc aliquis. — Terent. Adelph. Aperite aliquis aditum ostium. Item in illo Ciceronis pro Flac. O nox illa, que pane æternas huic Vrbi tenebras attulisti. Et pauld inferius, O nonc illa Decembres, que me consule suistis: multo apertius etiam vocatiue dictum videtur. Tibull. lib. 2. eleg. 3. — mos precor ille redi. Ibid. eleg. 4. Jam mihi libertas illa paterna vale. Sil. lib. 8. — nunc dexteras mihi quisq; atq; illa referto, Que Marte exclusus promittere magna solebas. Verba sunt

sunt Annibalis ad milites. Idem lib. 9. Duce sibi quisq; viam capito. — Quid. in Ibin. Ipsaq; tu tellus, ipsum cum fluctibus æquor, Ipse meas Æther accipe summe preces. Quicumq; apud Stat. Theb. 10. Exclamat, cohibete gradum quicumq; sed hostes Esse pater. — Pise. lib. 5. ait Vnus, & Solus habere vocatiuum: & strumq; Veterum testimonijs ostendit, vt supra dictum est. Catull. Epig. in Egnatium, Tu præter omnes vne de capillatis, &c.

## Varijs casibus deficientia.

**V**T Iouis, atq; Precis Rectum, casumq; vocandi, 1  
 Sic Opis, atq; Vicis numero renuere priori. 2  
 q Æs, Mare, Thus, & Hiems, & Far cum Melle recusant 2  
 In numero Patrium, Ternum, Sextumq; secundo. 2  
 q His quoq; (Tolle Dies & Res) dabis omnia Quintæ. 2  
**T**antumdem in Recto, Tantidem Patrius existant: 2  
 Et Quartum assiduus Tantumdem amplectitur vsus. 2  
 q Cum Recto Quartum Instar habet, casumq; vocandi: 2  
 Quos etiam in numero Grates habuere secundo. 2

**Q**uatuor illa nominatiua, & vocatiua numeri singularis carent Ionis, 1  
 Ioui, Iouem, à Ioue: Precis, preci, precem, à prece: Opis, opi, opem, ab 1  
 ope: Vicis, vici, vicem, à vice. Numero plurali integra sunt. Genitiuus tamen hu- 20  
 ius postremi Vicum, aut Vicium non est in vsu. 2 q Æs, Mare, Thus, Hiems, 2  
 Far, & Mel: nomina item quinte declinationis ( præter Res, ac Dies, ) in geni- 2  
 tiuo, datiuo, & ablatiuo numeri pluralis sunt inusitata. 2

**R**ectū & Quintū habeant tantum sibi Iuppiter Exspes. 1  
 q Impetis, & Spontis dumtaxat, & Impete, Sponte, 2  
 Et Repetundarum, Repetundis flectere solum 2  
 In Patrio, & Sexto Veterum sententia cauit. 2

**D**at Rectum numeris, & Quintum Macæ Duobus. 3  
 Suppetiæ dat Suppetias, & plura recusat. 3  
 Quartum habet Infittias. Abeant Iussu, atq; Rogatu 4  
 Iniusu, Natuq; gradu contenta Latino. 4

**I**uppiter, atq; Exspes nominatiuum, & vocatiuum numeri singularis tan- 1  
 tum habent. 2 q Genitiuus Impetis, in numero singulari, & abla- 2  
 tiuus Impete, pro Impetu: item Spontis & Sponte in iisdem casibus: Repetun- 2  
 darum ab his Repetundis in numero plur. reperiuntur vsurpata. 3 q Ma- 3  
 cæ nominatiuum, & vocatiuum vtriusq; numeri retinuit, Macæ, & Macæ, plur. 3  
 Maci, & Maci. Suppetiæ nominatiuus, & Suppetias, accusatiuus numeri plur. 35  
 in vsu sunt tantum. 4 q Nonnulla vno solum casu contenta sunt, Infittias, 4  
 accusatiuo pluralis numeri: Natu verò Iussu, Iniusu, Permissu, Rogatu ablatiuo 4  
 singulari. q Promptu addi solet, sed in accusatiuo etiam reperitur. 4

## Adiectiua quædam Defectiua.

**M**Obilia in numero quædam neutrale secundo  
 Deferuere genus, quod in, A, dat norma: Superstes,  
 Ales, Hebes, Locuples, cum Sospiæ Pauper, & Vber,  
 Diues, Inops, Memor, & Supplex, Teres, atq; Tricuspis.  
 ¶ Plus neutrum, & Victrix, Vltix muliebria poscunt,  
 Vt fit in Appolitis, numeri genus omne secundi.

**A**Les, Superstes, &c. nominandi, accusandi, vocandi, terminatione  
 neutra in, A, pluralis numeri deficiunt. In reliquis verò casibus, vt  
 Alitum, Alitibus, ab Alitibus tribus generibus sunt communia. 2 ¶ Plus,  
 ris, in numero singul. neutrum est tantum: in plurali Plures, & plura adiecti-  
 num omnis generis. Victrix, icis, Vltix, icis, fæminina sunt in singulari: at in  
 plur. tribus generibus communia, vt nomina apposita seu adiectiua.

De Nominibus Defectiuis. ¶ Schol. 18. 15

**A**Leo idem est quod Aleator, quo, vt est apud Festum, vsus est Neuius, Pe-  
 fsumorum pessime, audax, ganeo, lurco, aleo. Solum nominatiuum, & voca-  
 tiuum habere traditur: sed non video, cur integrè insuetudinem non sit, non so-  
 lum in Recto, sed in obliquis etiam, vt Labeo, onis, quo vsi sunt Liu. dec. 4. lib. 3.  
 & Gell. lib. 13. c. 10. & 12. Idem dicendum de nomine Ganeo, quod M. Tull. & alij  
 frequenter in Recto numeri sing. vsurpant. Ganeonem quoq; in Orat. pro Sest.  
 inuenies, & Ganeones in accusatiuo multitudinis apud Varronem. ¶ Ales,  
 Diues, Hebes, Locuples, Teres, & cætera adiectiua carminibus contenta  
 positione neutra numeri multitudinis priuantur in nominatiuo, accusatiuo, &  
 vocatiuo tantum. Teretia Gell. vsurpauit: Hebetia Celsus. Apud alios non facile  
 reperias. Locupletia minus aures offendit. ¶ Ambages, is, immerito geniti-  
 uo multitudinis priuatur: licet enim non sit admodum sruasus, est tamen apud  
 Ouid. Met. 7. Immemor ambagum rates obscura tuarum. ¶ Cæterus, cæte-  
 ra, cæterum in masculina nominatiui terminatione rarum est. Cato de Re rust.  
 c. 22. Cæterus ornatus domi Pompeij emptus est. ¶ Daps, pis, Frons, dis,  
 Frux, gis, Nex, cis, nominatiuo spolianda non sunt. Daps existat apud Cat. de  
 Re rust. c. 132. Festus etiam lib. 4. exponit, quid Daps apud antiquos significa-  
 rit. Varro 1. de Re rust. Vnde frons ouibus, & bubus sit. Idem alibi, Alta frons  
 decidit. Frons etiam apud Q. Seren. in Recto non semel inuenies. Varro, Frux,  
 legumen, triticum. Auson. in Monosyl. Ante equidem campis, quàm spica sup-  
 peteret frux. Ibid. Sola venenato potu abstulit Annibalem nex. Cic pro  
 Mil. Latroni quæ potest esse iniusta nex? ¶ Dica reperitur in casu nominan-  
 di singularis numeri: & Dicam, ac Dicas in accusatiuo vtriusque numeri apud  
 Cic. err. 4. Item accusatiuus Dicam apud Plaut. in Aul. & Pæn. & Terent. in  
 Phorm. Ablatiuus Dica dicitur esse apud Auson. Reliquorum verò casuum  
 exempla

exempla desiderantur. ¶ Ditionis, accusatiuum tantum, & ablatiuum  
 habere voluerunt Phœas, & Diomedes. Genitiuus tamen Ditionis legitur apud  
 Tacit. & Claud. Datiuo vsus est Cic. 2. de Lege Agrar. Regna Decemuirum di-  
 tioni permissa esse dico. Gell. lib. 3. c. 19. Caput liberum alienæ ditioni subijciant.  
 ¶ Nominatiuo, & Vocatiuo vsurparis, & Criticus aliquis duorum insignium Gram-  
 maticorum opponat auctoritatem, dice eos quemadmodum in duobus casibus lapsi  
 sunt, sic etiam in reliquis errare potuisse. Eodem argumento non solum toto sin-  
 gulari, sed etiam plurali donandum esse, quemadmodum Natio, Munitio, & si-  
 milia, defendes. ¶ Es in numero sing. integrum est: at in plurali tres casus  
 habere solum nominandi, accusandi, & vocandi iam supra docuimus.

¶ Far etiam, Hæms, & Mæl, eodem modo declinantur. ¶ Exspes  
 nominatiuo tantum, & consequenter eius simili vocatiuo singularis numeri  
 contentum esse, conuers est omnium existimatio. In Recto existat apud Tacit.  
 Horat. & Ouid. Quos etiam solum Iupiter habere dicendum est. Qui enim, in-  
 quit, Probus, declinat, hic Iupiter, huius Iouis, potest & hic Phœbus, huius Apol-  
 linis: & hæc Minerva, huius Palladis declinare. ¶ Fors, ô fors, à forte, tres  
 tantum casus in vsu esse comperio, dum casus fortuitus significatur. Cic. de Diu.  
 lib. 2. Quid aliud fors, nisi cum sic accidit, sic euenit, &c. Vocatiuus, cum sit Re-  
 cto similis, exemplo non indiget. Liu. ab Vrb. 5. Nam forte quadam dictator inter-  
 uenit. Virg. 1. Æn. Forte sua, & c. Gell. lib. 16. c. 10. Forte quadam. Est etiam pro-  
 prium Fortune deæ nomen, eidemq; nomen, Fortuna, præponi consuevit, in qua  
 significatione toto numero singulari donandum est. Cic. Att. lib. 8. Quemcumq;  
 Fors tulerit casum. Liu. dec. 3. lib. 10. Ædem Fortis Fortune de manubijs fa-  
 ciendam locauit. Colum. lib. 10. Et celebres Fortis Fortune dicite laudes.  
 ¶ Terent. Phorm. O Fortuna, ô Fors Fortuna. — ¶ Grates habere tres nu-  
 meri multitudinis casus in, Es, finitos perspicuum est: nec est opus confirmatio-  
 ne, cum passim tam oratoria, quàm poetica inueniantur exempla. Genitiuus, Gra-  
 tis, in numero sing. dicitur esse: apud Cic. in Orat. Cum gratis causa nihil facias.  
 Sed, Gratiæ causa, in libris correctis inuenio. Ablatiuus, Grate, refertur etiam si-  
 ne Veterum testimonio. ¶ Hymen in sing. numero solet vsurpari, idq; in tri-  
 bus nominandi, accusandi, & vocandi casibus tantum. Vide quæ dicta sunt Schol.  
 14. in Gen. Nom. ¶ Impetis in genitiuo à Recto Impes inusitato. Lucret.  
 lib. 6. Inde ubi non potius nubes capere impetis auctum Exprimitur vis. —  
 In illo Sil. lib. 6. — stimulante dolore fuisse Impetis. — legitur à qui-  
 busdam Impetus. Impete in ablatiuis frequenter occurrit. Impetibus, in ablati-  
 uo pluralis numeri est apud Lucret. lib. 1. qui casus esse potest ab Impetus, us. Est  
 tamen duriusculus, sicut & datiuus singularis, Impetui, quo vsus est Seneca lib.  
 1. de Ira cap. 9. Quoties impetui est locus, &c. ¶ Inferias in accusatiuo plu-  
 rali frequenter offendes: in alijs difficulter. Festus eius significationem explicauit  
 in Recto. Inferias, inquit, sacrificia, quæ Dijs manibus inferebant. Totus tamen

¶ **Precis**, omnes vtriusq; numeri casus habet, præter nominatiuum, quæ  
 Prex esse debuit, & vocatiuum sing. numeri: nec indiget confirmatione. Geniti-  
 uus Precis admittitur vbiq; sine testimonio. Datiuo Preci vsus est Terent. tum in  
 Phorm. tum etiam in Andria. Precem in accusatio singulariter, vt Festus ait,  
 protulit Cato. Illud Plauti in Merc. — nunc oro per Precem. de Iouis filia  
 intelligendum est. Genitiuo plur. Precum Plin. lib. 8. c. 16. & Quint. lib. 3. c. 10.  
 vsi sunt. Prece cum reliquis sequentibus in frequentiori vsu esse manifestum est.  
 ¶ Plus numero singulari neutrum, plurali tribus generibus commune satis no-  
 tum est. ¶ Plus, ris, in numero plurali reperitur apud Plin. lib. 35. cap. 6. E-  
 retria [creta] vitilis ad deprehendenda pura. & lib. 28. c. 6. Contra aurium pura,  
 vermiculosq;. ¶ Quintæ declinationis nomina tribus casibus pluralis nu-  
 meri carere dicuntur, præter Res, & Dies: vt patet ex Declinat. Schol. 11. vbi  
 additum est Ciceronem in Topicis, Specierum, & Speciebus dicere recusasse, cum  
 tamen Latine dici posse non negarit. Facierum quoque dixit Cato teste Prif-  
 ciano. Quod etiam de reliquis intelligendum concluditur, in quibus, aliqua ratio  
 peculiaris, quare sint repudianda, non apparet, vt supra admonuimus.  
 ¶ Repetundarum, & Repetundis in genitiuo, & ablatiuo numeri plur. tan-  
 tum Latinitatis auctores vsurpare maluerunt. In vtroque subauditur aliquan-  
 do substantiuum: interdum exprimitur. Cic. pro Cluent. Clames te lege pecu-  
 niarum repetundarum non teneri. Quare potius participij casus dicendi sunt  
 illi duo, quam substantiuu. Deducuntur enim à participio Repetundis, E, littera  
 mutata in, V: quod ius sepe numero in verbis tertiæ coniugationis exercetur.  
 ¶ Ros integrum est: de singulari nemo dubitat. Accusatiuum pluralem inuen-  
 ies apud Cic. 1. de Diu. & Horat. 3. Carm. od. 3. Ablatiuo vsus est Plin. lib. 17.  
 cap. 24. Scabies gignitur roribus lentis post Vergilius. Sic Lucan. lib. 7.  
 ¶ Rus in vtroque numero recipitur, exceptis tribus illis casibus genitiuo, datiuo,  
 & ablatiuo numeri pluralis. Ruribus tamen Plin. Iunior in Epist. vsus est: quod  
 sufficit, vt integrè declinetur. Nam genitiuus, Rurium, non plus abhorret à Lati-  
 nitate, quam Murium, quo vsus est Plinius lib. 10. cap. 6. Vel Rurum, quam Cru-  
 rum, quo Virgil. 3. Georg. & Ouid. 11. Met. vsi sunt. Raris tamen parcius vten-  
 dum. ¶ Satiæ, satiatæ, pro Satietas, atis, vsurpatur in numero singulari.  
 Terent. in Hecy. — satias me iam tenet. Eundem Rectum inuenies apud  
 Sall. Liu. & Tacit. Accusatiuus effertur à Lucret. lib. 5. Nil (vt opinor) ita ad  
 satiatem terra ferarum, Nunc etiam senet. — Idem lib. 2. ablatiuo vsus  
 est. — sessus satiate videndi. & lib. 5. Cum satiate cibi. — Numeri  
 multitudinis exempla non legi. Satiæ, ei, eiusdem significationis est apud Sil.  
 lib. 4. in Recto: & Satiæ, in sexto casu apud Plin. lib. 8. c. 51. ¶ Specus, us,  
 quartæ declinationis integrum est: Specus verò tertij ordinis, & neutrum tres ca-  
 sus in, us, tantum numeri singularis habet. Dicitur & Specu, quæ omnia pro-  
 bantur Schol. 28. in Gen. Nom. ¶ Spons in Recto est apud Auson. in Mo-  
 nophyl.

no syl. Sponte, inquit, ablatiuu, casus quis rectus erit? spons. Genitiuo Spontis vsus  
 sunt Colum. lib. 9. cap. 4. Est enim satia, & altera sua spontis. Sic idem lib. 11.  
 cap. 3. Item Cels. lib. 1. cap. 1. Sanus homo, qui & bene valet, & sua spontis est,  
 nullis obligare se legibus debet. Legitur etiam genitiuus hic apud Varron. &  
 Gelium. Ablatiuus Sponte vsitatissimus est. ¶ Suppetiæ in Recto, & Suppe-  
 tias in accusatio numeri plur. in vsu tantum reperuntur. Plaut. Amph. Non  
 metuo, quin mea vxori late suppetiæ sient. Sic in Epid. Idem in Rud. Ferte  
 suppetias. — Sic apud eundem in Menæcb. Afferre suppetias. Hirc. bell.  
 Afric. Labienus fugientibus suis suppetias ire contendit. Ibidem, Oppidisq; sup-  
 petias profectus est. Sic apud eundem, Occurrere, Venire suppetias alicui.  
 ¶ Tabum, in recto casu legitur apud Quint. Ablatiuo Tabo Virgilius, & alij vsi  
 sunt. Genitiuo Lucan. lib. 6 — nigramq; per artus Stillantis tibi saniem. —  
 Datiuo Stat. lib. Theb. 9. — dulciq; nefandus Immoritur talo. — Ce-  
 teris casibus numeri singularis vti licebit, etiam si non occurrat exemplum. Nu-  
 mero tamen plurali à nemine donatur. ¶ Tantumdem in nominatiuo,  
 tantidem in genitiuo, & Tantundem in accusatio solum inuenio. Cic. 1. Tusc.  
 Vndique ad inferos tantundem via est. Idem Verr. 5. Ego tantundem, quantum  
 ille poposcerit? Senec. lib. 5. Controu. Tantidem redemi patrem, quanti à te re-  
 demptus sum. Plaut. in Pœnul. more adiectiuu nominis vsurpauit. Malo, inquit,  
 benefacere, tantundem est periculum, Quantum bono malefacere. — &  
 in Trucul. — tantundem dolum aggrediar. ¶ Thus, ris, omnes vtri-  
 usq; numeri casus habet, præter genitiuum datiuum, & ablatiuum pluralis nu-  
 meri, quibus solum exempla desunt, vt similibus æquiparentur. Quibus, qui vo-  
 let vti, ad analogie confugiat asyllum. ¶ Verberis, & Verbere, Genitiuus  
 nempe, & ablatiuus à Recto Verber inusitato probantur, vt supra adnotatum  
 fuit. Ablatiuus Verbere frequentissimus est. Genitiuus exstat apud Pallad. lib. 4.  
 Tit. 11. Sint [bones] maſueti, timentes hortamen clamoris, ac verberis. & Ouid. 14.  
 Met. Impavidus conscendit equos Graduus, & ictu Verberis increpuit. —  
 Restituendum est igitur illi ius à Grammaticis ademptum. ¶ Vicis, Vi-  
 ci, Vicem, à Vice in vsu sunt. Item Vices, Vicibus, &c. in numero multitudinis:  
 Liu. ab Urb. 1. Per speciem alienæ fungendæ vicis opes suas firmavit. Ibid. Ne sa-  
 cra regie vicis desererentur, flaminem Ioni acciduum sacerdotem creauit.  
 Quint. Declam. 6. Substituit vici cura sua propinques. Ceteri casus non egent  
 confirmatione. Solum enim hi duo male audiebant: & genitiuus Vicum, aut Vi-  
 cium, cuius exempla nondum in lucem prodierunt. ¶ Vicitrix, & Vlitrix  
 numero singulari feminina sunt, plurali verò omnis generis. Vide quæ dicta  
 sunt in Gen. Nom. Schol. 22. ¶ Vis nomen à Charisio lib. 1. per omnes casus  
 inclinatur. Hæc vis [inquit] huius vis, huic vi &c. Genitiuo vsus est etiam Tacit.  
 in Dialogo Oratorum. Quamquam in nulla parte librorum suorum pluralis ha-  
 beat, quam sanguinis. Item Vlpian. de Reg. iuris. L. 195. In vis publica, aut in vis  
 priuata

gubernata clymen incidat. Idem ff. lib. 4. Sed postea detracta est vis mentio. Ibid. in eundem locum mentio. Idem Pandect. lib. 48. Nk priuato postula i poterit. Hir-  
 t. de bu. Agr. Equitibus suis hostium vi oppositis. Quare duo hi casus resti-  
 tuentur in solidum, quibus diu iacuit in scholis in quo iure spoliatum.  
 § Vnus pro Opus in lecto per sepe reperitur, in alijs casibus nondum inueni.  
 Exempla nominatim ponuntur in Construct. Nom. Schol. 22.

## Varia declinationis, aut po- sitionis nomina.

**N**omina vel diuersas habentia positiones, vel sub vna, seu varijs termina-  
 tionibus ad diuersos ordines pertinentia non dicuntur Inequalia, sed à  
 quibusdam Abundantia vocantur. Ex quorum silua, quoniam inequalitatis suæ  
 varietate non solum ayscribis, verum etiam eruditjs interdum molesta sunt, &  
 negotium faciunt, quædam putamus adhibenda, quæ magis vsui profutura  
 viderentur: non vt tamquam cetera præcepta puris ediscenda proponantur,  
 sed vt ordine digesta, & repetita sepius, vt asyllum, abigendis dubitationibus ha-  
 beantur: & quæ sint minus vsitata, vel obsoleta, quæ verò vsurpata in tanta no-  
 minum cetera positiones, omnino non lateat. Plura curiosjs inuestiganda relin-  
 quimus. (lib. 5. c. 5.)

**A**brotonum, i. Pl. lib. 22. c. 21. Abrotomum duorū traditur generū. Sic Cels. 20  
 Abrotomus, i. Lucan. lib. 9. — sumoq; graue serpētibus vrūt Abrotonū.  
 Abydos, i. & Abydum, i. declinari posse dictum est Schol. 6. in Gen. Nom.  
 Acinus, i. Plin. lib. 15. c. 24. Differunt hedera, sambuci, acini.

Acinum, i. Colum. lib. 12. c. 39. Acina arida, aut vitiosa rejicere. (Nom.  
 Acus, acris, neut. & Acus, us, scem. pro tritici purgamento, vide Sch. 19. in Gen. 25  
 Adagiū, i. Plaut. Amph. Adagio, onis. Varr. 6. de Ling. L. & Auf. in Monosyll.  
 Admonitus, us, Admonitū, i, Admonitio, nis, apud Cic. in ead. signif. vsurpantur.  
 Affectus, us, & Affectio, onis, quosuis animi motus indicant apud Cic. & Quint.  
 Agamemnon, per, n, scribi solet & proferri. Agamemno, Stat. 1. Achilleidos.  
 Alabastrum, i. Cic. 2. Acad. Plin. lib. 21. c. 4. Virides alabastris. 30

Alabastrum, i. Mart. lib. 11. — Quod Cosmi redolent alabastra. —  
 Alcyon, onis. Vide sup. Sch. 14. in Gen. N. Alcedo, nis est apud. Plaut. in Pænulo.  
 Alluio, nis, pro Inundatione. Cic. 1. de Orat. Alluies, ei. Liu. dec. 1. l. 1. Col. 1. 3. c. 11.  
 Aluear, seu Alueare. Colum. lib. 9. c. 11. Alueariū. Varr. de Re rust. 1. 3. c. 2. & 16.  
 Amáracus, i. Virg. 1. Æn. — vbi mollis amáracus illum, &c. 35

Amáracum, i. Plin. 21. c. 22. Amáracum scorpionibus aduersatur.  
 Anchises, e, notum est. Anchisa, e. Virg. 3. Æn. & 6. Vide Schol. 2. in Declinat.  
 Angypertum, ti, Angypertus, tus, Angypertus, ti, in Declin. Schol. 1. inuenies.  
 Antidotum, ti. Plin. lib. 29. c. 1. Mithridaticū antidotū ex rebus 54. componitur.  
 Sic idē sepius. Antidotus, i. Gell. lib. 17. c. 16. Antidotus celebratissima, &c.

Apis, is, crebro dicitur. Vide Sch. 1. in Declin. Apes, is, placet Probo in Cat. Hol. N.  
 Apium, i. Horat. 1. Car. od. 36. Plin. lib. 19. c. 8. § Apius, ij, apud Pallad. lib. 5. c. 3.  
 Aplustre, is. Lucan. lib. 3. — validis aplustre lacertis, Enul sasq; rotant, & c.  
 Aplustrum, i. Lucret. lib. 4. Nauigia aplustris fractis obnitierendis.

5 Appetitus, us. Cic. Off. 1. Appetitus rationi obedient. ¶ Appetitio pro appe-  
 titu, idē 2. Acad. Appetitio, qua ad agendū impellimur. (præfat.  
 Appetētia, e, pro eod. Cic. 4. Tusc. Pl. 1. 20. c. 17. Ciborū appetentiā (animum)  
 Araneus, ei. Plin. lib. 10. c. 74. Librat araneus se filo. Sic idem sepius.  
 Aranea, e. Virg. 4. Georg. — Suspendit aranea casses.

10 Arcus, us, pro Iride per Quartam inflectitur plerumq; per Secundam raro.  
 Cic. 3. de Nat. Cur autem arci species, & c. Sic legitur in antiquis codicibus.  
 Sic Varro de Vit. Pop. R. lib. 3. Arci fessi pondere corruissent.

Areopagites, e, Cic. 5. Philip. § Areopagita, e, vulgò receptum est.  
 Argos in singulari frequens. § Argi, orum. Virg. Æn. 2. & 10.

25 Arteria, e. Cic. 2. de Nat. ¶ Arteria, orum. Lucret. lib. 4.  
 Attagen, Plin. lib. 10. c. 47. Attagēna Mart. lib. 2. Cōmunemq; duobus attagēna.  
 Auaritia, e, freq. Auarities, ei. Lucret. lib. 3. — auarities & honorū cæca cupido.  
 Auernus, i, masc. in singul. Auerna, orū, neutr. in plur. Vide in Anom. Schol. 11.  
 Bacchar, ris. Plin. lib. 21. c. 6. Bacchar radice odorata est.

20 Baccharis, is. Idem lib. 12. c. 12. Baccharis vocatur nardum rusticum.  
 Baculus, i. Ou. 2. Met. — baculumq; capit, quē spinea torū Vincula cingebat.  
 Baculum, i, ibid lib. 15. — baculūq; tenens agreste sinistra. Ita Sil. lib. 13.  
 Balteus, ei. Virg. lib. 5. & 12. Tacit. lib. 1. Hist. Balteos loco pecunie tradebant.  
 Balteum, i. Varro de Ling. L. lib. 4. neutrum dixit in num. singulari.

25 Liu. dec. 1. lib. 9. Aurata baltea illis erant. Sic Prop. lib. 4. & Iuuenal. saty. 9.  
 Baptisnus, i. Baptisina, tis, vsitata sunt in Sacris liceris, & apud doctores Eccles.  
 Baptisnū, i. D. Ambr. in ps. 118. Culpa cœpit, baptisnū cœpit. Sic idē sepius.  
 Beatitudo frequens. ¶ Beatitas apud Cic. 1. de Nat. sed minus vsitatum.  
 Blitum, i. Plin. lib. 20. c. 2. Blitum iners videtur, ac sine sapore.

30 Blitus, i. Pallad. lib. 4. c. 9. Hoc mense [Martio] blitus feritur.  
 Buccina, e, tritum est. ¶ Buccinum, i. Plin. lib. 11. c. 10. & lib. 9. cap. 10.  
 Buxus, i, pro arbore freq. ¶ Buxum, i, pro eadem, Virg. G. 2. Ouid. 3. de Art.  
 Care, e, indeclinab. Vide in Declinat. Schol. 7. ¶ Cærete, e. Valer. Max. lib. 1. c. 1.  
 Ceres, Cæretis. Virg. 8. Est ingens gelidum lucus prope Cæretis amnem.

35 Cærete, in ablat. pen. prod. dixit idem 10. Æn. Qui Cærete domo, qui sunt  
 Mintionis in aruis. Sed hic videtur adiectiuum.  
 Calamister, i. Cic. in Orat. Nec calamistri quidem adhibebuntur.  
 Calamistrum, i. Plaut. Curcul. — volfelle, pekten speculum, calamistrū meum,  
 Calcaneus, i, sine Veterum exemplis à viris eruditjs admittitur.  
 Calcaneum, i. Virg. in Moreto, — calcanea scissa rigebant.

- Callum**, i. frequens est. ¶ **Callus**, i. Cels. lib. 8. c. 8. *Rimas quoque ossis callus implet.*  
**Canister**, tri. Pallad. lib. 11. Tit. 17. *De salignis canistros fieri debere virgultis.*  
**Canistrum**, i. Ouid. 2. Fast. Stat. puer, & manibus lata canistra tenet.  
**Cánnabis**, is. Plin. lib. 21. c. 23. *Cánnabis in syluis primum nata est.*  
**Cannabum**, i. Pallad. lib. 3. c. 5. *Hoc mense cannabum seris. Sic idem lib. 4. c. 5.*  
**Capparis**, is, Cappari, i, & Cappar, ris, reperiri, dictum est in Gen. Nom. Schol. 13.  
**Carrus**, i. Cels. bel. Gall. 1. Inter carros, tragulasq; subiiciebant. Sic idem sapius.  
**Carrum**, i. Hirtius lib. 6. Pompeius carra complura retraxit.  
**Cassis**, dis, frequens est. ¶ **Cassida**, e. Virg. lib. 11. & Prop. lib. 3.  
**Cataracta**, e, apud Liu. bel. Pun. 7. ¶ **Cataractes**, c. Plin. lib. 1. c. 9. *Nouissimo* 10  
*cataracte [Nilus] non fluere creditur, sed ruere. Horum eadem videtur significatio, licet apud hos auctores diuersa significent.*  
**Cauterium**, i, pro instru. Plin. lib. 22. c. 23. ¶ **Cauter**, êris. Pallad. lib. 1. c. 43.  
**Cérasus**, i, pro fructu cerasi arboris. Pl. l. 15. c. 28. *Carne, & succo mora cōstāt, cute*  
*& succo cerasi. Huc illud Prop. l. 4. Hic dulces cerusos, hic autūalia pruna.* 15  
**Cérasum**, i. Plin. lib. 15. c. 25. *Cerasorum aproniāna maximè rubent.*  
**Chirographum**, i. Cic. Cassio lib. 12. *Eius chirographa defendimus?*  
**Chirographus**, i. Quint. l. 6. c. 4. *Interrogati, an in tabulis chirographus esset.*  
**Cingulus**, i. Cic. in Somn. Scip. *Cernis terram quibusdam quasi circumdatam*  
*cingulis, è quibus duos, &c.* ¶ **Cingulū**, i. Virg. 12. & Poëtæ alij frequenter. 20  
**Clypeus**, i, freq. ¶ **Clypeum**, i. Liu. dec. 4. lib. 4. *Clypea argentea decem. Ibid. Fuit*  
*clypeum vnum, &c. Et lib. 5. Clypea inaurata. Lib. item 8. Clypea crata.*  
**Cochlear**, aris. Colum. lib. 12. c. 21. & Celsus lib. 6. c. 14. ¶ **Cochlearium**, idem  
*ibid. & Plin. lib. 20. c. 22.* ¶ **Colchleare**, is, Mart. in Distichis. 25  
**Colluuius**, onis, & Colluuius, ei, passim inuenies.  
**Colocasia**, e. Plin. lib. 21. c. 15. *In Ægypto nobilissima est colocasia.*  
*Colocasium* Virg. Eclog. 4. *Mistaq; ridenti colocasia fundit acantho.*  
**Colostrum**, e. Plin. l. 28. c. 9. *Est autē colostrum prima à partu spōgiosa dēfitas lactis.*  
**Colostrum**, i. Mart. lib. 13. *De primo matrum lacte colostrum damus.*  
**Colus**, us, per Quartam. Plin. lib. 21. c. 15. *Colu antiquæ mulieres utebantur.* 30  
**Colus**, i, per Secundam. Ouid. Frastr. 5. *Discant & plenas exonerare colos.*  
**Cometes**, e, & Cometa, e, in vsu sunt: primum tamen magis vsitatum.  
**Cōmentarius**, i. Cic. in Brut. *cōmentarios quosdā scripsit rerū suarū. Sic alij sepe.*  
**Commentarium**, i, idem in Brut. *Non est oratio, sed orationis commentarium.*  
**Compages**, is. Cic. de Senect. In Recto Lucan. lib. 5. *Cōpages humana labat.* — 35  
**Compago**, inis. Ou. 1. Met. & in Recto Stat. 7. *Theb. Ferrea compago, &c.*  
**Cōcinitas** apud Cic. *Crebrò inuenies.* ¶ **Cōcinnitudo** semel apud eūd. 1. de Inuent.  
**Conclāne**, is vsitatum est satis. ¶ **Conclauis**, is. Curt. lib. 10. *Conclauem, in*  
*qua Alexander iacebat, asseruari iubet.*  
**Conclanium**, ij. Plaut. Aulul. — *conclanium mihi peruium facitis?*

Confinium

- Confinium**, i. Cic. Colum. Plin. ¶ **Confine**, is. Lucan. lib. 6. — *mundi con-*  
*sine latentis. Eodem vsus est Senec. 1. de Ira, cap. 8.*  
**Consortium**, i. Cels. lib. 7. c. 27. *Cum vesica (stomacho) quoddam consortium est.*  
*Est & in lib. ff. aliquoties.* ¶ **Consortio**, ònis. Cic. Off. 3. *Dissoluetur omnis*  
*humana cōsortio. Ita legit Non. Eodē vtitur Liu. dec. 1. lib. 6. & Plin. l. 9. c. 1.*  
**Contagio**, onis, frequentiss. ¶ **Contagium**, ij. Plin. lib. 4. *ad Minutian. Fœdum*  
*contagium reiecit. In plurali frequenter effertur à Poëtis.* ¶ **Contages**,  
*is. Lucret. lib. 4. Que eontage sua, &c. Idem lib. 6. eodem vtitur in plur.*  
**Corium**, i. Cic. 3. Verr. & Cas. 2. bel. Gall. ¶ **Corius**, i. Plaut. Pœn. — *inter-*  
*go meo tres corios contriuisi bubulos.* 10  
**Cornu**, u, freq. ¶ **Cornus**, us. Pl. l. 28. c. 11. *Cerui cornus cinis, &c. Sic idē sapius.*  
**Costus**, i. Cels. lib. 5. c. 3. *Mouent pus myrrha, costus, &c. Sic Lucan. lib. 9.*  
**Costum**, i. Prop. lib. 4. *Costū molle date. Sic Flor. 3. Car. od. 1. Cels. lib. 5. c. 5.*  
**Cossus**, i. Plin. lib. 11. c. 33. *Nec enim cossi tantum ex eo nascuntur.*  
**Cossis**, is, apud eūd. l. 30. c. 13. *Cosses, qui in ligno nascuntur, sanāt vlcera omnia.*  
**Crater**, êris. Ouid. 8. Met. *Sistitur argento crater* — *Sic & alij crebrò.*  
**Cratæra**, e. Cic. ad Mar. l. 7. *Craterarū tria millia. Sic Hor. S. 14. & Curt. l. 6.*  
**Crepūdia**, orū. Plin. lib. 11. c. 51. ¶ **Crepundia**, e. Plaut. in Cist. *de quibus iam sup-*  
*Crocus*, i. Virg. 4. G. — *crocumq; rubentem, Et pinguem tiliam, &c.*  
**Crocū**, i. Pl. l. 21. c. 10. *Crocū melle nō soluitur. Sic idē sapius, & Plaut. in Curc.*  
**Crystallus**, i, sām inuenies Schol. 20. in Gen. Nominum. ¶ **Crystallum**, i. Mart.  
*lib. 8. — nigrescunt vetulo crystallis salerno. Legitur & apud Stat.*  
**Cūcumis**, cūcumis. Plin. lib. 20. c. 1. *Ipsum cucumim nasci præcipiū in Arabia.*  
**Cūcumer**, cucumeris. Idem lib. 19. c. 5. *Semine cucumeris insito, &c.*  
**Cubitus**, i, pro parte bacchi. Cels. lib. 8. cap. 1. *Cubitus rotundus in extremo. Sic*  
*ibid. sapius. Vitruu. lib. 3. cap. 1. Cubitus est sex palmorum. Vnde vulgò pro*  
*mensura masculinè vsurpatur.* ¶ **Cubium**, i. Plin. lib. 7. cap. 2. *Æthyopas*  
*octona cubita excedere. Sic apud eund. crebrò. Sic Vitruu. lib. 10. c. 19.*  
**Culeus**, i. Plin. lib. 14. c. 4. *Septenos culeos singula iugera, &c. Sic Iuuen. Saty. 8.*  
**Culeum**, i. Varr. de Re rust. lib. 1. c. 2. *In singula iugera dena culea vini sunt.* 30  
**Cnpido**, & Cupiditas interdum idem significant. Horat. 2. Carm. od. 16. *Nec*  
*leuis somnos timor, aut cupido Sordidus aufert. Sic Senec. in Hippol.*  
**Cyrène**, es, Vrbs Libya. Sil. lib. 3. *Nec non Cyrene Pelopei stirpe nepotis, &c.*  
**Cyrene**, arum. Cic. pro Planc. *Cum tu esses Cyrenis.*  
**Cyperos**. Pl. l. 21. c. 18. *Cyperos iuncus est angulosus.* ¶ **Cyperū**, i. Col. l. 12. c. 10.  
*Adjici debent nardi foliū, palma, cyperū, &c. Sic Varro de Re rust. lib. 3. c. 16.*  
**Delphin**, nis, & Delphinus, i, in vtrāq; declinatione vsurpantur.  
**Denarius**, ij, freq. **Denariū**, ij, apud Scauol. Pand. lib. 31. *Sciat me debere denaria*  
*tria. Ibid. Proposita denaria tria. Plaut. Rud. Proposita centū denaria, &c.*  
**Descensus**, us, & **Descensio**, onis, tritissima sunt.

O. 2

Desidia

**Despectus, us, pro contemptu.** Auct. ad Heren. Despectui inimicis erunt expositi.  
**Despectio, nis, Cic. in Hort.** consolabitur humanarum rerum despectio.  
**Dictamnus, i, seu Dictāmus, herba est, de qua Cic. 2. de Nat. deor.**  
**Dictānum, i, Plin. lib. 26. c. 14.** Dictānum pota sagittas pelit.  
**Digressus, us, pro discessu.** Cic. de Senect. Digressio, nis, pro eodem idē ad Q. frat.  
**Diluuium, i, Plin. lib. 8. ad Macrinum, crebra diluuiā.** Diluuius, ei. Horat. Car. lib. 4. od. 4. Diluuiē minitatur agris. Sic idē lib. 3. od. 29. & Plin. l. 9. c. 4.  
**Dissensio, onis, pro dissidio apud Cic. saepe.** Dissensus, us, apud eundem. Post redit.  
**Dominetus, us, & Dominatio, nis, pro imperio frequentia sunt apud eundem.**  
**Duritia, e, Durities, ei, & Duritas, atis, apud eundem reperiuntur.**  
**Erulia, e, Colum. lib. 10. Plin. lib. 18. c. 1.** Erulium, i. Idem lib. 12. c. 12.  
**Essedū, i, Cic. Philip. 2. Vehabatur in essedo Trib. pleb.** Esseda, e. Virg. 3. G. Belgica vel molli melius feret esseda collo. Senec. ep. 57. Essedas trāscurrētes pono.  
**Euentus, us, Euentum, i, in utroq; num. v. sitata esse, ostensum est supra Schol. 10.**  
**Exscensus, us, Lin. bel. Pun. 2. Exscensu ē nauibus factō.** Exscensio, onis. 14  
 Ibid. 9. & dec. 5. lib. 4. Classis exscensionem ad populandum fecit.  
**Fasti, orum, Fastus, num, & Fastus, us, vide supra Schol. 8.**  
**Felis, is, Plin. lib. 6. c. 29. Felis aurea pro deo colebatur.** Feles, is. Plaut.  
 Perf. Sequere hac feles virginaria. Sic idē in Rud. Aufon. ad Pythagoram.  
 Feles nuper pullaria dictus. Sic Colum. lib. 8. c. 14. 20  
**Ficus, us, & Ficus, i, pomū significāt, de quibus in G. N. Schol. 19.** (sapius)  
**Fimus, i, freq.** Fimū, i. Pl. l. 29. c. 6. Tururis simū albugines extenuat. Sic idē  
**Frux, gis, Varr. & Auf. in M. Fruges, is. Quint. Decl. 17. Pecudi fuit lesa fru-**  
**Fulgetrū, i, Pl. l. 2. c. 54. Fulgetrū prius cerni, quā tonitrū audiri certū est. (ges.**  
 Fulgetra, e. Idem lib. 28. c. 2. Fulgetras popysmis adorare consensus est. 25  
**Galerus, i, & Galerum, i, admiuntur in Recto: sed masculinū magis probatur.**  
**Ganea, e, popinā significat. Cic. in Pison & Ganeū, i, Ter. Adel. Varr. apud Non.**  
**Gausape indeclinabile, & Gausapun, i, vide in Anem. Schol. 16.**  
**Geryon, onis, tritum est.** Geryones, e. Prop. lib. 3. & Ouid. Ep. 9.  
**Gibber, ris substantiuum. Plin. lib. 8. c. 45. Syriacis [bobus] non sunt palearia sed** 30  
 gibber in dorso. Sic Apul. l. 2. Florid. Inter scapulū, quod erat aucto gibbere.  
 Gibbus, i. Iuuenal. saty. 6. Gibbus, & acre malum. — Sunt hæc duo etiam  
 adiectiua, vt dictum est in Declinat. Schol. 3. Gibba, e. Suet. in Domit.  
 c. 4. Ferunt somniasse gibbam sibi ponē ceruicem auream enatam.  
**Gobio, onis, Piscis, de quo Plin. lib. 9. c. 57. Colum. lib. 8. c. 17. & Iuuen. saty. 11.** 35  
 Gobius, ij. Mart. lib. 13. Principium cœne gobius esse solet.  
**Gryphs, phis, Virg. Ecl. 8. Pl. l. 10. c. 49. Gryphus, i. Idē l. 7. c. 2. Mela l. 2. c. 1. &**  
**Gummi, i, & Gummis, is, vide in Gen. Nom. Schol. 14.** (lib. 3. c. 2.)  
**Hebdomada, e, Cic. Tyrone lib. 16. Ne in quartam hebdomadam incideres.**  
**Hebdomadis, Gell. Septuaginta librora hebdomadas dixit. In Sacris literis freq.**  
 Hebenus,

**Hēbenus, i, Plin. lib. 16. c. 40. Verustatem non sentiunt, cedrus, hēbenus, &c.**  
 Hēbenum, i. Virg. 2. G. — sola India nigrum Fert hebenum. Vbi Seruius,  
 Sanē & hæc hebenus, & hoc hebenum dicitur. Hic neutro vsus est.  
**Helleborum, i, Plin. lib. 25. c. 5. Album [helleborum] & in dulci datur. alibi sapius.**  
**Helleborus, i, Virg. 3. Georg. Helleborosq; graues, &c. Sic Colum. lib. 10.**  
**Hispalis, is, Mela lib. 2. In Batica Hispali, Corduba. Sic Plin. lib. 3. c. 1.**  
 Hispal, is. Sil. lib. 3. Et celebre Oceano, atq; alternis astibus Hispal.  
**Hyssopus, i, Cels. lib. 4. c. 4. Sumenda hyssopus cocta. Colum. in idem lib. 7. c. 5.**  
 Hyssopū, i. Plin. lib. 26. c. 15. Hyssopum suffocationes laxat. Sic Cels. lib. 6. c. 8.  
**Ilium, Virg. Æn. 2. Ilios Horat. Carm. 4. od. 9. Ouid. Met. 14.**  
 Impulsus, & Impulsio, in eadem significatione apud Cic. inuenies.  
**Incestus, us, Idē de Clar. Orat. Incestum, i. Idem Tusc. 4. & complures alij,**  
**Intybus, i, seu Intubus. Plin. lib. 20. c. 8. Intubi quoq; non extra remedia sunt.**  
 Intubum, i. Idem lib. 19. c. 8. Est & erraticum intubum quod cichorion vocat.  
**Inuolucrum, i, freq. Inuolucris, is. Iustin. lib. 18. Onera inuolucris inuoluta. Sic**  
 locus, i, masc. in sing. loci, vel loca, in plur. vide supra Sch. 11. (Plaut. in Capt.  
 Israelita, e, Israelites, e, Israelitis, dis, ecclesiastica sunt à recentioribus vsurpata.  
 Iussus, i, & Iussus, us, vide supra in Anomalis Schol. 18.  
 Iuuentus, is, pro ætate iuuenili freq. Iuuetā, e. Pl. crebrō, & Pœte frequētūs.  
**Laurus, i, freq. Laurus, us, Colum. lib. 6. c. 7. Catull. lib. 2. Ipse gerens laurus.** 20  
 Lichen, enis, freq. Lichenes, e, Plin. lib. 23. c. 2. Vtilissima [sapa] ad lichenas.  
 Lien, nis, & Lienis, nis, declinari dictum est in G. n. Nominum Schol. 14.  
 Ludius, ij, hystriōnem significat. Cic. pro Sejt. Ipse ludius, nec tuos ludos aspxit.  
 Ludio, onis. Liu. dec. 1. lib. 8. Ludiones ad tibicinis modos saltantes.  
**Lusus, us, & Lusio, onis, idem aliquando significant. Suet. in Calig. c. 41. Ac ne ex**  
 lusu quidem aleæ compendium spernens. Cic. de Senect. Nobis senibus ex lu-  
 sionibus multis t. los relinquunt, & tesseras.  
 Lupinus, i. Plin. lib. 22. c. 25. Lupini quoq; syluestres sunt. Sic Virg. & Ouid.  
 Lupinum, i. Plin. lib. 18. c. 12. Latent [legumina] cum decidere, sicut & lu-  
 pinū. Ita Cels. lib. 4. c. 17. Varr. lib. 1. c. 23. Lupinum cum necdū siliculā cepit.  
**Maceria, e, Cic. Tironi lib. 16. Nulla maceria, nulla casa.** 30  
 Maceries, ei. Colum. lib. 8. c. 15. Tota maceries opere tectorio lenigatur.  
 Manalus, i, & Manala, orum, idem significant. De his supra Schol. 11.  
 Margarita, e, frequens est. Margaritum, i. Tacit. de Vita Iulij Agric. Oceanum  
 gignit margarita. Vlp. Pand. lib. 19. Si margarita tibi estimanda dedero.  
**Materia, e, Materies, ei, crebra sunt.**  
 Medimnus mensuræ genus. Lucil. in Saty. Medimnum, i. Cic. Verr. 5.  
 Melicēris, idis, id est sanies mellis crassitudinē, & colorē referēs. Plin. lib. 21. c. 20.  
 Meliceria, e, idem lib. 20. c. 21. Cels. lib. 5. c. 26.  
**Mendū, i, Cic. Att. lib. 13. Librariorū menda tolluntur. Menda, e, crebrū apud Ou.**



**Modius**, ij, frequentiff. ¶ **Modium**, ij. Plin. lib. 18. c. 16. Præstant in iugera modita vicena. Hirt. bel. Afric. Tritici modia millia trecenta comportata fuerant. **Mollities**, ei, **Mollitia**, e, **Mollitudo**, nis, in eadẽm signif. vñitata apud Cic. **Monitum**, i, **Monitus**, us, **Monitio**, onis, viciffim vñsurpantur. **Mugil**, ilis. Plin. lib. 9. c. 62. Mugil, & lupus mutuo odio flagrant. **Mugilis**, mugilis. Iuuen. Satyr. 10. — & mugilis intrat. **Mulstra**, e. Colum. lib. 7. c. 8. Virg. Eclog. 3. ¶ **Mulstrale**, is. Idem, 3. Georg. **Mulstrum**, i. Hor. Epod. od. 10. — veniunt ad mulstra capelle. **Multipes**, edis, pro centipeda. Plin. lib. 22. c. 25. ¶ **Multi-peda**, e. Idẽ lib. 29. c. 6. & **Munditia**, e, freq. ¶ **Mundities**, ei. Catullus ad Furium. (alibi sapius. 10) **Mycena**, e, vñtis. Virg. 5. Æn. Argolicus mari deprehensus, & vñte Mycena. **Mycene**, es. Sil. lib. 1. ¶ **Mycena**, arum, in eadẽm signif. crebro. **Nardus**, i, **Nardum**, i, declinari posse dictum est in Gen. Nom. Schol. 20. **Natalis**, freq. **Natale**, is. Pl. 1. 4. c. 7. Musis natale in nemore Heliconis assignat. **Necessitas**, & **Necessitudo**, tum pro affinitate & coniunctione, tum pro vi, qua cogimur ad aliquid agendum, frequentia sunt. **Nenia**, e, scem. in vñroq; num. & **Nenia**, orũ, neutrũ in plurali tantũ, vide sup. **Nequitia**, e, freq. ¶ **Nequities**, ei, apud Hor. 2. Serm. S. 2. Illũ aut nequities, & c. **Notitia**, e, freq. ¶ **Notities**, ei, rarũ. Vitru. lib. 6. in Proãm. Notitiei parum est affecuta. Lucret. lib. 5. Notitias hominum diuis vñde infita primũ. 20 **Nouale**, is. Plin. lib. 18. c. 19. Nouale est quod alternis annis feritur. **Noualis**, is. Virg. G. 1. — tonsas cessare nouales. Idem neutro vitur Eclog. 1. **Occiput**, tis. Auson. in Epigr. Occipite caluo. ¶ **Occipitium**, i. Plaut. Aulul. — in occipitio habet oculos pessuma. Eodem vsus est Plin. lib. 18. c. 5. **Oestrus**, i. Plin. lib. 11. c. 16. Oestrus vocatur hoc malũ a plerisq; ¶ **Oestrum** vulgò declinatur, sed masculino tum Græci, tum Latini vsi sunt. 25 **Ostreum**, i, & **Ostrea**, e, reperies supra Schol. 10. **Panthæra**, e, frequẽs est. ¶ **Panther**, êris. Auctor Philom. Panther caurit, & c. **Palatum**, i, vñtitatiff. ¶ **Palatus**, i, rarum. Cic. 2. de Finibus, masculino vsus est. **Pánaces**, is. Cels. lib. 5. c. 27. Plin. lib. 26. c. 8. ¶ **Panax**, cis. Idem lib. 19. c. 12. **Panax** piperis saporem reddit. ¶ **Pánace**, ces, idem lib. 13. c. 1. 30 **Papyrus**, i, sam. frequens est. ¶ **Papyrus**, i. Plin. lib. 13. c. 11. Papyrus ergo nascitur in palustrilus Ægypti. Sic Cels. lib. 5. c. 28. **Pauo**, nis, frequentiff. ¶ **Pauus**, ni. Geli lib. 7. c. 16. Pauus è Samo, & c. **Paupertas**, & **Pauperies** vñtass. hoc tamen apud poetas frequentius. 35 **Pecus**, dis, & **Pecus**, nis, in eadẽm signif. sumuntur & notiffima sunt. **Penus**, us, **Quartæ** frequens. ¶ **Penus**, i, per Secundã apud Plaut. in Pers. & Trin. Vide Sch 30. in Gen. N. ¶ **Penus**, oris. Cic. in Top. Supellectilem, penus, & c. **Vlpian**. Pand. Et. lib. 33. An penore legato contineantur [cetera] queritur? **Penum**, i. Plaut. Capt. Dicam [seni] vt sibi penum aliud ornet. Sic Terent. Eunuch.

**Pergamus**, i, **Pergamum**, i, & **Pergama**, orum, vide supra Schol. 12. **Pileum**, i. Nonius ex Plauto. Te obsecro Lyde pileum meum, ni sedalis, mea salubritas. Valer. Max. lib. 8. Scruituti pileum ostentatum erat. Pers. Satyr. 5. — hæc nobis pilea donant. Sic Stat. Silu. 4. — pilea suta de lacernis. 5 **Pileus**, i. Plaut. Pileũ, quẽ habuit, diripuit. Gell. 1. 7. c. 4. Pileus impositus, & c. **Pinus**, us. Plin. lib. 17. c. 12. Stititicia pinus, quercus, ilicis. Virg. — Eclog. 7. — pendet fistula pinu. ¶ **Pinus**, i. Plin. lib. 16. c. 24. Pungentia [folia] pino. Ibid. c. 20. Non decidunt [folia] pinis. Sic idem sapius. **Pistrinũ**, i, frequẽs est. **Pistrina**, e. Plin. lib. 18. c. 9. Pistrinũ arũ opera laudatiffima. 10 **Planeta**, e, & **Planetes**, e, cũ è Græco fonte manarint, iure Latinis immiscuntur. **Plebs**, bis, freq. **Plebes**, ei. Cic. de L. Plebes, quos creauit, & c. Tacit. lib. 6. Otto tribunus plebei intercessit. Sic idẽ l. 13. & Sall. Plin. 1. 19. c. 4. Non licet plebei. **Pluteus**, i, freq. ¶ **Pluteum**, i. Vitru. lib. 10. c. 21. Collocatum erat pluteum, & c. **Pomus**, i, & **Pomum**, i, pro arbore poni ostenditur in Gen. N. om. Schol. 8. 15 **Porrũ**, i. Plin. lib. 20. c. 6. Porrum satiuum profluita sanguinis sinit in naribus. **Porrus**, i. Cels. lib. 4. c. 6. Porrus cum pullo gallinaceo coctus. Sic Mart. lib. 13. **Potus**, us, & **Potio**, onis, in ead. signif. satis vñitata. **Præneste**, neutrum indeclinabile, de quo supra Schol. 16. **Prænestis**, tis, scem. Virg. 8. Æn. — primã acie præneste sub ipsa Strauit. — 20 **Præsepis**, frequens est. ¶ **Præsepes**, is, apud Plaut. in Casin. Rud. Curcul. & Cas. de Re rust. c. 14. Vide Decl. Schol. 7. ¶ **Præsepium**, i. Apul. lib. 6. Met. **Præsepia**, e, dixit Plaut. in Curc. & Varr. de Re rust. lib. 1. c. 13. **Prætextus**, us. Suet. in Tiber. Omnium inimicitie hoc prætextu ad vos deferuntur. **Prætextum**, i. Idem in Cas. c. 30. Prætextum illi hoc fuit. Sic Senec. ep. 72. 25 **Proluuies**, ei. Virg. 3. Æn. de Harpyia. — sædissima ventris Proluuies. **Proluuium**, i, in sensu metaph. apud Terent. Adelph. Quod Proluuium? — **Pugillares**, iũ. Plin. ep. 6. ¶ **Pugillar**, ris. Aus. in notar. Eipatẽs pugillar expedi. **Pugillaria**, ium. Catull. de Acme. Et negat mihi nostra redditura pugillaria. **Punctum**, i. Cic. 2. Philip. Hoc punctum temporis, quo loquar. Sic Terent. Phorm. 30 **Punctus**, i. Plin. lib. 2. c. 68. He tot portiones terræ punctus. **Quasillum**, i. Tibull. lib. 4. Sit tibi cura toge potior, pressumq; quasillum. **Quasillus**. Festus, Calathos Græci, nos dicimus quasillos. **Rapum**, i. Colum. lib. 2. c. 10. Rapa locis humidis latantur. Sic Plin. lib. 18. c. 13. **Rapa**, e. Colum. lib. 11. c. 3. Rapa semina, & c. Sic Pallad. M. Febr. Tit. 14. 35 **Requies**, ei, freq. ¶ **Requies**, êtis. Cic. 2. de Leg. Ad Att. 1. & alibi sapius. **Retis**, is, frequentiff. ¶ **Retis**, is, apud Varronem, vt constat ex Declin. Schol. 7. **Rhenus**, i, ferè masculinẽ vsurpatur. ¶ **Rhenum**, i. Horat. in Arte. **Sabulum**, i. Plin. lib. 17. c. 4. Sabulum album infæcundum est. **Sabulo**, ðnis. Varr. 1. de Re rust. c. 9. Sabulo albus, & c. Colum. lib. 3. c. 11. **Rutilum** sabulonem probauerunt antiqui. Sic Pallad. lib. 1. Tit. 9.

*Sagum, i, vfitatum.* Sagum, c. Cato de Re rust. c. 59. Quotiescumq; sagam dabis et.  
*Saguntus, i, & Saguntum, i, supra in Gen. Nom. Schol. 8. inuenies.*  
*Sanctitas, Sanctitudo & Sanctimonia apud Cic. in ead. significatione.*  
*Sarcinum, i, freq. & Sarculus, i, Vlp. Pand. 33. Sarculi falces, & c. (chus.*  
*Sardonix, e, bis, freq. & Sardonichus, i, Iun. S. 13. — gemaq; princeps Sardony-*  
*Satureia, c. Plin. lib. 19. c. 8. Colum. lib. 11. c. 13. Satureia semen intermiscendū.*  
*Satureium, i, apud Mart. lib. 3. Improba nec profunt iam satureia tibi.*  
*Scorpio, onis. Plin. lib. 11. c. 25. Scorpius, i, Ouid. 4. Fast.*  
*Serobis, is, & Screbis, is, vide in Gen. Nom. Schol. 28.*  
*Segnitias, ei. Plaut. Trin. Segnitias mera est. Sic Virg. 2. Æn. Cic. 1. de Orat. 10*  
*Segniti, a, Idem de Claris Orat. Terent. in Andria.*  
*Sepes, is, & Seps, is. Ex obliquis colligitur utraq; nominatiui positio.*  
*Sestertius, i, freq. & Sestertium, i, in ead. sign. in numero sing. rarum. Plin. lib.*  
*33. c. 3. Placuit denarius pro X. libris æris, quinarius pro V. sestertium pro di-*  
*pondio, & semisse. Frequentius tamen Sestertium sestertios mille significat. 15*  
*Sinapis, is, & Sinapi, i, videnda in Gen. Nom. Schol. 13. Sinape, is, etiam de-*  
*clinant Colum. lib. 11. c. 3. Sinapraq; certandiū sua sede in mota permanet.*  
*Sinus, i, & Sinū, i, pro genere quodā vas, priori longa efferuntur. Primū est apud*  
*Plaut. in Rud. & Curc. secūdū apud Varr. 4. de Lin. 1. Vide Sch. 6 in Gen. N.*  
*Soracte, is, neutr. vide in Decl. Sch. 7. Soractis, is. Plin. lib. 7. c. 2. & lib. 31. c. 2. 20*  
*Sparta, & Sparte, es, vrbis que & Lacedæmon. Vnde Spartiata, c, & Spartiates,*  
*admittuntur, sicut & cetera similiter deriuata.*  
*Specillū, i, Varro de Lin. L. 1. 5. Hinc quo oculos vngimus, quibus spicimus specillū.*  
*Spicillus, i, Cels. lib. 8. c. 3. Spicillo significatur, qui de presus in id foramē, & c.*  
*Specus, us, quarti ordinis, & Specus neutrum tertij, & Specu, u, indeclinabile 25*  
*eiusdem gen. reperti probatum est supra in Gen. Nom. Schol. 28.*  
*Stacte, es, freq. & Stacta, c. Lucret. lib. 2. Sicut amaricini blandū stactesq; iliquorē.*  
*Stirps, is, freq. & Stirpes, is. Lin. lib. 1. dec. 5. Et quibus stirpes deesset, & c.*  
*Stragula, c, quicquid infertitur. Cic. 2. Verr. & Stragulum, i. Plin. lib. 13. c.*  
*11. Libro vela texunt necnon vestem, atq; stragula. 30*  
*Subgrūda, c. Varro de Re rust. c. 3. Subter subgrūdas, & c. Sic Vitru. lib. 10. c. 21.*  
*Subgrundiū colligitur à quibusdā ex illo Pl. 1. 25. c. 13. In subgrūdis nascitur.*  
*Suggestum, i. Cic. 5. Tusc. Cum in communibus suggestis consistere non auderet.*  
*Suggestus, us. Plin. lib. 34. c. 5. In suggestu rostra defixerat.*  
*Supparum, i. Senec. Epist. 78. pro velo, vel nauium insigni in num. plur. vfitatius. 35*  
*Supparus, i. Festus, At nunc supparos appellamus vela linca in crucē expansa.*  
*Symbolum, i, Signū, seu nota. Plaut. Perf. — symboū est inter herū meū, & tuū.*  
*Symbolus, i, in eadē signific. Plaut. Bacch. — offendit symbolū Quē tu-*  
*te deder. is. Idē Pseud. — similit symbolū. & Symbola, c, apud eumd. in Stichō.*  
*Syngrapha, c. Cic. pro Mur. & alibi sepius. & Syngraphus, i. Plaut. Asin. — ostēde*  
*quem*

*quem conscripsi syngraphum. Sic idē in Capt. & Syngraphū, i, ponitur etiā à*  
*quibusdā: sed ex obliquis non eruitur magis neutri, quā masc. generis positio.*  
*Tapis, us. Virg. 9. Æn. & alij complures.*  
*Tapetum, i, Virg. ibid. lib. 7. — pictūq; tapetis. Sic Plin. lib. 8. c. 48.*  
*Tapetium. Plaut. Stichō — fellas, & tapetia Aduexit. — Sic idem Pseud.*  
*Teutonus, i. Lucan. lib. 6. Cantaber exiguis, aut longis Teutonus armis. Sic Pl.*  
*lib. 4. c. 14. & Teuton, onis, à peritis etiā declinatur, vt Briton, Vascon, & c.*  
*Textrina, c, pro loco vbi textitur. Cic. Verr. 6. & Textrinum, i. Ibidem.*  
*Tiara, c, in vsu est apud Latines. Vide in Gen. Nom. Schol. 16.*  
*10 Tiara, c, Latine vulgō declinatur: nec vsus abhorret à similibus.*  
*Titan, anis, seu Titanus, i, vnde Titanes, & Titani, quos dijs bella intulisse fabu-*  
*lantur antiqui, apud Cic. 3. de Leg. & 2. de N. Senec. Her. Oct. Ouid. 3. Fast.*  
*Tōnitrū, u, & Tonitrus, us, freq. & Tonitruū, ij. Cels. ad Cic. 1. 8. Hic tibi fremitus,*  
*Trabs, bis, communiter declinatur. (clamor tonitruū,*  
*15 Trabes, is. Cic. 3. de Nat. Cæsa cecidisset abiogna ad terrā trabes.*  
*Trapetum, i. Colum. de Re rust. lib. 12. c. 50. Mola vtiliores sunt, quā trapetū.*  
*Trapetus, i. Cat. de Re rust. c. 22. Trapetus emptus est. Sic Idem c. 146.*  
*Trapes, etis, apud eumd. c. 18. Trapetibus locum dextra & sinistra.*  
*Tribula, c. Colum. lib. 12. c. 50. Est & organum erectæ tribula simile.*  
*20 Tribulum, i. Varro de Re rust. lib. 1. c. 52. Iumentis iunctis, ac tribulo.*  
*Valles, is. Vir. 11. — valles accommoda fraudi. & Vallis, is. Ou. 8. M. Cōcaua vallis erat.*  
*Vallum, i, pro munitione castrorum tritiss. & Vallus, i, in eadē sign. Cels. 3. bel.*  
*Ciu. Erat vallus contra hostē in altitudine pedū decē. Sic & Tibull. 1. Elegia.*  
*Vesper, ris, & Vespera, c, pro tempore vespertino frequenter accipiuntur.*  
*25 Vesper, ris, pro stella Veneris frequēs est. & Vesperus, i, pro eadē. Hor. 2. Carm.*  
*Vinaceum, i. Colum. lib. 6. c. 3. Vinacea, que de lora exprimuntur.*  
*Vinaceus, i. Cat. de Re rust. c. 25. Vinaceos quotidie recentes succernito.*  
*Vinacea, c. Idem apud Plin. lib. 17. c. 22. Addito paleis, vinaceas, & c.*  
*Viscum, i. Plin. lib. 28. c. 10. Si potum sit viscum, aut cicuta. Sic idem sepius.*  
*30 Viscus, i. Plaut. Bacch. Viscus merus vestra est blanditia.*  
*Vomer, eris. Virg. 1. G. Ingemere, & sulco attritus splendere vomer.*  
*Vomis, eris. Idem ibid. Vomis & inflexi primū graue robur aratri.*  
*Subiecta nomina vel significatione sunt diuerla, vel auctoritate clas-*  
*fica non probantur, nisi in altera terminatione tantūm.*  
*3) A Cus, us, & Acus, aci: Crusta, & Crustum: Fundus, & Fundum: Guttus, &*  
*Guttum: Sensus, us, & Sensa, orum, diuerla significant, quamuis affinia vi-*  
*deantur. Acus, us, instrumentum, quo sarcuntur vestes. Acus, aci, piscem signifi-*  
*cat. Crusta, c, id, quo queq; res textitur. Crustum verd frustum eorum, que come-*  
*duntur. Fundus rusticam possessionem: Fundum, i, imam cuiusq; rei ad liquorem*  
*continendum apta partem. Guttus, i, genus poculi, quo Veteres in sacrificijs vte-*

bantur: Guttum verò vasculum, in quo odorifera seruantur vnguentâ. Sensus animæ facultatem, qua res apprehendimus: at Sensus, orum, mente concepta. Xystus, ἵ, porticus ampla dicitur à Vitruvio, in qua athletæ exercentur: at Xystum locum ad deambulandum accommodatus. Cum tamen hæc duo apud Græcos idem significant, licet apud Latinos aliquid habeant discriminis, pro nihilo ducendum erit ab ijs, qui minimè sunt superstitiosi. ¶ In neutrali terminatione vsitata sunt Bacillum, Curriculum, Galbanum, Glomus, eris: Hibiscum, Scrupulum pro mensura, Thymum, Tignum. Eadem vulgò in vs, finita masculinè declinantur: sed Veterum non proferuntur exēpla. ¶ In vsu sunt Algor, Cauillatio, Cæmentū, Cerebrū, Clivus, Collū, Dorsum, Fames, Fretū, Frons, dis, Gelu, Guttur neutrū, Labiū, Meander, Mūdus pro ornatu, Nasus, Piléol<sup>9</sup>, Poculū, puteus, Quercus, us, Quæstus, us, Riētus, us, Scapula, e, Schema, atis, Scutū, Spica, e, Thebsaurus, Tributū, Tumultus, us, Vrcæus. Aliter etiā hæc apud quosdā auctores inueniuntur vsu patari: leog, nonnulla subijciā, nequis hereat, quoties in Veterū libris insolitas positiones offenderit: aut ignoret quid modo ritādū, quidue sit, cū opus fuerit, admittēdū. ¶ Algius, ἱ, pro Algore apud Lucr. lib. 3. Algius, us, pro eodē apud Plaut. in Rud. & Mostell. ¶ Cauilla, e, pro Cauillatione vsus est idem in Aul. Cauillum, ἱ, in eadem signif. ponit Festus. ¶ Cæmētā, e, Ennius apud Non. ¶ Cerebrus, ἱ, Plaut. in Mostell. ¶ Clivum, ἱ, Cat. apud Non. ¶ Collus, ἱ, Accius, Lucil. Cato, & Varro apud eūd. & Plaut. in Capt. & Amph. ¶ Dorsum, ἱ, Plaut. in Mil. ¶ Famis, is, Varr. de Re rust. l. 2. c. 5. ¶ Fretus, ἱ, Lucr. lib. 6. Enn. Lucil. Varro Gall. Fretu in ablat. dixisse Cic. Verr. 7. tradit Gell. ¶ Frondis, is, extulit Q. Seren. ¶ Gelum, ἱ, Lucr. lib. 5. & 6. ¶ Guttur, mascul. Plaut. in Aul. & Mil. Varro item Lucil. & Neuius apud Non. ¶ Labia, e, pro Labio Plaut. Neui. & Lucil. apud eumd. & P. Nigid. apud Gell. lib. 10. c. 4. ¶ Meandrum, pro flexuoso quodam picuræ genere, Festus. ¶ Mundum, ἱ, pro ornatu muliebri, Lucil. apud Non. ¶ Poculus, ἱ, Colum. lib. 12. c. 21. ¶ Puteum, ei, Varr. Gall. vt refert Nonius. ¶ Quæstus, ἱ, Plaut. in Pæn. Mostell. & Perf. ¶ Quercus, ἱ, Pall. l. 4. T. 7. & 8. Genit. Quercorū Cic. in Chiographia. ¶ Riētū, ἱ, Lucr. l. 5. ¶ Scapulū, ἱ, Apul. 2. Flor. ¶ Schema, e, Plaut. in Amph. 3. Scutus, ἱ, Turpilius apud Non. ¶ Spicū, ἱ, pro Spica Cic. in Arato, & Varro, vt idē Non. refert, vsi sunt. ¶ Thebsaurū, ἱ, Festus. ¶ Tributū, ἱ, Plaut. Epid. ¶ Tumultū, ἱ, idem in Pæn. & Terent. in Andr. ¶ Vrcæum, ei, Cat. de Re rust. c. 13. ¶ Sunt & alia quedam nominum positiones indubitatae, vt As, assis, Clathrus, ἱ, Conchylū, ἱ, Dipondius, seu Dupondius, Mappa, e, Lacus, us, Lampas, Lanus, ἱ, Minutia, Piléolus, Prestigia, arum, Ratis, is, Scobs, is, Torquis, is, Vebis, is, per tertiam vocalem. In alijs positionibus hæc ipsa nonnulli vtenda proponunt, Assis, assis, Clathrum, ἱ, Conchyle, is, Dipondium, seu Dupondium, ἱ, Lacus, ἱ, Lampada, e, Mappum, ἱ, Minuties, ei, Piléolum, ἱ, Prestigium, ἱ, Rates, is, Scobs, bis, Torques, is, Vebis, is, quorum exempla desiderantur: sed ijs inuentis, aut sine illis etiam vti licebit ei, qui sibi Recensiorum dictis acquirendum persuaserit.

# DE VERBORVM PRÆTERITIS, & Supinis.



**IMPLICIUM** Leges fermè coniuncta sequuntur. Hinc pauca excipiam, memori quæ mente repones. **V**erba composita suorum simplicium norma inflectuntur, vt Moneo, es, ui, itum: Admoneo, es, ui, itum, & sic in cæteris. Nonnulla excipiuntur, quæ ex regulis subsequentijs patefient. At illa varietas, quæ cernitur in compositis, in quibus simplicium integritas non seruat, quòd in compositione fiat mutatio literarum, vt in his, Damno Condemno, Placeo Displiceo, Lædo Collido, Audio Obedio, & similibus, vsu potius, quam præceptis addiscenda est. De mutatione verò literarum, quæ fit in præteritis, ac supinis, in fine pauca dicenda sunt.

De immutatione literarū, quæ fit in cōpositione. ¶ Schol. 1.

**I**n verborum copulatione aut verbum, & præpositio manent integra, vt Concurro, Adiangō: aut vtrumq; corrumpitur, vt Colligo, Allido: aut præpositio manet integra, corrupto verbo, vt Excido Déprimo: aut contra vtrumque manet integrum, corrupta præpositione, vt Collido, Compono. Qua de re agit Diomedes lib. 1. Donatus 2. Editione. Prisc. lib. 8. Illi bipartitam aiunt esse Verbi figuram: sunt enim Verba aut simplicia, aut composita. Hic addit Decomposita verba, quæ nimirum ex verbis iam compositis rursus componuntur, vt Repercutio, Subinuido. Cic. in Orat. Quintil. lib. 1. c. 7. Gell. lib. 2. c. 17. nonnulla etiam de hac compositione scripserunt. Primum quanta maxima potero breuitate dicam de verbis, quæ in compositione corrumpuntur: deinde de ipsis præpositionibus. ¶ **A**, in **E**, mutant composita ex verbis Damno, Halo, Lædo, Mando, Patro, Sacro, Tracto, Arceo, Carpo, Fallo Farcio, Gradior, Parior, Partior, Scando, Spargo: vt 30 Condemno Anihelo, Delecto, Commendo, Impetro, &c. Pauca admodum retinent, A, vt Amando, Demando, Exhælo, Inhælo, Désacro, Effarcio, Infarcio. Cæsbel. Gall. 7. Ea intervalla grandibus saxis effarciuntur. Sed Plaut. Mostell. act. 1. per, E, protulis. Este, effercite vos, saginam cedite. Infarciuntur Plin. lib. 35. c. 14. Infarcito Colum. lib. 12. c. 93. Ex Partio fit Impartio, & Impertio: à Tracto, Pertracto, Retracto. Contra tent dixit Plin. lib. 13. c. 23. Sed hæc, & alia id genus vsu discenda sunt. ¶ **A**, in **I**, quæ fiunt ex verbis Amico, vt Inimico, & Inimicor, aris: Maneo, adiunctis præpositionibus, **E**, **In**, **Præ**, **Pro**: Taceo, Placeo, Habeo, Lateo, Fateor, & ex Lacio verbo prisco composita, vt Allicio, Elicio: lacio, Facio, Sapio, Rapio, Capiō, Cado, Ago, Frango, Tango, Pango, Cano, Salio, Statuo. Excipe Complaceo, Perplaceo, Sublateo, Pérago, Circumago, Sátago, Dege.

Cogo, Depango, Repango: & composita ex Facio, si ex verbis componantur, vt Tepefacio, Calefacio. Itemq; Interfacio, & Praefacio, Superfacio, quae maxime in prima positione, A, retinent. Tacit. lib. 2. Nam plerq; Latino sermone interfaciebatur. Colum. lib. 8. c. 17. Mox praefaciuntur in gyrum moles. Idem lib. 2. c. 1. Folia superfaciebantur. Valer. lib. 2. c. 1. in fine: Coniugis se flammis superfacit. Idem lib. 3. c. 2. Vt ardentibus telis superfaceretur. Idem lib. 9. c. 2. Infantes alios superfacios pilis excipi iussit. Interfacio in alio significato, quam Interfacio, à Liuii vsurpatur bel. Pun. lib. 5. ¶ A, in V, quae ex verbis Quatio, Salto, Calco, Scalpo, vt Excursio, Insulto, Inculco, Insculpo, & vnum ex Capio, Occupo, as, si Grammaticis habenda est fides: nam Occipio à Capio fit: Occupo videtur potius ex verbo obsoleto Cupo compositum. Diomedes lib. 1. docet Scalpo, non Sculpo dicendum esse, & gemmam scalptam, non sculptam, adiecta tamen praepositione Insculpo, & Insculptam gemmam dicendum esse. Phocas tamen & Scalpo, & Sculpo posuit inter verba, quorum praeterita exeunt in Pfi. Prisc. lib. 10. tum scalptum, tum sculptum à praeteritis scalpsi, & sculpsi posuit. Recalcare per, A, Colum. lib. 2. c. 2. vsurpauit. Si velis (inquit) ferobibus egestam hamum recodere, & recalcare, &c. ¶ E, in I, quae ex verbis, Tenseo, Emo, Sedeo, Regeo, Lego, is, Premo, Specio verbo prisco, vt Afficio. Excipe Cœmo, Superfedeo, Circūfedeo, quod etiam Circūfideo dicitur, sicut etiam Perfedeo, vel Persideo. Allego, is, Interlego, Pérlego, Praelego, Rélego, Súblego, Translego, quo vitur, Pallad. lib. 3. T. 23. de malo arbore & lib. 7. Plautus etiam Asin. Age queso mi hercle trāslegge. Délego pro Deligo dixit Solin. c. 23. Oratorum potius, quā vsui deleguntur. Id est gēma pontica. ¶ V, in E, breuis mutat Détero, Pétero à Iuro. Deituro apud Plaut. aliquoties reperitur: Perituro non solum apud eundem, sed etiam apud Horat. 2. Sermon. Saty. 3. — quare si quiduis satis est perituras, surripis, aufers Vndiq; — Et apud Ouid. perituras deos. Cetera semper V, simplicis reuinent, vt Adiuuro, Coniuuro. ¶ Nonnullae diphthongae etiam in vocales migrant. ¶ A, in I, longum mutant quae sunt ex verbis Cado, Lado, Quero, Vt Concido, Allido, Exquirō. ¶ Au, in O, quae ex verbo Pludo, vt Explodo, Cōplodo, Supplodo. Excipe Applando. Plodo apud Priscos pro Plando dicebatur. Vide Diom. lib. 1. ¶ Au, in V, quae ex Claudio, Vt Excludo, Concludo: vel sunt à Claudio: nam vtroq; modo dicitur. ¶ Au, in E, longum vnum mutat compositum ex verbo Audio, Obedio. ¶ De compositis, quae mutant A, in I, suo, E, in presenti, & vocales alias assumunt, aut easdem retinent in supinis, agendum inferius. ¶ Ex praepositionibus quaedam interdum partem submittunt: Con, enim sequente vocali literam, N, abijcit, vt Cōcino, Cōherero, Cōopto, Cogo, in quorum postremo etiam, A, verbi simplicis exitum est, Ago, Cogo, vel potius, O, & A, in O, longum coeulerunt. Quidam ex Recentioribus hic praepositionem, Cum, esse putat, non Con, & literam, M, cum vocali praecedente fuisse exitam. Verum Quintil. lib. 1. c. 3. Con esse docet in simili verbo, non Cam: frequenter autem inquit,

inquit, praepositiones quoq; copulatio ista corrumpit, inde Abstulit, Anstigit, Anstifit, cum praepositio sit, ab, sola: & Con, est sit praepositio Con, sic Ignauus & Enstipri. Ibidem cap. 6. Inherent tamē quidam molestissima diligente peruersitate, vt Audaciter potius dicant, quā Audacter, licet omnes Oratores aliud sequantur: & Emicauit, non Emicuis, & Conire, non Coire. Nō dixit Quintil. vt vides, Cumire, sed Conire. Lege Gell. lib. 1. c. 17. ¶ Ab, in Amitto, B, amisit, vt, ex Quintil. modo vidisti. ¶ Ob, in Omigro, Operio eandē amisit. ¶ Ad, V, in Aperio, & in verbis, quorum prima est, S, litera, vt Afficio, Ascendo, Asto: quidam tamē, maxime antiquarij, malūt Adspiro, Adsto, scribere. ¶ Trās duas vltimas literas serē abijcit, si verbis adiungatur, quorum prima est, D, vel, L, vel, N, vt Tradō, Traijcio, Trano. Legitur & Transō Transduce, Transiulus, Transno apud idoneos auctores. Transiaci apud Solin. cap. 65. & Tramiteba apud Cui. Transiit, & Transissus apud Tacit. Traiectus apud Plin. Tralucens apud eundem, lib. 36. c. 35. item lib. 37. c. 6. Trauceant. & apud Lucret. ¶ Tralouor, Tramitto, Tralolo apud Plaut. in Pers. Tuas impuritas tralouor nemo potest. Et in Epid. Mibi illam vt tramittas. Ibid. Tranolauerūt [armā] ad hostes. ¶ Tralatus quē in vsu est, ac Translatus. Gell. lib. 10. c. 9. Tralata sunt ab ipsis rebus, quae ita proprie nominantur. ¶ Abs in Apporto, B, abijcit, vt Prisc. lib. 2. docet. ¶ Quaedam literam aliquam adsciscunt euphonic cause: sic Prae, & Re, sequenti vocali, D, interceptiunt, vt Prodeo, Prodigio, Rédamo, Redeo, Redimo. Redoleo: ¶ Am, B, vt Amburo Ambio Ambigo. ¶ Quarumdam vltimas consonantes sunt similes primis verborum, quibus adherent. Sic Ad, mutat, D, in, c, f, g, n, p, r, s, t, vt Accipio, Afficio, Aggredior, Aliudo, Annumero, Appono, Arredo, Assideo. Attingo. ¶ Ob, in b, c, f, g, p, vt Obbibō, Occurro, Offūdo, Ogganō, Oppeno. ¶ Sub, B, in, c, f, g, m, p, r, vt Succurro, Sufficio, Suggero, Sūn-ito, Sūppetō, Surripio. ¶ In, & Con, sequentibus, l, n, r, in easdem migrant, vt Illudo, Inuitor, Irudeo, Cōlligo, Connecō, Corripio. ¶ Interdum tamen maxime apud antiquarios repriuntur integre praepositiones, vt Adfero, Adfideo, Adnitor, Adcreresco, Cōrādo, Cōloquor, Inlicio. ¶ Sub, sequente, m, serē manet integra, vt Submitto, 30 Submoueo, Submergo. Quidam tamen malunt Summito scribere. In Verbo Agnosco, d, abijcitur, & in Cognosco, n. Vide Diom. lib. 1. nā Veteres Gnosco, gnōni dicebant. Idem sentit Prisc. lib. 2. Est, inquit, quando, N, principalis syllabae ante se assumit, g, vt Natus Gnatū, Notus Gnetus, atq; inde Ignotus: Nofco, Gnosco, noui gnōni. Idem tamen lib. 1. ait, N, mutari in, g, vt Ignosco, Ignauus, 35 Ignotus, Ignarus, Ignominia, Cognosco, Cōgnitus. Sed sententia incertus subiungit. Potest tamen in quibusdā eorum etiam per concisionem adempta, N, videri: quia in simplicibus quoq; potest inueniri per adiectionē, G, vt Enatus Gnatrus. Quidam ex Recentioribus à verbo Graeco γινώσκω putat γινώσκω Gnosco factum. Fortasse videar tibi nimitum grammaticus: audē de eadem re principē Oratorum in Oratore, Noti, inquit, erant, Nani, & Nari, quibus cum In, pra-

poni oporteret, dulcius visum est Ignoti, Ignavi, Ignari, dicere, quam ut veritas postulabat. Quintil. in eadem est sententia: lege locum, quem paulo ante attulimus. Sed redeamus ad reliquas prepositiones. ¶ Inter, si Grammaticis creditur, mutat in, l, preposita verbo Lego, Intellego quasi Interlego. ¶ Per, aucta verbo prisco Lacto genuit Pellicio, quod & Perlicio, aliquoties apud Liu. legitur: unde Perlecto, as, frequentatiuū: nē Pelluce: quod & Perluceo dicitur. ¶ Quædam vltimis consonantes mutant in diuersas ab ijs, quibus preponuntur, sic Con, In, preposita literis B, M, P, mutant, N, in M, vt Comēto, Committo, Compono, Imbibo, Immitto, Impono. Aliquando interponitur, B, vt Combūro. Interdum, N, migrat in, M, nulla harum trium literarum interposita, vt Comēdo. ¶ Ab preposita verbis Fugio, & Fero, B, mutat in, V, aufugio, aufero: huius prepositionis meminit Cic. in Oratore. ¶ Ex, preposita dictioni incipienti à Vocali, aut Consonantibus, c, p, q, s, t, manet integra, vt Exaro, Exōro, Excurro, Expono, Exquiro, Exsuscito, Exscribo, Extenuo. Preposita, f, in eadem ferè migrat, vt Efficio, Effunao: ante ceteras consonantes locum habet, E, vt Educo, Eludo, Emitto, Enarro, Eripio, Eruo, Eubo, Eycio. ¶ Dis, & Di, idem significant, vt inquit Priſc. lib. 14. Vt Ab, & Abs. Dis preponitur verbis incipientibus à literis, c, p, q, s, t, & i, consonante, vt Discūbo, Dispono, Disquiro, Dissoluo, Dissideo, Distrabo, Dissycio, Dissungo: reperitur apud Cic. & Dionysio, ad Att. lib. 7. Redeamus domum diiungere me ab illo volo. Et 2. de Diuinat. Iumenta diiungere. Excipe Dijudico. Cum verò litera, F, preponitur, in eadem migrat, vt Dissundo, Dissido. Ceteris consonantibus preponitur Di, vt Diduco, Diligo, Dimico, Dinumero, Dirigo, Dirumpo. Terent. Adolph. Dirumpor ait: quo verbo videntur homines vehementer irati. Vbi tamen Dirumpor legunt quidam. Diffraro est apud Columel. lib. 4. c. 32. ¶ Am, prepositio Græca (facta enim est ex *αμφι*, de qua in Rudimentis egimus) cum dictionibus incipientibus à Vocalibus, a, e, i, u, preponitur, B, euphonia causa intercipit, vt Ambages, Ambeſus, Ambigo, Amburo: cum verò consonantibus, h, q, mutat in, n, vt Anheło, Anquiro: cum p, manet integra, vt Amputo. Hactenus de verborum compositione: neq; enim putauit eam vsui omnino committendam, qui quamuis sit optimus magister, à paucis tamen, vt par est, colitur, & à plerisq; in medio cursu deseritur. Deinceps de præteritis supinisq; agendum est. Præteriti vocabulum sæpe inuenies apud Varronem, nonnunquam apud Quintil. lib. 1. cap. 6. Quia, inquit, prima positio Paciscor cum haberet naturam patienti, faceret tempore præterito pactus sum. Eodem c. Quod verbis etiam accidit, vt Fero, Tuli: cuius præteritum perfectum, & Pterius non inuenitur. Obiter locutionem notabis, Amo facit tempore præterito amaui. Sic Probus de Catholicis verborum solet loqui. Supini necem nondum inueni apud Varronem, Quint. Gell. & reliquos huius classis. Probus, Phocas, Diomedes de præteritis verborum tantum egerunt. Priscianus de verisq; copiosissimè. Quid Supinum apud Probum, Phocam,

Phocam, Diomedem, Donatum significet, inuenies in Supini rum declinatione, tum constructione.

- C** Vm geminat primam Simplex, Composita priorem Præteriti amittunt. ¶ Expellitur inde Repungo: Quodq; Bibo genuit, Sto, Do, cum Poscere Disco. ¶ Præcurro primam geminat, vel omittit eandem.
- C** Vm verba simplicia primam præteriti syllabam geminant, composita priorem abijciunt: vt Cado cecidi, Concido concidi: Spondeo spondeo: Respondeo respondi, Tendo tetendi: Extendo extendi. 2 ¶ Excipitur Repungo, quod syllabam à suo simplice geminatam retinet: vt Pungo pupugi, Repungo repupugi. ¶ Eandem seruant composita à verbis Bibo, Sto, Do, Posco, Disco, quorum præterita sunt bibi, steti, dedi, didici, poposci, vt Ebibo ehibi, Conſto conſtiti, Edisco edidici, Reposco repoposci. 3 ¶ At Præcurro vtrumq; habet præcurri, & præcurri.
- P** Ræteritis orbata, simul sunt orba supinis, Qualia sunt Glisco, Sâtago, Reminiscor, & Aio, Mæreo, Diffiteor, Vergo, Furit, Hifco, Fatifco, Ambigo, Quælo, Aueo, Ferio: tum Polleo, Vado, Tum Vescor, Liquor, Medeor: quibus addito Ringor.
- D** e verbis primam in præterito geminantibus, & alijs præterito & supino carentibus. ¶ Schol. 2.
- G** Eminare primam intelligendum est, cum præcipua consonans, que fuerit in prima syllaba presentis, geminata reperietur in præterito cum eadem, vel cum alia vocali: in polysyllabis quidem in penultima, & antepenultima, in dissyllabis verò in vltima & penultima, vt Tondeo totondi, Cado cecidi, Do, Dedi. Polysyllaba vnam syllabam ex geminatis ante primam presentis apponunt, que manet in præterito: in dissyllabis verò sufficit, vt præcipua consonans presentis, qualis est, T, in verbo, Sto, geminata reperietur in præterito cum aliqua vocali, vt Steti. Licet in vtrisq; non aurescat vlla syllaba supra numerum syllabarum presentis temporis, vt Mordeo, momordi, Bibo, bibi. Si enim opus esset, vt præteritum vna syllabâ primam personam presentis superaret, Flo, as, No, as, Amo, as, & alia complura huc spectarent, quibus vna syllaba accrescit in præterito, Flauī, Naxī, Amaui, cum tamen à norma reijciuntur. Nec etiam opus est in dissyllabis: vt syllaba accrescens apponatur ante primam presentis, ne reijciamus, Steti, ac Dedi que communi consensu inter geminantia recensentur: quorum præterita, si communis regula seruaretur, esse debuisset Stauī & Dauī, Ti, enim vltima in Steti, & Di, in Dedi, que accrescunt, adduntur vltra primam presentis, Sto, & Do, quibus Ste, & De respondent in præteritis: Diximus in geminatione præcipue consonantis (que Characteristica appellari potest) habendam esse rationem, quia, S, quando duas consonantes in eadem syllaba præcedit, suo modo

do liquefcit, & quafi vim conſonantis amittit, vt lib. 3. dicitur, cum de figura  
 Ectipſi agendum erit. Vnde præcipua cenſeri non debet. ¶ Prifci Latini ſo-  
 lebant pepoſci, memordi, pépugi, cecurri, ſecunda litera per, E, ſcribere more  
 Græcorum, qui ſuum παρὰ αὐτῶν, hoc eſt præteritum perfectum hoc modo au-  
 gent, παρὰ, ὑπερβα. M. Tullius, & C. Cæſar, vt Gellius inquit lib. 7. cap. 9.  
 memordi, pépugi, ſpepondi dixerunt. ¶ Nonnulla compoſita à verbo Cur-  
 ro veròq; modo effentur. Senec. Contr. lib. 4. Præcurri imminuto uſus eſt.  
 Itaq; præcurri rogaturus. Item Valer. Max. lib. 5. cap. 6. Verùm hoc pactum  
 duo fratres Karteginenſes perfidia præcurrerunt. Sic idem lib. 7. cap. 4.  
 & lib. 3. in initio. Cæſar bel. Ciuil. 3. Sed eò fama iam præcurrerat. Et Liu. ab  
 Urb. 8. Præcurrerant enim ab Urbe, qui nunciarent. Præcurri tamen uſitatus.  
 Accurro, Concurro, Decurro, Diſcurro, Excurro, Occurro, Percurro, primam in-  
 terdam geminant. Plin. ad Voconium lib. 2. Epift. 1. Sic ad omnes honores meos  
 ex ſceſſibus adcurrit. Suet. in Ner. c. 11. Noſſimus eques Romanus elephanto  
 ſuperſedens per catàdromum decucurrit. Cæſ. bel. Gal. 2. Ad cohortandos mili-  
 tes, quam in partem ſors obtulit, decucurrit Sic Plin. ad Trai. Ep. lib. 10. & Tac.  
 lib. 2. Senſe. Epift. 91. Ante quam auaritia, & luxuria diſſociare mortales, ad  
 rapinam ex conſertio diſcucurrere. Plaut. Bacchid. Cùm ſe excucurriſſe illuc  
 fruſtra ſciverit. Idem Moſtel. — primus qui in crucem excucurrit. Liu. 2.  
 ab Urb. Cùm plures igni, quàm ferro armati excucurriſſent, cade, incendioq;  
 cuncta complent. Suet. in Galba. c. 18. Cùmq; exterritus luce prima ad expian-  
 dum ſomnium, Tuſculum excucurriſſet, &c. Plaut. Mercat. — illico Occucur-  
 ri, atq; interpeſto, matre, &c. Cic. de Orat. lib. 3. Faciles enim, inquit, Anconi,  
 partes ea fuerunt due, quas modo percucurri. Suet. in Ner. Ampliſſimos hono-  
 res percucurrit. Plin. ad Iunium lib. 1. epift. 14. Quamquam in maxima verecū-  
 dia queſturam, tribunatum, præturà honeſtiſſimè percucurrit. Liu. lib. 20. apud  
 Prifcian. lib. 10. Et ſi ferocius procucurriſſent. Ego verò hæc eadem à Prifciano  
 citata lib. 5. decad. 3. que exſtat, abſq; geminatione, ſic lego, Et ſi ferocius pro-  
 curriſſent, &c. ¶ Repungo, Vt placet Capro, apud Prifc. eod. lib. cùm ſig-  
 niſicat Viciffim pangere facit repúpugi: cùm verò ad rationes referretur, repunxi.  
 Neutrũ adhuc ſi bene memini, apud Veteres legi. ¶ Vergo Verxi leges apud  
 Diomed. lib. 1. et Verſi apud Probum de Cathol. Verb: ſed neutrum videtur eſſe  
 in uſu. ¶ Vado non habet raſi, quamuis habeant compoſita. ¶ Ambégj,  
 Satégj tunc raro licet, cùm apud illos auctores legeris. ¶ Quæſo, quæ-  
 ſiui ſcis apud vetuſtiſſimos, quos antiquariuſ Sall. imitatus eſt. Vide Prifc. eod.  
 libro. ¶ Furo prima poſitio iam exoleuit. Prifc. lib. 8 affirmat Inſio, & Furo  
 apud Varronem inueniri. ¶ Mæreo (vnde Mæror) mæruui debuit facere; ſed  
 in uſu non eſt, inquit Prifc. lib. 8. Mæſtus enim nomen eſt, cùm dicimus Mæſtus  
 ſam, de quo etiam in 2. Coniug. dicimus. ¶ Auco hic non Salutare, ſed Con-  
 euſſere ſignificat. ¶ Probuſ in Cathol. Verb. docet Aio facere præterito

Ai, aiſti, ait. Apud D. Auguſtinum antiquariuſ, ſcriptorumq; veterum peritiſſi-  
 mum aiunt reperiri ſecundam perſonam Aiſti: qua non video cur non utamur.  
 Prima tamen Ai, prorſus videtur exoleuiſſe. ¶ Liccor, & Opperior non  
 carent præteritiſ. Cic. 5. Verr. Herbitenſes liciti ſunt uſq; eò, quoad ſe efficere poſ-  
 ſe arbitrabantur. Terent. Phorm. Si non tum dederò vnam præterea horam, ne  
 oppertus ſies. Apud Plaut. reperitur etiam Oppertus in Moſtel. Seni non  
 ouum erat, id ſum oppertus. Inde participium Opperturus: quo Curtius  
 lib. 6. utitur, vt in Præteritiſ verborum Deponentium videbis. ¶ Inquam,  
 inquit, inquit, (nam Inquo inuſitatum eſt, & illud Ciceroniſ 2. de Orat. quod  
 affert Prifc. Attendere, & aucupari verba oportebit, Inquo, vt ea qua ſunt fri-  
 gidiora, vitemus, &c. legitur ex vetuſto codice, in quo: cuiuſmodi nunc lectio in  
 omnibus etiam recentioribus libris apparet: & Diomedes lib. 1. docet Inquam  
 eſſe primam perſonam Indicatiui) hoc inquam verbum ſecundam perſonam ha-  
 bet præteritiſ. Cic. in eod. Tum verò inquiſti, moleſtus non eris. ¶ De verbo  
 Nideo nullam fecimus mentionem quod in ſolens videatur, neq; video cur Reni-  
 deo, quod in uſu eſt, non habeat renidui.  
 Insuper illa, quibus nomen dedit Inchoo verbum,  
 Mitelco veluti, Frigeſco: aut mutua ſumunt.  
 A verbis, ducta vnde fuit ſua cuiq; propago.  
 ¶ His Meditatiuum (dempto Elurit) addito verbum.  
 Verba Inchoatiua, cùm præteritiſ careant, ſupiniſ etiam deſtituntur,  
 ſue illa oriuntur à nominibus, vt Miteſco à Mitis: Ingraueſco à  
 Grauis: Herbeſco ab Herba: Silueſco à Silua: ſue ab alijs verbis deriuantur, vt  
 Tepeſco à Tepeo, es: Refrigeſco à Frigeo, es: Incaleſco à Caleo, es: que licet præ-  
 teritiſ propria non habeant, illa tamen à verbis, vnde naſcuntur, mutuari poſſunt  
 ut Tepeſco tepui à Tepeo, es: Refrigeſco refrixi à Refrigeo: Incaleſco incalui ab  
 Incaleo: & ſic cetera. 2 ¶ Meditatiua ſunt etiam addenda verbis præteritiſ  
 & ſupino deficientibus: vt Dicturio dicturis: Scripturio, ſcripturis: Cœnaturio cœ-  
 naturis: Empturio èmpturis.  
 De verbis Inchoatiuis, & Meditatiuis. ¶ Schol. 3.  
 Inchoatiua verba, hoc eſt, que actionem quidem non incipientem, ſed inchoa-  
 tam ita ſignificat, vt magis ac magis increſcat, ſi à verbis fiant, vt Refrigeſco,  
 Incaleſco, aut carent præteritiſ, aut certè à primigenijs ea mutuantur, vt re-  
 frixi, incalui. Sin à nominibus deducantur, prorſus videntur præteritiſ deſtitui,  
 vt Ingraueſco, Miteſco, Herbeſco, Silueſco. Certant Grammaticiſ de nomine ho-  
 rum verborum: ſiquidem Veteres Inchoatiua, Iuniores partim Exerciatiua, par-  
 tim Augmentatiua appellat, de quibus ſuſius in Rudimentis Schol. 11.  
 ¶ Dicturio, Empturio & cetera, que Meditatiua veteres Grammaticiſ ab-  
 aſſidua, & vehementi meditatione ſic appellantur (quid enim aliud meditariſ,  
 quid cogitat. laud, qui è ſurit, cœnaturit, quàm cibum cœnamq;) ſerè præteritiſ  
 carent.

**carere.** ¶ **Duo Parturio, Nupturio,** videntur parturui, nupturiui, vel parturij, nupturij habuisse: sed desiderantur Veterum testimonia. Apuleius in Apolog. Nupturisse dixit, qui licet interdum loquatur eleganter, non tamen in omnibus a doctis approbatur. ¶ **Elusio** etiam supinum habet. Terent. Heaut. Modo liceat vivere, est spes. C. L. quæ S. nos esurituros satis. ¶ **Scaturio, Ligurio, Abligurio, Obligurio** non sunt. Meditativa, cum diversa sint & significatione, & quantitate; nam, V. litera producunt. Horat. Ser. S. 3. Seme-fos pisces, te pidumq; ligurieris ius. Idem Ser. 2. S. 4. Tractavit calicæ manibus, dū furta liguris. cum Meditativa eandem corripiant & surit, coaturur, parturite.

## Prima Coniugatio.

**P**reteritum Primæ facit aui, atumq; supinum: 1  
 Ut Neco: nam necui nectum sibi pignora seruant.  
 ¶ **At Cubui, Domui, Crepui, Vetuiq;** supina 2  
 Dant in itum, ve cubitum: hæc Tonui, Sonuiq; sequuntur. 13  
 ¶ **M. Cubo** cum recipit, tantum tibi Tertia flectet: 3  
 A sit id præteritis expungitur, atq; supinis.  
 ¶ **V**erba prima coniugationis habent, aui, in præterito, & atum, in supino: ut Neco, aui, atum. Composita verd à verbo Neco, necui, nectum fortita sunt: ut Interneco internecui, internectum: Eneco, ut, ectum: quod etiam 20  
 habet aui, atum. 2 ¶ **Excipiuntur** etiam quedam similiter, ui, per, u, vocalem in præteritis, & itum, in supinis habentia, Cubo cubui, cubitum: Domo domui, domitum: Veto vetui, vetitum: Tono tonui, tonitum: Sono sonui, sonitum: Crepo, ui, itum. Increpo tamen eius compositum vtrumq; admittit, ui, itum, & aui, atum. 3 ¶ **Composita à Cubo, as, in quibus ante, B, ponitur, M, pertinent** 2 ¶ **ad tertiam coniugationem: illudq;** in præteritis, & supinis amittunt, vt Accumbo accubui, accubuium: Discumba discubui, discubitum.

De verbis Primæ Coniug. à norma deficientibus. ¶ **Schol. 4.**

**N**Eco apud Priscos etiam necui fecit. Etnius apud Priscianum lib. 9. Hostis pestis necuit, pars occidit, illa duellis. Verisimile est habuisse supinum ne- 30  
 Sum: vnde est participium compositum enectus. Cic. Tusca. Mento summam aquam attingens siti enectus Tantalus. & ad Att. lib. 6. Appius, cum provinciam mihi tradiderit, enectam, &c. Et apud Suet. in Nero. c. 36. Liberti enecti veneno. ¶ **In Calig. c. 49.** Non sine piscium exitio, quos enectos ætus in proxima litora eiecit. Reperitur etiam Enectus apud Plin. lib. 11. c. 29. de Locustis, In Damno in su- 35  
 læcæta mensura præfinita est, quam singulis enecatarum ad magistratum referunt. & lib. 30. c. 12. Mui araneus enecatus est. Bodæus videtur lib. 18. cap. 13. Itaque Eneca tum enecui, tum enecui facit: Suet. de Illust. Grammatici de Laliio Bæco- nimo, In podrage morkum incidio, cuius impatiens veneno sibi perunxit pedes, & enecuit ita, vt parte corporis, quæ præteritis videtur. ¶ **Intereco,**

IB: CR-

**internecui, internectum.** Illud Cic. Philip. 14. à quibusdam citatum, Inter- 1  
 neci nota testamenta credo subiiciunt: ex codicum emendatissimorum fide, In- 2  
 uita belli internicini nota; legendum est omnino contra veterum librorum 3  
 corruptelam. Plaut. Internecatam dixit in Amph. Ducho extincto maximo, atq; 4  
 internecatis hostibus. Sic enim in libris correctis legitur: carminisq; ratio, Inter- 5  
 necis, negligit. ¶ **Cubo** etiam cubui interdum facit: vnde est Cubasso 6  
 apud Quintal. lib. 8. cap. 2. Plin. lib. 11. c. 16. de apibus. Nam nisi incubauere, sa- 7  
 uos laudos faciunt. ¶ **Discrepo, discrepauit.** Cic. 3. de Orat. Nihil sane ad 8  
 rem pertinet, si qua in re discrepauit ab Antonij diuisione nostra partitio. 9  
 ¶ **Horat. de Arte poet. Discrepuit dixit.** ¶ **Increpo** cum significat reprehendi- 10  
 dere, aui, facit interdum. Plaut. Most. — numquid increpauit filium? Idem Tru- 11  
 cul. Sin increpauit ipse gaudet, &c. — Sic in codice vetusto reperimus: & 12  
 in recentissimis Increpauit. Certè Iustinus lib. 11. Quibus [legatis] auditis & 13  
 grauiter increpatis, dixit. Item Liu. dec. 3. lib. 4. Ne viso quidem hoste rodians 14  
 aded grauiter est ab consule increpatus, vt, &c. At bel. Mac. 2. Participio incre- 15  
 pitus vititur, Præterem (inquit) multis probris increpitum. & bel. Fun. 8. Incre- 16  
 pita ignauia militum: Eodem vsus est Tacit. lib. 1. & 14. Illud ex 2. lib. ad Q. 17  
 frat. Cato Pompeij in me perfidiam increpauit: locutio est ex Ciceronis loco de- 18  
 prompta, mutato tamè tempore. Nam Cic. lib. 2. epist. 3 sic scripsit De me mul- 19  
 ta me inuito cum mea summa laude, dixit: cum illius in me perfidiam increpa- 20  
 ret, auditus est magno silentio maleuolorum. Malim itaq; increpui dicere. Plin. 21  
 Ad Minutian. lib. 3. Summo die Saluius Liberalis reliquos legatos grauiter 22  
 increpuit. Idem de Viris illustrib. Cum præterem grauissimè increpauisset. 23  
 Sueton. in Vespasiano, cap. 8. Voce etiam grauissima [adulescentulum] increpuit. 24  
 Plaut. in Amphitr. Totus timeo, ita me increpuit. ¶ **Vitruu. lib. 7. c. 1.** 25  
 Sint extenta, & ad regulam perfricata. Plin. lib. 28. c. 12. Desfricatis prius maf- 26  
 culis, dixit. & lib. 29. cap. 2. Confricatis dentibus, atq; ynguis. & lib. 27  
 S. c. 27. Pantheras, perfricata carne aconito, barbari venantur. Et lib. 30. c. 12 27  
 Muscas in fricatas digito medico. Et lib. 29. c. 3. Triuos oua incubata. Et Horat. 28  
 Epod. Od. 2. Eois intonata fluctibus Hyems. — Quæ loca argumento sunt, 29  
 nonnulla ex ijs, quæ faciunt præterito, ui, fecisse aliquando etiam aui: vnde par- 30  
 ticipia Desfricatus, Intonatus, Domatus. Plin. lib. 33. c. 11. Eadem Asia domata. 31  
 Laurentius præcipit futurum in, Rus, verborum primæ coniug. quorum supi- 32  
 num in itum, siue itum, exit fieri tanquam à supino in atum, vt Cubaturus, Do- 33  
 maturus, Crepaturus, Vetaturus, Tonaturus, Sonaturus, Fricaturus, Secaturus, 34  
 Cunt. lib. 8. Iam alij ex cohorte in statione successerant ante cubiculi fores ex- 35  
 cubaturi. Horat. Ser. 1. Saty. 4. Magna sonaturus des nominis huius honorem. 36  
 Huius compositio in, aui, vsus est Mamil. lib. 5. Aura per extremas resonauit stebi- 37  
 le rupes. Cic. Att. 12. Quæ res forsitan sit refricatura. vulnus meum. Colum. 38  
 lib. 5. c. 9. Supra quam ramum secaturus es. ¶ **Item nomina verbalia, vt Cubatio.**

Edomatio, Crepatio, Vetatio, Tonatio, Sonatio, Fricatio, non: **Cabitio, Domitio, Frictio,** & ita in ceteris. Sectio tamen, inquit, crebrilis reperitur, quam **Sesatio** Virg. 4. Georg. Domiturus dixit. — & durum Bacchi demitura saporem. Frictio non raro reperitur. Cels. lib. 4. c. 9. Vnctiones, frictionesq;, & sudores necessarii sunt. & apud eund. lib. 4. c. 3. atq;, alijs in locis sepius, quam Fricatio. Plin. lib. 23. c. 8. Oleum ex Delpica ad perfrictiones discutendas utile est. Incubatio apud eund. lib. 10. c. 34. Et Non. Marcel. illud Senec. Bene enim maiores accubationem epularem amicorum, quia vitæ coniunctionem haberet, conuivium nominarunt: accubitionem legit, non accubationem. Quare diligenter evolvendi sunt scriptores: nam & Fricatio, & Frictio, & Fricatus, us, & Incubatio, & Incubatio, & Incubatus, & Incubitus dicitur: Cubatus, us, & Cubitus. Domitor, & Sector à Domitus, Sectus sunt. Domatio, Domitio non videntur usitata. Domituratur Plin. & Colum. Tonatio est apud Senec. 2. Natur. quæst. Idè docet participia præteriti temporis fieri à supinis in, itum, vel, tum, vt, Donitus, Vetitus, Frictus, Sectus. Ceterum ex allatis exemplis apertum est, & in, atus, interdum exire, vt Perfricatus, Incubatus, &c. Quæ ex verbo Cubo componuntur, si litteram, M, admittunt, tertiae sunt coniugationis, vt Accumbo, Decumbo, Discumbo, Incumbo, Recumbo, Occumbo, Procumbo: quam rursus in præteritis, & supinis amittunt, vt accubui, accubitum. Non tamen prout cuiq; libuerit, licet, M, litteram addere, vel adimere: vt enim Discumbo, Succumbo semper eam retinent: ita Excubo, Secubo, Supercubo eandem respuunt. Cetera & admittunt, & abijciunt. Decumbo tamen, & Procumbo rarissimè sine, m, reperiuntur.

- D**imicat aui, atum. ¶ Micui nil amplius optat. 1
- A** Fricui frictum: à Secui deducito sectum. 2
- ¶ A Laui lotum, aut lautum, nec sperne lauatum. 2
- Ex Lauo compositum, ceu Diluo, Tertia possit. 2
- ¶ Potatum à Poto, seu potum flectito, Iuui 3
- Fert iutum: at melius capies à prole supinum. 3
- ¶ Dat Plicui plicium: compositum posse utrumq;. 4
- Supplicat, aui, atum, genitumq;, ex nomine solum. 4

**M**ico, as, habet micui: supino caret. Compositum eius Dimico, as, aui, atum: & interdum dimicui: Frico, as, frictus, frictum: Seco, as, secui, sectum. 2 ¶ Lauo, as, laui, triplex supinum habet, lotum, lautum, & lauatum. Composita ad tertiam coniugationem spectant, vt Diluo, is, de quibus infra agendum est. 3 ¶ Poto, as, potavi, potatum, & potum. Luuo, as, iuui, iutum: supino tamen compositi Aditum, cum sit frequentius, vtrudum potius, quam sim- plicis, quod rarum est. 4 ¶ Plico, as, plicui, plicium. Eius composita tam in, aui, atum, quam in ui, itum faciunt, vt Applico, aui, atum, vel applicui, applicium: Sic Complico, Explico, Implico. Supplicio verò tantum habet aui, atum: & quæ componuntur ex nomine, vt Duplico, Triplico, Quadruplo, Multiplico, aui, atum.

Quibus

Quibus accedit Replico, quod serè habet replicui, atum: & Explico cum decla- rare significat, explicui, explicatum: raro explicui, explicitum. De V. Mico, Frico, Lauo, Poto, Luuo, Plico, & copulatis. ¶ Schol. 1. **D**imicui semel atq;, interu inuenitur apud Ouid. Emico emicui facit, vt sim- plex. Quintil. lib. 1. c. 6 reprehendit quosdam, qui emicui potius, quam emicui dicebant. Senec. lib. de Confolat. ad Albinam emicaturus ab emicau fecit. Terrena, inquit, sunt pondera, quæ non potest amare sincerus animus; ad natu- ræ suæ memor, leuis, ipse experis: & quandoq; emissus fuerit ad summa emica- turus. Sobn. c. 66. Micui dixit, Si repente micauerit coruscatio. Unde composita præteritum in, aui, traxisse credendum est. ¶ Fricatum à Frico, Plin. lib. 13. c. 15. Manu (inquit) sicca fricata à balineis maxime, & c. quam quidem lectionem in codicibus emendatis inuenio. Quin etiam Confricatus, Defricatus, Infrica- tus, Perfricatus eundem auctorem uisurpasse ostendimus paulo antè. ¶ Lauo, as, ait Probus facere lauau: Lauo, is, laui. Cui ad stipulatur ille. Perfricatus Lucret. lib. 6. Deniq; si calidis etiam cum te relauaris, & c. Vbi quoq;, lauaueris: fre- quenter usurpat. Horat. Serm. 2. Saty. 3. Quo vaser ille pedes lauisset Sisyphus ere. Quint. 1. 1. c. 4. A Lauado lotus: & inde rursus illotus, & mille alia. Hæc ille Virg. in Cul. Si non Assyrio fuerint bis lauta colore. Attalicia opibus data velleræ. Sic & Q. Seren. Gell. lib. 10. c. 3. Vxor renunciat viro parum cito sibi balnea traditas esse, & parum lautas fuisse. Videtur etiam cum præpositione, E, olim fuisse compositum. Inde namq;, illa profecta esse Elauo, & Elotus: conici potest: quæ- rum prius non semel inuenitur apud Plaut. Rudent. — ebo, ante prænitent. In mari quod elauo, nisi hic in terram iterum eluam? Sic ibid. & in Afr. Elautus, & Illautus ab eodem usurpantur in Pœnulo. Item in Rud. — elautæ ambæ sumus opera Neptuni, &c. Sed hæc seculo atuditorum minime sunt in usum recepta. Colum. lib. 12. c. 50. Cum fuerit oliua elota. Hittius de bel. Afr. Alga aqua dulci elota. Cel. lib. 6. cap. 8. Cerato liquido plumbum elotum. Sic idem crebro. Sublotus etiam dixit Cels. lib. 15. cap. ult. Quæ minus rotunda, nisi sublotata est, in impetiginem vertitur. quasi ex Subluo deduxim. Nisi forte cui ex Lauo Tertie compositum videatur. Quod si quis Abluo, Colluo, Diluo, Eluo, atq;, alia huiusmodi potius, ex Luo, quàm ex Lauo componi asserat, et minime repugnabo. Nam et dicimus, Luere peccata, supplicium, penas, &c. plane trassatitia est, erita q; admodum significatio: propria verò Sil. lib. 11. vsus est — vadros Littoris Ionio luitur caruata profundo. Hinc Luiturus; tamen si parum usitatum, deduxit Claud. 6. Honorij consul. Vastato tandem pœnas luitura profundo. Sicut qui Lauatum non libenter admittunt, cum tamam eò idonei auctores vrantur. Terent. Heaut. — lauatum damus, seruandum mihi dedit anulum. Plaut. Salut. — eo lauatum, vt facerem. Ouid Fast. 3. Sacra lauaturus mane petebat aquas. Horat. Serm. Saty. 6. Vbi me fessum sol acriter ixe lauatum. Admonit.



Quid. Met. 5. Nocte nocet pota sine noxa, luce bibuntur. Quint. lib. 1. c. 4. Pransus quoque, atq; potus diuersum valet, quia indicant. Cato de Re rust. c. 156. Qui potus est, tunc calida. Melu. lib. 2. c. 2. Biniq; poculis, qui plurimos se interfectu; trahere, perpotatis, intercolantur. Liu. bel. Mar. 10. Epotis primis poculis. Vels. lib. 3. c. 27. Si sanguis, ga. epota est, acetum cum sale bibendum est. Potus etiam actiue accipitur. Cic. pro Mil. Adde inscitiam prasi, poti, oscitantis ducis. Idem. Trebatio lib. 7. Itaq; & si domum bene potus, seroq; redieram, tamē illud caput, vbi hec controuersia est, notaui. Iutum a Iuuo Palladius vsus lib. 4. Tit. 10. Sic stercoreati, & humoribus iuti, vbi prodire cœperint. Alijs non puto esse vsitatum: quare eius loco melius dicemus Adustum. Sall. in Jug. Iuaturum dixit a Iuauis, sed vtrumq; prisum est. Rarus ad, quod res monebat, frequentiam negotiatorum, & commeatu iuaturum exercitum. Vnde Liu. lib. 2. dec. 5. Adiuuassent vsurpauit. Plin. Fudano, lib. 4. similiter Sallustia dixisse iuuanio: v. illum omni ope, omni labore, gratia simus iuaturum. Apud Manil. lib. 3. non iuuant, pr: quidam citat, sed iuuant ve, planē legitur, vt cum iam stelle septem ledunt ve, iuuant ve. Plico, vt Phocas, & Diomedes veteres, & illustres grammatici docent, plicui tantum facit, quod tamen nondam inueni. Videatur etiam plicau aliquando fecisse, quod non solum constat ex illo Seneca lib. 15. Epist. Recitator, vistoriam ingentem attulit, arctissime plicata n. Et Lucrat lib. 6. Est etia, quasi vt. anellis, hamisq; plicata, &c. sed ex compositi possumus conijcere: nam Applico, Complico, Explico, Implico, vtrumq; preteritum, & supinum habent: quorum Applico, tum ad navigationem spectat, ferē applicui facit: Explico, verō cum explanare significat, explicauit. Explicui in eadem significatione Senec. Epist. 109. Fenestella eosdem libros cum grammaticis explicuit. Vitruu. lib. 10. c. 22. De scorpionibus, &c. quemadmodum fieri debent, explicui. Sic. Cels. lib. 6. c. 6. Cic. item lib. 9. ad Att. Explicatus in eadem significatione dixit. Replico, ferē replicatum habet. vnde suspicor preteritū replicauit vsitatus esse. Participia in, Rus, ferē a supinis in, atum deducuntur, à ceteris rarius. Ou. 5. Fast. Impliciturus dixit. Participia preteriti temporis in, atus, & itus, exeunt. Applicatus tamen & Complicatus frequentiora sunt, quāe Applicatus, Complicatus: exemplis supersedeo ne longior sim. Dupplicio: & que ex. namine componuntur, preterita, atus, supino, atum, consentia sunt, vt Duplicio, Triplicio, Quadruplicio, Multiplicio. Plin. lib. 34. c. 8. Primus hic multiplicasse varietatem videtur. Cas. 3. bel. Gal. Itaq; es alienum prociacobi biennio multiplicatum est. Plin. lib. 7. c. 48. Cornici nouem nostras attribuit atates. Hsiodus, quad ruplum eius carnis id triplicatum cornis. Blaut. Strich. me in marcionijs. Quis iustis, quad ruplicat nemineas. Terent. Phorm. Idem hoc tibi quod bene, prameritus fueris, conduplicauerit.

**D**O dedit, atq; datum, atq; datum sic pignora tantum. Namq; didi, peuit, atq; datum quod Tertius fecit.

¶ A Sto

**D**O Sto fecte. fecti, statum: fecti, at inde profecta. Atq; stitum cupiunt, multo sed ereptius atum. **D**O, das, dedi, datum habet. Veniūdo, in Circūdo, as. Pessūdo, as, Satiūdo, as, Superdo, as, in omnibus sui simplici inflexionem sequuntur. Veniūdedi, atū, Circūdedi, atū: Pessūdedi, atū: Satiūdedi, atū: Superdedi, superdatū. Cetera composita per tertiā coniugationem inflectuntur, & ai di, dicitur faciunt: vt Vēdo, is, vendidi, venditū: Tradō, tradidi, traditū: Reddō, reddidi, reddiditū: abscondo, abscondi, melius, quāe abscondiditū: in supino, abscondiditū. **S**to, as, steti, postulat, & statum: sed eius composita, stitū, & stitum, & multo frequentius in, atū, exeunt: vt Adsto, as, adstiti, adstitum, vel adstatum: Consto, as, constiti, constitum, vel constatum: presto, as, prestiti, prestium, vel prestatum. De Verbis compositis a DO, STO, & alijs nonnullis. **A**bscondo, vt docet. Prisa. lib. 10. abscondidi facit, vt reliqua ex DO composita, citatq; Plaut. in Carbon. Secundum ipsam aram: aurum abscondidit. Sil. lib. 8. — Mareisq; abscondidit antris. Non. Mareel. idē sentit, citans etiam priscos auctores, quō abscondi vsi sunt, sic inquit, Abscondi pro abscondidi. Cœcilius Exsule, N am hic in tenebris se abscondit. Idem affert. Rom. ponti xarmen, vbi est Abscondisti. Seneca Abscondi solet dicere. lib. 3. c. 25. de Benef. Bolu. vniūda prescriptum dominum seruis abscondit. Ibidem lib. 7. c. 20. Bassum de rebus natura queri, quod aurum argentumq; non interius abscondit. Idem lib. 2. de Consol. ad Albinam. Nunquam more aliarum, quibus omnis commendatio ex forma pesitur, tumescens vterū abscondisti. Lucan. lib. 4. — submersaq; Pētus Corpora sepe iulit, cœcisq; abscondit in antris. Idē lib. 10. — Inque ataq; tecta ferebant. Diuitias, crassumq; trabes: absconderat anna. Gell. lib. 17. c. 9. Epistolam scriptā super rebus arcanis hoc modo abscondisse, &c. Cui per nobilissimus grammaticus abscondi inquit non absconferit non abscon sus, sed abscondit. Diomedes tamen lib. 1. Abscondor (ait) abscon sus, sed absconditus melius est, quia simplex. Condo conditus. Itaq; abscondidi prisum videtur. Quidam locum Elij lib. 8. c. 16. de prauate afferunt, velut deputam absconferre ne turpitudinem: cum apud Blōn. sic legatur vbi de Leone loquitur, idem absconferre gula, syluasq; penetravit, acerrimo cursu fertur, velut abscondentia turpitudinem loco. Superdandi verbo vsus est. Cornel. Cels. lib. 8. c. 7. Eademq; sa. il perdari debere. Idem lib. 7. c. 7. Superdadam emplastrum, quo id glutinetur. Sic idem alijs in locis loquitur. & Cels. lib. 5. c. 28. & alibi sepius. **R**ecundo in preterito nunquam geminationem deponit. Seneca. Epist. 82. Mea recundide, & fores clausi, vt, & c. Ita Cicero & alij. **S**tato, esse. Prisa. lib. 9. priora producit: vnde Lucan. lib. 2. Ergo vbi coniciunt, quantis stes, ladias, & c. Consub statura fides superum. — Inde tamē derivata, vt Status, a, um; Stabilitas, & c. **S**tatu, & statū: presto, profutum, & prestatum. **S**emilis, & c. **S**erena, & c.

¶ Q. 4.

¶ F. 11

Vindex Emilius abrogetur, Tempore affiturum, atq; petiturum me esse. Brutus in Epist. Occiso C. Cesare postquam mare transierat, prastaturum est. Hec ille. Multo tamen frequentius participia in, Rus, à supinis in, atum, fiunt. Mart. lib. 10. Constatura fuit Megalensis purpura centum. Plin. lib. 17. c. 22. Nec vis minor trāsferri debet, exstatura etiamnum duabus gemmis. Quintil. lib. 2. c. 12. Video quosdam in ipso statim limine obstaturos mihi. Liu. bel. Maced. 1. Enixè id populum Rom. merito eius prastaturum. Cic. ad Cæcin. lib. 6. Prastituros dixit, Se prastituros, inquit, nihil ex eo te offensionis habiturum. Vbi quidam Prastaturos ex veteribus libris legi malunt. Brutus Ciceroni in Epist. ad Brut. Vt non dubitem, quin se prastiturus fuerit acerrimū propugnatorem cōmunis libertatis. Valer. lib. 5. c. 6. Seq; prastituros cuncta polliciti sunt. Sic lib. 30. Pand. Quoties sine iudicio prastita res legatae uincitur. Nexo, as, tamquā priscū & obsoletum prater misi, cuius nec Phocæ mentionē fecit, nec Diomedes: nec Prisc. docere potest nexui, nexū à Nexo esse ex his locis Virgilij. 5. Et paribus palmas amborū innexuit armis. Qui primus nodos, & vincula linea rupit, Quis innexa pedem malo pendebat ab alto. Hec enim à verbo Innecto, is, sunt: & idem Prisc. antea attulerat priorem locum, vt probaret Nectō, nexui facere. Virg. participio Nexantem eodem lib. vsus est. Quod si quis agrē ferat verbum Nexo hinc relegatum, hoc reesculo licet vratur. Nexuit, ac nexū Nexo genuisse putatur. Quædā, quæ modo sunt Pp. me, fuerunt etiā Tertie apud priscos, cuius modi sunt Sono, is, Lauo, is: sed Sono iam exoleuit. Lauo Tertie etiā Virg. vsus est 3. En: Luminis effossi, fluidū lauit inde cruorem. Horat. 1. Ser. S. 5. Ora, manusq; tuā lauimus Feronia Lympha. Nam si præteritum à Lauo esset, produceretur prima: itaq; Eant: pro Lauat; Lauimus pro Lauamus posita sunt. Inde Laueret; & infinitum Lauere: & passiuum Laui, quo etiā Cic. pro Sex. Rosc. vt in aliquibus exemplaribus habetur, vsus est. Lauis in secunda pers. Indicat. quæ est apud Horat. Carm. lib. 4. ode 6. & alia id genus leges apud Non. Marcel. De Mutatis coniugat: ubi etiā Sonit, Résonit, pro Sonat, Résonat inuenies. Prisc. lib. 10. ait omnia primæ coniug. quorū præteritū exit in, iui, vocales diuisas fuisse apud vetustissimos tertij ordinis. A. Cœno, & Potus, vt docet Varro lib. 8. ad Cic. de Ling. L. apud Gell. lib. 2. c. 25. etiam Cœnatus sum, & Potus sum fiunt. Ego: pransus sum, Cœnatus sum, Potus sum hodie apud te, pro Prandi, Cœnauī, Potant nondum (quod meminere im) legi apud Veteres. Nam quod Ouid. dixit 3. Fast. — senempotum, pota traherebat ahus. et. C. a. 1. Treb. lib. 7. Itaq; et si domum bene potus, ferrog; redieram, tamē; &c. Idem pro Mil. Adde inscitiam pransi, poti oscitanis ducis. Idem ad Artic. lib. 2. Comato mihi, etiam dormitanti: pridie Kal. Maias epistola est illa reddita. Idem. 1. de Diu. qui vt Cœnati quiescerent. Idem pro Drac. Cum illa munera inspexisset cœnatus. Horat. R. Seron. Saty. 10. — amet scripsisse ducentos. Ante cibum versus, totidem cœnatus. — Pransus, Cœnatus,

us, Potus, confecto prandio, cœna potatione: siue à prandio cœna, potatione significant. Cic. ad Q. fr. lib. 2. Eo die cœnauī apud Crassipidem: cœnatus in hortos ad Pompeium lectica latus sum. Neque illud Liu. bell. Pun. 8. Tesseram vesperi per castra dedit, vt ante lucem viri, equiq; pransi essent: contra nos facit. significat enim, vt virorum, & equorum corpora sumpto cibo curata præsto adessent. Ita Sall. Iug. Ac statim milites cœnatos esse, ignesq; in castris quam creberrimos ferri: deinde prima vigilia silentio egredi iubent. Plaut. deniq; Aulul. Superi incœnati sint, & cœnati inferi. Non. Marcell. Cœnatus, vt pransus, vt potus, vt lotus, id est confecta cœna. ¶ Iuro iurauī, & iuratus sum facit. Plaut. Curcul. Quod sui iuratus, feci. — Idem Pers. Qui mihi iuratus est, sese hodie argentum dare. Idem Rud. — num tu iuratus mihi es? L. Iuratus sum, & nunc iurabo. — Cic. de Inuent. 2. Iudici demonstrandum est, quid iuratus sit, qui d sequi debeat. Ibid. Cum intellexerint vos non ex lege, in quam iurati sitis, rem iudicare. Suet. in Aug. c. 21. Multatus est posuit pro Multauit, Neq; rebelantes grauiore vnquam multatus est pœna, quàm vt captiuos sub lege venūndaret. & Liu. ab. Vrb. 4. Communicati sint, pro Communicauerint. Cum quibus (inquit) spem integram communicati non sint.

Secunda Coniugatio:

- 20 A Ltera præteritis dat iui: dat itumq; supinis. 1
- ¶ Nulla supina creat Timeo: nulla Arceo simplex, 2
- Sorbeo, Conticeo, Reticet. Dat Torreo tostum.
- A Doceo doctum: à Teneo deducito tentum.
- Censeo fert censum. Mistum tibi Misceo donat.
- 25 C Vm dat, iui, Neutrum, nullum fluit inde supinum. 3
- ¶ Poscit itum Valeo, Careo, Placeoq;, Doletq; 4
- Et Iaceo, Caleo, Nocco cum Pareo iunges.

- 1 S Ecunde coniugationis præteritum fit in, iui, per duplicem vocalem: supinum verò in, itum, vt Moneo, iui, itum: Taceo, iui, itum. 2 ¶ Supinis carent actiua Timeo, es, iui: Arceo, es, iui: Conticeo, es, iui: Reticeo, es, iui,
- ¶ Notandum tamen à verbo Arceo composita supinis non carere, vt Exerceo, iui, itum: Coerceo, iui, itum: nec simplex Taceo, vt dictum est. Torreo torruī, tostum habet. Sorbeo cum compositis, iui, in præterito, vt Absorbeo, iui, Exsorbeo, iui: supinis verò carent: nā sorpsi, & sorptum à Sorbo, is, tertie coniugationis oriūtur.
- 3 ¶ Verba neutra, quibus præteritum est in, iui, per, u, vocalem, supino priuatur: vt Horreo, es, iui: Egeo, es, iui: Pateo, es, iui. 4 ¶ Aliqua tamen neutra habentia præteritum in, iui, itum habent in supino, vt Valeo, iui, itum: Careo, iui, itum: Placeo, iui, itum: Daleo, iui, itum: Iaceo, iui, itum: Caleo, iui, itum: Nocco, iui, itum: Pareo, iui, itum. Quibus accedit Coaleo, iui, itum. ¶ Impersonalia Liber, Licet, Pigeo

**P**iget, Pudet, Placet duplex præteritum sibi adsciscunt, libuit & libitum est: licuit & licitum est: piguit, pigitum est: puduit, puditum est: miseret, miseritum est, & miseritum est. ¶ Tædet præterito caret, & supino. Pertædet verò per acsum est tantum obtinuit.

De verbis à norma Secundæ Coniug. deficientibus. ¶ Schol. 7.

**A**rcitum ab Arceo non facile inueniatur. Exerceo tamen, & Coerceo ex eo composita exercitum, coercitum habent, vnde participia exercitus, & coercitus: contra Taceo tacui, tacitum facit, cum Reticeo, Conticeo supino careant. ¶ Sorbeo, sorbui facit. Plin. l. 22. cap. 23. Datur [laser] ex aceto ijs, qui coagulum lactis sorbuerint. Cic. in Brut. Sed hunc quoq; absorbit estus quidam non insolita adolescentibus gloria. Idem Phil. 2. Gustaras civilem sanguinem, vel potius exsorbueras. Idem pro Muren. Multorū difficultates exsorbuit. ¶ Sorpsi sorptum fiunt à Sorbo, is, verbo tertiæ coniugationis, vt à Scribo scripsi, scriptū. Huius sententiæ est Prisc. lib. 9. extremo, quod tamen Capro displicet. Non Sorbo, inquit, sed Sorbeo: nec Sorpsi, sed Sorbui: sic & Absorbui, non Absorpsi, vt Lucanus. Probus de Cathol. Verborum, vbi de ijs, quæ in, Beo, finiuntur, agit, Sorbeo, inquit, sorbui: nam sorpsi Barb. risimus est. Idem tamen, cum de, Bo, syllaba terminatis agit, Bo, inquit, terminata tertiæ correpta, Psi, vt Nubo nupsi: aut Bui, vt Sorbo sorbui, quamuis & sorpsi lectum sit. Hæc ille. Lucan. lib. 4. Absorpsit penitus rupes, ac tecta ferarum Detulit — Sic & Macrobi. lib. 5. c. 1. Diomedes denique lib. 1. sic præcipit, sorbeo, sorbui. Item Sorpsi, apud auctores alios legitur. Illud Plinij, si tamen vsque potui inuenire, neq; qui locum affert libri, aut capituli meminit. ¶ Absentem inuenies lib. 2. Pand. Siquis cautionibus, & c. Vlpian. Aut etiam absentem [pupillus] hereditate. Idem rursus Pand. lib. 36. & Scauola lib. 26. Ille Absentis heredes, hic Bonis patris absentis adolescens, dixerunt. ¶ Censio, is, censire apud vetustissimos fuit quartæ coniugationis, vnde Censio nomen verbale, & Censitor etiam nunc existant: hinc compositū Recensio, is, vnde participium recensitus penultima longa. Claud. in Eutropium lib. 2. Prisca recensitis evolutæ secula fastis. Suet. in Iul. Cæs. c. 41. Ex his, qui recensiti non essent. ¶ Frendo, frendui, fressum, quidam adijciunt, cum Frendo verbum sit tertiæ coniugationis, quod frangere significat. Plaut. Trucul. — dentibus frendit, icit femur. Stat. Theb. 6. — atq; irrita frendit Insurgens. — Pacuu. in Antiopa apud Non. Fruges frendo solas, ac sic probo re. Accius Troad. Saxo fruges frendas. Festus, Frendere est frangere: vnde & faba fressa. Itaq; Frædo, is, facit frendi, fressum, mutata est enim litera N, in, S, vt Pando passum, pro pansum, fressum. Plin. lib. 22. c. 25. In cibo fressa [faba] sumitur. Colum. lib. 6. c. 2. Singulis fressi, & aqua macerati vni dare conuenit. ¶ Neutra secundi ordinis, quæ præteritum faciunt, huiusmodi habent supinum. ¶ Valeo. Liu. bell. Pun. 3. Apparebatq; parum armis ad iu-

ad eundem locum sine munimento valituros esse. Ita Cic. pro lege Manil. ¶ Careo. Curt. lib. 1. Bonis verò militibus careurus sum. Quamuis Prisc. lib. 9. & 11. Cassum etiam à Careo fieri existimet, tamen in eodem 11. vbi de Participijs agit. Quibusdam tamen [inquit] Cassus magis nomen esse videtur, vt Lassus. Idem in eodem, vbi de Temporibus agit, affirmat esse nomen, addit, inquit, quidam etiam à Careo Cassus: quod si esset, deberet & Cassurus facere futurum, non Cariturus, quod Iuuen. in 2. Saty. protulit. — tollere dulcem Cogitat heredem cariturus turture magno. Ergo Cassus magis est nomen, sicut Lassus, & maximè cum vanum significat, vt Cassa fraude parat. Hæc ille. Colum. lib. 3. cap. 10. Ne sit incredibile, & c. carituram quoq; esse factu. Sic idem lib. 1. cap. 7. ¶ Placeo. Virg. 12. Nuncius hæc Idmon Phrygio mea dicta Tyranno Haud placitura refer. — Plin. ad Sparsum lib. 8. Interim tamen tamquam placituram (& fortasse placebit) expecta. ¶ Doleo. Plin. lib. 25. c. 3. Aiunt dentem cum postea non doliturū. Liu. 9. bell. Mac. Ignominia ne sua quemquam doliturum censeret? Ita Senec. de Consol. ad Albinam. ¶ Iaceo. Stat. Theb. 7. — vade diu populis promissa voluptas Elysijs certè non perpeffure Creontis Imperia, haud vetito nudus iaciture sepulchro. ¶ Caleo. Ouid. 13. Met. — diesq; Des mihi sacrificos, caliturasq; ignibus aras. ¶ Noceo. Plaut. Mil. Iura te non nociturum esse homini nunc de hac re nemini. Cæs. 3. bel. Ciuil. Iureiurando accepto nihil his nocituros hostes, se Octacilio dederunt. Senec. 2. de Benef. Sunt quadam nocitura impetrantibus, quæ non dare, sed negare beneficium est. ¶ Pateo. Apud Scauolam & Iulolenum iuris peritos reperitur Paritum esse conditioni, sententiæ. Iustin. lib. 1. Tot gentibus vix patienter vni viro parituris. ¶ Coaleo addi potest. Tac. l. lib. 13. Quibusdam coalitam libertate irreuerentiam eò prorupisse frementibus. Idem lib. 14. Diu meditatam scelus non vltra Nero distulit, vetustate imperij, coalita audacta. Idem 20. Si Alpes præsidij firmentur, coalita libertate dispecturas Gallias, quem viri-um suarum terminum velint. Gell. lib. 12. c. 1. Cuius in corpore, cuiusq; ex sanguine con cretus homo, & coalitus sit. ¶ Pateo, patui, supino. carer: nam Passum, quod Prisc. putat ex ipso verbo nasci, sit à Pando. A Pateo quoq; [lib. 9. inquit] Passus nascitur teste Virg. lib. 3. Æn. Et pater Anchises passis de littore palmis. Idem 2. — passis Priamæia virgo Crinibus. — Phocus negat Pateo participium habere in, Rus, quo pacto solet ille loqui, cum significat verbum aliquod carere supino, etiam si de præteritis tantum egerit. Passus verò à Pandor deduci, vt Virg. Crinibus Iliades passis. — Diomedes lib. 1. etiam docet Passus à Pandor fieri: vnde Crinibus Iliades Passis. — Gellius lib. 15. c. 15. quæ Prisc. à Pateo deducit, à Pando nasci docet: Ab eo, inquit, quod est Pando, passum Veteres dixerunt, & c. Et passis manibus, & velis passis dicimus, quod significat diductis, atq; distentis. ¶ Lateo inter verba supinum habentia ponitur à quibusdam: at sine Veterum testimonijs. Eo tamen carere ait Prisc. lib. 11.

**D**ant di, sum Video, Sedeo cum Prandeo: verum  
 S, geminat sessum. Stridi nil. postulat vltra.  
 ¶ Mordeo præterito geminato. Hec te momordi,  
 Morsum. Sic Spondet, Tondet, sic Pendeo hectes.  
 ¶ Dat mansi, mansum: minui sed Præminet optat,  
 Prominet, Immineo, simul Eminet, abfq; lupino.  
 ¶ Hæreo dat si, sum, cum Suadet, Mulcet, & Ardet,  
 Tergeo cum Mulget, Ridet: sed Torqueo tortum..  
 S, Iussi, iussum geminat. Indulgeo; si, tum.

**V**ideo vidi, visum habet: Sedeo sedi, sessum duplici, S: Prandeo prandi,  
 pransum: Si rideo, es, stridi tantum. 2 ¶ Mordeo prima præteriti  
 syllaba geminata momordi effertur, in lupino morsum. Sic Spondeo sponendi,  
 sponsum: Tondeo ttondi, tonsum: Pendeo, es, pe pendi, pensum. 3 ¶ Maneo  
 mansi, mansum facit: at eius composita Præmineo, Immineo, Emineo præteritum  
 in, iiii, habent, præminui, imminui, eminui: lupino carent. 4 ¶ Hæreo, hæsi,  
 hæsum: Suadeo, suasi, sua, sum: Mulceo mulsi, mulsum. Ardeo arsi, arsum: Tergeo  
 terfi, ter sum: Mulgeo. mulsi, mulsum: Rideo risi, risum. Sed Torqueo torfi, tor-  
 tum postulat. Inbeo iussi, iussum, S, geminato: Indulgeo indulsi, indultum.

**V**Rgeo, si, tantum cum Fulget, Turget, & Alget.  
 Hæxi, dumtaxat dant Frigeo, Lugeo, Lucet.  
 Augeo præterito facit auxi, auctumq; lupino.  
 ¶ Eui, etum Vieo, Fler, Net cum Deleo: quaq;  
 A Pleo nascuntur: Repleo cen, Suppleo, Complet. 3  
 ¶ At Cico ciui, atq; citum deflectere mauult.

**V**Rgeo vrsi, sine lupino: sic Fulgeo fulsi: Turgeo turfi: Algeo alsi: Lu-  
 geo itidem luxi: Frigeo frixi sine lupino. Augeo verò auxi, auctum.  
 2 ¶ Vieo vieui, viētum: Eleo fleui, fletum: Neo neui, netum: Deleo deleui, dele-  
 tum. Sic Repleo repleui, repletum: Suppleo suppleui, suppletum: Compleo com-  
 pleui, completum, & cetera composita à Pleo, es, inusitato. ¶ At Cico ciui ha-  
 bet, & citum. Huius composita sunt, Concio, conciu, cōcītum: Excio, exciui, 30  
 exitum: Percio, perciui pērcitum.

De verbis à norma Secundæ Coniug. deficientibus. ¶ Schol. 8.

**P**randi vstatissimum est. Plaut. Menæc. Prandi in naui. Idem Pœn. Calidum  
 prandisti prandium hodie. Idem Rud. Sed hic rex cum aceto pransurus  
 est, & sale. Cic. Att. lib. 5. Sed prandimus in Arcano. Pransus sum affert  
 etiam Gellius ex Varrone lib. 2. c. 25. quod nondum, nisi me fallit memoria, legi  
 apud Veteres. Supra Schol. 6. ex N. Marcel. diximus quid Cœnatus, Pransus, Po-  
 rus significant. ¶ Hæsurus est apud Quid. 3. de Trist. eleg. 4. Senec. Epist. lib.  
 17. Nobis ingeruntur mortalitatis exēpla, non diutius, quam dū miramur, hæsurus.  
 ¶ Mulceo, & Mulgeo consentiunt præteriti, & supinis. Liu. ab Urb. 7. Ex-

temple

templo omnibus memoria patrie iras permulsi. Virg. 3. Geog. Quod surgente  
 die mulserē, hōrisq; diurnis Nocte premunt. — Plin. lib. 10. c. 40. Caprisq;  
 cecitas, quas ita mulserē, oboritur. Varr. de Re rust. lib. 2. c. 11. A mulgendo atq;  
 ortu, optimum est id, quod neq; emunctū logē abest à mulso. Sic Emulsus ab Emul-  
 geo Catull. ad Manlium, Siccari emulsa pingue palude solum. Quidam, vō  
 Prisc. inquit, lib. 9. differētiæ causa mulxi à Mulgeo dixerunt: sed nullum citant  
 testem. Verisimile est mulxi, mulctum aliquando etiam fuisse: vnde Mulstra, Mul-  
 strale dicta sunt. Sall. lib. 4. Hist. referente eodem Prisc. Verbis permulcti, dixit à  
 Permulceo: quo participio vsus est etiam Gell. l. 1. c. 11. Phocas idem præteritum,  
 hoc est Mulsi, tribuit vtrig;. Diom. Mulxi verbo Mulgeo attribuit. Coposita hodie  
 Phocæ firmant sententiam. Tacit. lib. 2. Quamquam nitibus verbis Pisonem  
 permulisset. ¶ Tergeo, es, secundi ordinis non semel apud idoneos aucto-  
 res reperitur. Cic. ad Quintum frat. lib. 2. Amabo te, aduola, consolabor te, &  
 omnem abstergebo dolorem. ¶ Arsurus sepe inuenitur. Ouid. 14. Met. Liri-  
 daq; arsurus portabat membra pheretro. Idem 3. Fast. Portat & arsuris arida  
 ligna focis. Liu. bel. Mac. 10. In perniciofa, si quis impense retinere, seditionē  
 exarsuri. ¶ Torfū à Torqueo apud vetustissimos reperitur, sed iam exoleuit.  
 ¶ Indulsum ab Indulgeo non facile inuenies, neq; Grammatici vllū testē citant.  
 ¶ De Vrgeo inquit Phocas, & Turgeo ambigitur: sed quod attinet ad Vr-  
 geo Cic. ad Q. Frat. lib. 3. epist. vltima, de Gabino loquens, omnem sustulit dubi-  
 tationem: Illum, inquit, neq; vrsi, neq; leuauit, testis vehemens fui. & Asinius Pol-  
 lio ad Cic. lib. 10. Nec verò minus Lepidus vrsit me. ¶ Turli confirmat Prisc.  
 priscorū testimonijs. Ennius 9. Annal. Cyclōpis venter velut olim turserat alti  
 Cornibus humanis distentus. — ¶ Fulsam, & Alsum inuenies apud Prisc. l.  
 10. Sed neminem citat. Alsum tamen videtur aliquando in vsu fuisse: vnde Cic.  
 Alsius dixit ad Att. l. 4. Nihil quietius, nihil alsius, nihil amœnius. et ad Q. frat.  
 lib. 3. Iam apodyterio nihil alsius, nihil muscosus. ¶ Luctum supinū à Lugeo  
 postulat ratio præteriti, sed auctoritas deficit, inquit Prisc. quod idem de Pollu-  
 ceo, polluxi verbo prisco ille sentit. Quāuis Polluctū apud Plaut. in Rud. nūc in  
 30 libris castigatiff. reperitur. Non sum [inquit] pollucta pago. ¶ Frigeo, vt ex  
 compositis Desfrigeo, Desfrigesco, Perfrigeo, Perfrigesco, Refrigeo Refrugesco in-  
 telligitur, frixi facit. Iuuenal. S. 7. Etsi perfrixit, cantat bene. — Cic. Att. l. 1.  
 Cum Romæ à iudicijs forum refrixerit, excurremus, &c. Ibid. Sed hæc tota res  
 interpellata bello refrixerat. Cels. lib. 5. cap. 25. Cum [is humor] infrixit,  
 35 catapotia ex eo fiunt. Ab Infrigesco dictum videtur, vt defrixit à Defrugesco:  
 quo vsus est Colum. lib. 12. cap. 21. Quod cum defrixit transfertur in ra-  
 sa. Idem sentit Priscianus lib. 9. sed 11. sic scribit, Plēraq; tamen neutrorum  
 secundæ coniugat. in, iiii, diuisas desinentia præterito, desiciunt in supinis, vt  
 horruī, rubuī, eguī, frigui, rigui. Idem credo me legisse apud Donatum:  
 sed nulla video Veterum testimoniū. ¶ Verbi Neo composita vix vō  
 Rr 3. plin.

quàm præteritū rariū inueniuntur. Mart. l. 1. Cum mihi suppre-  
 beffis peruenit annos. ¶ A Pleo verbo obiecto multa sunt vt Expleo  
 Cito priorē corripit, vt suo loco dicemus. Eius cōposita  
 Excio, Percio, & siqua præterea inuenies, supinis modō, præteritisq;  
 exceptis, parum videntur vsitata. Liu. ab Vrb. 1. Elatum domo Lucretia corpus in  
 forum deserunt, vnicentq; miraculo. Idem 7. ab Vrb. Ne nimis mirum, mag-  
 numq; censerent, tumultum excidre in hostium portis, & c. Plaut. Pseud. Vox vi-  
 ri pessimi me exciet foras. Lucret. lib. 3. Ocyus ergo animus, quā res se perciet  
 illa. Et lib. 4. — editum sepe vnū perciet aures Omnibus in popu-  
 lo. — Cio verō quarti ordinis cōposita Accio, Cōcio, Excio, Percio, quæ ex  
 præterito, & supino cum superioribus, quod ad terminationem, & significatio-  
 nem attingit, consentiunt, longè sunt frequentiora. Plaut. Milit. Vos modō cura-  
 te, ego illū probè iam oneratū huc accibo. Sil. l. 9. — Romanus in arma  
 Excibat de more suos. — Sic Stat. Theb. 4. Lucret. lib. 3. Nec minis irāi fax  
 vnquam subdita percit. Idem lib. 6. Cur Tenebras ante, & fremitus, &  
 murmura concis.

**N**unc oleo dat, iiii, dat, itum: sic pignora patris.

Quæ seruant sensum: cui, etiam fert cætera proles.

Alit Aboleuit itum dat: fert Adoleuit adultum.

¶ Ex Veo fit vi, tum: Moueo, Foueoq; fatentur.

A Cauo cautum: à Fauco deducito fautum.

¶ Vi, neutrum tantum poscit, ceu Flaueo, Luet,

Et Pauco, Feruct. Conniui, hoc postulat & Xi.

Audeo nunc ausus: gauisus Gaudeo poscit:

¶ Et solitus Soleo: solui tibi Crispe placebat.

**O**leo nunc olui, olitum habet. Eius composita quæ eandem retinent  
 significationem similiter exeunt, vt Oboleo obolui, obolitum: Suboleo  
 subolui, subolitum: sic Redoleo, Peroleo. Cætera verō composita, quæ signifi-  
 cationē diuersam habent, Eui, Etū exigūt: vt Exoleo, seu potius Exoleo, exoleui, exo-  
 litum: Obsoleo, seu Obsoleo, obsoleui, obsoleum. Aboleo, vel Aboleo, aboleui,  
 abolitum efflagitat: Adoleo, seu Adoleo, adoleui, adultum. ¶ Quæ in  
 Veo, terminatur in Vi, per, V, con, onantem, & supinum in, Tum, faciunt: vt Mo-  
 ueo moui, motum: Foueo foui, folum. At Cauo caui, cautum: Fauco faui, fau-  
 tum exposcunt. ¶ Verba tamen neutra in Veo finita, præterito tantum  
 in, Vi, contenta sunt, vt Flaueo flauī: Lueo luī: Pauco pauī, Ferueo ferui. Conni-  
 ueo tamen non solum conniui facit, sed etiam connixi: at supino destituitur.

¶ Soleo solitus sum: cui etiā Sall. solui dedit: sed solitus magis est vsu receptū.

De verbis à norma Secundæ coniug. deficientibus. ¶ Schol. 9.

**O**leo olii, olitum (si tamen olitum vsquam est) apud præcos etiam oleui, olitum  
 fecit. Quæ ex eo componuntur, si odorem significant, hoc est, simplicis  
 significationem

significationem retinet, in, iiii, & iiii, exeunt, vt Oboleo, Suboleo, Redoleo,  
 Peroleo. Plaut. Mostel. — oboluiisti allium. Suet. in Vesp. c. 8. Voce etiam  
 grauissima increpuit, Maluissimè allium oboluiisti. Interdū maxime apud veteres  
 fimos etiam in, cui, desinunt. Plaut. Casin. Iam oboleuit Casina procul.  
 Et Lucil. lib. 30. apud Prisc. Quis totum scis corpus iam peroluisse liscis. pro  
 Peroleuisse Verbum hoc rarissimè apud posteros inuenies. Licret. lib. 6. Rarissima  
 quo perolent proiecta cadauera ritu. Atqui locus ex Plauti Casina citatus  
 in omnibus libris aliter habetur, Di hercle me capiunt seruati, iam oboluit Ca-  
 sina procul. non verò Oboleuit. ¶ Quæ à simplicis significatione discedunt, Eui,  
 faciūt, vt Exoleo, Inoleo, vel potius Exoleo, Inoleo: nam positiones Exoleo, Ino-  
 leo nō facilè inuenies: Obsoleo, Obsoleo, Adoleo, Adoleo, Aboleo, Aboleo:  
 quorum Obsoleo, & Exoleo obsoleum, & exoleum faciunt: inoleum seu inolitum  
 nō memini legisse apud Veteres. Adoleo adultum, Aboleo abolitum:  
 hoc postremum exemplis fulciemus, nam de cæteris nulla est controuersia. Liu. 3.  
 ab Vrb. Cuius rei propè iam memoria aboleuerat Tacit. lib. 4. Illi quidem septua-  
 gesimum ante annum perempti imaginibus suis noscuntur, quas nec victor quid-  
 em aboleuit. Idem lib. 16. Corpus non igni abolitum, vt Romanis mos est, & c.  
 Plin. lib. 14. c. 4. Quarundam ex his etiam iam nominibus abolitis. Quint. lib. 1.  
 cap. 6. Sed abolita, atq; abrogata retinere insolentia cuiusdam est. Prisc. legio  
 apud Varr. lib. 3. Rhet. Adoluerit: Diomedes verò adoleuerunt legit. Vide illum,  
 si vacat libro 9. hunc primo. ¶ Tum Conniui, tum Connixi ostendit Prisc.  
 eodem libro præcorum testimonijs. ¶ Ferueo etiam per, B, scribitur, vt idem  
 eodem loco ait, vnde ferui. Quamuis autem Ferui à Ferueo sit inuentu rarissimū:  
 Deserui tamen aliquoties reperitur: Colum. lib. 12. c. 23. Cum in vestrum de-  
 seruerit. Sic Plin. ad Quadrat. lib. 9. & Terent. in Adelph. Deserui tamen  
 quemadmodum & reliqua composita magis in vsu esse comperimus. Ea sunt Con-  
 ferui, Efferui, Inferui, Reserui. ¶ Ausi, Gauisus præca sunt.  
 ¶ Solui pro solitus sum vsus est Sallust. 2. Hist. vt Priscianus lib. 9. docet.  
 ¶ Exsolui quoq; pro exsolitus sum. Suet. de Cl. Rhet. Narrationes vt eritis ex-  
 plicare consueuerunt, donec sensim hæc exsoluerunt. Hoc est in cōsuetudine esse  
 desierunt: vel (quod in plerisque hodiè exemplaribus legitur) exoleuerunt.  
 ¶ Quidam addunt Mæreo Mæstus sum: sed Mæstus potius non est, quam  
 participium videtur. Cic. ad Att. libro 1. Quæ mæsti inter sui dissimiles, &  
 mærentes sedebant. Donatus in secunda arte quinq; tantum neutropassua  
 enumerat Gaudeo, Soleo, Fio, Fido. Phocas affirmat tantum esse hæc eadem  
 quinq; idem sentit Prisc. neq; Cæno, Prædeo, Potè à Veteribus appellantur neu-  
 tropassua. Itaq; Mæreo præterito videtur carere: quod Prisc. lib. 8. ubi de De-  
 sectis agit, affirmat, vt supra diximus. Multa huius ordinis fuerunt apud præ-  
 cos, etiam terrij, quorum nonnulla apud posteros inuenies. ¶ Feruo, is,  
 apud Terent. Virgil. Propert. & nonnullos alios inuenitur. Propert. lib. 2. eleg.

28. Incipit & sicco feruere terra cane. Virgil. 3. Georg. Omnia tum pariter vento, nimbisq; videbis Feruere. — ¶ Fulgo, Effulgo apud eumd. 6. En illa autē paribus quas fulgere cernis in armis, Cōcordes anime nunc. — Idem 8. — Instructo Marte videres Feruere Leucaten, auroq; effulgere flans. Quintil. lib. 1. cap. 6. notat Lucilium, quod, Fervit, verbo tertij ordinis fuerit vsus: ait enim Fervio Latinis inauditum esse. Probus Lucilij, & Terentij testimonijs reprehendit eos, qui id negant existimantes Virg. breuem pro longa posuisse. At qui Fervitur dixit Afranius in Vopisco. Quanta vociferatione fervitur. ¶ Libet, Licet, Piget, Pudet, Placet duplex præteritum habent, libuit, libitum est: licuit, licitum est: piguit, pigitum est: puduit, puditum est: placuit, placitum est: Misert et misertum est, vel miseritum est tantum. A Tædet præteritum tædui formari debuit: sed apud Veteres non exstat: eius compositum Pertædet pertædum est habet: quæ omnia apud idoneos auctores inveniuntur. Plaut. Amph. Ita dijs placitum, voluptati vt mæror comes. consequatur. Cic. ad Att. 2. Liciturum dixit. Sed neq; magnopere dixisse nobis laborandum, quod nihilo magis ei liciturum esset plebeio Remp. perdere, quam similibus eius me consule Patricijs esset licitum. Liu. bel. Mac. 2. Non, quemadmodum hodiè vtrumq; vobis licet, sic semper liciturum est. Nec video cur Liceo, es, non habeat supinum licitum, si opus fuerit. Plin. lib. 36. cap. 15. Puditurum dixit. & Sallust. Paniturū, vt notavit Quint. lib. 9. c. 3. & Accius in Epinausmache. Placita est pro Placuit dixit Terent. Hecy. — & quæ vobis placita conditio est, datur. Ibid. — vbi sunt cognita [fabulæ] Placite sunt. — Idem Heaut. Cōplacitam pro complacuisse vsurpavit. Iterum in Andr. — complacita est tibi. Sallust. Jug. Igitur in locum ambobus placitum exercitus conveniunt. Gell. lib. 18. cap. 3. Complacitum est (consilium). Idem lib. 1. cap. 21. Atq; ei statim displicita est insolentia, & insuauitas amaroris. ¶ Perdolitum est à verbo Perdolet, dixit. idē 1. 9. c. 13. Id subito perdolitū est cuidam T. Mālio summo genere nato.

### Tertia Coniugatio.

POSTULAT in Spicio, aut Licio quod desinit Exi, 1  
 Atq; Ectum. ¶ Elicui elicium tamen Elicit optat. 2  
 A Ieci iactum: à Feci deducito factum.  
 Vult Fugi fugitum. ¶ Sapui, sapijue, nec vltra 3  
 Progreditur Sapius. Cupio iui, gignit, & itum.  
 ¶ Dat Capiio cepi, captum: sed Cœpio priscum 4  
 Fert cœpi, cœptum. A Rapui deducito raptum.  
 Dat Peperi partum, aut paritum: sint pignora Quartæ.

VERBA in Spicio, aut Licio desinentia præteritum in Exi, supinum in Ectum, exigunt, vt Conspectio conspexi, conspectum: Allicio allexi, allectum.

2. ¶ Actamen Elicio elicui habet, & elicium: Radix sadi, fossum, s. duplici. Fugio, fugi, fugitum. Facio item feci, factum: Iacio, ieci, iactum: quorum composita notanda sunt propter literarum variationem, vt Afficio affecti, affectum: Adijcio adieci, adiectum. 3 ¶ Composita à verbo Sapius sunt Desipio desipui, vel disipij: Resipio risipui, vel resipij. 4 ¶ Quæ oriuntur ex Capiio, & Rapio sunt Accipio accepi, acceptum: Concipio concepi, conceptum: Arripio arripui, arreptum: Corripio corripui, correptum, & complura alia. ¶ Cœpio antiquum verbum, & inusitatum cœpi, cœptum habet, vel cœptus sum. ¶ Parior peperit partum, vel paritum facit. Eius composita ad quartam coniugationem spectant, qualia sunt Aperio, Comperio, Repèrio.

EX Quatio quasi ratō, quassumq; supinum Ducitur: at cursi, cussium composita tulere.

¶ Rite, uo, poscit, uī, ac utum: sic Diluo testis. 2  
 ¶ A Ruō dic ruitum: sed, utum, dant pignora tantum. 3  
 ¶ A Struxi Istructum: à Fluxi deducito fluxum. 4  
 ¶ Congruo nulla Luo, Metuoque, Pluoq; supina. 4  
 Annuo cum locijs Batuo, lugruo, Respuo, gignunt.

1. ¶ Qvatio habet quasi, quassum, quæ tamen parum vsitata sunt. Eius composita, cussi & cussū sibi vendicat, vt Excutio, is, excussi, excussū, & c.  
 2. ¶ Terminata in, uo, præteritum in, uī, per, u, vocalem, & utum in supino exposcunt: vt Diluo dilui, dilūtum: Minuo minui, minutum. 3 ¶ Ruō rui, ruitum exhibuit non rutum: sed composita in utum faciunt omnia, vt Diruo dirui, dirutum: Obruo obrui, obrutum. Struo struxi, Istructum. Fluo fluxi, fluxum.  
 4. ¶ Congruo, uī, tantū: & Luo lui: Metuo metui: Pluo plui: Annuo item in, uī, cū reliquis à Nuo. inusitato compositis, vt Innuo, uī, Renno, uī: supinis desituuntur.  
 De V. Tertia Coniugationis, in 10. & Vo, desinentibus. ¶ Schol. 10.

SPECIO, spexi, spectum, verbum Priscum est: vnde nata sunt, Aspicio, Conspectio, Despicio, Inspicio Perspicio, Respicio. Lege Varr. l. 5. de Ling. L. Allicio, Illicio, Pellicio. ex Lacio verbo obsoleto nata sunt: vide Festum. Allicui, Pellicui, quæ Priscianus affert pro Allexi, Pellexi iam exoleuerunt.  
 30. ¶ Varroni Sapiui, vel sapiij: Probo Sapui, Charisio Sapui, vel sapiui probatur. Lege Prisc. lib. 10. Sapui tamen ceteris videtur vsitatus, vnde respui, desipui. Sapiui serè ab omnibus auctoribus imminuitur, Sapij: vnde sapisti. Mart. lib. 9. Nubere vsi Prisco, non miror Paula, sapisti. Terent. Heaut. — cum te intelligo Resipisse. — Plaut. Mil. Iam resipisti. Cic. Resipiū plavo verbo vsus est. ad Att. lib. 2. Vix aliquando te auctore resipui: Siquidem in correctis legitur: vbi quidam Resipui legunt. Suet. in Neron. c. 42. Veq; resipuit, & c. Resipio, ait Diomedes migrasse in quartum ordinem, sed nullius testimonijs id confirmat. Sapium media seu longa, seu breui, non videtur vsitatum.  
 ¶ Cœpio, quo Cæpo, & Plautus vsi sunt, exoleuit: præteritum tantum, & quæ

inde fuit in usu sunt. Habet etiam preteritum Coepus sum. Cic. de Clār. Orat. Hortensius igitur cum admodum adolescens orsus esset in foro dicere, celeriter ad maiores causas adhiberi coepus est. Ibid. de eodem Hortens. Is, cum satis florisset adolescens, minor haberi coepus est postea. ¶ Cum Pario priscis temporibus quarta fuerit coniugationis, nemini mirum videri debet, si ex eo composita eiusdem sint ordinis. Cato de Re rust. cap. 89. Gallinas teneras, quo primum parierint, concludat. Sic Ennius apud Prisc. lib. 10. Oua parere solet genus pennis condecoratum. Partus participium citius, quam Paritus inuenias. Plin. lib. 7. cap. 8. Eos appellauere Agrippas, ut egrē partos. ¶ Quatio, unde oriuntur, Cutio, syllabis terminata, ut, Incutio, Discutio, &c. preterito caret, ut Obarisus apud Prisc. docet. Videtur tamen quassum aliquando habuisse, unde quassa rates, arma quassa, & id genus alia. Item Quassare verbum frequentatiuum. Ouid. in Ibiu, Cumq; ego quassa mea complectar membra carinae. Senec. de Breuit. vit. 18. Per quassos, foratesq; animas transmittitur. Senec. Thyest. — imperij quassa est fides ¶ Pluo, plui facit preterito. Cato de Re rust. c. 112. Vbi pluerit, & siccauerit, tunc deligito. Liu. bel. Pun. 4. Romae, in foro Boario sanguinem pluisse [nunciabatur.] Idem de c. 4. lib. 9. Sanguinem per biduum pluisse in arca Concordiae satis credebant. Ibid. In arca Vulcani, & Concordiae sanguinem pluit. Ibid. lib. 7. Terra apud se pluisse Tusculani nunciabant. Ibid. 9. Hac religione leuatis altera iniecta, quod sanguine per biduum pluisset in arca Vulcani. Sic Plin. lib. 2. cap. 16. & Valer. Max. lib. 1. de Prodigij. Priscian. Pluii praeat esse idq; confirmat tribus locis Decadis 2. quae non existat. Illud. 1. ab Urb. Nunciatum est regi, patribusq; in monte Albano lapidibus pluisse: videtur etiam legisse Priscianus pluuisse: sed in correctis pluuisse legi. Cic. item 2. de Diuin. sanguinem pluisse dixit. quidam legi pluuisse. Deniq; semper in castigatis libris Plui, non Pluui inuenio. Verisimile tamen est, & Pluui olim fuisse usitatum. Apud Plaut. in prolog. Menach. Pluii quidem legitur. Nam rus, ut ibat, forte ut multum pluuerat, Ingressus fluium, &c. sed hic geminatum, V; est, ut carminis ratio postulat. Itemq; apud Liu. bel. Pun. 7. Et Sinesse lacte pluuisse [satis constabat] ¶ Annutum, & Renutum inuenies apud Pise. sed non probat. Videntur nonnulla ex his aliquando habuisse supinum: unde nomina Nutus, & Renutus relicta sunt. Sall. Hist. lib. 1. Nihil est tantam mercedem sibi abnucituros, dixit: & in 2. Arguituri: Falsum [inquit] filium arguituri. Horum prius credible est deduci ab antiquo verbo Abnuo: secundum coniugat. quo vitatur. Ennius: Certare abnuo, metho legionibus sal. ¶ Luitus vitatur Claud. 6. Consulari Honorij: Vastum tandem penas luitura profundo. ¶ Cluo a nonnullis hic ponitur, cum sit secundum ordinem Cluo, ut testimonia Paucuij, Plauti, & Lucretij docent. Illud Ciceronis in Bruto. Trium duo Coepiones multum clientos consilio, & lingua, plus auctoritate tamen & gratia subleuant: quidam corripit legunt Clachites. ¶ Pfluo, Efflue vitam per, ut preterite.

preterito facere inuenio, hoc apud Lucret. lib. 6. Deniq; si calidis etiam cum se relaxauero. Pleniore efflueris solio feruentis aquae, &c. Illud apud Mart. lib. 1. ad Linum, Nec nocuit, rectis ignis nec sulcus agris. Nec quersa est praelago, nec fuit ulla ratio. ¶ **B**O, dat bi, dat itum. ¶ Scabo Lambo parento supinis. ¶ **B**A scripsi scriptum: a Nupli deducito nuptum, Ici fert ictum: a Duxi depromito ductum: ¶ **A** Parli partum: geminat quoq; Parco, peperci, Vinco cupit, vici, victum: a Dixi, exige dictum. ¶ **S**CO vi, tumq; petit, ceu Nosco, Quiesco, Suefco, ¶ **S**q Dat gnitus Agnotco, Cognosco iungitur illi. Dat Pasco paltum. Conquexi linque vetustis. Ut Disco didici tantum: sic Posco poposci. Dispelco datui: pariter Compelcere, solum. ¶ **V**ERRA in Bo, bi, habent in preterito, & itum in supino, ut Bibo, bibi, bibitum: De glubo, deglubi, deglubitum, ¶ Scabo scabi, caritum, & Lambo lambi sine supino. Scribo vero scripsi scriptum: Nabo nupsi, nuptum: Ico ici ictum: Duco duxi, ductum: Vinco vici, victum. ¶ **Q**VÆ, finiuntur in Sco preteritum, habent in vi, per V, consonantem, & tum in supino, ut Nosco noui, notum: Quiesco quiesci, quietum: Suefco fueui, fuetum. ¶ Agnosco, tamen agnoui, agnitum facit Cognosco cognoui, cognitum. Pasco pasci, pasium. Conquiesco ues, per aie ictum; neo supinū admittit: nā preteritum conquexi vetustū est: Disco didici sine supino sic Posco poposci tantum. Dispelco Dispelsci solum habet, & Cōpelco cōpelsci. De verbis Tertie coniugat. in Bo, & Co, finitis. Schol. 10. ¶ **L**AMBITUM inuenies apud Priscianū sine ullo testimonio. ¶ Nupsi, vel nupta sum, utrumq; enim usitatum est. Cic. pro Cluent. Quae breui tempore post patris mortem A. Aurio Melino consobrino suo nupsit. Idem ad Cat. lib. 15. Quo cū esset nupta regis Armeniorū soror. Plaut. Asin. — ego istuoscio ¶ Ita fore illi, dum quidem cum illo nupta eris. Liu. bel. Pun. 4. Sed antequam eis regios regias coniuges fecisse, alteri Hieronis, alteri Gelonis filias nuptas. Ibid. Cui Gelonis filia nupta erat. Curt. lib. 4. Quam scio vicui feruorum suorum nupturam. ¶ Sorbo, is, sorpsi, sorptum, sine usitatum; beneq; Latium supra dictum est. ¶ Parli, & parlorus apud bonos auctores leguntur. Plaut. Curcul. Qui homo mature quæsuit pecuniam Nisi eam mature parsit, & furit. Idem: Trinum: Deu tibi agritudinem pater parerem, parsi sedulo. Tarant. Hecy — heu ma infalitem, hanc ece ego vitam parsi perdere. Idem Rhorm. Sub defraudans genium compar sit miser, &c. Suet. in Tiber. c. 62. Ne potibus parsurus. Liu. bel. Mac. 5. Nec impense, nec labori, nec periculo parsurum. Idem bel. Pun. 6. Albam, unde oriundi erant, prouerunt, ne stirpis, ne me-

moriam originum suarum exstaret, nedum eos Capuae parafuros credam. Parco etiam Parciturum videtur scisse. Plin. lib. 33. cap. 4. Italia parciturum est veteri interdictione patrum, ut diximus. quem locum quidam sic corrigunt, Italiae parci veteri interdictione patrum diximus. & quod non nihil ad rem facit, inde nomen Parcitas videtur factum. Senec. 1. de Clement. Civitatis mores magis corrigit parcitas animadversionum. Item Parci, priscum prateritum apud Nonium. ¶ Pallad. lib. 14. de Infritione, Pomaque pasturi blando redolentia succo. ¶ Conquinisco, teste Capro, apud vetustissimos Conquerxi fecit. ¶ Prisc. lib. 10. supina disciturum, posciturum, compsciturum, dispectum admittit, sed ubi de parci pijs in Rus, agit, se reuocat, docetq; verba, vnde hoc sunt, supinis carere. Apuleius in Phedone Disciturus dixit, cuius sermo non semper probatur eruditus.

**D**O, di, sum gignit, veluti Defendere, Cudo. 1

¶ **N**, tamen amittunt Fundo, cum Scindere Findo. 2

S, geminat fissum, ac scissum. Dat Pandere passum.

¶ **T**undo petit tutudi, tunsum: sed pignora tusum. 3

**S**i verbum finiatur in Do, habet prateritum in di, & sum in supino: vt Defendo defendi, defensum: Cudo cudi, cusum: Mando mandari, mansum: sic Accendo, Incendo, Offendo, Excudo, Percudo. Notanda sunt composita a verbo Scando, cuius supinum non est in vsu: vsurpatur tamen in compositis, Ascendo ascendi, ascensum: Descendo descendere, descensum: Cohorrendo, di, sum. 20

2. ¶ **F**undo tamen habet fudi, fusum, N, litera abiecta: sicut etiam Scindo scindi, Findo fidi: quae duo consonantem, S, geminant in supino scissum fissum. Pando pandi, passum. 3. ¶ **T**undo, tutudi, tunsum: eius composita tusum, amisso N, vt Contundo cotudi, contusum: Retundo retudi, retusum.

**S**VME Cado cecidi, casum: sed nata supino 1 25

(Demptis inde tribus) careant. Cape Cado cecidi, Casum. Dat tentum, vel tensum Tendo, tetendi.

Pendo pependit habet, simul inde educito pensum.

Tum Rudo, tum Sido, tum Strido carento supinis. 2

Dant si sum Claudio, Lado, eum Rodere Trudo, 3 30

Duuido cum Plaudo, Rado, cum Ludere. ¶ Vali 4

Ac vasum a Vado capiunt sibi pignora tantum.

¶ Cedo petit celsi, cessum facit inde supino. 5

Fido sibi filus, veluti composita, referuat.

**C**ado cecidi, casum: sed composita supino adfutuuntur, vt Accido accidere: Excido excidi: Intercido intercidi: prater tria: Incido incidi, incasum: Occido occidi, occasum: Recido recidi, recessum. At Cedo cecidi, cessum facit: cuius composita mutant diphthongum, E, in i, longum: Concido concidi, concisum: Excido excidi, excisum: Intercido, intercidi, intercisum. Tendo verba

te re di,

tetendi, tensum, vel tentum habet: Pendo pependi, pensum. 2. ¶ **S**upino carent Rudo rudi, Sido fidi, Strido stridi. 3. ¶ **H**æc si sum faciunt, Claudio clausi, clausum: Lado laci, lesu: Rodo, rosi, rosu: Trudo trusi, trusu: Diuido diuisi, diuisu: Plaudo plausi, plausu: Rado rasi, rasu: Ludo lusi, lusu. Notabis, quæ in compositione patiuntur literarum variatione, vt Excludo, Cocludo a Claudio: Allido, Collido, Elido a Lado: Coplodo, Explodo, Supplodo a Plaudo. 4. ¶ **V**ado præcarer & supino: Composita vasi & vasum habent, vt Euado fi, sum: Inuado, fi, sum. 5. ¶ **C**edo, sine diphthongo celsi, cessum: composita sine litera mutatione permanent vt Aceedo accessi, accessum: Concedo, Excedo, Incedo, Præcedo, Procedo. 30. ¶ **F**ido filus sum: sic & composita Confido confisus sum: Diffido diffisus sum.

De verbis Tertie Coniugationis in, Do, finitis. ¶ Schol. 12. ¶

**C**VDO, vt inquit Prisc. lib. 10. secundum Diomedem Charisium Phocam, cudi, secundum alios, cudi, & videtur etiam Virg sic protulisse in 1. Æn. Ac pri-

31 mum siliis scintillam excudit Achates Suscepitq; ignem folijs. — Excudit enim tam presens, quam prateritum potest intelligi: sed quia (suscepit) subiunxit, melius prateritum intelligitur. Idq; etiam Seruius in Commentar. Æneidos comprobatur his verbis, Excudit autem, feriendo etecit, quia Cudere est ferire. Hæc Priscianus. Verum, quod ad Diomedem attinet, cum Diomedes ipse lib. 3. dixisset

20 Cudo cusi, mox se reuocauit his verbis, Vel penius cudi vt eius compositum. Ac primu scilicet scintillam excudit Achates. Phocas, Cudi, probat, non Cusi. Pauca, inquit, prater ea eandem clausulam habent, nouissima litera presentis temporis in, J, conuersa. Ieo ici, Seluo solui, Cudo cudi, Voluo volui. Hæc Grammatici. Audi Colum. lib. 8. cap. 5. Die vnde uigesimo animaduereat, an pulli rostellis

25 oua percuiderint. Idem lib. 11. initio, Claudius Augustalis agriolationum sermonibus instigatus excudit mihi, cultus hortoru prosa vt oratione componerem. Idem lib. 4. c. 14. Ne noceri possit excusis anserculis, quos enecant vrtice, si teneros pupugerint. Excusis dixit ab Excudo, quo in eadem signif. ibidem vtitur, Quoniam (inquit) negatur anser aliena excudere oua, nisi suliecta sua quo-

30 que habuerit. Sic Varro lib. 3. cap. 9. de Rust. Excusos pullos subducendum ex singulis nidis, & subiiciendum ei, quæ habeat paucos: ab eaq; si reliqua sunt oua pauciora, tollenda, & subiicienda alijs, quæ nondum excuderint. Itaque Cudo eudi facit, vt composita pereudi, excudi. Supina Incusum, Excusum simplici S, scribuntur ab Incudo, Excudo. Pers. Saty. 2. Si

35 tibi crateras argenti, incusaq; pingui Auro, dona feram. — Virg. Geor. 1. — lapideq; reuertens Incusu, aut atra massam picis vrbe reportat. Horat. Carm. 1. od. 35. Ferru recusu dixit. At Incusu Excusum gemino, S, a verbis Incutio, Excutio fiunt. Plinium haud aliter, quam tusum, dicere nusquam inuenio. Palladius, vt rumq; vsurpat, N, litera modo detracta, interdum inserta. Plantus autem in compositis Obtundo, & Retundo eandem literam in supinis retinuit. Sic enim



in Casin. — obtunfo Ort nunc peruelim progredi senem. Idem  
 apud. — quamdiu Mihi cor retunsum est. — Ibid. Te cum securi caudi-  
 cali proficio provincia. LO. At hoc retunsa est. — ¶ Passus, Expallus à  
 Pando sunt, N, licera in, S, mutata: sicut à Findo fissum, Frendo, fressum, Scin-  
 do scijum. Pãlus: amen inuenio apud Vitruu. lib. 3. c. 1. Namq; si homo collo-  
 catus fuerit supinus manibus, & pedibus passis, &c. Ibid. Ea; mensura relata  
 fuerit ad manus passas. Et ab eius cõposito Dispano Dispãsus, apud Lucret. l. 1.  
 & Plin. lib. 2. c. 103. In Illyricis supra fontē frigidū expansæ vestes acceduntur.  
 Idem lib. 31. cap. 6. Expansa circa nauim vellera madesunt. & Pallad. mense  
 Nouemb. Tit. 7. In vmbra (inquit) castaneæ siccentur expansa. Demum Gell. 10  
 lib. 15. cap. 15. Dum capillum passum interpretatur, quasi porroctum, & expan-  
 sum verit. Plautus, Dissessis manibus, dixit in Milit. tamquam à Dissendo: quo  
 etiam ibidem in extremo vititur: Vbi libet dispendite hominem diuorsum, & dis-  
 tentum. ¶ Prendo dissyllabum prendidi etiam facit. Sil. lib. 5. — hinc læ-  
 cea turbine nigro Fert lethum cuiusq; viro, quem prendidit ictus. ¶ Des-  
 cendo quoq; descendidi apud priscos habuit, vt lib. 7. cap. 9. Gellius attestatur. 15  
 ¶ Edo, eã, esum, Plaut. Menab. Vbi esuri sumus? Sic Adefum, Ambesũ,  
 Peresum, Comesum. Idē Pseud. Iamne ilium comesurus es? Cic. pro Cluēt.  
 Celerius potuit comesum, quam epotum in venas permanere? Idem in Sall. Pa-  
 trimonio non comeso, sed deuorato Priscianus Comestum legit pro Cluent. Di-  
 omedes ait dubitasse Veteres dicendum ne esset Comesus, an Comestus: sed Didy-  
 mus ait (inquit idem Diomedes de Sallustio) comesta patrimonia. Valgius  
 autem Comesa patina. Similiter, & Varro: & ita melius adefa, & an. besa. Co-  
 mesta, & Comestura apud Cat. de Rust. cap. 177. leguntur. Acinis ele. tis, &  
 comestis apud Varroem. Sic Valer. Max. lib. 9. cap. 12. Cum iam comestis omni-  
 bus superuenisset. ¶ Scando, & Mando, vt ait Prisc. lib. 11. prateritis ca-  
 rent, quamuis vtumq; apud vetustissimos inueniatur. Mansus certe apud Cic.  
 est 2. de Orat. Atq; omnia minima mansa, vt aiunt, nutrices infantibus inos in-  
 serant. & Quint. lib. 10. c. 1. cibos mansos dixit. & Plin. lib. 26. c. 12. Phrynon  
 dicitur etiam abscissos sanare neruos, si confestim imponatur trita vel mansa. 30  
 Phocas neq; Scandi, neq; Mandi reijcit. ¶ Frendo, is, frendi, fressum ge-  
 mino, s, priscum est, de quo supra diximus. ¶ Nonnulla composita ex Cado  
 supinum habent, vt Incido, Occido, Récido. Plin. lib. 2. cap. 27. Verum hæc  
 ideo facta, quia incafura erant illa. Mela, lib. 3. cap. 6. In ea, quod sol longè occa-  
 surus exsurgit, breues vtq; noctes sunt. Cic. pro Mil. Vosq; phœcra Iudices, vt  
 vestra beneficia, que in me contulistis, aut in huius salute arguatis, aut in eius-  
 dem exitio occasura esse iubeatis. Idem ad Att. lib. 4. Id ego puto, vt multa eius-  
 dem, ad nihilum recasurum. ¶ Composita ex verbo Tendo frequentius in-  
 tus, excunt, Contentus, Extentus, Intentus, Prætentus, Protentus: dici-  
 tur & Extensus, Intensus. Ostensus tamen elegantius est, quam Ostentus.

quo

quo prisci vsi sunt. Seneca Herc. fur. act. 2. Tenderant dixit pro Tetenderant;  
 Et quæ plena rates carbasa tenderant. Et Prop. lib. 3. Tendisti pro Tetedisti.  
 ¶ Pedito, huius verbi supinum non facile inuenies: qui putant habere peditum,  
 non satis probant: carmen enim, quo id docent, variè legitur, ita vt ignores, sit  
 ne nomen an verbum. ¶ A Pendo Liu. lib. 5. dec. 3. Pendissent dixit, Veti-  
 gal dimidium eius, quod regi pendissent. ¶ Sido præteritum mutuatur à Se-  
 deo, sedi, teste Prifano. Proprio tamen vsus est Colum. lib. 12. cap. 24. Deinde  
 patitur picem cõsiderere, & cum siderit, aquam eliquabimus & cap. 41. Quæ in  
 colo subsiderunt. Sic Vitruu. lib. 2. cap. 4. Item Lucret. lib. 6. — & melle  
 per mare pessum Subsidiere sui: pariter cum ciuibus verbes. Senec. 2. de Be-  
 nef. cap. 8. Cum subsedit cupiditas, & cat. dixit à Subsulo. ¶ Claudio etiam  
 Cludo ab auctoribus probatis dicitur. ¶ Vali, valum, vt supra diximus in-  
 usitata sunt, quæ habent composita, vt Inuado, inuasi, inuasum: Peruado,  
 peruasi, peruasum. Vasi solum apud Tertull. lib. de Pallio, cap. 3. inuenitur.  
 15 Ad illum (inquit) ex Libya Hammon vasit ortum diues. ¶ Fido passina vo-  
 cis præteritum Fidis sum habet sicut & composita Cõfido, Diffido: quorū  
 participia frequenter inuenies. Cic. pro Rosc. Comæd. Facultate causæ confisus.  
 Ita Casar bel. Ciuil. l. & ibidem lib. 3. Item Vitruu. lib. 1. cap. 1. & Virg. Æn. 3.  
 — pelago confise sereno. Participio Diffisus vititur Cic. Pro Mur. Fateor  
 20 quosq; me in adolescentia diffisum ingenio meo quæsisse adiumenta doctrine. &  
 2. Verr. item 4. Academ. & Lucian. lib. 4.

**D**AT xi, tũ Go, vel Guo, vt Plango, Extinguo. ¶ Supinis  
 N, tamen abijciunt Stringo, cum Pingere Fingo,  
 Tango cupit tetigi, tactum. Egi Ago: pok u, & actum.

¶ Pródigo cum Dego, Ningo priuato supinis.

**Q**UÆ in Go, vel Gno terminantur, xi, & tũ, postulant, vt Plango  
 planxi, plantum: Lingo linxi, linctum: Sugo, suxi, suctum: Exsugo  
 exsuxi, exsuctum. Extinguo extinxī, extinctum: Restinguo restinxī, restinctum.  
 2 ¶ Quædam, N, literam, quam habent in presenti, & præterito, amittunt  
 30 in supino, vt Stringo, strinxī, strinctum: Pingo pinxi, pictum: Fingo finxi, fictum.  
 3 ¶ Duo composita verbi Ago supino carent: Prodigio prodegi: Dego, degi: N in-  
 go item ninxi tantum habet.

**S**VME Pago, pēpigi, pactum: Cape Pangere, Panxi,  
 Vel Pegi pactum: gaudent composita securdo.

Dat Leglectum: fregi dat Erangere, fractum.

Negligi, exi, ectum, cum Intellego, Diligo possit.

**D**A I Pungo, pūpugi, punctum: Dant pignora fermē

Punxi. ¶ Vult fissum Spargo cum Mergere Tergo,

Dant Xi, xum, Figo, feigo: sed Frigere possit

Vlerius frictum: Gemini caret Ango, supinis.

**P**AGO, is, pépigi pactum habet: Pango verò panxi, vel pegi pactum. Cuius composita pegi faciunt, vt Compingo compegi, compactum: Impingo inpegi, impactum. 2 ¶ Pungo, pūpugi, & pūctum obtinuit: at cōposita punxi, vt Expūgo expunxi, expunctū: Interpungo, xi, unctum. 3 ¶ Spargo, si, sum. Notanda composita, quæ mutant, A, in, E: Aspergo, aspersi, sum: Conspargo conspersi, sum, &c. Mergo mersi, sum: Tergo, si, sum. 4 ¶ Figo fixi, fixum: Frigo frixi, frixum, vel frictum. Ango anxi sine supinis.

De verbis in Go, delinentibus.

¶ Schol. 13.

**P**ERGO, Surgo à Re go composita, verba sunt imminuta, pro Pérrego, Pérregero: præterita, & supina plena sunt Perrexi, perrectum: Surrexi, surrectum. ¶ Ringo, is, non videtur vsitatum. ¶ Ringor deponens præterito caret, vt initio diximus. ¶ Pépigi, vt Quint docet lib. 1. cap. 6. fit à verbo prisco PAGO, quod passiscor significat. Prima quoq; aliquando positio, inquit, ex obliquis inuenitur, vt memoria repeto conuictos à me, qui reprehenderant quid hoc verbo vsus essem Pépigi. Nam id quidem dixisse summos auctores consuebantur, rationem tamē negabant permittere: quia prima positio Passiscor, cum haberet naturā patiendi, facere tempore præterito Pactus sum. Nos præter auctoritatem Oratorum atq; Historicorū, analogia quoq; dictum tuebamur. Nam cum in XII. Tabulis legeremus, Ni ita pagunt, inueniebamus simile huic Cadunt. Inde prima positio, etiam si vetustate exoleuerat, apparebat Pago, vt Cado: vnde non erat dubium, sic pépigi nos dicere, vt cecidi. Hactenus ille.

¶ Pango, panxi. Co'um lib. 11. cap. 2. Olearem taleam oportet, cum panxeris, fimo & cinere mistis oblinere. Pallad. Panctæ, & Pancturus dixit mense Ian. Tit. 14. Vel que iam panctæ sunt, mudatæ lactamen accipiunt. Idem mense Feb. Tit. 9. Qui pancturus est, pro: cetera circa surculos surmenta sine illo errore deponet. Est etiam apud eundem, mense Oct. hic titulus præfixus: De notanda vitium fertilitate, quam providebimus panctioni. Quare haud tenerè fortasse quis dixerit, vt à panxi panctum, sic à pegi pactum deduci. Plin. lib. 2. cap. 96. Loca sunt, in quibus in terrâ depacta nō extrahuntur. Sic idē lib. 17. c. 21. & alibi. Fecit & Pegi apud priscos, vt docet Prisc. quod nunc in compositione manet. Impingo, Compingo, inpegi, compegi. ¶ Prodigio, Deigo ex Ago composita prodegi, degi. quamuis prodegi parum sit vsitatum, carent supinis: at Cogo coëgi, coactū facit. ¶ Suctū etiā in vsu fuit. Pall. mēse Feb. Tit. 26. Licet plures possit educare: tamen frequentiore numero sucta deficiet, de sue sæmina loquitur. Eius compositum Exsuctus est, vsitatus. Colum. lib. 1. proz. Et exsucto sudore fitim querimus. Varro de Re rust. lib. 1. cap. 40. Semina videre oportet, ne vetustate sint exsucta. Vitruu. lib. 2. cap. 8. Materia per cemento-rum raritatem exsucta. Gell. lib. 20. cap. 7. Ostrea tenuis, exsuctaq; est. Ex quibus & simplicis, & compositi supina colliguntur. Nomen Suctus apud Plin. reperitur. ¶ Nihil cause est cur Lango excipiatur, cum linctum sit in vsu.

Plin.

Plin. lib. 35. c. 15. Prodest & suffiriosus linctum [sulphur.] ¶ Pupugi frequentissimum est, at punxi non facile inuenias. ¶ Diom. lib. 1. existimat anxus sursus ab Angor deduci. Priscianus putat anctum esse supinum, sed neutrum est in vsu. ¶ Frictus à Frigo probati auctores vsi sunt. Horat. in Art. Nec si quid fricti ciceris probat, & nucis emptor. Plin. lib. 30. cap. 12. Locusta fricta cum seuo birino. Idem lib. 22. cap. 25. Faba fricta torminibus medetur. Cels. lib. 6. cap. 15. Pares portiones salis fricti, & iridis frictæ. Colum. lib. 6. cap. 13. Scabies extenuatur trito allio defricta.

**A** Fraxi tractum: à Vexi deducito vectum. 1  
**A** Lo, luit, atque litum. Colo cultum: Consulo gignit 2  
 Consultum: Occulit occultum: alit Alo poscit & altum.

¶ Ante caret cello, Præcello, Excello supinis. 3  
 Præteritum duplex percussi, péculit optat  
 Percello, percultum: haud plura require supina.

¶ Dat Pello pépuli, pullum. Vult Fallo fefelli, 15  
 Falsum: sed proles vtrumq; Refello supinum  
 Despicit. A Velli, aut Vulli deducito vultum.  
 Sublatum Tollo nunc tantum, ac sustulit optat.  
 Sallo facit falli, falsum. Dat Pfallete pfalli.

¶ Malo, Volō, Nolo cum Pfallo carento supinis. 20

**T** Raho traxi, tractum habet: Vehō vexi, vectum: & composita Contraho, 1  
 xi, trū: Eueho, euexi, euectum. 2 ¶ Finita in Lo, lui, & litum faciunt, vt Molo molui, molitum. Sed Colo colui, cultum: Consulo consului, consultum: Occulo, ui, ultum: Alo, alui, alitum, vel altum. 3 ¶ Hæc tria supinis deficiunt, Antecello, lui, Præcello, lui: Excello, lui. Percello percussi vel perculti, percultum habet. 4 ¶ Notanda composita à Pello, quæ primam amittunt in præterito: Appello, appuli, appulsum: Compello, compulsi, compulsum: sic Repello, Expello, Impello, &c. Resello compositum à Fallo refelli tantum sine supino.

**M** O, per, ui, dat itum: Tremo flectitur absq; supino. 1  
 ¶ Dant pli, ptum Demo, Promo, cum Sumere Como. 2  
 Emi fert emptum: Premo pressi, S, duplicè pressum. 3

**Q** Væ in Mo. finiuntur, iiii, per, u, vocalem habent, & itum: vt Eremo, iiii, itum: Gemo, iiii, itum: Vomō, iiii, itum: Tremo tamen tremui, sine supino. 2 ¶ Demo dempsi, demptum: Promo prompsi, promptum: Sumo sumpsi, sumptum, Como compsi, cumptum. 3 ¶ Composita à verbis Emo, & Premo mutant, e, in, i, vt Adimo ademi, ademptum: Interimo interemi, interemptum: Périmo peremi, peremptum: Cōprimo cōpressi, compressum: Deprimo deprepsi, depresum: sic Exprimo, Opprimo Réprimo.

**D** At Polui positum. Genitum Genuisse reposit. 1  
 ¶ Dat cecini cantum: cinui dant pignora centum.

A Sino fit siui, atque situm. Dat Sternere stravi  
Ac stratum. Spreui, spretum dat spernere. ¶ Cerno  
Dat creui, cretum. ¶ Tempfi dat Temnere temptum  
Composito: dabis hæc patri, si legeris vsquam.  
A Lino sunt lini, liui, leuiue, litumque.

**P**ono posui, positum: Gigno genui, genitum: Cano cecini, cantum: composita cinui, centum, faciunt: vt Concino concinui, concentum: Pra-cino, ui, centum. 2 ¶ Cerno creui, cretum habet: supina tamen in compositis sunt magis vsitata: vt Decerno, decreui, decretum: Discerno, discreui, discretum. Secerno, secreui, secretum. 3 ¶ Tempfi & temptum à Temno non sunt in vsu: compositum Contemno contempti, contemptum habet.

**P**O, pli, ptumq; petit, ceu Scalpere, Carpo. Supinum  
A Strepui strepitum: à Rupi deducito ruptum.

¶ Lingo libi liqui: cupiunt libi pignora licium. 2  
¶ Dat Coxi coctum. Tero triui, poscit, & itum. 3

**F**inita in Po, psi faciunt in preterito, & ptum in supino vt Scalpo scalpsi, scalptum: Sculpo, sculpsi, sculptum: Carpo carpsi, carptum. Strepo, ai, itum: Rumpo rupi, ruptum. 2 ¶ Lingo liqui tantum: composita liqui licium habent, vt Delinquo deliqui, delictum: Relinquo reliqui, relicum: Derelinquo, dereliqui, derelictum. 3 ¶ Coquo coxi, coctum: Tero triui, tritum, &c. composita sunt Decoquo, decoxi, decoctum: Concoquo, concoxi, concoctum, &c. A stereo, attriui, attritum: Contero, contriui, contritum, & similia.

De V. habentibus I, L, M, N, P, Q, arte O. ¶ Schol. 13.

**V**Num dumtaxat Meio, I, consonantem ante, o, habet. Diomedes, Phocas, Priscianus aiunt Mingo facere preterito minxi. Meio verò ait Diomedes facere meij, & minxi: Priscianus nullum ei preteritum tribuit. Quidam putant Mingo esse barbarum, quia in libris, qui modò exstant non reperitur. Verisimile tamen est Phocam & Diomedem id legisse apud Veteres. ¶ Alo alitum, vel altum supino facit. Alitus participium sæpe numero inuenitur. Val. Max. lib. 5. c. 4. Quid tam inusitatum, tam inauditum, quam matrem vberibus natae alitam esse? Idem lib. 7. c. 2. Sin autem sit alitus, obsequi ei conuenisse. Ibid. c. 4. Triumphis alitam virtutem, dicit. Sall. Ing. Sed natus, & per omnem pueritiam Arpini alitus. Liu. bel. Pun. 10. Cum Annibale alito, atq; educto inter arma. Curt. lib. 8. Igni alita [flamma] oppidanorum sepulcra comprehendit. Iust. lib. 44. Nisi Cyrus rex Persarum cane alitus proderetur. Aliturus vitur Gell. lib. 12. cap. 1. Sed alituram quoq; seram criminatus est. Aliturus verò rarius est, quam vt de eo præcipi debeat. Diomedes de hoc verbo ita differit, Alor, aleris, altus sum. Sall. Arpini alitus. Melius est tamen dicere, vitande ambiguitatis gratia, alitus: nam & alimenta dicuntur. Macille. ¶ Cello, is, iam prorsus exoleuit. Celsus, Excelsus, Præcellus nomina potius videntur, quam participia.

¶ Excellen-

¶ Excellen, es, secundi ordinis vsus est Cicero primo Epist. ad filium teste Prisc. Quare effice, & labora, vt excellens. ¶ Præcello, es. Plant. in Pseud. — vt quisq; fortis vtiatur Ita præcellet — Cello sine diptichogo scribitur: à quo Excello, Præcello, Antecello, Percello deducit Priscianus, qui Excello, is, putat facere exculi: quemadmodum perculti, vel vt alij, inquit ille, excellui. Probus, vbi agit de, Lo, syllaba finitis, Tertia correpta, inquit, aut lui, vt Excello excellis excellui: aut li, vt Tollo, Sustollo sustuli. Itaq; Antecello, Præcello, excello lui faciunt. ¶ Refello supino caret. ¶ Tollo quondam tetuli fecit.

¶ Sallo, is, tertia est coniug. Colam. lib. 7. c. 7. Pecora sunt ferro necanda, salendaque. Sall. 3. Hist. apud Prisc. lib. 10. Parte consumpta reliqua cadauerum, ad diurnitatem vsus salerent. Mumius apud eund. I si hæc sum multo sale salafurus. ¶ Salio, is, quarta est. Colum. lib. 12. c. 9. Caules lactuce in alueo salire oportet. Idem lib. 6. c. 32. Vel quod in lancibus salitis thynnus remittit. Plin. lib. 15. c. 19. Cū recenti sico salitis, &c. Cornel. Scuerus lib. 8. Ad quem saliti pumiliones afferebantur. Celsus lib. 2. c. 18. Item pisces omnes, qui salem non patiuntur, solidiue saliantur. Visum est Salio simplici potius quam gemino, L, scribere, cum prima corripiatur apud Ouid. ¶ Phocas & Diomedes verbum Adimo, à Demo, alij ab Emo deducunt. Demi preteritum à Demo vsurpauit Cornel. Gallus eleg. 1. Quid mihi diuitie, quarum si demeris vsus, Quamuis largus opum semper egenus ero. ¶ Sperno solitarium, ac singulare compositum habet Delperno, idq; demum non ad vsitatum. Col. lib. 10. Et tu, ne Corydonis opes despernat Alexis, Per calathis violam. — ¶ Creui pro Vidi, Indicauit, vsi sunt prisca. Creui hereditatem pro Adij aliquoties apud Cic. inuenitur Participio Cretus vsus est Ou. Met. 7. Sublimis rapitur, subiectaque Thesala

tempe Despiciit, & cretis regionibus applicat angues. Per Cretas regiones, semitas, aut sæpe visas intelligit. Pall. lib. 1. T. 10. In fluminali verò arena, si tertia partem teste cretae addideris, operum soliditas mira præstabitur. Idem lib. 3. Tit. 25. Alteram terram cribro cretam in loco eius infundes. Idem lib. 6. Terra creta diligenter, & mixta cum paleis diu macerabitur. Idem lib. 12. T. 16. Omnia simul tusa, & subtiliter creta permisceas cum salibus torrefactis. Ibid. Tit. 22. Cineris bene creti quantum manus utraq; gestabit. Hæc sanè à Cerno pro Incerno deducit. Etenim lib. 7. Tit. 11. sic habet, Tunc cribello spisso cernimus, vt grana non transeant, sed stros solus decadat. ¶ Præteritum Tempfi supinumq; Temptum non facile reperis: compositum Contempli Contemptum vti-tatissimum est. ¶ Pono apud Veteres posui habuit. Plaut. Pseud. proxime finem — commuto illico pallium, illud posui. — Idem Rud. Lucrum præposui sopori, & quieti. Idem Curcul. Quas [30. minas] ego apud te deposui. Idem Asin. Quin pol si reposui remum, &c. Catull. in Diana hymno, Quam mater prope Deliam. Deposuit oliuam. ¶ Atterui pro Attrui dixit Ter-tull. lib. 1. Nec te pœniteat duro subisse labori. Aut operi insuetas atteruisse

manus. Vbi vnus liber è compluribus Attenuasse præoptauit, Asteruiffe in marginem reiecto. ¶ Crepo, is, tertiæ coniug. quod hic à quibusdam ponitur, non videtur esse in vsu. ¶ Linquo caret supino: composita habent, vt relictum, delictum.

**A** Gero fit gessi, gestum. Dat Curro cucurri  
Cursum. Quælitum Quæro quæsiuit habeto.  
Ferre tuli, latumq;: Vro dabit vsit, & vltum.  
Præteritum verri à Verro est, versumq;: supinum.

**C** Omposita à Fero sunt Afferro, attuli, allatum: Effero, extuli, elatum,  
Confero, contuli, collatum: Insero, intuli, illatum: Differo, distuli, dilatum: Suffero, sustuli, sublatum.

**A** Sero fit seui, atq;: fatum: vi rustica proles  
Fert, & itum: dat iiii, ertum, aliena à rure propago.

**C** Omposita verbi Sero ad rem rusticam pertinentia, cui faciunt in præterito, & itum in supino, vt Afferro afferui, affertum: Confero, cui, itum: Differo disseui, dissitum: Insero inserui, insertum: Resero reseui, resertum. Quæ verò diuersam habent significationem in, erui, ertum, exeunt, vt Afferro, cum affirmare significat, afferui, assertum: Confero, id est Certo, vel Misceo, cõserui, conseruum: Desero, id est Derelinquo, deserui, deseruum: Exsero id est Extraho, exserui, exsertum: Insero, pro Immitto, inserui, insertum: Differo pro Disputo, differui, differuum: Obsero semper obseui, obsertum: & Circumsero circumseui, circumsertum habere notandum est.

**S** O, suui, situmq;: petit. Dat Visere visi,  
Ac visum: Incesso incesso, tamen abiq;: supino.  
¶ Pinlitus, ac pistus, pinfulq;: à Pinluit exit.

**F** Inita in, So, in præterito sui, & situm in supino faciunt, vt Capesso, iui, itum: Faceffo, iui, itum: Lacesso, iui, itum: hæc etiam imminuuntur, Capessij, Faceffij, Lacesfij: & vnico, I, Capessi, Faceffi, Lacesfi, &c. 2 ¶ Pinfo pinsui habet in præterito: supinum triplex pinstitutum, pistum, & pinsum.

De Verbis in Ro, & So delinentibus. ¶ Schol. 15.

**D**E verbo Currendi, & ex eo cõpositis initio dictum est Sch. 2. ¶ Triturus à supino Tritum. Varr. lib. 1. c. 13. Nubilarium secundum arcam faciendum, vbi triturus fit frumentum. ¶ Doceantur pueri verbum Fero cum præpositionibus Ad, Ex, Con, In, Dis, cõpulare, quæ sepe eis negotium facessunt. Suffero cum præteritis, ac supinis Tollo, & Sustollo voce consentit, sustuli, sublatum. ¶ Verro, inquit Priscianus, Versi facit secundum Seruium: secundum Charisium Verri; quod & vsus comprobat. Licinius Macer pro Tuffeis, Quos oportuit amissa restituere, hinc etiam reliquias auerterunt. Publius, Cellis feruorum conuerri, Hæc ille. Plaut. Stich. — conuertram, hercle hoc, quæd

Quod cõuerri modo. Versi tunc licebit vtaris, cū legeris apud Clãssicos. Diomedes ait verborum Verro, Meto, Furo non facillè reperiri præteritum. Versus tamen à Verro fieri. Senec. in dialog. de Superst. Versa templa. & Plaut. Versa sparsa. ¶ Sero apud vetustissimos etiam Serui fecit, vt ex Ennio & Catone constat apud Prisc. Effertur etiam à Colum. lib. 3. c. 4. Cum seruerit summa seculitate cultura seruiat. Ibid. Cum sit incertum an is, qui conseruerit ea, &c. Idem de Arb. c. 8. Quidquid inserueris viti, &c. Supinum seruum, vnde est illud Lucani lib. 10. Accipiunt fertas nardo florente coronas. Pall. quoq; lib. 8. c. 6. Serta scyllæ uelamina dixit. id est inserta, vt ibidem proximè antecedit. Vnde & Serta dicta sunt. Senec. Epist. lib. 9. Quæ [virtus] nobis non fertis, sed sudore & sanguine colenda est. Participium Satus rarius est, quam Satus. Colum. lib. 2. c. 16. Non antea dissipet cumulos, quam erit satus. Idem lib. 11. c. 2. Scrobes omnis generis, quos eris Autumno conseruaturus. Vnde deniq;: Disserto, Exserto, Inserto, Põctis vsitata, de lapsa sunt. ¶ Composita, quæ ad rem rusticam pertinent, faciunt præterito, cui, supino, itum, vt Insero inserui, insertum: vnde insitiones dicuntur. Sed Inserta poma dixit Plin. ad Apollinar. lib. 5. Alternis inserta sunt poma. Hic pomiferas utiq; in medio arbores plantatus intelligit. Idem contra ad Ruf. lib. 3. Peregrinationem interstitam, dixit: id est interpositam. Colum. de Arboribus c. 26. Vnum [genus insitionis] quod resecta, & fissa arbore recipit insertos furculos. Pallad. mense Nou. Tit. 7 Persicus rutescit, si platano inserta figatur. Solin. c. 68. Vsurpare sibi nemora ista optauerunt & aliæ nationes per industriam translati germinis & inserti. Stat. Sylu. lib. 2. Vidi ego transferros alieno in robore ramos Altius ire suis. — Dissero, hoc est Dissemino, disseui, dissitum: Confero, simul sero, conserui, conseruum: Afferro, iuxta sero, afferui, assertum. Inter sero, interseui, interseruum: Resero, rursum sero, reseui, resertum. Plin. lib. 5. cap. 14. Hiericumtem palmetis cõstitam, fontibus irriguam Emmanum, &c. Apud Solin. Constatam, per a, reperias cap. 14. quod fortè negligentie typographi adscribendum est. Idem lib. 18. c. 20. Cum hyeme prægelida capte segetes essent, reseuerunt. ¶ Quæ verò à simplicis significatione recedunt Erui, & Ertum faciunt, vt Insero, id est immitto, inserui, insertum: sic Differo, hoc est disputo, Confero misceo, certo. vnde Conferere prælium, certamen, manum, &c. Afferro affirmo: Obsero, id est circumsero, vel potius Sero, vt simplex, obseui, obsertum tantum. Exsero, id est extraho, exerui, exertum tantum: Desero, derelinquo, deserui, ertum: hoc rardè ad rem rusticam pertinet. Varro. 1. de Re rust. c. 23. Nam & in recentibus pomarijs desitio seminibus, &c. ¶ Capello capellui, capelsitum. Tacit. Annal. lib. 15. Ad Flauius Sceuinus, & Afranius Quintianus principium tanti facinoris capessuere. Idem lib. 12. Vannius pugnam manu capessijt. Hic vt vides, & iterum lib. 13. verbo imminuto vsus est. Sed qui nondum honorem capessisset, &c. Sic Liu. ab Urb. 10. Alij nuntiant dictatori, omnes legiones Hetruscorum capessisse fugam. D. Aug. lib. 2. de Ciuit. Dei, verba Ciceronis ex lib. 4. de Rep. referens sic ait, Si-

quidem quod in eo quoque libro commemoratur Eschines civis Atheniensis vir  
eloquentissimus, cum adolescens tragœdias aditavisset Rempub. capessivisset.  
Tacit. lib. 2. Casarem meliora capessiturum Macrone duce. Facello itidem  
facessivisset, faceffitum. Idem lib. 20. Igitur à laude Cluvij Rufi orfivus, qui perin-  
de dives, & eloquentia clarus, nulli unquam sub Nerone periculum faceffitisset.  
Hic immutato verbo usus est, pro Faceffitivisset: quod ita esse docet supinum facef-  
situm. Cic. 6. Verr. Cum audissent ei negotium faceffitivisset: in libris quibusdam,  
ut Priscianus inquit, faceffitivisset legitur, quod propius vero est. Grammatici, qui  
hec putarunt in si, sum exire, non videntur. Syllaba imminutionem animaduer-  
sisse. Nam & Caper Lacesitv putavit esse præteritum à verbo Lacesso, cum legisset  
apud Lucilium 14. Lacesitv. Cicero modo imminuto, modo pleno verbo vitur  
Pro domo sua, Nos te Antoni nulla lacesitvimus iniuria. Idem in Pis. Responsio-  
ne me inimica homo promptissimus lacesitv. Idem Philp. 2. Tu, ne verbo quidem  
violatus, ultro maledictis me lacesitvisti. Sic Terent. Prolog. Phorm. Vetus si poeta  
non lacesitvisset prior. Liu. lib. 10. ab Urb. Per biduum lacesitvère hostem. Ar-  
cesso arcessiv, arcessitum similiter habet. Exempla curiosis inuestiganda præ-  
tereo. & Accersio, & Lacesio etiam quarta coniug. reperiuntur: idque  
potissimum in modo infinito, ferè passivo. Nam illud ex Plauti Pseudolo, Accersi-  
v hostis, &c. in libris castigatissimis accersere per, e, legitur: sicut ibid. Accersere  
agnos, & Lanios inde accersam duos cum unimabilis. Liu. bel. Pun. 1. Placere  
itaque patrem accerseri. Sic & Curt. lib. 6. Idem voce activa usurpavit. lib. 4.  
Quippe inquit alius accersere ipsos, & interdum niorantes castigare assueverat.  
Colum. lib. 9. cap. 8. Solent calidi novitate lacesitv. & Incesso incesso. Cas-  
s. bel. Gall. Exercitui quidem omni tantus incesso ex incommodo dolor, &c. Curt. 25  
lib. 4. Missilibus eos quoque incesso. Liu. 3. ab Urb. Ingens metus incesso rat pa-  
trici. Tacit. lib. 3. Quoties valetudo adversa Flaminem Diale incesso. Colum.  
lib. 12. c. 17. Pluvia incesso. Gell. lib. 1. c. 2. Incesso dixit: In quo ille vene-  
randus senex iuvenes obiurgatione iusta increpavit. Verbum hoc cum activam  
significationem habet, eam passivam. & Inso pinsui, pinsitum, pinsum, &  
pistum facit. Colum. lib. 12. c. 27. Irim bene pinsitam, nec plus viciæ pondere ad-  
dito. Sic idem sapius. Vitruv. lib. 7. c. 1. Id non minus pinsum absolutum crassi-  
tudine sic lodrantis. Ibid. Rudus inducatur, idque pinsum. Plin. lib. 18. cap. 10. de  
Zea, Traduntque eam ac tipheri redire ad frumentum, si pinsu serantur.

**X**ium dant Plecto, cum Flecto, Nectere, Pecto:  
Dant quoque Pecto xui, Nectoque. Peto iuit & itum.  
Sterruit à Sterto tantum. Meto n essuit optat.  
Ac messum, S, gemino. Mili dat Mito supinum.  
S, dophci missum. A Venti deducto verbum.

**S**isto situi, statum activum; neutrale sequetur

Sto verbum; unde situi atque, situm sibi pignora sument.

A Vixi victum: à Volui dessecte vultum.

Texui amat Texo, ac textum. Soluique, solutum.

**P**lecto plexi, plexum: Flecto flexi, flexum: Pecto verò pexi vel pexui, per-  
xum: Necto nexi, vel nexui, nexum: Peto petiui, petivum: Sterto ster-  
tuit sine supino. Meto messui, messum duplici, S: Mito misi missum, S, etiam gemina-  
to. Verto verti, ver sum. 2. Sisto is, activum situi, & statum habet: neutrum  
verò steti & statum, ut Sto, facit. Unde composita situi, & situm accipiunt: ut  
Insisto, insitui, insitum: Resisto, restitui, restitum.

10 De V. Tertiæ Coniug. habentibus T, V, aut X, ante O. & Schel. 19.

**P**lerique inquit Priscianus, Pexui à pecto protulerunt. Charisius pexi. Ma-  
cenas in Octav. Pexisti capillum natura muneribus gratum. Aster tamen  
Pectivi. Hec ille. Colum. lib. 10. Verum ubi iam puro discrimine pectivitatekus.

Idem lib. 12. c. 3. Preparatae sunt & pectivæ lanae. & Silto, Cic. 1. Offici-

15 ex 12. Tabulis, aut status dies cum hoste. Id est iudicij causa cum peregrino con-  
stitutus. Plaut. Curcul. Si status, conductus cum hoste intercedit dies. Hoc est insti-  
tutus, & denunciatus peregrino. & Nexo, is, si tamen unquam fuit, iam  
exolevit: nam illud virg. 5. En quod Priscianus affert, Et paribus palmis ambo-  
rum innexuit armis, affert Diomedes, ut doceat Necto nexui facere, non Nexo.

20 & Silto activum præterito facit situi, ut docet Gell. lib. 2. c. 14. supino statum.  
Vlp. 1. 2. Pand. Tit. Signis cautionibus, &c. Quia verum sit omnes statos non esse.  
Eod. lib. Titul. Siquis in ius vocatus non iterit, idem Vlp. Cum quis in iudicium  
sisti, pronisist, neque adiecit pœnam, si statum non esset. Ibid. scpe etiam præ-  
teritum invenies. Porro autem citra compositionem crebro atque eleganter ab scri-

25 ptoribus adhibetur. Plin. Paneg. Magnum hoc tuum non erga homines modo, sed  
erga recta ipsa meritum sistere ruinas, solitudinem pellere, &c. In compositione  
est rarissimum. & Consisito usurpavit Gell. lib. 5. c. 10. Cum ad iudices conij-  
ciende planè, consistendæque, cause gratia venisset, &c. Lucret. lib. 6. Et per qua  
possent vitam consistere tutam. Id est reddere, consistere. ubi vetus liber vertit

30 nova significatione offensu, Confiscere præoptavit. & Sublito pro occulto  
statuo idem Gell. dixit lib. 6. c. 2. Peccata quoque hominum, & delicta non subsi-  
stenda, neque condiscenda sunt ipsis, &c. Liu. ab Urb. 1. Iam non seras tantum  
subsistere, sed in latrones prada onustus impetum facere, &c. hoc est, sustine-  
bant, excipiebantque, seras. Sed hec inveniunt rara sunt. Pro sustineo, coerceo, conti-

35 tinea posuit Vitruv. lib. 8. c. 3. Quam aquam nec argenteum, neque aureum, neque  
ferreum vas posse subsistere: sed dissipat. & Cum verò Silto  
neutrum est, commune habet præteritum cum verbo Sto. Composita neutra sunt,  
& tam in præterito, quam supino, i, vocalem servant, ut Resisto restitui, resti-

tum: sic Sublito, Oblito, Perlito, Inlito, quorum supinis tantis vœris,  
cum apud probatos scriptores legeris. Quid Diomedes, quid Priscianus de Silto

verbo a diuo senferit, satius esse puto silentio inuoluere, quam tibi fastidium mouere. ¶ Scatum supinum a Sisto videtur priorem producere, cum inde Iupiter stator deducatur priore longa. Ouid. 6. Fast. Tempus idem statoris erit, quod Romulus olim Ante Palatini condidit ora iugi. ¶ Caluo quod calui facis, teste Prisciano, tamquam priscum & obsoletum prætermisum est.

De præteritis, & supinis quar-  
tæ coniugationis.

**I** Vi, itum, vt Polio, Fastidio, Quarta requirit. 1  
¶ Fert veni, uentum Venio: Sepelire sepultum. 2  
Singultum Singultit amat. Dat Amixit amictum.  
¶ Ex Pario natum per, uii, flectatur, & ertum. 3  
Comperio, Reperitq; petit, Ri, poscit & Ertum.

**V** Erba quartæ coniugationis Iui, itum faciunt, vt Polio, iui, itum: Fa-  
stidio, iui, itum. 2 ¶ Sed Venio veni per vnicum, i, uentum. Sepe-  
lio, iui, ultum: Singultio singultini, singultum: Amicio amixi, amictum.

3 ¶ Composita a verbo Pario, uii, per, uii, uocalem, in præterito, & ertum ha-  
bent in supino, vt Aperio aperui, apertum: Operio operui, opertum. Conperio  
nomen comperi facit, & compertum: Reperio reperi, repertum.

**S** Ancio dat sanxi, sanctum, simul optat & itum. 1  
Senlio vult, li, sum. Sepsi dat Sepio septum. 20  
Hauli fert haultum. Dat vinxi Vincio uinctum.  
¶ Farcio dat fartu, fartum. Vult Fulcio fulli, 2  
Ac fultum. Sarli, fartum dat Sarcio uerbum.  
Veneo fert uenum, quod ferme uenije optat, 25  
¶ Dat Salui, aut salij saltum: Stirps accipit Ultum. 3

**S** Ancio sanxi, sanctum vel sanctum: Sentio, sensi, sensum: Sepio sepsi vel  
sepini, septum: Haurio hauli, haultum, & aliquando hauriui vel potius  
haurij facit. 2 ¶ Composita a verbo Farcio notanda sunt, que mutant, a,  
in, e, vt Consercio, conserpsi, confertur: Refercio, referpsi, refertum. 3  
¶ Sa-  
lio composita supinum faciunt in ultum, Insilio, insilui, vel insilij insultum: Dis-  
silio, dissilui, vel dissilij dissultum: Exsilio, exsilui, vel exsilij, exsultum.

De V. ad Quartam Coniug. pertinentibus. ¶ Schol. 17.

**P** Robus, Phocas, Diomedes, Priscianus d. cent uerba quanti ordinis facere  
præterito, iui, vel, ii, gemino, i, vt Audiui vel audij: Munui, vel munij, & cetera  
alia tamen alijs uisitata sunt, id quod assidua lectio docebit: alijs præterea  
Oratores, alijs Poeta frequentius utuntur. Solus Diomedes ex ceteris, si bene  
memini uerbi Amictendi mentionem facit, & quod mirum est inter uerba tertij  
ordinis, Secunda forma, inquit, in, i, puram litteram desinit, vt Alo, alui, Arguo,  
argui, & cetera. & quod qui iam exterminant Amicio, amicit, vt Brutus in  
laudatione

laudatione Appij Claudij, Que te toga prætexta amicit. Sed Varro, Sceleris  
magister amixit. Hec ille. Amicio docet Horat. quarti esse ordinis. Epist. lib. 2.  
Deferat in uicij uendentis thui, & odores, Et piper, & quidquid chartis ami-  
citur ineptis. Item Ouid. 3. de Pont. eleg. 8. & 5. Met. Sic Solin. c. 66. Vesti-  
tur sformate, ut est habitus, quo Liberum patrem amiciri uidemus. Participium  
Amictus frequentissimum est. Cic. 2. Philip. Sedebat in rostris collega tuus ami-  
ctus toga purpurea. Sic Valer. Max. lib. 3. c. 6. Idem lib. 6. cap. 11. Pellucida ueste  
amictus, &c. Amixi magis placet, quam Amicit: ut enim Sancio, Vincio, xi, fa-  
ciunt, ita Amicio. ¶ Lulius lib. 4. Dec. 5. Sepiui dixit, Ideo cum munimentis  
ca sepissent, &c. pro sepississent. ¶ Haurio hauriui, vel potius haurij interdum  
facit. Varr. apud Priscian. ad Cic. 24. Cum inde haurierint. Apud Apul: aliquo-  
ties hauritum reperitur. Virg. 4. Æn. haururum dixit. ¶ Farcitum rosa  
puluinam apud Cic. 7. Verr. legit quidam: sed in nullo codice sic scriptum inuenio.  
¶ Unus Manutianus liber, Factum rosa puluinum: reliqui cum fartum, tum sar-  
ctum habent. Eius composita Refertus, Differtus, Confertus, C, litteram respuunt  
omnino. Liu. bel. Pun. 4. Arpinis purgantibus, ignaros omnium se uenenum a prin-  
cipibus datos. ¶ Salio etiam saltij, facit. Virg. 2. Georg. Mollibus in prati-  
uitos saliere per ures. In quibusdam tamen libris, ut inquit Priscian. Saluere  
inuenitur. Ouid. Fast. 4. Per flammas saluisse pecus, saluisse colonos. Sic Prop.  
lib. 4. eleg. 5. Stat. 9. Theb. & Syn. lib. 1. Assilio. Ouid. 11. Met. Cum sepe assilij  
defense moenibus urbis. Desilio. Liu. bel. Pun. 5. Super delapsum cum uulne-  
re ex equo desilij. Sic Plin. de Vir. illust. Cæs. bel. Gall. 4. Curt. lib. 7. Idem lib. 10.  
Desiliuit deinde frendens de tribunali. Exsilio. Idem lib. 8. Ex sella sua  
exsiliuit. Vitruu. lib. 9. c. 3. Exsiliuit gaudio. Lucan. l. 1. Sedibus exiliere patres.  
¶ Profilio Cic. pro Cælio, Deinde temere profilierunt. Ibidem tamen profi-  
luisse dixit. Curt. lib. 7. E conuiuio profiliuit. Resilio. Senec. Epist. 123. Resiliuit  
aliquantulum. Transilio Senec. de Tranquill. Vit. lib. 1. cap. 1. Quædam apertis  
oculis transilijssent. Liu. ab Urb. 2. Transilij iacentis corpus. Sic Ouid. 4. Fast. As  
Plaut. Trucul. & Gell. lib. 5. c. 6. Transiliuit dixerunt. ¶ Raucio inuenio apud  
eum. Prisc. cuius tamen neq; Phocas, neq; Diom. meminerunt: citatq; Cic. 1. de  
Orat. At Æsopum, si paulum, irrauerit explodi. Qui locus nunc sic habet, Itaq;  
nos raucos sepe attentissime audiri uideo: tenet enim res ipsa, atq; causat  
Æsopum, si paulum irrauerit, explodi. Est igitur prima positio Irrauceo. ¶ Cæ-  
bio capsi posuit Charis. quo, cum demum ueris, cum apud bonos auctores inuenitur.

De præteritis, & supinis uer-  
borum Deponentium.

**A** Ctua si uerba carent, effingito uocem,  
¶ Ut Vereor uereor: ueritum flectit inde supinum,  
Præteritumq; simul ueritus sum: cætera singi

Hac ratione queunt. Patior sibi passus habeto.

A Reor esto ratus. Nanciscor nactus amavit.

Orfus ab Ordiri. deducitur: vsus ab Vtor.

Vult Fateor passus. Proficiscor sume pto sectus.

Metiri mensus gignit: pactusq; Paciscor.

Cómque miniscor amat commentum: Ad ipiscor adeptum.

Vltus ab Viciscor venit. Expergiscor habebit

Experrectus. At oblitum Obluiscor adoptat.

Dat Labor lapsus. Misereri funde miserus.

Fert, vtus. Loquor, atq; Sequor. Queror accipe questus

Dat Nitro nixus, nifusq;. ¶ Gradi accipe gressus.

Redde Fruor fruitus. Morior tibi mortuus hæret.

Nascor amat natus. Tandem fert ortus Oriri.

¶ In tribus extremis per, Iturus, flecte futurum

**V**erborum Deponentium, atq; Communium præterita, & supina hoc modo inuestigantur, Finge primùm vocem actiuam: deinde redde ei præteritum, supinumq;, prout postulant tradita præcepta. Verbi causa ex verbo Lator finge Lato, as, vnde fiat latavi, latatum: ex Vereor finge Vereo, vnde verui, veritum: ex Fungor Fungo, vnde funxi, functum: ex Potior Potio, vnde potui positum, quemadmodum quatuor coniugationum præcepta postulant. Postremò reiectis præteritis vocis actiuæ, deduces ex supinis participia præteriti temporis: vnde adhibito verbo substantiuo fient præterita latatus sum, veritus sum, functus sum, potitus sum, &c. eodem modo. ¶ Gradior, eris, habet gressus in præterito. Eius composita mutant in præsentem, A, in, E, quam retinent in præterito Aggredior aggressus: Congredior congressus. ¶ In his tribus Morior, Nascor, Orior, futurum in Rus, in Iturus exit, Moriturus, Nascurus, Oriturus.

De Verbis Deponentibus, & Communibus. ¶ Schol. 18.

**C**um verbi Metior composita nihil ab eo discrepent, sunt qui Demetitus tanquam à Demetior Cic. de Nat. 2. prope finem dixisse credant. Eorum cursus demetici (legunt idem) maturitates temporū, & varietates, mutationesq; cognouimus. Demetati tamen legendum esse crediderim, cum ipse quoq; Cic. ibidem paulò post libri medium Demetata signa dixerit, atq; ita demetata signa sunt, vt in tantis descriptionibus diuina solertia appareat. ¶ Nactus à Nanciscor quidam è recentioribus constanter excudendum curauit, vbi cumq; apud Terent. reperitur, vt in Andr. act. 5. — more hominum euenit, vt quod sim nactus mali Prius rescisceres tu, quam ego, quod tibi euenit boni. & in alijs locis. ¶ Depaciscor depactus sum. Cic. 2. de Inuent. Depactus est cum eo, vt arma & impedimenta relinqueret. Depactus legitur etiam apud Vlp. Vbi tamen quadã exëplaria Depactus habens. Quidã Depesciscor depescus sum, pro Depaciscor depactus sum scribunt: malim per, A, scribere. ¶ Cómque-

miniscor

miniscor pro Comminiscor, aliter non poterat carmen ingredi. ¶ Verbo Apiscor vitur Tacitus lib. 5. semel atq; iterum præterito imperf. coniuncti- ni. Ibidem etiam & lib. 3. participio Apiscendus, & Cic. ad Attic. 8. Apiscor aptus sum fecit apud præscos, vnde Adipiscor adeptus sum, & Indipiscor, indeptus sum. Pacuutus Hermion. Quod ego in acie celebri obiectans vitam, behando aptus sum. Videt Non. Marcel. ¶ Miseritus sum dixisse Gellium l. 20. c. 5. Inuenio: Nostri (inquis) miseritus est. & rursum, Mei miseritus est. Ibidem ex Afranio, Nescio, qui nostri miseritus tandem Deus. ¶ Fruor fruium facit. Cic. 3. Tusc. Zeno istorum acutissimus magna voce dicere solebat, eum esse beatum, qui presentibus voluptatibus frueretur, consideretq; se fruiturum. Vlp. lib. 7. Pand. Titul. Quibus modis vsus fructus, vel vsus an. ittatur. Licet proprietarius mihi pensionem solueris, tamen vsus fructum amitti: quia non meo nomine, sed suo fructus est emptor. Neuius apud Gell. lib. 17. c. 2. Qui non passus apud se fructus est. ¶ Pertractus à Perfruor. Cic. in Hortensio, Summa amoenitate perfructus est, dixit, teste Prisc. lib. 10. ¶ Nixus frequentissimum est. Nilus rarius Vitru. lib. 1. c. 1. Vt architectus, his literis imbutus, hæc nifus sum scribere. Plaut. Milit. Nifus leua, dixit. Liu. 3. ab Vrb. Cum ana cohortes arte aduersus vim nife declinauere paululum. Sil. lib. 3. Quæque magis subire iugo, atq; euadere nisi Erexere gradum. — Tacit. lib. 2. Quidam turpi fuga in summa arborum nisi. ¶ Enixus ad partem spectat, Enifus ad ceteros conatus. Cic. ad Q. Fr. lib. 3. In quo [consulatu] enitar non minus, quam sum enifus in nostro. Sall. Iug. Ab adolescentia isa se enifus, vt ab optimo quodq; probaretur. Ibid. Ab eisdem fautoribus Regis summa ope enifus est. Cas. 2. bell. Ciuil. Brutus celeritate nanis enifus est, vt paruo momento antecederes. Enixus tamen dixit Curt. lib. 7. Per aspera enixis duriora restabant. ¶ Annifus siue Annifus frequens est. Liu. 5. ab Vrb. Patres rescicere intercessores legis annifi sunt. Ibid. Patres hoc idem de intercessoribus legis annifi. Annifurus. Ab Vrb. 2. Annifurus, vt appareat exilio sibi irritatos, non fractos animos esse. Et lib. 6. Certaten secum ipsum annifurus, vt, &c. Idem lib. 4. dec. 5. Illud affirmare pro certo habeo, me omni ope annifurus esse, &c. Idem Annifurus dixit ab Vrb. 1. Quod annifurus pro se quisque sit. Idem bel. Mac. 1. Annifurus ne officijs in Po. Ro. ab alio vincatur. & lib. 8. Summis opibus annifi sunt. Sic ab Vrb. 4. ¶ Innixus. Ibid. Quem cum istum equo deiecisset, confestim & ipsa hasta innixus se in pedes excipit. ¶ Innifus. Plin. Traianolib. 10. Cuius tutela, & securitas saluti tue innifa est. ¶ Subnixus. Liu. ab Vrb. 6. Non videbo Ap. Claudium & Q. Fuluium victoria insolenti subnixos. ¶ Connixus Tacit. lib. 20. Studio lætitiæq; connixi. ¶ Connifus per, S, apud eumd. lib. 11. ac 15. & apud Stat. Sylu. 4. reperies. ¶ Adnixus, Connixus, Innixus, Obnixus per, X, literam Diomedes lib. 1. & Seruius in illud Virg. 1. En. Cymothoe simul, & Triton adnixus acuto Detrudunt naues scopulo — aiunt apud Veteres hæc per,

X. literam, sua verd atate per, s, fuisse scripta. ¶ A. verbis Morior, Nascor, Orior sunt participia Moriturus, Nasciturus, Oriturus. Portius Latio, Famam per d popularem neq; temerè vnquam nascituram esse, neq; temerè occasuram. Pallad. lib. 7. Tit. 7. Vbi signum nascituri regis inueneris, &c. Nasciturus aded rarum est, vt Phocas dixerit Nascor eo desitui. ¶ Adorior pro Adortus dixit Ouid. 2. de Pont. eleg. 2. Ausa est & nullum maius adorsa nefus. Itè Gell. lib. 9. c. 2. ¶ Orior, Adorior, & Exorior exceptis Infiniti temporibus Oriri, Adoriri, Exoriri, raro quarta coniugationis inueniuntur. ¶ Tutum à Tuor non est in vsu: Tuitus sum à Tueor fit. Quint. in Declam. pro Ceco, Tuitus sum adolescentis miserimi causam. Plin. lib. 6. ad Quadrat. Tuitus sum Iuliu Basium. Neque est cur excipiatur, cum analogiam sequatur. ¶ Diuertor non diuersus, sed diuerti dumtaxat à Diuerto accepit, quod plerumq; neutraliter vsurpatur. ¶ Reuertor reuersus sum, & reuerti sibi ad seiscit. & in eodè sensu effertur Quint. lib. 9. c. 3. tradit. Cels. l. 8. c. 4. Si cupiditas cibi reuenterit. Sic iterum ibid. c. 6. ¶ Fatiscor, quod quidam putant fessus sum facere, nondum potui inuenire. Illud tamen apud Gell. lib. 17. c. 2. legi Fatiscor à Fateor fieri, vt Fruiscor à Fruor. Diom. l. 1. Fessus docet nomen esse his verbis, Fatigor fatigatus sum facit non fessus: & longè falluntur, qui opinantur ex Fatigor fessus derivari: nam fessus est appellatio. Hæc ille. Prisc. lib. 10. ait Defetiscor facere supino defessum, & præc. defessus sum. Defessus tamè vt Fessus nomen potius videtur. Itaq; existimo Defetiscor præterito carere. Defetiscor apud Ter. est in Phorm. Neq; defetiscor vsq; aded experirier, Donec tibi id, quod pollicitus sum effecero. ¶ Liceor, & Opperior non carèt supinis, vt quidam existimant. Cic. 3. Verr. Herbitæses liciti sunt vsq; ed. quoad efficere posse arbitrabatur. Ter. Phor. — vnâ præterea horâ, ne opertus fies. Si vtriusq; vocè actiua sinxeris, existet & præc. & supinû Opperiturus apud Curt. inuenies, l. 8. & Opperitus apud Plaut. Most.

DE COMPOSITIS, QUÆ SVORVM SIMPLICIUM VOCALIS retinent, aut mutant in supinis.

**S**implicis A, retinent tum Go, finita supini, Tum Cado quæ gignit. ¶ Reliquis, E, contulit vsus. Quam simul à verbo Spargo venientia sumunt. Hinc habeo, Salio, Statuoq; auferre memento.

**C**omposita in, Go, finita, quæ mutât, A, in, I, seruat, A, sui simplicis in supino, vt Ago actû, Exigo exactû. A, etiâ retinet cõposita ex Cado, vt Incido in casu: Occido occasû: Recido recasum. 2 ¶ Cetera, quæ mutant, A, in, I, siue in, E: in supino habêt, E, vt Iacia iactû, Cõiicio cõiectû: Pario Partû, Cõperio cõperû. Quibus adhibe cõposita à Spargo, quæ licet in, Go, finiatur, in supino etiâ habêt, E, vt Cõpergo cõpersû, Respergo respersû. 3 ¶ Excipiuntur horû triû verborû cõposita, quæ nõ habêt, E, in supino, licet in præsentî mutet, A, in, I, vt Adhibeo adhibitû, Exhibeo exhibitû: Affilio affultû, Infilio infultû, Instituo institutû: Cõstituo cõstitutû.

DE

DE OCTO PARTIVM ORATIONIS CONSTRUCTIONE LIBER II.

Quid sit Syntaxis, & in quot partes distribuatur.



SYNTAXIS Græcè, Constructio dicta Latinè, Diuicias inter series pulcherrima voces, Scinditur in partes geminas. Iusta vna vocatur, Quæ numeris perfecta suis, atq; integra fulget: Altera multiplices docuit variare Figuras, Vnde Figurata nomen: quæ semper in vllò Deficit, vt metris Oratio Iusta resultat Vndiq; plena suis. Primum cape Recta prioris Iura: Figurata demum præcepta sequentur.

Syntaxis, quæ Latinè Constructio vocatur, est recta partium Orationis inter se compositio. Hæc in duas partes diuiditur: prima docet quibus modis Oratio perfecta, suisq; numeris omnibus absoluta, quæ Iusta dicitur, faciendâ sit: in secunda verd Figurata orationis doctrina continetur: in qua semper aliquid desideratur, vt Iusta sit, & perfecta. De hac posteriori posterius agendum est: nunc orationis Iustæ Syntaxin aggrediamur.

De Iusta, & Figurata Syntaxi. ¶ Schol. r.

Recta compositio ea censenda est, quæ vsi sunt auctores, qui purè, & emendatè scripserunt. Hæc duplex est, altera Transitiua, cum partes nimirum Orationis in casum dissimilem præcedenti transeunt. Cic. ad Att. lib. 2. Pompeius amat nos, charosq; habet. Altera Intransitiua, cum orationis partes aut nulum post se casum habent. Idem ad Q. fr. lib. 3. Valent pueri, studiosè discunt, diligenter docentur. Aut certè non diuersum ab eo, qui antecessit. Idem, Philip. 3. Pax est tranquilla libertas. Vtraq; in Iustam, & Figuratam diuiditur. Illa omnibus suis numeris perfecta, atq; expleta est. Idem Lentulo, lib. 1. Ego omnî officio, ac potius pietate erga te, ceteris satisfacio omnibus, mihi ipse nunquam satisfacio. In hac, vt plena sit, nonnihil desideratur. Idem Att. 15. Ego, si Tiro ad



me, cogito in Tusculanum. Quæ omnibus suis numeris absoluta erit, si duo verba a iudæ hoc modo, Ego, si Tiro ad me veneris, cogito in Tusculanum, proficisci. Aut mutatur aliquid iusta efficiatur. Idem ad eund. 13. Quam turpis est assentatio, cum vivere ipsum turpe sit nobis. Si, Vita ipsa, dixisset, Iusta erat. De Figurata copiosius postremo loco dicendum est. Nunc à Iusta, eaq; Intransitiua, quod facilius expeditiorq; sit, initium faciemus. Ad quam ante quam aggredior, illud etiam, atq; etiam eos rogatos uelim, qui hunc libellum sunt lecturi, ut ne ægrè serant, si Syntaxeos præcepta pluribus interdum illustrata exemplis offenderint. neq; enim casu, aut temerè, sed consulto, & cogitad id factum est. Nam cum Grammatica præceptiones aride, ieiuna, & insulsa ipsa per se sint, nisi Verborum scriptorum nitore, & elegantia condiantur, breui domestica barbarie Latina lingue rudes insuscabunt. De nominibus autem illis Transitiuum, & Intransitiuum, ne valde solliciti sint præceptores: satis enim est vel ea verbis, vel modò explicata sunt, perspicuis aperire: vel eadem, si magis placuerit, intacta prætermittere. Neq; enim in eorum cognitione Syntaxeos sciëntia constituta est.

¶ De Casuum appellationibus nonnulla dicta sunt in Rudim. Nominatiuus appellatur etiam Nominandi casus, & Rectius: ceteri communi nomine vocantur Obliqui. Genitiuus dicitur etiam Patrius, & Gignendi casus: Datiuus Dandi casus vel Ternus: Accusatiuus casus accusandi, vel Quartus: Vocatiuus Vocandi casus, vel Quintus: Ablatiuus casus auferendi, vel Sextus, vel casus Latinus. Gradus pro casu ponitur aliquando. Finitus modus modos omnes, præter Infinitum, comprehendit.

## DE CONSTRUCTIONE

partium Orationis post se casum dissi-

milem præcedenti non habentium,  
quæ dicitur Intransitiua.

**P**ersona, & numero Verbum, Rectusq; cohærent.

**V**erbum personale finiti modi antecedit nominatiuus apertè, vel occultè eiusdem numeri, & personæ.

Cic. Terentiæ lib. 14. Si uales bene est: ego quidem ualeo.

De Personalium, & Impersonalium verborum discrimine.

**E**t si verba, quæ Personalia vocantur, serè antecedit nominandi casus apertè, vel occultè, vel suis locis planum faciemus: satis tamen visum est à vulgari & communi præceptione non discedere, atq; in re non ita magni momenti con-

¶ Schol. 2.

uenerè,

uenerè, quàm stomachum ijs mouere, in quorum animis uetus opinio iam olim penitus infedisset. Quamquam si quis hæc ad uinum refecare uelis, nonnulla procul dubio uerba reperiet, quæ nullum prorsus ante se casum habeant. Varro lib. 3. de Analog. uerba Impersonalia appellat Declinatum species, quæ habent tempora sine personis, quas species ait esse quatuor, Rogandi, ut Seruiturne? Seruiturne? Ab respondendi species easdem figuras fieri extremis syllabis demptis Optandi, ut uiuatur, ametur, uiueretur, amaretur: Imperandi, & cætera. Quæ Varronis locus locupletissimus testis est etiam Ciceronis ætate fuisse cognita uerba, quæ posteri Impersonalia nominarunt. Gellius lib. 13. c. 13. more nostro locutus est. Veritum (inquit) sicut Puditum, & Pigitum non personaliter per infinitum modum dictum esse non à uetustioribus tantum uidentur, sed à M. quoque Tullio in 2. de Fin. Primum (inquit) Aristippi, Cyrenaicorumq; omnium, quos non est ueritum in ea uoluptate, quæ maxima dulcedine sensum moueret, summum bonum ponere. Hæc idè attulimus, ut intelligeremus non esse hoc uerborum genus à Iunioribus Grammaticis constitum. Qui Impersonalia demedio sustulerunt, non satis eorum naturam, uimq; uocabuli uidentur perspexisse: Non enim ita Impersonalia appellantur, ut, In, præpositio priuationem nominatiui personæ, ut uocant, agentis, vel patientis declares, ut uulgò persuasum est, sed idè Impersonalia, siue Species declinatum, quæ habent tempora sine personis, à Varrone dicuntur, propterea quòd priuantur præcipuis personis, hoc est prima, & secunda: atque ita se rem habere ex eodem Varrone suo loco apertissime demonstrabimus. Qua de re hoc loco ne uerbum quidem faciat præceptor, qui suis auditoribus consultum uolet. Agentis, & Patientis uoces, quas plerique huic præcepto addunt, consultò prætermisimus, tum quòd partim faciant ad eiu cognitionem, tum uel maximè, ne cui ansam præberemus philosophandi, non sine temporis iactura, & puerorum cruciatu.

### APPENDIX I.

**P**ersonas inter Verbo manifesta præire Terna solet: reliquas tacere uenustius omnes Ausonij: ni facta uelint contraria uerbis Exprimere: aut plus significant, quam uerba sonabunt.

**P**rimum, & secunda persona Ego, & Tu, serè non explicantur, nisi cum diuersas per onas simul, aut earum actiones, uel studia significamus.

Cic. Philip. 8. Ego conseruare coloniã populi Romani cupio, tu expugnare studeo.

¶ Aut cum plus significamus, quam dicimus. Idem Verr. 5. Tu inno-

sentior, quam Metellus? Tu plus significas, quàm uerbum ipsum per se declarat. Quæ personæ supprimendæ sunt in Oratione. ¶ Schol. 3. Diuersa studia significamus, cum opposita desideria, sententiæ, aut actiones oppositas ostendimus. Auc. ad Heren. Ego capitis mei periculo patriam liberanti,

liberati, vas liberi sine periculo esse non curatis? ¶ Hic ne aut Discretionis, aut Emphasis nomine terreantur tyrones, rem teneant, vocabula discent suo tempore. Admoneantur sepe numero, ne tertio quoque verbo, vt sit, Ego, Tu, Nos, Vos, non sine nausea effutiant. Alijs præterea de causis explicantur hæ personæ, quas Veterum scriptis legendis vsus optimus magister docebit.

¶ Nominatiuus etiam tertis personæ in quibusdam verbis, quæ Exceptæ actionis dicuntur, occultè præceit, vt Grandinat, Gelat, Hiemat, Ningit, Pluit, Tonat. De quibus postea in Figurata constructione, cum de Syllepfi sermo erit. Item in alijs, vt Aiunt, Ferunt, Dicunt, Vocant, Appellant, non exprimitur aliquando nominatiuus. Ideoq; additum est solet, vt hæc, & alia, in quibus auctores supprimunt nominandi casum, excipienda esse significaretur.

APPENDIX II.

Infinitum: aut Verba suos comitantia casus  
Propria nonnunquam Recti sibi munera sumunt.

Verbum Infinitum interdum partes nominatiui agit.  
Terent. in Heaut. Non est mentiri meum.

¶ Item verbum cum suo casu. Cic. ad Mariu. n. lib. 7.  
Vacare culpa magnum est solutum.

Quæ suppleant vicem Nominatiui. ¶ Schol. 4. 20

Vice Nominatiui ponitur verbum Infinitum, que modò etiam pro nomine vsurpatur aliquando, vt in Figurata construct. dicitur. Sall. iug. Mibi, benefacere iam ex consuetudine in naturam vertitur. Cic. in Orat. Oportere perfectionem declarat officij. Oratio, itidem constans verbo, & alijs partibus ab eo pèdètib. Sen. de Vit. B. 1. Deo parere libertas est. ¶ Verba Apparet, Fallit, Fugit, Præterit, Latet, interdù loco nominatiui membrù orationis habent. Cic. 2. Philip. Non dissimulat P. C. apparet esse commotum, sudat, pallet. Idem in Bruto, Legimus epistolas Cornelie matris Gracchorum, apparet filios non tam in gremio educatos, quàm in sermone matris. Idem in Orat. Quem quæso nostrum fefellit ita vos esse facturos? Liu. 1. bel. Mac. Non fefellit Achæos quod spectasset tam benigna sollicitatio. Quintil. lib. 11. cap. 2. Ergo quid sit optimum neminem fugit. Cic. Att. 7. De Dionysio fugit me ad te antea scribere. Idem ad Silium, lib. 13. Non mo præterit nos eam rem Ephesi expertos esse. Plin. lib. 2. c. 20. Latet plerosq; magna celi affectatione compertum à principibus doctrina viris superiorum triu siderum ignes esse. ¶ Idem accidit nonnunquam verbis passiujs. Cic. de Amicis, Tarquiniu diocisse fertur, cum, cum exsul esset, se intellexisse, quos fidos amicos habuisset, quosq; infidos. Idem 5. Tusc. Ex quibus bonorum, beatam vitam esse concluditur. Plin. lib. 8. c. 32. Qualem fuisse traditur Q. Sertorijs certam. Et c. 12. 42. Vixisse equum 75. annis proditur. Ibidem cap. 51. de Suc. Animalium hoc maxime brutum, quumamq; ei pro sale data non ille p. d. existima-

existimabatur. Quintil. lib. 11. cap. 2. Quem omnium militum tenuisse creditum est nomina. Quod idè verbo, Videtur, vsu venit modò apertè. Cic. 5. Tusc. Non mihi videtur ad beatè viuendum satis posse virtutem. Modò obscure. Liu. bel. Mac. 4. Si quos ei videretur, milites scriberet, armaretq;. Deest enim scribendos, armadosq; esse. Cic. ad Att. lib. 12. Velim aliquando, cum erit tuum commodum, puerum Leatulum inuisas, eiq; de mancipijs, que tibi videbitur, attribuas: Deest enim attribuenda esse. Ad eund. ibid. Quod Lentulum inuisis, valde gratum, pueros attribue ei quot, & quos videbitur. Deest attribuendos esse. Plura eiusdem exempla adiungnam, que Budæus in Comment. linguæ Græcæ affert, Pro Rab. perd. reo, Fit S. C. vt C. Marius, L. Valerius COSS. adhiberēt Tribunus plebis, & Prætores, quos ipsis videretur. Idè in Frumentaria, Consulibus Senatus permisit, vt vini, & olei decumas, quas ante vendere in Sicilia Quæstores consueissent, Romæ venderent, legemq; his rebus, quam ipsis videretur, edicerent. Cas. bel. Gal. 4. Ad hæc, que visum est, Casar. respondit. Lego. Eudæum, si voles plura.

APPENDIX. III.

15 Voces coniunctæ pluralia verba repossunt  
Sæpius: interdum numeri sunt verba prioris.  
20 Voces copulatae sæpius verbum plurale desiderant.  
Cic. Att. lib. 12. Hic nobiscum sunt Nicias, & Valerius.  
¶ Interdum singulari contentæ sunt. Idem de Senectute.  
Mens, ratio, & consilium in senibus est.  
¶ Sæpe ligamen abest, vt Mors, leo, fulmina terrent.  
25 Nonnunquam omittitur coniunctio. Idem ad Q. frat. lib. 1.  
Frons, oculi, vultus per sæpè mentiu itur, oratio verò sæpissimè.  
¶ Verbum singularis num. vocibus copulatis  
Latinè reddi posse ostenditur ¶ Schol. 5.  
30 Voces copulatas, aut coniunctas appellamus coniunctionibus copulatiuis vinctas.  
Hic nulla faciendæ est mentio Syllepseos, aut Zeugmatis: nec agrè ferat Magister bene docendi studiosus, si tenelli auditores figurarum nomina ignorent, dummodo rem ipsam teneant. ¶ Sunt, qui non audeant vocibus copulatis verbum singulare attribuere: cum M. Tullius, alijsq; idonei auctores quàm frequentissimè ita loquantur, maxime vbi de rebus inanimis est sermo. Cic. pro. C. Rab. Virtus, & honestas, & pudor cum Consulibus esse cogebat. Idem ad Q. frat. lib. 3. Me iam, & matre istuc, & terra sollicitat. Idem ad Octau. Nisi fortè frustra eos appello, quorum aures, atque animus à nobis abhorret. Idem Attic. 12. Mihi & res, & conditio placet. Idem ad Pompeium lib. 5. Scribam apertè sicut & mea natura, & nostra amicitia postulat. Idem pro Quint. Non ed dico C. Aquili, quo mihi veniat in dubium tua fides, & constantia. Idem pro Domo sua: Vbi enim tuleras, vt aqua, & ignis mihi interdiceretur? Idem ad Curion. lib. 2. Dux nobis, & auctor opus est. Idem pro Flac. Iam rationem in imperando sumptu, & Pompeius, & Flaccus secutus est. Idem

acc. 16. Egit pater, & filius, ut tibi responderem. Omisso plura eiusdem testimonia. *Cæs. del. Gal. 1.* Gallos ad Aquitanis Garumna flumen, à Belgis Mâtrona, & Sequana diuidit. *Sall. in Catil.* Libertas, & anima nostra in dubio est. *Idem.* Ne ista vobis mansuetudo, & misericordia, si illi arma ceperint, in miseriam conuertetur. *Ibid.* Dispositis præsidijs vti res, atq; tenuis monebat. *Liu. 1.* ab Vrb. Tum etas, viresq; cum auita quoque gloria animum stimulabat. *Varro 1. de Analog.* Consul fuit Tullius, & Antonius. *Quint. lib. 6. cap. 1.* Affert in ijs momentum & etas & sexus, & pignora. *Idem lib. 10. cap. 7.* Consuetudo, & exercitatio facilitatem maximè parit. *Plin. lib. 9. c. 51.* Piscium lupus, & trichias bis amo parit. *Plin. Valenti lib. 4.* Hunc etas, & valetudo silentium sua fit. *Suet. in Claud. cap. 30.* Auctoritas, dignitasq; formæ non defuit vel stanti, vel sedenti. *Curtius lib. 8.* Perfarum te vestis, & disciplina delectat. **¶** Poëta etiam verbo plurali aliquando vtuntur intercedente præpositione CVM. *Virg. 1. Æneid.* — Remo cum fratre Quirinus iura dabunt. *Quid. Fast. 5.* — consul cū consule ludos Posthumio Lenas persoluiere mihi. *Oratores singulari.* *Cic. ad Q. fr. lib. 3.* Domitius cum Messala certus esse videbatur. *Idem 1. Catil. Oc. 19* cibus est cum liberis M. Fuluius consularis. *Idem ad Att. 1.* Tu ipse cum Sexto scire velim quid cogites. *Q. Claudius, Annal. 19.* apud Gell. lib. 9. cap. 1. poetarum more dixit, Sagitarius cum funditore vtrinq; summo studio, stargunt fortissimè. **¶** Interueniente etiam coniunctione disiunctiua. Aut, interdū plurale verbum numero singulari respondet. *Valer. lib. 9. cap. 3.* Ira quoq; aut odium in pectoribus humanis fluctus excitant. *Colum. lib. 3. cap. 9.* Plerumq; degenerat surculus, si fitus agri, aut aeris qualitas repugnent. *Quid. lib. 1. Eleg.* Quin etiam disceant oculi lacrymare coacti, Et faciant vdas ille vel ille genas.

## APPENDIX III.

**P**ersonam, ex varijs Verbum præeuntibus, illam, Quæ sit nobilior, pluralia verba sequantur.

**V**erbum plurale nobiliorem personam sequitur. Prima nobilior est, quam secunda, & tertia. Secunda tertia anteponitur. *Cic. ad Terentiam lib. 14.* Situ, & tulla lux nostra valetis: ego & suauissimus Cicero valeamus.

Alijs etiam modis personæ nobil. verbum reddi probatur. **¶** Schol. 6.

**H**ic vtuntur interdum scriptores numero singulari, sed rariùs. *Horat. Serm. 2. Saty. 6.* O noctes, cænaq; Desim, quibus ipse, meiq; Ante larem proprium rescor, vernasq; procaces. Pasco libatis dapibus. — *Cic. pro Ralir. Posth. Ves. vos* inquam ipsi, & Senatus frequens resistit. *Idem in Sall.* Cum vniuersi vos, populusq; Romanus frequens aduentu meo gratulatus est. **¶** Poëta etiam, intercedente præpositione CVM, verbum multitudinis præstantiori personæ reddunt. *Virg. 2. Æneid.* — diuellimur ipse. Iphitus, & Pelias mecum. — *Oratores verò verbum nominatiuo reddunt, nulla habita ratione aklatiui.* *Cic. Attic. 3.* Atq; vti nam iam antevidisses nec totum animum tuum mærori mecum simul dedisses. *Quod idem & Po-*

Etz faciunt. *Horat. in Art. poet. Tu, quid ego, & populus mecum desideret, audi.* *Ouid. 1. Fast.* Tu quoque cum Druso præmia fratre feres.

## VERBUM INFINITIVM.

**V**erba Infiniti iubeant præcedere Quartum.

**V**erbum personale Infiniti modi postulat ante se accusandi casum. *Terent. in Eunuch.* Saluum te aduenire gaudemus. *Cic. ad Att. lib. 15.* Hunc quidem nimbum cæto transijse letor.

## De Adiectiuis, &amp; Substantiuis.

**I**n tribus Appositum quoduis, Fixumq; cohærent.

**N**omina Adiectiua, Pronomina, & Participia cohærent cum suis substantiuis genere, numero, & casu.

*Curt. lib. 6.* Parua sæpe scintilla contempta magnum excitauit incendium. *Terent. in Eunuch.* Ille bonus vir nusquam apparet.

Adiectiuū inter duo substantiua positū cuiam sit copulandū. **¶** Schol. 7.

**P**articipia Factus, Creditus, Dicitus, Dicendus, Ictus, Appellatus, & cetera eiusdem generis, si inter duo substantiua ponantur, non continuò cum præcedente consentient. Quis enim sic audeat loqui? *Reip. pestis à Cicerone appellata est Antonius.* *Furiam à M. Tullio aiunt dictam Clodiam.* *Nec itidem, si post vtrumq; collocetur, cum alterutro consentire poterunt, nisi quis existimet (ne a propositis exemplis recedamus) bene Latine dici.* *Reip. pestis à Cicerone Antonius appellata est.* *Quid igitur obseruandum? Ego sic existimo habendam esse rationem, quod ad constructionem attinet, non collocationis verborum, sed ipsarum rerum.* *Vt enim permutatis verbis non mutatur sensus, ita nec constructionis ratio.* *Itaque quocumque modo disponantur substantiua, eadem erit constructio.* *Antonius a Cicerone appellatus est.* *Reip. pestis, hic est rerum simplex ordo.* *Commuta, versa, vt licet, substantiua; muta quadrata rotundis; Antonius, & participium Appellatus semper cohærent.* *Liu. 1. 6. bel. M. Ludiq; ob dedicatione eius facti, quos primos scenicos fuisse Valer. Antius est auctor.* *Megalesia appellatus. Idem bel. Pun. 8.* *Cære porcus hi. eps, & iac agnus mas, idemq; sœmina natus erat.* *Plin. lib. 3. cap. 3.* *Deinde Puteoli colonia Diacarchia dicitur.* *Ibid. Oppidum Pæstum, Græcis Posidonia appellatum.* *Iustit. lib. 1. de Semiramide, Sic (inquit) primis initijs sexum nentiia, puer credita est.* *Non me fugit, interim probatos scriptores aliter locutes fuisse: sed tunc figurata est constructio: quos ita imitabimur, vt ab eorum vestigijs ne digressum quidem discedamus, nisi volumus in solacissimum, aut eius speciem incidere.* *Cic. 2. de Diu. O delirationem incredibilem: non enim omnis error stultitia dicenda est.* *Idem pro Sext. Conuenticula hominum, quæ postea ciuitates nominatæ sunt.* *Idem pro Cornel. Huiusce ne crimen? minime, nisi honos ignominia putanda est.* *Idem in Orat. Itaq; video visum esse nonnullis,*

Platonis, & Democriti locutionem, &c. potius poema putandum, quam Comicorum peccatarum. Terent. in Phorm. — nunquam equit, inquit, ac modò Paupertas nibionis visum est, & miserum, & graue. Liu. lib. 1. ab Urb. Gens vniversa Venet appellati. Idem ibid. ab eo colonie aliquot deductæ, prisca Latini appellati. Idem bel. Mac. 4. de Hispanis. Ferox gens nullam vitam rati sine armis esse. Illa, Nescio quid absente nobis curbatum est domi. Triste lupus stabulis. Dulce iatis humor. & quæ sunt eiusdem generis, ad Figuratam constructionem, vel potius Hellenismum spectant: quare referuntur suis locis.

## APPENDIX I.

**F**ixa ligata volunt numeri plerumq; secundi Appositum: vt Tagus, & Durus de montibus orti.

**S**ubstantia coniuncta ferè adiectiuum multitudinis requirunt. Liu. bel. Pen. 4. Hippocrates, & Epictides nati Carthagine, sed oriundi ab Syracusis.

Quantam censenda sint substantia coniuncta. ¶ Schol. 8.

**C**oniuncta appellamus substantia, quæ connexionu coniunctione colligata sunt. Sic Paulus Iureconsultus lib. 5c. Pand. de Verbor. & rer. significatione. Oratio, inquit, quæ neque coniunctionem, neque disiunctionem habet, ex mente pronunciantis vel disiuncta, vel coniuncta accipitur. Idem ibid. Saepe ita comparatum est, vt, & coniuncta pro disiunctis accipiantur, & disiuncta pro coniunctis. ¶ Poeta substantiis præpositione CVM copulatis plurale adiungunt suo iure. Ouid. 2. Met. Soror em Ismaros Hebrum cum Strymone ficitat. Quod etiã loquendi genus vsurpauit Liu. D. 5. l. 5. Persea cū maiore filio Philippo traditos A. Posthum. in custodia misit.

## APPENDIX II.

**A**ppositum plurale genus præstantius optat. Nobilius reliquis constat genus esse virile. ¶ Et, Fac Deus æternos pacem, pacisq; ministros.

**A**diectiuum plurale præstantius genus sibi vudicat. Virile præstantius est muliebri, & neutro.

Plant. Merc. Eo deniq; patrem atq; matrem vt meos salutem. Virg. En. 7. — Cesosq; reportant Almonem puerum, sedatq; ora Galefi.

Confirmatur amplius Adiectiua præstantiori generi respondere ¶ Schol. 9.

**A**diectiuum, & Appositum idem significat, & Participia, atq; Pronomina tribus generibus comunia sua significatione complectuntur. Vnde quidquid hoc loco de Adiectiuis dicitur, de his etiam dictum esse intelligatur. Terent. Eunuch. — quam pridem pater Mibi & mater mortui essent. Liu. bel. Mac. 7. Decem ingenii, decem virgines, patrini omnes, matriniq; adhiberi. Idem bel. Pen. 7. Perinstru-  
ta omnia

Ha omnia ordinibus virorum, mulierumq; vndiq; effusorum, &c. Cic. de Nat. deor. 2. Vites à caulibus brassicisq; si propè sati sint, vt à pestiferis, & nocentibus refugere dicuntur. Plant. Pannal. Ego saxo posui hac diu, deaq; ceteri Contentiores mage erunt, atq; auidi. Ouid. 1. Fast. Iane fac æternos pacem, pacisq; ministros. ¶ Poeta suo more etiam, intercedente præposit. CVM, numerum multitudinis, generisq; præstantiam amant. Ouid. 3. Fast. Iliacum Clauso de Numitore sati. Quo etiam genere nonnunquam vtuntur Historici. Liu. lib. & dec. 5. Filiam cum minore filio à Samothrace accites Amphipolim omni liberali cultu habuit. Iust. lib. 14. Filium Alexandri cum matre in arcem Amphipolitanam custodiendos mittit.

## APPENDIX III.

**F**œmineo Neutrum generi præfertur, in illis Præcipuè, Natura animã quibus ipsa negauit. ¶ Vt, Index aurum, & gemmas oblata recuset.

**N**eutrum muliebri præfertur, præcipuè cum de rebus inanimatis sermo est. Sall. in Catil. Duitia decus, gloria in oculis sita sunt. Liu. bel. Mac. 4. Aurum & purpuram data, & oblata non accipiebant.

Qua ratione G. neutrum fœminino præferendum sit. ¶ Schol. 10.

**Q**vando nomen Substantiuum neutrum, & fœmininum rerum inanimatarum simul in oratione ponuntur, Adiectiuum pluralis numeri frequenter in genere neutro efferrî consuevit. Sall. in Catil. His genus, atq; eloquentia propè paria futere. Plin. l. 21. c. 7. Crocum, & rosa odoratiora, cum serenis diebus leguntur. Interdum Adiectiuum fœmininum respondet viciniore substantiuo pluralis numeri. Liu. bel. Mac. 7. Hoc Senatus consultum, literaq; à Sp. Posthumio Prætorè in Hetrurians missa sunt. Lucanus tamen lib. 1. (si locus non est vitiosus) aliter locutus est. — mensuraq; iuris Vis erat, hinc leges, & plebiscita coacta. Quo exemplo quidam adducti arbitrati sunt neutro generi in vniuersum fœmininum præstare: alij verò tum demum muliebre neutrali anteponunt, cum de rebus animatis agitur, vt Lucretia, & eius mancipium sunt casta: alij paulò pressius docent, nimirum id fieri (si tamen vnquam reperiatur) cum participium adhibetur, vt Allocutus sum matres vestras, earumq; mancipia vestri desiderio flagrant. Sed cum Veterum testimoniis id minimè doceant, resq; in dubio sit, tutius fuerit circuitione vti hoc modò, Lucretia castissima fuit, qua virtute etiam eius mancipium floruit: aut ornatum fuit, aut quid simile. Fœminino quidè rei animatæ neutrum anteposuit Val. Max. l. 1. cap. 1. In id [plaustrum] virgines, & sacra imposita Carere oppidum peruexit. Et Liu. ab Urb. 5. genus idem masculino prætulit. Quæ [inquit] effuso agmine aduentat, gens est, cui natura corpora, animosq; magna magis, quam firma dederit. Idem fecit Cic. pro Cluent. Cum [inquit] iam tortor, atq; essent tormenta ipsa defessa, &c. ¶ Liu. ab Urb. 8. figuratè masculino vsus est. Latium [inquit] Capuaq; agro multati: non enim ad vocem, sed ad intellectum retulit. hoc est, Latini, & campani. Vide Budeũ in

Comment. Ling. Græcæ. Iustinus Lucanum imitatus lib. 22. Sic ait, Huc accedere, quod vrbes, castellaq; Africa non muris cinctæ, non in montibus posita sint: sed in planis cæpis, sine vris munimentis iaceant. Cels. tamē lib. 6. c. 6. propiore masculino neglecto, adiectiuum singularis numeri cum neutro remotiore coniunxit. Si graue id videatur, oui, & album, & vitellus in vas defendendum est. Cum remotiori mascul. coniunxit Val. Max. lib. 1. cap. 8 Nec me præterit, de motu, & voce deorum immortal. humanis oculis, auribusq; percepto, quàm ancipiti opinione existimatio versetur.

## APPENDIX IIII.

**P**luralis numeri Neutrum plerumq; iugatur  
Cum substantiuis, quæ non animantia lignant.  
Vt, Muri, ac turres dant fulmine tacta ruinam.

**C**um substantiuis rerum inanimatarum plerumq; iungitur Neutrum multitudinis, quamuis nullum ex substantiuis sit neutrum.  
Liu. bel. Mac. 7. Ira, & auaritia imperio potentiora erant.  
ibidem lib. 5. Formis portam, murumq; de celo tacta nunciatum est.

Qua ratione Adiectiuum pluralis num. respondeat Substantiuis rerum inanimatarum. ¶ Schol. II.

**N**on solum, cum Substantiuum generis neutri simul cum alijs res inanimatas significantibus immiscetur, Adiectiuum pluralis numeri neutrum omnibus respondet, sed etiã cum Substantiua masculina, & fœminina solum adhibentur. Liu. ab Urb. 5. Iam Iudi, Latinaq; instaurata erant. Idē ibid. Labor voluptasq; dissimilima natura, societate quadã inter se naturali sunt iuncta. Plin. lib. 17. cap. 14. Punicam verò, & ficum, quamquam aliàs sicca sint, recrastinare minimè vtile. ¶ Ne forte suspiceris apud Historicos tantum reperiri hoc genus loquendi, vnum, atq; alterum locum ex Cicerone afferam. De Fin. 3. Stultitiam autem, & temeritatem, & iniustitiam, & intemperantiam cum dicimus esse fugienda propter eas res, quæ ex ipsis sueniant, &c. Ibid. lib. 5. Moderati, & quabilesq; habitus effectiones, vsusq; corporis apta esse ad naturam videntur. Solinus tamen aliter ait cap. 43. Polypus, & Chamaeleon glabra sunt. Itemq; Tacit. lib. 14. Carnificem, & laqueum pridem abolita. Quo pacto Plin. lib. 9. cap. 28. videtur locutus, Mollia sunt Logigo, Sepia, Pòlypus, & cetera eius generis. Nisi mollia subaudiatis genera: dixerat enim, Sunt autem tria genera in primis, quæ mollia appellantur. In his neutrum iungitur cum masculinis rerum animatarum, quod mox in relatiuis videbis. ¶ Seruatur interdum simplex constructionis ratio. Cic. de Fin. 5. Cui iustitia] adiunctæ sunt pietas, bonitas, liberalitas, comitas. Idem de Nat. 2. Mens, fides, virtus, concordia consecrata, & publice dedicata sunt. Quint. lib. 1. cap. 10. Transcamus igitur id quoque, quod Grammatici quondam, ac Musice iuncte fuerunt. Iust. lib. 9. Misericordia in eo, & perfidia parire dilectæ. Pallad. lib. 1. Tit. 6. Sterilitas, & pestilentia æquo modo fugienda sunt.

Appendix 4.

## APPENDIX V.

**M**obile cum Fixo iungi propiore licet  
In tribus, ex numero si vtrumq; petatur eodem.

**A**ptè etiam Adiectiuum cum Substantiuo tam singularis, quàm pluralis numeri cum vicinior nonnunquam in genere, numero, & casu consentit. ¶ Cic. De pet. Cons. Multorum superbia, multorum odia, ac molestia perferenda est.  
Liu. bel. Mac. 7. Hoc Senatusconsultum, literaq; in Hetruriam missa sunt.

Adiectiuum cum propinquiore Substantiuo copulari posse ostenditur. ¶ Schol. 12.

**N**onnunquam redditur Adiectiuum pluribus Substantiuis, ita tamen, vt cum vicinior cohercat. Cic. de Vniuers. Nox igitur, & dies ad hunc modum, & obbas generata causas vnum circuitum orbis efficit. Idem in Pison. Lex Ælia, & Fufia eversa est. propugnacula, murisq; tranquillitatis, & ocij. Idem Off. lib. 3. Est autem ius bellicum, fidesq; sepe hosti seruanda. Cels. lib. 3. cap. 24. Prodest arida ibi ficus imposta, siuecur, aut lienis affectus est. ¶ Iunguntur etiam adiectiua cum substantiuis pluralis numeri propinrioribus. Cic. In Catil. 4. Video P. C. in me omnium vestrum ora, atq; oculos esse conuersos. Idem Somn. Scip. Consilia, cætusq; hominum iure sortiti, quæ ciuitates appellantur. Idem ad Att. lib. 1. Nobis inter nos nostra incommoda, siue vitia, siue iniurias esse tolerandas. Idem ad Q. frat. Toti aeniq; sit prouincia cognitum tibi omnium quibus præsis salutem, liberos, famam, fortunas esse carissimas. Idem de Fin. 3. Ex hac animorum affectione testamenta, commendationesq; morientium nata sunt. Cels. lib. 7. cap. 16. Eadem sila, acusq; transferendo. Ouid. Fast. 1. Iane fac æternos pacem pacisq; ministros. Liu. ab Urb. 7. Dona; & æ fruges per eum à multitudine congestas. Plin. l. 35. c. 4. Sitũ[Kartaginis] expugnationesq; depictas proponendo in foro. Cels. lib. 2. cap. 24. Cibi, potionesq; vel frigide, vel fermentes. Huc spectant illa duo proximè relata. Val. Max. lib. 1. Virgines, & sacra imposta. Et Cic. pro Cluent. Tortor, atque tormenta defessa.

## Relatiua.

**V**o e Relatiuum cum præcedente coheret  
In genere, & numero. Pronomina pauca sequuntur  
Iura Relatiui, cum eius retulere figuram.

**R**elatiuum Qui, quæ, quod, concordat cum Antecedente in genere, & numero. Cic. ad Tiron. lib. 16. Nemo nos amat, q. i. te non diligit.  
Idem ad Terentiam lib. 14. Accepi ab Aristocrito tres pistolas, quas lacrymis propè deleui.

¶ Item pronomina Hic, Iste, Ille, Ipse, Is, & Idem cum sunt relatiua.  
Idem ad Att. 2. Venit obriam tuus puer: is mihi literas abs te reddidit.

## DE CONSTRUCTIONE

Quo pacto Relatiua Substantiuus ligatis  
respondeant.

¶ Schol. 13.

**S**i plura antecedant substantiua coniunctionibus ligata, idem obseruandum est in Relatiuis, quod paulo ante de Adiectiuis dictū est. Cels. lib. 2. cap. 12. At ubi febres sunt, satius est, eius rei causa cibos, potionesq; assumere, qui simul & alant, & ventrem molliant. Cic. 1. Off. Propter summam & doctoris auctoritatem, & vrbis: quorum alter te scientia augere potest, altera exemplis. Idem ad Q. Cecilium lib. 3. ad Att. Sed tibi venire in mentem certō scio, quae vita esset nostra, quae suauitas, quae dignitas, ad quae recuperanda per fortunam incumbere. Idem 2. Philip. Repetebat praeterca deos penates patrios, aras, focos, larem suum familiarem, in qua tu inuaseras.

¶ Interdum redditur Relatiuum vinctiori substantiuo. Idem in Pison. Mihi non venerat in mentem suorem, & insaniam optare vobis, in quam incidistis. Liu. 7. bel. Mac. Oppida, vici, castella, agri, qui ad Pisdiam vergunt. Idem bel. Mac. 2. neutrum relatiuū dedit inanimata rei feminino, & masculino rei animata simul antecedentibus. Attali, inquit, regis legatus naues, captiuosq; quae ad Chium nauali praelio capti essent: & Nicephorium, Venerisq; templum, quae spoliasset, euastassetq; pro in corruptis restitui, & C. Caesar masculinis, & feminino rerum animatarum Relatiuum neutrum reddidit 5. belli. Gall. Leporem, & gallinam, & anserem gustare sās non possunt, haec tamen alunt animi, voluptatisq; causa. Vbi non speciem, sed genus Animal respexit, Haec tamē animalia alunt. Quidam personam addunt, in qua etiam relatiuum cum antecedente consentiat: negant alij addendam, quod nullam certam personam includat prouocabulum, siue relatiuum, vnde à Veteribus infinitum pronomen appellatum sit: quae de re supra in Rudimentis satis dictum est. Hac, & eiusdem generis questionibus praetermissis, multis propositis exemplis exerceantur pueri quam studiosissime: nullusq; praetermittatur dies, quin aliquid Latine scribant: ita enim fiet, vt breui magnos faciant progressus. Assuescant denique potius emendatē loqui, & scribere, quam barbarē disputare. Ille verō concertationes, in quibus de limenda oratione, de Orthographia, de notandis vitijs agitur, maximē sunt vtilis, nam & animos excitant, alacrioresq; reddunt, & ingenia alunt. Illud Plinij lib. 18. cap. 35. Nube grauida candicante, quod vocant tempestatem albam, grando imminet: & alia id genus, Figuratae constructioni reseruauimus. Illud penē me suggerat, Orationis membrū interim vice antecedentis poni, itaq; in neutro genere. Cic. ad Att. 2. Pōpeius, quod mihi summo dolori est, ipse se afflixit. Idem pro Cornelio, Vnum obijcitur, natum esse Gadibus, quod negat nemo. Sui, & Suus quidam ijs Relatiuis, quae posuimus, addunt, sed cum sint reciproca, in suum locum differantur.

### APPENDIX I.

**M**obile si Referens Fixo subeunte prauiuit,  
In numero, genere, & casu concordia sunt.  
*Vt, Fundamentum est alijs quam exponimus artem.*

[Relatiuum]

## INTRANSITIVA.

**R**elatiuum Qui, Quae, Quod, cum Antecedenti praepōnitur, cum eodem genere, numero, & casu perquam venisse coheret. Cic. in 1. Tusc. Quam quisque norit artem, in hac se exerceat. Idem Att. 12. Quibus de rebus ad me scripsisti, coram videbimus.

De Constructione Relatiui quando Antecedens praet, & sequitur.

¶ Schol. 14.

**I**n oratione plena, omnibusque suis numeris absoluta antecedens nomē & praet, & subit relatiuum. Cic. ad Q. frat. lib. 3. Diem scito esse nullum, quo die non dicam pro teo. Idem pro Rab. perduel. reo, Sed tu causam suscepisti antiquiorem memoria tua, quae causa ante mortua est, quam tu natus esses. Auſt. ad Her. lib. 1. Oratoris officiu est, de his rebus posse dicere, quae res ad vsum ciuilem moribus, ac legibus constitutae sunt. Caes. lib. 1. bel. Gal. Erant omnino itinera duo, quibus itineribus domo exire possent. In his exemplis, atque alijs, quibus, ne longus sum, supercedo, Antecedens non modo praecedit, sed etiam sequitur Relatiuum: hoc tamen inter prius, & posterius interest, quod illud numero, & genere cum Relatiuo consentit: hoc vero genere, numero, & casu. Praeterca hoc quum sepius omittitur: illud rariis atque ea lege, vt alterum necessarium maneat. Cic. ad Att. lib. 13. Ad Caesarem quam nisi epistolam, exemplum eius fugit me tum tibi mittere. Nam plena oratio est, Exemplum eius epistolae, quam epistolam nisi ad Caesarem, fugit me tum tibi mittere. Liu. bel. Pun. 9. Quem ceperant exules montem herbidus, aquosusq; est. Iusta oratio est, Mons, quem motem ceperant exules, herbidus, aquosusq; est. ¶ Potest, & per Interrogandi, & Dandi casus genus hoc dicendi esse, ita tamen vt inter Relatiuum, & Antecedens aliquid interponatur, vt Quartum Plato artium fuit peritissimus, sum ipse penitus ignarus. Quibus operam dū, disciplinis diligentissime, frater tuus pro nihilo ducit. ¶ Nonnunquam in hoc loquendi genere verborum ordo perturbatur, atque sit oratio durior. Ponam vnum exemplum, quo res fiat planior. Verba, quam urbem statuo, vestra est: oratio est plena, atque iusta. Aufer antecedens, quod praet Relatiuum sic, Quam urbem statuo, vestra est; pereleganter est locutus. Inverte verba sic, Urbem quam statuo, vestra est, paulo durius locutus es, Latine tamen. Itaque in hac, & similibus locutionibus non ponitur casus pro casu, sed inuertitur, perturbaturq; verborum ordo. Sed de his in Figurata constructione.

### APPENDIX II.

**B**ina Relatiuum si nomina ponitur inter, Cuilibet in medio remanens consentit eorum.

**Q**uod si inter duo substantiua ponatur Relatiuum, cum alterutro consentire poterit, etiam si alterum proprium sit.

Sallust. Catil. Est locus in carcere, quod Tullianum appellatur. Cic. bel. Ciu. 3. Ad eum locum, qui appellatur Pbarsalia, milites exponit.

De

De Relatiuis inter duo substantiua positis. Schol. 19.

Proprium substantiuum non rapit ad se relatiuum, vt quidam arbitrantur. Cic. 2. de Nat. Propius a terra louis stella fertur, quae Phaëthon dicitur. Cas. bel. cin. 2. Biduoque, & noctibus tribus navigatione consumptis, appulit ad eum locum, qui appellatur Aquilaria. Ibid. lib. 3. Nacti portum, qui appellatur Nymphæum, eò naues introduxerunt. Liu. Decad. 5. l. 2. Thebae quoque ipse, quod Bœotie caput esset, in magno tumultu erant. Idem bel. Mac. 6. Herculi sacrificium fecit in loco, quem pyram, quod ibi mortale corpus eius deus crematum, appellant. Plin. lib. 7. cap. 2. Animalium, quae cynocéphalos vocantur, lacte viuunt. Curt. lib. 5. Proinde si Eadtra, quod tenuissimum receptaculum est, petimus, &c. Idem lib. 3. Darius ad eum locum, quem Amánicas pylas vocant, peruénit. Cic. pro Sest. Esto igitur, vt hi sint, quam tu nationem appellasti, & qui integri sunt, & iuni, & bene de rebus domesticis constituti. Cic. in Pison. Leuis est animi iustam gloriam, qui est fructus vere virtutis honestissimus, repudiare. Quint. lib. 8. in proæ. Omnia rerum, qui nerui sunt in causis, diligentia, quodam inani circa voces studio senescunt.

APPENDIX III.

Qualis item, & Quantus Fixis subeuntibus hærent In tribus: & quæcumq; vicem Referentis obibunt.

Quantus, Qualis, & cætera id genus nomina, cum relatiua fiunt, non cum antecedente, sed cum consequente substantiuo genere numero, & casu consentiunt.

Cic. Dixi de te, quæ potui, sat. sa contentior e, quantum forum est.

De Relatiuis adiectiua nomina referentibus. Schol. 26.

Decem sunt, quæ relatiua Accidentis vocant, Quantus, Qualis, Quot, Quotus, Quoteni, Quotuplus, Quotuplex, Quotennis, Cuius, cuius, cuium, Cuias. Cic. in Bruto, Vitinam in Tibério Graccho, Catoq; Carbone talis mens ad Rempublicam bene gerendam fuisset, quale ingenium ad bene dicendum fuit. Quint. lib. 11. c. 2. de Mithridate. Cui duas, & viginti linguas, quot nationibus imperabat, traditur notas fuisse. Plin. lib. 11. cap. 37. Murium i. uisculis fibræ ad numerum lune in mense congruere dicuntur, totidemq; inueniri, quotum lumen eius sit. Reliquorum ferè, quod ad rem attinet, nullus est usus. Quare puto hæc dissimulanda esse: quorsum enim miseri pueri sine causa cruciabantur? Nolim hic nimium sollicitum præceptorem de vocabulorum ratione, cur hæc Accidentis illa, de quibus supra diximus, Substantiæ vocentur. Nisi verò etiam Categoriæ Aristotelis sint explicanda. Sint itaque contenti adolecentes Syntaxeos cognitione, Substantiam, & Accidentis relinquunt Dialecticis. Aut certè vno verbo explicentur; Substantiæ vocari relatiua, quod nomina substantiua referant; Accidentis verò, quod adiectiua. Quatuor illa Alter, Alius, Reliquus, Cætera, cæterum, quæ Diuersitatis relatiua quidam appellant; alij verò in Partitiuis nominibus adnumerans, eiusdem sunt ingenij.

Item, neglecto antecedente, consequens amplectuntur, vt Pueri ingenij verecundiam amant, cæteraq; animi ornamenta.

Appendix Nominatiuo & Verbo, Adiectiuo & Substantiuo,

Relatiuo & Antecedenti communis. Schol. 17.

Nominatiuus, & Verbum; Adiectiuum, & Substantiuum; Relatiuum, & Antecedens interdum, maxime apud Historicos, & Poetas, sensu, & significatione consentiunt, quamuis voce discrepent. Virg. Æn. 1. Pars in frustra secant. — Liu. bel. Mac. 7. Pars in iuueniles lusus versi, pars rescentes sub umbra, quidam somno etiam strati. Terent. In And. Vbi illic scelus est, qui me perdidit? In constructione propriè spectantur voces: aliquando tamen scriptores potius significationis, ac sensus rationem habentes, quam vocum, diuersos numeros, atq; genera coniungunt, verbj causa, Pars in frustra secant. Pars singularis est numeri, si vocem spectes, ac pluralis si significationem: nam Pars aliquot significat. ex Troianis meritis dicitur ei datum est verbum multitudinis; Secant. Item Pars generis est: si vocem attendas: si verò sensum, ac significationem consideres, sepe masculini est generis. Liu. Pars in iuueniles lusus versi. Idè 1. ab Vrb. Maxima pars, vt antè dictum est, ab equitibus in flumen acti sunt. Si quidem Pars milites significat in iuueniles lusus versos, & in flumen actos. Idem 2. ab Vrb. Cætera multitudo sorte decimus quisque ad supplicium lecti, Idem bel. Pun. 10. Principum quoque signa fluctuare ceperant, vagam ante se cernentes aciem. Decem hominum milia caesi, pro caesa, & similia apud eundem frequenter inuenies. Scelus eodem modo, & Senium cum masculinis adiectiuis, aut relatiuis adiunguntur, scelestum, & senem significant. Terent. in Eunucho, vt illi dii, deaque senium perdant, qui me hodie remoratus est. Deniq; huius loci sunt nomina, quæ numero singulari multitudinem significant, vt Turba, Populus, Senatus, Cohors, Exercitus, Multitudo, Roma, Gens, Equus. Ouid. 3. Fast. Summisere oculos cum duce turba suo. Et lib. 2. Thura ferant, placentq; nouum pia turba Quirinum, Et patrias aras, militiæque colant. Idè Met. 15. Iussa dei prudens postquæ accepere senatus. Idem ad Liuiam, Funeris exequijs adsummus omnis equus. Terent. in prolog. Hecy. — populus conuolat, Tumultuantur, clamant, pugnant de loco. Liu. ab Vrb. 1. Clamor inde, concursusque populi mirantium quid rei esset. Stat. Theb. 2. — tacitis huc gressibus acti. Deueniunt peritura cohors. — Idem Theb. 6. Illic confertim, iam sole rubentibus aruis Bellatrix sedere cohors. — Sil. 1. 27. — nõ, si muris Kartaginis ignis Subdatur caesiq; cadant exercitus omnis. Liu. ab Vrb. 7. Stare omnem multitudinem ad portas, viam hinc ferentem, prospicientes, certum habeo, quid illis nos P. C. sollicitis, ac pendentibus animis renunciare iubeatis. Horat. lib. 1. Epist. Iactamus iam pridè omnis te Roma beatum. Sil. lib. 7. Huc ades o regina deum, gens casta precamur. Præterea nonnulla partitiua, cuiusmodi sunt Quisque, Vterque, Noster, Vter, Alter, Alius, Aliquis. Cic. in Rull. Orat. 1. Huic domestico malo pro se quisque nostrum mederi, atque hoc omnes sanare velle debemus. Liu. 1. ab Vrb. Pro se quisque

quo scelus regium, ac vim queruntur. Idem 2. Missi consessim honoratissimus quisque ex Patribus. Idem lib. 7. Ex ingenti captivorum numero C CCLVIII. delecti nobilissimus quisque, qui Romam mitteretur. Ouid. in Epist. Vinat. & eiusdem sumus uterque parens. Sil. l. 12. — iam consul uterque Praecipites aderant. — Horat. Serm. 1. S. 5. — missi magnis de rebus uterque Legati. — Iustin. lib. 41. Eodem ferme tempore sicuti in Partbis Mithridates, ita in Baetris Eueratides magni uterque viri regna ineunt. Plaut. in Amph. Uterque deluduntur. Idem Menach. Uter meruissis culpam? Idem ibidem. — quoties tandem edixi tibi Ut caueres, neuter ad me iretis cum querimonia? Idem. Asin. Circumsistamus alter conuehnt altera alterius ignara. Virg. 2. Aen. Ascaniumque patremque meum, iuxtaque Cresusam, Alterum in alterius uinctatos sanguine cernam. Liu. Decade 5. lib. 5. Alterum alterius indigentes, &c. Idem bel. Pun. 2. Alius ab alio impleti rumoribus domos referunt consulem cum magna parte copiarum casum. Ibid. lib. 3. Utraque in Capitolio est, canali uno discreta. Sall. in Catil. Inertia, & mollitia animi alius alium expectantes cunctantur. Curt. l. 5. Nisi mutuo esse mus miser, olim alius alij potuissimus esse fastidio. Terent. Adelph. Aperite, aliquis actutum ferit, olim alius alij potuissimus esse fastidio. Terent. Adelph. Aperite, aliquis actutum ferit. — Donatus in hunc locum ita scribit. Vm pluralem habet. Aliquis quamuis singulariter dicatur: non enim est aliquis, nisi de multis. Ciceronem vero in lib. 2. de Fin. inuisio, duo utriusque numeri verba singulari scitissime reddidisse. inuenio, Hic, inquit, cum uterque me intueretur, seseque ad audiendum significarent paratos, &c. — Huc etiam spectant vocabula, quae positione quidem unius sunt generis, significatione uero alterius, ut iam diximus, quale est & illud Curtij lib. 4. Duo milia, in quibus occidendi defecerat rabies, crucibus affixi, per ingens litoris spatium pependerit. Itemque Liu. ab Urb. 10. Capita coniurationis virgibus caesi, ac securi percussi, & similia, quae apud Historicos leguntur. Hoc genus loquendi rarum est apud Oratores. Cic. 3. de Fin. Quod cum accidisset, ut alter alterum nec opinato videremus, surrexit statim. Plin. ad Vocon. l. 1. Celsus in porticum Liuic cum alter ad alterum sederemus. Senec. Epist. 6. Plurimum enim alter alteri consereamus. Quint. 6. Decl. Cum pater filiusque de vinculis contenderent, & sibi quisque carcerem vendicarent. Iunioris hic figura Synthesin excogitauerunt Veteribus. in audiam.

### Substantiua continuata.

**F**ixa rei eiusdem casu necluntur eodem: In genere, & numero quamuis discordia detur.

Interdum: ut Lusitani gens inolyta bello.

**S**ubstantiua continuata, quae ad eandem rem spectant, casu concordant quamuis genere, & numero aliquando dissentiant. Cic. lib. 1. Marcus Tullius Cicero Publio Lentulo Pro consuli salutem pluri manu dicit. Plin. ad Canin. Epist. 1. Quid agis Comum tue, necque deliciae?

De Substantiis continuatis ad eandem

rem pertinentibus

Schol. 18.

**C**ontinuata substantiua dicuntur, quae nulla coniunctione sunt vineta, quae genere, & numero, ut diximus, nonnunquam dissident. Cic. Att. 1. Tulliola delicia nostrae tuum munusculum flagitat. Caelius Ciceroni lib. 8. Scito Sempronium Rufum mel, ac delicias tuas calumniam maximo plausu tulisse. Liu. ab Urb. 8. Primum vexillum triarios ducebat, veteranum militem spectatae virtutis. Idem bel. Pun. 2. Itaque ad remedium tandem desideratum, nec adhibitum Dictatorem descendendum ciuitas confugit. Ibid. lib. 9. Mercede parari auxilia. ex Afris gente ad omnem auram spei mobili, atque instida. — Quintil. lib. 9. cap. 4. docet id, quod magis est commune, latiusque patet, debere precedere, his verbis: Quaedam ordine permutato sunt superuacua, ut Fratres gemini: nam si precesserint gemini, fratres addere non est necesse. Contra quod praecceptum Veteres saepe faciunt. Cic. 2. de Div. Proclus, & Euristhenes Lacedaemoniorum reges gemini fratres fuerunt. Cael. bel. Gal. 1. Galles ab Aquitanis Garumna flumen diuidit. Plin. lib. 8. cap. 47. Circa Olyssipponem oppidum, & Tagum amnem. Liu. 1. ab Urb. in ore Tyberis Ostia urbs condita. Idem bel. Mac. 5. Ad Tagum amnem ire pergit. — lib. 9. Ab Tago flumine dicit. Idem bel. Pun. 1. Profectus ad Trebiam flumen college coniungitur. Idem lib. 4. dec. 5. Sita est in radicibus Ossae montis. Caesar vna periodo docuit utrumque dici posse bell. Gal. 1. Initiu capit a supina. Reboiano, continenturque Garumna flumine. — Quod ad casum attingit, interm alterum genitiui est casus. Cic. ad Attic. lib. 5. Cassius in oppido Antiochia cum omni exercitu est. Virg. 3. Aeneid. — & celsam Butbroii ascendimus urbem. — Querunt hoc loco Grammatici, utri potius substantiuo reddendum sit verbum, adiectiuum, & relatiuum, magis, an minus communi. Ego quantum memini obseruasse, existimo, si alterum proprium sit hominis, cum eo verbum, ceteraque consentiret. Cic. Tulliola delicia nostrae tuum munusculum flagitat. Idem ad Marium lib. 7. Deliciae uero tuae noster & sopus eiusmodi fuit, ut ei desinere per omnes homines liceret. Idem 1. Tusc. Accerrime autem deliciae nostrae. Dicaearchus contra hanc immortali tate ra disputauit. Idem pro Cornel. Balb. Cum duo fulmina nostri imperij fulsissent in Hispania. Cn. & P. Scipiones exstincti occidissent. Idem de Arusp. Quid enim hunc persequar, potuissimus, ac beluam, pakulo inimicorum meorum corruptum? Liu. bel. Pun. 8. Athenienses prudentissima ciuitas, bello domi relicto, vna nauali pugna florentem Remp. suam in perpetuum affligerunt. Hic nimirum Athenienses vocabuli in proprio rirorum nomine materiam ab. Si uero alij de rebus agantur, sepius video uerbum adiectiuum, relatiuumque magis communi respondere. Cic. pro Rab. Posth. Demetrium, & ex rep. Athenis: quam optime digesserat, &c. Idem pro Leg. Manil. Corinthum patres vestri totius Graeciae Iuniorum esse puluerunt. Curt. lib. 3. Alexander uiribus corporis recuperatis ad Urbem Solus peruenerat, cuius positus arci praesidium nullum imposuit. Liu. bel. Mac. 7. De



Solis vrbe, que in Cilicia est, egerūt. Soli, orū, nomē est vrbis. Plin. de Vir. illust. Ludius Confualia simulauit, ad quos cum veriusque sexus multitudo venisset, dato suis igno, virgines rapce sunt, Plin. lib. 2. cap. 52. Volfinij oppidum Tuscorum opulentissimum, eorum concrematum est fulmine. Idem lib. 3. cap. 5. Præterea auctor est Anstias, oppidum Latinorum Appiolas captum à L. Tarquinio rege. Idem lib. 31. cap. 2. Tungri ciuitas Gallie fontem habet insignem. Liu. 2. ab Vrb. Ita fusi Volstiniates, Corioli oppidum captū. Idem lib. 9. bel. Mac. Ludi Taurilia per biduum facti religionis causa. Idem 5. ab Vrb. Hic Veiorum occasus fuit vrbis opulentissima Hetruscij nominis. ¶ Iustinus tamen lib. 9. ad proprium respexit; Ad cuius (inquit) emolumentum egregie pertinere ratus, si sibi Byzantium nobilem, & maritimam, receptaculum terra, marique suis copijs futurum, in potestatem redegit. Tacitus item lib. 14. At in Italia vetus oppidum Putēoli ius Colonie & cognomen à Nerone adipiscuntur. Et Plin. de Vir. illust. Volfinij, Hetruriae nobile oppidum, luxuria pene perierunt. Idem lib. 3. cap. 4. In Campano agro Stabis oppidum fuisse, &c. Hanc substantiuorum continuationem vocant Iuniores: Appositionem, quam obscurionem reddiderunt, dum sitne figura altercantur, & particulas, nescio quas, auidius persequuntur.

## Vtrinque Nominandi casus.

**P**rimus vtrinque gradus Verbum comitatur; eandem qui ad rem pertineat: ceu Roma est orbis asylum, Letus inops viuit: Miseri moriuntur avari.

**O**mne verbum personale finiti modi vtrinque nominatiuum habere potest, cum vtrumque nomen ad eandem rem pertinet, cuiusmodi maxime est verbum Substantiuum, Vocatiuum, & alia quam plurima. vt Senectus est morbus, Defendi Remp. adolescens, Pauper viuit letus, Auaris moriuntur miseri, Ille vocatur Antonius, Sall. Catil. Virtus clara, æternaque habetur.

Quæ verborum genera vtrinque nominatiuum admittant. ¶ Schol. 19. Hæc præceptio complectitur verba omnia personalia, cuiuscumque finit generis, Finiti modi (est autē Modus finitus, vt dictū est supra, Indicatiuum, Imperatiuum & ceteri omnes excepto Infinitiuo, qui dicitur Infinitus) Actiua. Cic. in M. Anton. Philip. 2. Defendi Remp. adolescens, nō deserā senex. Idē Off. 3. Fimbria consularem audiebam de patre nostro puer iudicem: M. Lutatius fuisse; ¶ Passiua, 31 Idem 2. de Orat. Hoc nos ab istis adolescentibus facere iniuri, & recusantes: huiusmodi coacti sumus. Idē de Off. 2. De amicitia alio libro dictum est, qui inscribitur L. aliis. ¶ Neutra. Terent. in Phorm. Senectus ipsa est morbus. Cic. ad Attic. lib. 3. Ego viuo miserimus. Suet. in Domit. c. 21. Ad horam somni, nihil aliud quā secreto solus deambulabam. ¶ Deponens, & Communia ad hæc tria renocantur vt,

postularem. Virg. 6. Æn. Sic fatur lacrymans. Boni moriuntur leti. Curs. lib. 10. Hephestion, quem Rex vnic, ac fratris loco diligebat, feblicitans moritur. Seneca Thyest. Venenū in auro bibitur, expertus loquor. Pater discedente filium amplectus est tristis. ¶ Cum igitur hoc præcepto omne verborum genus continetur non est cur hic, quæ Substantiui, aut Vocatiui vim habent, aut verba gestuum, aut similia addantur. ¶ Vocatiua verba vocant Appellor, Vocor, Nuncy por, Nominor, Dicor, & signa sunt de eodem genere, ¶ Illud mihi penē exciderat, quod plerique omnes grammatici tradunt, Verbum Substantiuum (quod idem de Vocatiuo dictum sit) cum inter duos nominandi casus diuersi numeri ponitur, consentire cum precedenti, vt Adolescentes modesti sunt ornamentum iuuentutis. Cum verò post vtrumque collocatur, cum propiori, vt Adolescentes modesti ornamentum est iuuentutis. Cuius flagitiosi sentina Reip. appellatur: quo pacto certē non ausim loqui sine idonei alicuius auctoris testimonio: nam hæc solæcismi speciem præ se ferunt. Nec enim verborum mutatio constructionem mutat. Videndum itaq; est, vtrum substantiuum sit verbi, vt ita dicam, basis, & fundamentum, nam cum eo verbum consentiet, vbi cumque sit locorum. Verbi causa in hac oratione, ne longius abeamus, Adolescentes modesti sunt ornamentum iuuentutis, verbi basis, & fundamentū, quod suppositū vocant, est Adolescentes modesti, quocumq; modo veritas hæc verba, semper verbum suum requirent suppositum: Ornamentū iuuentutis sunt adolescentes modesti, Modesti Adolescentes ornamentum sunt iuuentutis. Reip. sentina appellantur ciues flagitiosi: Flagitiosi ciues reip. sentina appellantur. Sic Plin. lib. 33. cap. 3. Nota argenti fuerat bigæ, atque quadrigæ. Liu. bel. Pun. 1. Captum oppidum cum ingenti præda quamquam pleraque ab dominis de industria corrupta erant, & in cadibus vix vllum discrimen ætatis ira fecerat, & captiui militum præda fuerant, tamen, &c. Pomp. Mel. l. 2. cap. 1. Quod inter paludem, & sinum est, Taphre nominatur. Plin. lib. 4. cap. 22. Municipium ciuium Romanorum Olyssippo, Felicitas Iulia cognominatum. Lucan. lib. 3. Omnia Cæsar erat. — Ouid. 1. Met. Omnia pontus erat, decurrant quoque littora ponto. Idem in eod. Tum primum subière domo, domus antra fuerunt. Idē 4. Ossa lapis fiunt. — Idē 7. Gaudia principum nostri sunt Phore doloris. Lucan. l. 9. Sanguis erat lacryma. — Quod si aliter loquamur, figurata erit constructio, vt cenfer Budæus in Commentar. lingua Græce, vbi alterum Ciceronis, alterum Plinij locum offert. In Pisonem, Exposui breuiter consulatū meum, aude nunc ô furta de tuo dicere, cuius fuit initium ludi Compitalitij tum primum facti post L. Metellum, & Q. Marcium, C. Martium consules. Vbi verbum ante duos nominatiuos ponitur. Plin. lib. 4. cap. 4. de Peloponneso loquens, Angustia, inquit, vnde procedit, & hmos appellatur. Vbi appellantur, vt ratio Grammatica postulat, legunt quidam. Idem lib. 18. cap. 11. Quancum vniversas terras campus circumcapanus antecedit, tantū in sum pars eius, quæ Laboris vocatur. Idem lib. 11. c. 37. Summum gutis fauces vocantur, & extremum stomachus. Idem

lib. 35. cap. 10. Hoc genus picturae grylli vocantur. Rursum Cic. pro Mur. Quod unus homo plures homines iudicarentur. Sall. Jug. Possedere ea loca, quae proxima Karthaginē Numidia appellatur. Liu. ab Urb. 1. Loca diuisa patribus, equitibusq;, ubi spectacula sibi quisque facerent, Fori appellati. Intelligi sunt. Idem dec. 5. lib. 4. Et Romani expedit ad pugnam, & hostis leuis armaturae promptissimum genus ad laceſſendum certamen. Ouid. Quas geritis vestes sordida lana fuit. Idem Met. 11. Robora percussit, pectus quoq; robora fiunt. Mart. lib. 8. Qui nunc Caesaris iustus spectantur arenae. Temporibus Bruti gloria magna fuit. Alia praeterea reperiuntur. Senec. Epist. 4. Magnae diuitiae sunt lege naturae composita paupertas. Hic ut verum ingenue fatear, non auderem aliter loqui. Cic. ultimo Parad. Consentum verò suis rebus esse maxima sunt, certissimeque diuitiae. Nulla melior, tu stiorq; praecipio est, quam optimorum auctorum vsus, quo praecipit securus loqueris, & scribes.

## Nominatiuus post verbum

Infinitum.

**V**erba Infiniti Rectum postponente, quando Res erit ad Rectum verbi referenda prioris.  
Ut Breuis esse volo, Quis cupit esse beatus.

**V**erbum personale Infiniti modi post se nominatiuum petit, cum res ad nominatiuum praecedentis verbi pertinet.

Cic. pro Marcel. Malim videri nimis timidus, quam parum prudens.

Terent. Adelphis, Pater esse discere ab alijs, qui verè sciunt.

Ibidem, — meditor esse affabilis

Qua ratione post Infinitiuum sequatur

Nominatiuus.

Schol. 20

**C**asus, qui ponitur post verbum secundo loco positum intelligitur ad nominatiuum praecedentis verbi pertinere, quando connectitur cum persona suae expressae, siue subaudita eiusdem verbi praecedentis, ut, Ego cupio, esse clemens: Tu vis esse doctus: Ille desiderat esse eruditus: Clemens pertinet ad primam personam, Ego praecedentem verbum Cupio; Doctus, ad secundam Tu: Eruditus ad tertiam Ille. Rursum an res ad nominatiuum praecedentis verbi spectet, interrogatione pateſcet. Caesar cupit esse rex. Quis cupit esse rex? Caesar. Crassus studet videri diues. Quis studet videri diues? Crassus. Pertinet igitur Rex, ad nominatiuum praecedentis verbi, nimirum Caesaris & Diues ad nominatiuum Crassianum. Quod semper intellige, dum modo ante Infinitiuum non ponatur accusatiuus: cum enim antecedit vnus, opus est, vt alius sequatur. Quare, cum dixeris, Cupio me esse, dices, clementem, non clemens: Vis te esse doctum, non doctus: Ille exoptat se esse eruditum, non eruditus, vt paulo post dicendum erit. Non solum autem sequitur

Nominatiuus

**N**ominatiuus post verbum Infinitiuum accedentibus verbis optandi, sed alijs etiam. Actor ad Heren. libro 4. Ego capitis mei periculo patriam liberaui, vos liberi esse non curatis? Cic. Philip. 5. Si Lysitades citatus iudex non responderit, excuseturq;, Arsopagites esse, &c. Idem in Pison. Nimis pugnax contra senatorem populi Romani esse noluit. Seneca lib. 1. Epist. Amicus mihi esse capere. Cic. pro Sest. Nec Aristidis fuga, qui vnus omnium iustissimus fuisse traditur. Idem in Pison. Cui generi esse ego iratus, ne si cupiam quidem, possum. Sall. Catil. Cato esse, quam videri bonus malebas. Plin. ad Maxim. lib. 7. Tales esse sani perseueremus, quales nos futuros profitemur infirmi. Terent. Eunuch. — quid tuis? vt diligenter nuncies Patri, aduocatus mane mihi esse vt meminerit. Mart. lib. 8. Praefate. Memineris, non nisi religionis purificatione lustratus accedere ad templa debeſſe. Lucan. lib. 9. — dignaq; satis mercede laborum Contentus par esse tibi. — Sil. lib. 1. — pulcherrimus ira, Et dignus fieri campos memorabilis ausu. Horat. Epist. lib. 1. Dum studet urbanus, tendit que discere haberi.

## APPENDIX I.

**S**i tamen Aio, Puto, aut affinita verba locantur Ante Infinitiuum, melius ita Quartus vtrinq;.

**S**i verba Puto, Aio, Refero, & alia eiusdem significationis Infinitiuum praecedant, durior efficitur oratio, si nominatiuus sequatur.

Luca. lib. 9. Vtq; fidem vidit sceleris, tuturusq; putauit

Iam bonus esse socer, &c.

Orator dixisset, Se bonum esse socerum.

Nº post Infinit. his verbis, & alijs praecedentibus. Schol. 21

**T**utunque putauit Caesar cum Pompeij caput oblatum est, iam bonus esse socer. Sic Catull. Phaselus ille, quem videtis hospites, ait fuisse omnium celererrimus. Vbi tamen celererrimum, aliqui legunt. Ouid. 13. Met. — sed enim quia rettulit Ajax Esse Iouis prunepos. — Idem 2. de Tristib. Deme mihi studium, vitae quoque crimina demes, Acceptum refero versibus esse nocens. Ibid. lib. 4. Me miserum, si turpe putas mihi nupta videri. Et lib. 1. Plura quidem mandare tibi, si queris habebam. Sed vereor, tarda causa fuisse mora. Horat. Epist. lib. 1. Cum pateris sapiens, emendatusq;, vocari, Respondesne tuo, dic sodes, nomine? nempe Vir bonus & prudens dici delector ego, ac tu. Haec in soluta oratione vitabit puer, vteturq;, accusatiuo.

## APPENDIX II.

**Q**uarto Infinitiuum praecunte, sequetur & alter Quartus, vt Inſonem se vult homicida putari.

**A**t si accusatiuus antecessit, & sequatur necesse est.

Cic. in Catil. Orat. 1. Cupio P. C. me esse clementem. Idem in Bruto. Ego me Phidiam esse malleum, quare vel optimum fabrum signarium.

Quo modo Accusatiuus Infinitum antecedit. Schol. 22

**A**CCUSATIUIUS precedens Infinitum plerumq; exprimitur. Cic. de Leg. Ego me cupio non mendacem putari. Idem de Offic. 2. Non modo illi, qui est meritis, sed etiam illis, à quibus expectat, gratum se videri sudet. Non raro etiam subauditur. Cic. in Catil. Orat. 3. Idemq; inserunt simulacrum Iouis facere manus, & in excelso collocare. Curt. lib. 3. Nec à vultu legentis mouit oculos, ratus aliquas conscientie notas in ipso ore posse deprehendere. Idem lib. 8. Octoginta talenta constituit daturum Alexander pro se daturum. Liu. decad. 5. lib. 4. Instrati sunt fornices non ad eandem crassitudinem, qua veterem inurum, sed simplici laterum ordine structos esse. Vbi post fornices, subaudiendum videtur, Diciturq; est eos. 10 Idem ab Urb. 6. Iam ne nocte quidem turba ex eo loco dilabebatur, refracturosq; carcerem minabantur. Plin. lib. 36. cap. 5. Totum ac civitatis alienum dissoluturum repromittens. Huius generis omitto quàm plurima. Illud verò Curtij, quod asfert Budæus in Comment. ling. Græcæ: Ad vestras manus confugio, inuitis vobis saluum esse nolo, tam durum est, quàm quod durissimum. Hunc locum suspicor esse depravatum. multo enim aliter hodie legitur lib. 6. Ad vestras manus, ad vestra arma confugio: inuitis vobis saluum esse nolo. Sic enim habent libri omnes, quos quidem legerim. Neq; illud Ennij in Epicarmo apud Cic. 1. Acad. Quæst. ad rem videtur facere. Nam videbar somnare me & ego esse mortuum. Est enim perturbatus sensus, pro Nam & ego videbar somnare me esse mortuum. Idem locum 20 Ciceronis pro Quint. affert. Nunc in causa superiori, ne ut par quidem sit, postulat, inferiorem esse patitur. Vbi ait desiderari, Sese. In libris tamen correctissimis legitur, inferiorem esse se patitur.

## APPENDIX. III.

**E**SSE, Infinitum, LICET adueniente, reportat Casum accusantem, vel qui sit in ordine tertio.

VE Quibus esse proles, licuit, licet esse beatis.

**I**N Finitum Esse, accedente verbo Licet, dandi, vel accusandi casum, potest se postulat.

Cic. ad Attic. lib. 1. Mihi negligenti esse non licet.

Idem, pro Cornel. Balb. Cini Romano licet esse Gaditanum.

De constr. modi Inf. cum verbis Dativum exigentibus. Schol. 23.

**D**ANDI casus sepius adhibetur. Cic. 1. Tusc. Licuit esse ocioso Themis oculi, licuit Epaminunde. Pro Flac. Cur his per te, frui libertate sua, cur deniq; esse liberis non liceat. Quint. lib. 7. cap. 2. Potest incidere questio, An huic esse procuratorem liceat. Interim deest dativus. Cic. pro Ligar. Licet esse miseris, quamquam hoc victore esse non possumus. Idem Attic. 10. In Italia autem nos sedentis quid erimus? nam medios esse non licet. Horat. Serm. 1. Saty. 1. Quid statis? nolunt, atqui licet esse beatis. Infinitum Esse cum cæteris verbis, quæ dativo gaudent, ferè accusatiuum

accusatiuum habet. Terent. Heaut. Expedi bonas esse vobis. Idem Pborm. Nostrapte culpa facimus, ut malos expediat esse. Ouid. Met. 11. — siquidem Iouis esse nepotem Contigit haud vni. — Quintil. tamen lib. 11. cap. 1. dativo vsus est. Imò oderit reum, inquit, verba aucupatem, & anxium de fama ingenij, & cui esse disertio vacet. Idem lib. 3. cap. 6. An illi accidat viro bono esse vel malo. Illud verò Valerij lib. 5. cap. 4. de Cimone, minus vsitatum: Nam & si maximo tibi postea & civi, & duci enadere contigit: plus tamen aliquanto laudis in carcere, quàm in Curia assecutus es. Item lib. 3. cap. 6. L. quoque Sylla, cum imperator esset, clamydato sibi, & crepidato Ne apoli ambulare deforme non duxit. Cels. lib. 1. cap. 3. Ei, qui perfrinxit, opus est in balneo primum inuoluto sedere, donec insudet, tum vngi, deinde lauari. Senec. ep. 109. Seps. exire è schola pauperi libuit. Sil. lib. 7. Si lucis piget, & supremis esse cupido est. Nominis Ansonij, &c. Non secus loqui videntur. Curt. lib. 8. Nec quemquam mudum ore lethi die credunt, cui expectare interrito liceat. Cic. de Arusp. Arreptus est vnus ex patricijs, cui tribuno plebis fieri non liceret. Liu. bel. Mac. 6. Postero die, quàm verit, postulauit, vtsibi triumphanti liceret in Urbem inuehi. Idem ab Urb. 3. Sibi vitam filie sua cariorum fuisse, si leber, & ac pudica viuere licitum fuisset. In libris correctioribus ita legitur. Post (Pudica) autem, datiuus filie, repetendus est. Idem bel. Pun. 6. Annibal in extremum angulum agri Brutij compulsus nihil iam magis precatur deos, 20 quàm ut incolami cadere, atq; abire ex hostium terra liceat. — Illud loquendi genus, Tibi necesse est viro sorti esse, rarum videtur, quo tamen Liu. 1. bel. Pun. vsus est in oratione Annibalis, Illis timidus, & ignauis esse licet: vobis necesse est fortibus viris esse. Plaut. Cistell. Nunc mihi bonæ necessum est esse in gratijs. Senec. de Clem. lib. 1. cap. 12. accusatiuum apposuit, Quid autem eo infelicius, cui iam esse 25 malum necesse est? Mihi satis est priori esse, dixit Sil. lib. 16. — satis est huic esse priori, Huic sperare sat est fieri se posse priorè. Cum infinito Esse, accedit verbum Dandi, planè videtur poetica locutio. Ouid. 8. Metam. — vobis immunibus huius Esse mali datur. — Hor. in Arte, — mediocribus esse poetis. Nò homines, non dij, non concessere columnæ. Illa Videtur mihi esse prudens, Videor tibi esse grauis, non sunt huius loci: nam nominatiuus Prudens, Grauis non ad datiuum pertinet, quod hic requiritur, sed ad nominatiuum verbi precedentis, vt supra diximus. Cic. Philip. 2. Nescio quid conturbatus mihi esse videris.

Interrogationis, atq; Responſionis consensus.

**Q**VAESTIO facta gradu, & Responſio dantur eodem: Ni danda inferius normæ præcepta resistant.

**I**NTERROGATIO, & Responſio casu consentiunt. Cui præceptori dedisti operam? Platoni. Cuius est hæc oratio? Ciceronis. Quem existimas fuisse principem oratorum? Demosthenem. Quo morbo fuisſi impeditus? Assidua febricula.

Quando interrogatio & resp. casu non consentiat. ¶ Schol. 24.

**C**ERTA definitum proprietatis in causa est, quo minus interrogatio, & Responso casu coherant, ut Cuius est hoc pallium? meum. Quanti emisisti calamum? quadrante. Hac, & similia progredientis tempore discent adolescentuli. Quare ne hac exceptione terreantur.

# DE CONSTRUCTIONE TRANSITIVA NOMINIS.

Genitius post nomen Substantivum.

**S**I DVO continuis variarum nomina rerum Fixa, vnum Patrio dandum est: velut, Arina gigantum.

**Q**UOTIESCUMQ; duo nomina substantiva rerum diversarum in Oratione continentur, alterum erit genitivi casus.

Cic. in Pison. Supplicium est poena peccati. Idem de Amicit. Maximus ornamentum amicitiae tollit, qui ex ea tollit verecundiam.

Quae substantiva hoc praeepto comprehendantur. ¶ Schol. 1.

**H**VC spectat omnis substantivorum silva siue rem possessam, siue numerum, siue mensuram significant, ut Equus Alexandri: Par amicosu: Modius tritici. Praeterea verba in Tor, Trix, Sor, V's, Io & Servator patrie; Expultrix vitioru: Censor morum; Contemptus divitiarum; Moderata animi. Deniq; substantiva omnia continuata res diversas significantia, quocumq; nomine censantur: neque de his admonentur pueri, cum ad rem nihil faciant. ¶ Reus genitivo, vel ablativo cum praepositione, De, gaudet. Reus audacia, avaritia, aliena culpa, rei capitalis, De ambitu, de vi. apud Ciceronem, & alias leguntur. ¶ Multa substantiva mutant genitivum in ablativum cum praepositione De, vel Ex: ut Notio huius rei, vel de hac re; Pars nostrorum bonorum, vel de nostris bonis; Cura futuri, vel de futuro, &c. Liu. bel. Pun. 7. Me de is ad censes, non ad senatum notionem de eo pertinere, dicentibus Terent. Heaut. Ne expers partis esset de nostris bonis. Cic. pro Quint. De suis commodis nolat aliquam partem amittere. Ouid. Trist. 3. eleg. 11. Est tibi de rebus maxima cura meis. Plin. proemio lib. 7. de Humine, Vni sepultura cura, atque etiam post se de futuro. Idem lib. 2. cap. 46. de Ventis, Viginti amplius auctores Graeci veteres prodidere de his observationes. Colum. lib. 11. c. 31. Corticis de palma steni Graeci veteri vino macerati. Plin. ad Sen. lib. 6. Est enim ex virtutibus eius larga materia. ¶ Illud hoc loco non est praeterendum non modo Arborem oleam, ficum, abietem, sicut in sum: & Abietis, olea arborem, sed etiam Arborem abietis, olea, &c. ab idoneis arboribus vsurpari. Liu. bel. Pun. 4. Lucus ubi frequenti sylva, & proceris abietis arboribus sepeus. Columella. olea arbore: dicit: & lib. 11. cap. 2. Arbore: ficorum.

## APPENDIX.

**M**obile Fixa imitans fixae moderamina vocis Sumit, ut Exiguum lucis, Suprema laborum.

**A**DIECTIVAE cum substantivae ponuntur, more substantivorum constructuntur. Cic. de Senect. Tantum cibi, & positionis adhibendum, ut reficiantur vires non opprimantur. Pompeius 8. ad Att. Vos hortor ut quodcumq; militum contrabere poteritis, contrabatis.

De N. Adiectivis substantivae sumptis. ¶ Schol. 2.

**H**UIUS classis sunt Multum, Plurimum, Tantum, Aliquantum, Reliquum, Quantum, Minus, Minimum, Summum, Nimum, Paululum, Exiguum, Modicum, Paucum, Extremum, Ultimum, Postremum. Cic. Attic. 2. Terentia impertit tibi multum salutis. Idem pro Milo. Vident, quantum in te sit animi, quantum ingenij, quantum auctoritatis. Idem ad Toranium lib. 6. Praesertim cum omnium rerum mors sit extremum. Idem de Senect. Minus habeo virium, &c. Idem 2. de Fin. Nimum boni est, cui nihil est mali. ex Ennio. Sall. Jug. Sed ubi plerumq; noctis processit, & c. Caes. bel. Gal. 6. Si amplius obfidum dare vellet, pollicentur. Plin. lib. 20. cap. 8. Aluminis paucum admisso. Liu. lib. 1. bel. Mac. Ad vltimum inopia venturos sciret. Et lib. 6. Reliquum hiemis in convivijs, & vinum sequentibus voluptatibus, ac in somno traduxit. Et lib. 9. Extremo anni magistratibus creatis, &c. Idem bel. Pun. 6. Serum diei. ¶ lib. 7. Diei medium erat. & lib. 9. Ad aliquantum altitudinis excitata erant nomina. Idem bel. Mac. 5. Aliud Antiocho iuris statuisse, alio ipse vltimum. Idem ab Vrb. 5. Latè fuso agmine inmensum obtinent: loci. Idem dec. 5. lib. 4. Favere pistati, fideiq; deos, per quae populus Romanus ad tantum fastigij venerit. Idem bel. Mac. 10. Tantum hominum demortuum esse, tantum reliq; agrorum. Senec. de Breu. Vit. c. 1. Non exiguum temporis habemus, sed multum perdimus. Plin. ad Corell. lib. 3. Cui in hoc lubrico aetatis rector querendus est. Colum. lib. 8. cap. 5. Paulum tritici salis vulneris infriatur. Idem lib. 3. c. 11. Per summum terrae dispergunt, atq; diducunt radices. Idem lib. 2. cap. 8. Quod ipsum muneris sic edisserit. Idem lib. 12. cap. 50. Quantulumcumq; adieceris salis, nihilominus saporem non recipit oleum. Vitruv. lib. 8. cap. 3. Quo loci sepultus est Euripides. Mart. lib. 4. Dum partem lychnus modicum consumit elivi. Curt. lib. 3. Ad vitium periculi pervenerat. Cic. 2. Philip. Pax est tranquilla libertas, servitium postremum malorum omnium. ¶ Abditae rerum, Strata viarum, Occulta saltuum, Asperima insularum, Terrarum profunda, Cuncta terrarum, Extrema finium, Incerta fortuna, & id genus alia ferè apud Historicis, & Poetas reperuntur. Virg. 3. En. Obsedere alijs telis angusta viarum. Liu. bel. Pun. 10. Fido ex fernis vno accito, sub cuius custodia regio more ad incerta fortunae penuriam erat. Ibid. lib. 8. Locum in foro destinant, quo pretiosissima rerum congregentur. Idem ab Vrb. 6. Excursionem in extrema finium factis erant. Et ibid. Extrema

agninis carpere. *Ibid.* lib. 9. Per diuersa montium, per siluas camus. *Curt.* lib. 5. Ingentis magnitudinis saxa per montium prona deuoluent. *Idem.* lib. 3. Pecuniam regiam cum pretiosissimis rerum offerri iubet. *Senec.* ep. 79. Dertium, oculorum, aurium dolor ob hoc ipsum acutissimus est, quod inter angusta corporis nascitur. *Tacit.* lib. 19. Per angusta, & lubrica viarum flexerant. *Idem.* lib. 1. Premisso *Cecinna*, ut occulta saltuum scrutaretur. *Idem.* lib. 2. Quidam turpi fuga in summa arborum nisi, &c. *Plin.* lib. 2. cap. 97. Cuius putei crescente aestu minuantur, augetur decedente, medijs temporum immobiles. *Idem.* lib. 18. cap. 19. Si inter arbores, vitesq; aretur, fiscellis capistrati, ne germinum tenera praeceperant. *Idem.* lib. 2. cap. 5. Vitalem hunc (spiritum) & per cuncta rerum meabilem, totiq; conferunt. *Colum.* lib. 3. cap. 19. Ne per summa terrae siciat aestibus *Idem.* lib. 9. cap. 8. Iustis operum peractis, se recipiunt.

## Genitiuus, vel Ablatiuus post nomen Substantiuum.

**F**ixa sibi Patrium, Sextumue assumere possunt Vocis, quæ referat laudem, aut contraria laudi.

*Ve Rudis ingenij inuenis, Rara indole princeps:*

**S**ubstantiua genitiuo, vel ablatiuo gaudent, qui ad laudem vel vituperationem referatur.

*Cic. ad Marcellum lib. 4.*

*Neq; te monere audeo prestanti prudentia virum, aeq; confirmare maximi animi hominem, virumq; fortissimum.* *Plin.* lib. 7. c. 2.

*Choromandarum gentem vocat Tauron siluestrem, sine voce, stridoris horrendi, hirtis corporibus, glaucis oculis, dentibus caninis.*

De Genitiuo & Ablatiuo Laudis, & Vituperationis. ¶ Schol. 3.

**D**vorum substantiuorum hic habenda est ratio. Primo significatur ea res, ad quam laus, aut vituperatio refertur: secundum vero laudem, aut vituperationem continet, & genitiuo vel ablatiuo effertur. Proposita exempla utrumq; casum complectuntur. Sic variabunt tyrones oratione, *M. Tullius* vir singularis ingenij à *M. Antonio* crudelissime trucidatus est. Singulari vir ingenio *Cicero* miserandum in modum interijt. Pueri tardi ingenij saepe ingeniosos palmam praeipiunt. Tardo ingenio pueri plerumq; labore, & diligentia ingeniosos superant. *Plin.* lib. 35. cap. 4. Puer magni profectus in ea arte obiit. *Colum.* lib. 3. cap. 3. *Seneca* vir excellentis ingenij, atq; doctriinae. *Sall.* Jug. Quod homo inanis, & regie superbie, imperio nimis gauderet. *Liu.* bel. Pun. 4. Ipsum ut ambigua fidei virum suspectum iam pridem habebat. *Idem.* ab *Vrb.* 3. Vir exempli recti domi, militiae; perinde vxor instituta fuerat, liberiq; instituebantur. *Idem.* bel. Pun. 10. Audientes deuictum, & captum ingentis nominis regem, &c. *Quintil.* lib. 2. cap. 12. Quae futura vsu bona

bonae mentis inuenibus arbitramur. *Cic.* *Verr.* 3. Quod eos in iudicando nimium sui iuris, sententiaq; cognoscere. *Plaut.* *Bacchid.* Mortuus pluri pretij est, quam ego. *Sall.* Jug. Neque pluri pretij coquum, quam villicum habeo.

## Genitiuus post N. Adiectiuum.

**A**diectiua quibus Communio, Copia nobis Significabuntur, rerumue Scientia, iunctis Ipsorum Oppolitus, Patrij, moderamina sumant: *Ve Certus, Largus, Prudens, Incertus, Auarus, Et Parcus, Consors, Exsors, Improvidus, Insons.*

**A**diectiua, quae Scientiam, Communionem, Copiam, & his contraria significant, cum genitiuo iunguntur ut *Certus, Incertus, Improvidus futuri: Prudens, Imprudens negotij: Consors, Exsors, Insons criminis: Largus, Auarus, Prodigus, Libertalis pecuniae.* *Senec.* de *Breu.* Vit. cap. 3. Repete memoria tecum, quando certus consilij fueris.

*Plin.* ad *Quadr.* lib. 9. Quid Presentibus confidis, incertus futurorum.

De N. Scientiam & Ignorantiam, Copiam & Indigentiam, Participationem & contrarium significantibus. ¶ Schol. 4.

**H**OC loco quam plurima nomina recensentur à Grammaticis: delectu tamen opus est. Alij enim Oratores, alij Historici, & Poetae frequentius vtuntur.

¶ Scientiam, & Inscitiam significant *Doctus, Gnarus, Nauus, Prouidus, Callidus, Prudens, Solers, Praescius, Peritus, Certus, Incertus, Incautus, Ignarus, Imperitus, Imprudens, Improvidus, Nescius, Inscius, Indoctus.* ¶ Communionem & Contraria *Particeps, Consors, Congener, Compos, Impes, Immunis, Insons, Insolens, Infrequens, Insuetus, Degener, Irritus, Exspes.* ¶ Copiam & Inopiam *Diues, Dis, Largus, Literalis, Benignus, Satur, Faecundus, Alumnus, Prodigus, Plenus, Refectus, Onustus, Fertilis, Pauper, Egenus, Inanis, Inops, Indigus, Parcus, Auarus, Sterilis, Nudus, Vacuus, Truncus.* Ex his nonnulla tantum illustrabimus exemplis: cetera, quoniam alios etiam casus postulant, commodius infra suis in locis confirmabuntur. ¶ *Auarus.* *Senec.* lib. 4. de *Benef.* cap. 11. Ellegam virum alieni abstinentem, sui non auarum. *Horat.* *Epist.* lib. 2. Sic leue, sic paruum est, animum quod laudis auarum. Subruit, aut reficit. — ¶ *Alumnus.* *Tacit.* lib. 13. *Patinius* futrinæ tabernæ alumnus. *Solin.* cap. 16. Lapis insule istius alumnus. *Plin.* lib. 8. cap. 55. Est aliâquâ [sepis] animal, intolerandi rigoris alumnus. *Idem.* lib. 11. cap. 28. Tenebrarum alumna blattis vita. *Stat.* *Theb.* 7. Quercus alumna radi. — ¶ *Callidus.* *Colum.* lib. 2. cap. 2. Callidissimi rufficarum rerum genera terreni trita esse dixerunt. *Idem.* lib. 7. cap. 3. *Aristoteles* vir callidissimus rerum naturæ. *Tacit.* lib. 4. Qui maxime perdiderant, callidi temporum, & sapientes credebantur. ¶ *Certus.* *Quintil.* lib. 4. c. 2. Iudex quam primum certus esse

esse fontana cupit. Certior genitius, vel ablatiu cum prepositione De gaudet.  
 Cic. ad Att. l. 3. Facia te consilij nostri certior. Idē ad Sulp. lib. 4. Te de ijs re-  
 bus, que hic geruntur, certior faciam. ¶ Congener. Plin. l. 15. c. 24. Aliud corpus  
 est terrestribus fragis, aliud congeneri eorum vnedoni. ¶ Coniors. Cic. pro  
 Flac. Nam fratres quidem consortes sunt mendicitatis. Liu. dec. 5. lib. 1. Frater  
 germanus, & coniors etiam censoris erat. ¶ Exfors. Idem bel. Pun. 2. Se om-  
 nis culpa exsortem, omnis suentus participem fore diceret. ¶ Exspes. Tacit.  
 lib. 6. Funesta Tyberio, mox, ubi exspes vita fuit, meditata, composita;q; diras im-  
 precabatur ¶ Gnarus. Cic. in Brut. L. Sifens gnarus Reip. Plaut. Asin. Torto-  
 res acerrimos, gnarosq; nostri tergi. Admittit etiam datiuum in significa-  
 tione passiva quemadmodum & Ignarus, de quibus infra Schol. 14. Cic. pro  
 Marcell. Quis est omnium tam ignarus rerum, tam rudis in Republica, &c.  
 Ignarus in aliqua re Gell. l. 12. c. 5. Iuuenis in disciplinis Philosophia non ignarus.  
 Cum DE, Liu. bel. Pun. 3. Itaque [Philippus] ignarus de ijs, que cum Annibale le-  
 gatis suis conuenissent. ¶ Imperitus. Cic. Verr. 3. Homo omnium rerū imperitus. Idē 19  
 pro Sex. Rosc. Imperitus morum agricola. & cum prep. Ad. Plaut. Milic. Eam qui-  
 dem ad rem haud imperiti (fabri.) Item cum IN. Vitruu. lib. & cap. 1. In his  
 [doctrinis] non imperitus. ¶ Improbus. Plaut. Casin. Eripite isti gladium, que sui est  
 improbus animi. ¶ Improuidus. Tacit. l. 3. Hist. Consilij improuidus. Plin. lib. 36. c.  
 3. Ciuitas mali improuida. Liu. bel. Pun. 6. Improuidus futuri certaminis. 10  
 ¶ Imprudens. Idem bel. Mac. 4. Commercio eorum Hispani, imprudentes ma-  
 ris, gaudebant. Colum. lib. 3. cap. 18. Antiquitatis imprudens consuetudo. Terent.  
 Eunuch. Imprudens harum rerum, ignarusq; omnium. Imprudens de hac re. Idē  
 in Andr. Conueniam, ne de hac re pater inprudens opprimat. ¶ Incertus.  
 Liu. 4. ab Vrb. Tubero incertus veri est. Et ibid. Incertus sententia. Idē bel. Pun.  
 4. Solliciti, incertiq; rerum suarum. Cum DE idem ab Vrb. 9. Incerti de fide soci-  
 orum. Plin. ad Tacit. lib. 6. De salute eius incerti. ¶ Incautus Senec. Controv.  
 lib. 9. O in cauta futuri mortalitas. Cum A, reperitur etiam apud Liu. de quo in-  
 fra Schol. 22. ¶ Indoctus. Horat. de Art. Indoctusue pile, disciue, trochiue  
 quiescit. Gell. lib. 7. c. 3. Tullius fuit haudquaquam rerum, literarumq; veterum 30  
 indoctus. ¶ Infrequens. Idē lib. 13. cap. 23. Non vsq; ed tamen sum infrequens  
 vocum Latinarum, vt hanc ignorem interpretationem vulgariam. Au. ad Her.  
 lib. 4. Illud pretereo, quod tribunus rei militaris te infrequentem tradidisti. Infre-  
 quens in regia, dixit. Liu. bel. Mac. 10. ¶ Inscius. Cic. in Brut. Apud Plato-  
 nem Socrates se omnium rerum inscium fingit, & rudent. ¶ Insolens. Tacit. 11  
 lib. 5. Partib; contumeliarum insolentes. Cef. bel. Ciuil. 2. Erat in oppido multitu-  
 do insolens belli diuturnitate omij. ¶ Insons. Liu. dec. 5. lib. 1. Rex omnis iniuria  
 insons. Idem bel. Pun. 2. Insonem culpa. & 4. bel. Mac. Insones consilij publici.  
 ¶ Irritus. Tacit. Hist. 4. Ille, vt irritus legationis redijt, cetera dissimulans, &c.  
 Curt. lib. 6. Porsore persenerabat, ne se irritum spei pateretur abire. Stat. Theb. 7.

NUMQUAM

numquam manus irrita voti. ¶ Largus. Virg. Aen. 11. Largus opum. — Libanus  
 lib. 9. — inuentus medijs fons vnus arenis Largus aque. — ¶ Liberalis.  
 Sall. Catil. Laudis auidi, pecunia liberales, ¶ Nauus Colum. lib. 7. cap. 9. Sit au-  
 tem vigilans, impiger, industrius, nauus omnium, quas pascit. ¶ Nescius. Plin.  
 ad Marcellinum lib. 8. Impendentis mali nescius. Et cum DE apud Ouid. in Epist.  
 5 Paridis, & Triphonium lib. Pandect. 6. ¶ Parcus. Tacit. lib. 19. Ciuium san-  
 guinis parcum credidēre. Suet. in Aug. cap. 77. Vini parcissimus erat. Idem in Tib.  
 cap. 46. Pecunia parcus, ac tenax. Lucan. lib. 9. — somni parcissimus ipse est.  
 Parcus in cibum dixit Iustinus lib. 41. & Plaut. Rud. Opera sua parcus, hoc est sue  
 parcens opera. ¶ Particeps. Cic. de Fin. Virtutes ita copulate, connexa;  
 10 sunt, vt omnes omnium participes sint. & cum DE. Plaut. Trucul. Non licet de  
 obsonio saltem me participem fieri? Sic libri correcti habent. ¶ Pauper. Horat.  
 2. Serm. Saty. 3. Argenti & auri pauper. Ibid. 1. Saty. 1. Semper ego optarim pau-  
 perimus esse honorum. ¶ Præcius. Virg. Aen. 6. — tuq; d sanctissima va-  
 tes Præcia venturi. — Sic Valer. Flac. 5. Argon. Cali venturi præcius.  
 15 ¶ Prodigus. Horat. 1. Carm. ode 12. — animeq; magne Prodigum paulum. &  
 ode 18. Arcanij, fides prodiga. — Gell. lib. 11. cap. 5. Homo non præceps, nec iu-  
 dicij sui prodigus. ¶ Prouidus. Tacit. lib. 4. Rerum vestrarum prouidus. Hor. 1.  
 Epist. ad Lollium. Qui domitor Troie multorum prouidus vrbes, Et mores ho-  
 minum inspexit. — ¶ Prudens. Colum. lib. 7. cap. 3. Veterinaria medicina  
 20 prudens esse debet pecoris magister. ¶ Solers Gell. lib. 17. c. 16. Mithridatem  
 medicina rei, & remediorum id genus solertem fuisse. Sil. lib. 7. Solers cunctandi  
 Fabius. Horat. in Art. — lyra solers. Liu. ab Vrb. 10. Callidos, solertesq; iuris;

AXIUS, OSUS, IDUS gradui finita rogandi  
 Quaedam, vt Edax, Auidus, Dubius, Studiosus adherent.  
 ¶ Immemor, atq; Memor, Securus amastis eundem.

ITEM quedam in AXIUS, IDUS, & OSUS, vt Homo sui iuris tenax, Cupidus  
 nouitatis, Ciborum abstemius, Curiosus literarum.  
 ¶ Adde Memor, Immemor, Securus, vt Memor beneficij, Immemor iniuria,  
 Securus rumorum.  
 30 Quintil. lib. 1. c. 1. Tenacissimi sumus eorum, que rudibus annis percepimus.  
 Cic. in Anton. Philip. 2. Huius rei ne posteritas quidem omnium seculorum  
 immemor erit.  
 Idem ad C. Anton. lib. 5. T. Pomponius homo omnium meorum in te studi-  
 orum conscius, tui cupidus, nostri amantissimus

De N. In AX, & alijs Genitiuum postulantibus. ¶ Schol. 5.  
 NON omnia, que in his syllabas exeunt patrum casum admittunt, sed certa  
 quedam, ea; partim sunt oratoria, partim historica, & poetica: id quod  
 optimus magister vsus te docebit, vt Capax, Edax, Fenax, Fugax, Tenax, Rapax,  
 Abstemius

**Abstemius**, **Dubius**, **Dimidius**, **Cupidus**, **Timidus**, **Curiosus**, **Incuriosus**, **Fastidiosus**, **Otiosus**. ¶ **Capax**. Senec. Contr. lib. 4. aliter 7. Nemo in pax unius capax animi. Tacit. lib. 2. Nondum honorum capax erat. Liu. ab Vrb. 9. Ferunt Papyri-um Curforem cibi, viniq; capacissimū. ¶ **Edax**. Ouid. Met. 15. Tempus edax rerū. ¶ **Ferax** inuicis infra Schol. 19. ¶ **Fugax** Schol. 14. ¶ **Tenax**. Senec. Epist. 7. Parum tenax recti. Plin. ad Trai. lib. 10. Memoria beneficiorum diu tenacissima. ¶ **Rapax**. Plin. 22. cap. 2. Omnium utilitatum, & virtutum rapacissimi. ¶ **Abstemius**. Idem 22. cap. 24. Mellitites solebat dari mulieribus vini abstemijs. ¶ **Anxius**. Idem lib. 5. c. 18. Nepotū securitatis anxius (Cato). ¶ **Dubius**. Senec. 6. de Benef. Me tempestas occupauit portus, ac praesidij dubium. ¶ **Dimidius**. 10 Plin. l. 16. c. 44. de Quercu. Quia iam vitium abunde habeat, nec sit sui dimidia. ¶ **Innoxius**. Curt. lib. 8. Initi consilij regis innoxius. Postulat & ablatiuum cum A, vel Ab. de quo infra Schol. 22. ¶ **Auidus**. Sall. Iug. Tantummodo gloriae auidus. Plin. 21. cap. 12. Horum floribus auidissima sunt [apes], atq; etiam sinapis. Cic. Philip. 3. Auidus in pecunijs dixit. Liu. ab Vrb. 7. cum Ad. Gens, inquit, ferax, & ingenij auidi ad pugnam. & bel. Pun. 2. cum IN. Hispanorum inquieti, auidaq; in nouas res sunt ingenia. ¶ **Cupidus**. Cic. 1. de Orat. Laudis cupidus adolefcēs. Cupidus in re aliqua Cic. Off. 1. Plaut. Pseud. Vno cupidus dixit. Iustin. l. 31. In bellū cupidus. ¶ **Timidus** Senec. de Vit. be. c. 21. Abluntur (nocturna animalia) in aliquas rimas timida lucis. Idē de Ira lib. 3. c. 24. Neminē tam timidū of- 20 sensarum, &c. Apud eundem Epist. 22. inuenies, Aequē timidum mortis, aequē nescium vitæ. ¶ **Curiosus**. Plin. lib. 25. c. 2. Is ergo (Mithridates) medicina peculiari curiosus. ¶ **Incuriosus**. Tacit. lib. 2. Vetera extollimus, recentium incuriosi. Plin. Iunior ad Gall. lib. 8. Ita natura comparatum, vt proximorum incuriosi longinqua scētemur. ¶ **Fastidiosus**. Cic. de Clar. Memmius perfectus literis, 25 sed Græcis, fastidiosus sanē Latinarum. ¶ **Otiosus**. Plin. in Praesat. Studiorum otiosus ista scripta sunt. ¶ **Studiosus** genitiuum exigit, vel datiuum, de quibus infra Schol. 14. ¶ **Perstudiosus**. Cic. 3. Tuscul. Musicorum verò perstudiosum accepimus (Dionysium.) ¶ **Memor**. Liu. bel. Mac. 1. Simul minarum, simul promissionum memores. Sall. Iug. In Repub. multo praestabat beneficij memo- 30 rē esse. ¶ **Immemor**. Cic. in Anton. Huius rei ne posteritate quidē omnium seculorū inmemorem fore. ¶ **Securus**. Quint. lib. 8. c. 3. Cicero securus tam parua obseruationis. Senec. de Vit. be. c. 26. Sapiens vixit praesentibus laetus, futuri securus. Plin. lib. 16. c. 37. Reditus tempestatum securior. Sil. lib. 17. Securam An- nibalis Romam, &c. ¶ **Deuius aequi**, **Egregius facti**, **Inglorius militiæ**, **Floridus xui**, **Feruidus ingenij**, **Trepidus rerum**: multa praeterea, quae cer- 35 tis locis comprehendi non possunt, vt **Ferox animi**, **Fessus belli**, **Immodicus iræ**, **Diuersus animi**, **morum**; **Pecuniae modicus**, **Præceps animi**, **Integer vitæ**, **Sceleris purus**, **Tenuis opū**, quae promiscuē à Grammaticis numerantur inter ea, quae genitiuo adhaerent, serē ad Historicos, & Poetas spectant. Illud

de Iuuent.

de Iuuent. 2. quod affert Bud. in Comment. ling. Gr. Hoc autem ipsum genus erit ad firmitus, si eo ipso in genere, quo arguetur, integer animi fuisse demonstrabitur. in nullo prorsus libro reperi: sed pro Animi, Antea, sic; Integer antea fuisse demonstrabitur. ¶ Interrogandi etiam casu iuncta reperiuntur quaedam alia. **Acidulus**. Plin. lib. 15. cap. 15. Bruta gentilitatis cucurbitina (pyra) acidula succi. ¶ **Continuus**. Tacit. lib. 6. Nerua continuus principis, omnis diuini, humaniq; iuris sciens. ¶ **Aeger**. Liu. ab Vrb. 2. Aegro animi illi obseruata species. Idem ab Vrb. 1. Consolatur egrā animi. Stat. Theb. 11. — dum nocte pererrat Aeger consilij. — Aeger morbo, valetudine, pedibus, & similes ablatiui, sunt cōmunes Cause, 10 Vituperationis, & Partis, de quibus alibi. ¶ **Ambiguus**. Senec. Epist. 91. Vita, ac necis ambigua. Tacit. lib. 3. Hist. Futuri ambiguus. & lib. 4. Consilij ambiguus. ¶ **Atrox**. Idem lib. 12. Atrox odij Agrippina. Sall. lib. 2. Hist. Ipse animi atrox. ¶ **Cæcus**. Quint. lib. 1. cap. 10. Siquis tam cæcus animi est, &c. Gell. lib. 12. c. 13. Cæcus animi forem, &c. Hic genitiuus effertur à Cic. per ablatiuum, qui ad cō- 15 muniem Partis, aut Vituperationis normam reduci potest. ¶ **Dædalus**, a, um. Lucret. lib. 4. — verborum dædala lingua. Idem lib. 5. — naturaq; dædala rerum. ¶ **Diligens**. Plin. lib. 32. c. 3. Negat Sextius diligentissimus medicina. ¶ **Diuiduus**. Valer. lib. 5. cap. 3. Discordes fori tui, paciq; diuidua turguria Græ- 20 cie facta sunt columen. ¶ **Fugitiuus**. Idem lib. 2. cap. 2. Hos tamquam patrie fugitiuus crucibus affixit. Plin. lib. 18. cap. 16. Loci fugitiuas columbas dixit. & Mart. lib. 3. — domini fugitiuus Achilles. Plin. ad Roman. lib. 9. Polliceris futu- rum te fugitiuum rei familiaris. Praepositionem etiam cum ablatiuo admittit, de quo infra Schol. 22. ¶ **Genuinus**. Solin. c. 14. Emathius, qui primus in Emathia accepit principatum, genuinus terra habetur. ¶ **Gérulus**. Idem c. 32. Vt dempta 25 inter regias mensus (taurina cornua) potuum gerula fiant. ¶ **Immodicus laticitiae**, & maroris inuenies apud Tacit. lib. 15. & cum eodē casu apud Col. lib. 7. c. 6. ¶ **Impotens**. Liu. bel. Pun. 9. Pleminius impotens iræ. Valer. Max. lib. 4. cap. 6. C. Plautius doloris impotens pectus suum gladio percussit. ¶ **Indiligens** Gell. lib. 15. cap. 28. Cornel. Ne pos rerum memorie non indiligens. ¶ **Ingens**. Sall. 30 Hist. lib. 3. Ingens ipse virium, atq; animi. Cum ablatiuo sapius inuenies, non proprio, sed cōmuni Laudis, vel Partis, vt Ingens armis, corpore, eloquio apud Poetas ¶ **Innocens**. Senec. Agamemni. Quem pœnitet peccasse, pœna est innocens. Tacit. lib. 4. Verba mea P. Conscripti arguuntur, adeo factorum innocens sumā ¶ **Insatiabilis**. Valer. lib. 8. c. 15. Alexandri pectus insatiabile laudis. Senec. Contr. 35 lib. 2. Adolescentem insatiabilem esse gloriae. ¶ **Manifestus sceleris** Sall. in Iug. Manifestus vanitatis Tacitus lib. 13. Mendacij Plaut. Trucul. ¶ **Minister**, a, um. Ouid. Epist. 20. Lumina propositi facta ministra tui. Iq; Miser. Plaut. Mil. Qui illam miseram animi execucius? & in Cistell. Itaq; petulantia mea me ani- mi miseram habet. ¶ **Naufragus**. Stat. Theb. 9. — heu cuius naufragus vnde. ¶ **Nocens**. Cic. pro Cluent. Age si nocentes, cuius maleficij? ¶ **Peregrinus tum**

genitium, tum datiuum admittit. de quibus infra Schol. 14. ¶ Præclarus Tacit. lib. 4. T. Linius eloquentia, ac fidei præclarus. ¶ Prælagus. Virg. Æn. 10. Agnouit longè genitum præfagali mens. Prælagus malorū Lucanus lib. 2. Suspiria præfaga luctus Ouid. 1. Met. ¶ Præperus Tacit. lib. 12. Agrippina oblate occasione propera. Idem lib. 11. Claudium iræ properum. ¶ Rectus. Senec. de Vit. be. cap. 6. Beatus est ergo iudicij rectus. ¶ Sanus. Plant. Trinum. Satin tu sanus mentis, aut animi. ¶ Secors Terent. Adelph. Nolim caterarum rerum te secordem. Tacit. lib. 19. Gregarius miles futuri secors. ¶ Surdus. Colum. lib. 3. cap. 1. Idq; nobis poëta velut surdis veritatis indulget. Liu. bel. Pun. 4. Surda omnium aures concitat & multitudinis erant. Sil. lib. 7. — si perstet surdus in 10 armis Paſtorum. — Datiuum etiam, vel Accusat. cum præposit. Ad postelat; de quibus infra Schol. 17. ¶ Vanus. Virg. Æn. 10. — aut ego veri Vana frer. — Sil. lib. 10. Ne forsan voti vanus foret. — ¶ Vernaculus. Colum. lib. 3. cap. 8. Indigena [fructus] peculiarisq; & vernaculus huius soli. ¶ Versutus. Plin. lib. 7. cap. 12. Versutus ingenij mango, ob id ipsum se tanti vendisse.

## Partitiua.

**P**artitiua sibi, Numeralia, Mobile nomen Partitiua imitans Patrium pluralis habent. Ut Nullus vestrum, Pauci, Minor, Optimus, Vnus.

**P**artitiua, Numeralia nomina, & quæcumq; adiectiua Partitionem significant, genitiuo multitudinis gaudent. Cic. de Nat. lib. 1. Elephanto beluarum nulla prudentior. Curt. lib. 8. Octoginta Macædonum interfecerunt. Plin. lib. 8. c. 48. Lanarum nigrae nullum colorem imbuunt.

De N. Adiectiuis & Substantiuis partitionem significantibus ¶ Schol. 6.

**P**artitiuū uomen est, quod significat multa sigillatim, ut Quisq; Vnusquisq; Vterq; Neuter: vel vnū ē multis, ut Alter, Alius. Hæc partim sunt Vniuersalia ut Nemo, Nullus: partim Particularia, ut Quidam, Aliquis: partim Interrogatiua, ut Quis, Vter? partim Infinita, quæ eadem sunt, quæ Interrogatiua, cum scilicet nihil querunt, ut Nescio quis vestrum loquatur. Ignoro vter vestrum sit doctior. Verum cum pueri has finitiones, distributionesq; vix vnquam teneant, non video, cur eis hæc sint inculcanda. Fortasse commodius fuerit, quæ maximè partitiua sunt, habere in promptu ordine elementorum, Alius, Aliquis, Alter, Alteruter, Nemo, Neuter, Nullus, Pleriq; , Quis, Quicumq; , Quidam, Quilibet, Quisquis, Quiuis, Quispiam, Quisquam, Quisq; , Solus, Vnus, Vnusquisq; , Vter, Vterq; , Vtercūq; , Vterlibet, Vteruis. ¶ Quotus autē cum patrio casu iunctū rardinuenietur. Gell. lib. 16. cap. 13. Quotus enim serē nostrum

nostrum est, qui &c. ¶ Alius. Cic. pro Sext. Rosc. Alij vestrum anseres sunt, qui tantummodo clamant, nocere non possunt. ¶ Vteruis. Idem de Senect. Mius habeo virium, quam vestrum vteruis. ¶ Vterq; Idem ad Quint. frat. Domus vtriusq; nostrum edificatur strenuè. ¶ Plerique. Liu. bel. Mac. 6. Plerosq; omnium ordinū milites inter nos esse video, qui T. Quintij ductu auspicio militaueritis. ¶ Alter. Plin. lib. 8. cap. 36. de Vrjs: Nec alteri animalium in malitia astutia solertior. ¶ Primus. Suet. in Claud. cap. 1. Oceanum septentrionalem primus Romanorum ducum nauigauit. Liu. ab Vrō. 1. Imperium summum Romæ habebit, qui primus vestrum ð iuuenes osculum matri tulerit. ¶ Singuli. Liu. bel. Mac. 10. Singules amicorū patris sermonibus perplexis tentare institit. Curt. lib. 5. Singulis vestrum mille denarium dari iussit. ¶ Multus. Cic. de Senect. Multæ etiam istarum arborum mea manu sunt satæ. ¶ Omnis. Liu. bel. Mac. 1. Macædonum serē omnibus, & quibusdam Andriorum, ut manerent, persuasit. ¶ Paucus. Curt. lib. 10. Cum paucis amicorum ad Leonatum peruenit. ¶ Nonnumquam Substantiua maximè apud Plinium hanc constructionem admittunt. lib. 10. cap. 6. Volucrum animal parit vespertilio tantum. Lib. 9. c. 51. Piscium lupus, & trichias bis anno parit, & saxatiles omnes. Nisi forte quis dicat audiendum nomen partitiuum Solus. Eiusmodi genitiuis ablatiuo cum præpositione multò elegantius effertur. Cic. Acad. 2. Cum autē è Philosophis ingenio scientiaq; putaretur Antiochus Platonis auditor excellere, &c. ¶ Numeralia frequentissimè cum suis substantiuis copulantur: Septimus rex Romanorum; Duo milites: Singuli ducis.

## Superlatiua.

**A**diectiua gradus optant quæcumq; supremi Pluralis numeri Patrium, si plurima confers Inter se eiusdem generis, vel pluribus vnum. Ut Lapidum gemma, Rerum est pulcherrima Virtus.

**S**inum, vel multa cum multis eiusdem generis comparantur, vtendum est Superlatiuo cum genitiuo plurali: vt Gemmae sunt omnium lapidum pulcherrime, &c.

Cic. 5. Tusc. Theophrastus elegantissimus omnium Philosophorum. Plin. lib. 33. cap. 1. Demosthenes summus oratorum Græciæ.

Idem l. 22. c. 25. Sapientissima animalium esse constat, quæ fruge vescantur.

De Constr. Superlatiui, & aliorum n. eius vim habentium cum genitiuo multitudinis. ¶ Schol. 7.

**H**ic, vt perspicuum est, comparatur multa eiusdem generis, nam & Theophrastus vnus fuit ex omnibus Philosophis, & Demosthenes de oratoribus vnus: sic enim Laurætijs, quæ sūt eiusdē generis, explicat. Quæ explicandi ratio tyronibus inculcanda



inculcanda est, cum sit omnium facillima, licet aliquando aliter sueniat ut mos dicitur. Docentur igitur eiusdem generis esse aliqua, cum id, quod confertur, genitiuo nominis eorum, cum quibus sit comparatio, comprehenditur. *Ve Virtus est omnium rerum pulcherrima; genitiuus Rerum Virtutem etiam sua significacione complectitur, cum sit vna ex his, quæ Rei nomine significantur.* ¶ Passim apud Cic. & ceteros Scriptores inueniuntur genitiuum, Omnium, cum superlatiuo, quod quidam videntur negasse, captiosis nescio quibus conclusiunculis circumscripti. Idem ad Brut lib. 11. *Dij isti Segulio malefaciant, homini nequissimo omnium qui sunt, qui fuerunt, qui futuri sunt.* Apud Colum. lib. 8. cap. 3. *Superlatiuum cum ablatiuo iunctum inuenies, etiam cum multa eiusdem generis comparantur.* Totius [inquit] officine, id est ornithonis, tres continuae exstruuntur cellæ, quarum perpetua frons orienti sit obuersa. In ea deinde fronte exiguus detur vnus omnino aditus mediæ cellæ, quæ ipsis tribus minima esse debet. Fortassis hoc loco, & alijs eiusmodi præpositio, Præ, desideratur. ¶ Interim conferuntur res diuersi generis, maxime accedente aduerbio Non solum. Cic. pro domo sua, *Hoc tu scriptore, hoc consiliario, hoc ministro omnium non bipedum solum, sed etiam quadrupedum impurissimo Rēp. perdidisti.* Clodius, de quo hic agitur, bipes procul dubio, non quadrupes fuit. *Macrob. lib. 7. Saturnal. cap. 11. Ciceronem imitatus immeritè à Valla reprehenditur: Age [inquit] Serui non solum adolescentium, qui tibi æquæui sunt, sed senum quoq; omnium doctissime.* Plin. lib. 33. cap. 1. *Longo cerè tempore ne senatum quidem Romanum habuisse aureos (anulos) manifestum est; siquidem his tantum, qui legati ad exterarum gentes ituri essent, anuli publicè dabantur, credè quoniam ita exterorum honoratissimi intelligebantur. Nec enim legatus Romanus vnus erat ex gentibus exteris.* Martialis, quæ maxime inter se contraria sunt, contulit, lib. 12. *Non es, crede mihi, bonus: quid ergo? Ut verum loquar, optimus malorum.* Nisi quis dicat more suo fuisse iocatum, atq; de industria in Grammaticorum leges peccasse. Cic. in Brut. *Phalereus enim successit eis senibus adolescens, eruditissimus ille quidem horum omnium, sed non tam armis institutus, quam palæstra.* Idem 2. de Orat. *Tum Phalereus ille Demetrius omnium istorum mea sententia politissimus, alijq; eorum similes exstiterunt. Hæc Ciceronis loca aperièssimè docent non malè Latine dici, Antonius est horum, siue istorum omnium eloquentissimus, quamuis non sit vnus ex his, aut ex istis.* ¶ Superlatiuum vim habent Eximius, Præcipuus, Princeps. Curt. lib. 8. *Ganges amnium ab Ortu fluius eximius à meridiana regione decurrit.* Plin. lib. 11. cap. 39. de Elephantis, *Omnium quadrupedum sublimitas animi præcipua perhibetur illis.* Iuuenal. Satyr. 6. *Præcipuus tamen est horum, &c.* Quintil. lib. 10. cap. 1. *Philosophorum quis dubitet Platonem esse præcipuum.* Ibid. *Quorum longè princeps Demosthenes, ac pene lex orandi fuit.* Cic. in Orat. *Longè omnium quienuq; scripserunt, aut locuti sunt exstiterunt cendi copia, & grauitate princeps Plato.* ¶ Quibus etiam Inclutus videtur accedere. Iustin. lib. 12. *Exacta pueritia per quadriennium sub Aristotele doctore inclute*

inclute omnium Philosophorum creuit. *Gell. lib. 15. cap. 31. Demetrius dux atavis sue inclutus, &c.* ¶ Facundus apud Quid ad Pison. *Quin age maiorum iuuenis facunde tuorum.* Ibid. — cultorum iuuenis facunde tuorum.

## APPENDIX I.

Sunt etiam Patrio numeri donanda prioris  
Cum Collectiuo: ut Libyæ mons maximus Atlas.  
Et Partitiua: ut Generis quicumq; Latini.

Tam Superlatiua, quam Partitiua iunguntur genitiuo singulari  
nominis Collectiuo, seu illius vim habentis, qualia sunt Genus, Gens,  
Ordo, Populus, Ciuitas, Italia, Græcia pro ipsis Italis, Græcis, &c.  
Sall. Hist. lib. 1. *Cato Romani generis disertissimus.*  
An quisquam Clodiæ gentis cum Pompeio Magno conferendus est?

De Constr. Superl. & Partitiui cum N. Collectiuo. ¶ Schol. 8.

HVC spectant quæcumq; nomina numero singulari multitudinem significant, ut  
Genus, Gens, Populus. Curt. lib. 9. *Tuo capite ignobilem vicum emi, qui  
ferat non tuorum modò militum, sed vllius etiam gentis barbaræ, qui tuam magnitudinem nouit.* ¶ Ordo. Cic. Verr. 3. *Homo autem ordinis sui frugalissimus, &c.*  
¶ Etas Ciuitas. Idem pro Quint. *Habet aduersarium P. Quintius verbo Sextum  
Neuium, re vera huius ætatis homines disertissimos, ornatissimos nostræ ciuitatis.*  
¶ Municipium, Vicinitas. Idè pro S. Rosc. *Sextus Roscius non modò sui municipij,  
verum etiam eius vicinitatis facillè primus.* ¶ Italia, Græcia pro ipsis Ita-  
lis, Græcis. *Nemo totius Italiæ eloquentior fuit Cicerone.* Idem 3. de Orat. *Epami-  
nundam, haud scio, an summum virum vnus omnis Græciæ.* Idem pro Rab. Posth.  
*Virum vnus totius Græciæ facillè doctissimum Platonem in maximis periculis, in-  
sidijsq; esse versatum accepimus.* ¶ Agmen. Liu. bel. Mac. 6. *Alias merfit, alias  
cepit naues: quæ nouissima agminis erant, cursum in Asiam reterunt.*  
¶ Stirps. Idem bel. Pun. 3. *Namq; Gelo maximus stirpis, &c.* ¶ Turba. Stat.  
Achil. 1. — *nec iam pulcherrima turba Deiamia sua.* ¶ Memoria.  
Gell. lib. 16. cap. 10. *Iulium Paulum poetam memoriæ nostræ doctissimum.*

## APPENDIX II.

Quando eadem Fixis casu sociantur eodem,  
In genere, & numero pariter concordia fiunt.

Tam Superlatiua nomina, tum Partitiua, quæ cum suis substan-  
tijs casu coerent, & genere, & numero consentiunt.  
Cic. de Nat. ar. 2. *Indus, qui est omnium fluminum maximus, non aqua  
solum agros latificat, sed eos etiam conserit.*  
Plin. lib. 8. c. 1. *Hordeum frugum omnium mollissimum est,*

**A**T genus ex Patrio sumunt, cum Fixa silentur.  
Vt Patrum summos, inuenum plerosq; reuifi.

**Q**uod si nullum sit substantiuum, cum genitiuo, quod attinet ad genus, consentient.

Lin. ab Vr. 1. Summi, infimiq; Gabinorum Sextum Tarquinium dono delim sibi missum duces credere.

Quintil. lib. 1. c. 4. Equidem Ciceronem sequar, nam is eminentissimos Græcorum est secutus.

Plin. lib. 10. c. 52. Honorum alia sunt condida, vt Columbis, perdicibus; alia pallida, vt aquaticis.

Vnde Superlatiua, & Partitiua genus accipiant. ¶ Schol. 9.

**G**RAMmatici præcipiunt tam Superlatiua, quam Partitiua genus petere ex genitiuo, si velis grammaticè loqui: exempli causa, Leo est fortissimum animalium, grammaticè dici: at Leo est fortissimus animalium, Latine Ego certè malim Latine, quàm grammaticè loqui. Plin. lib. 8. c. 33. de Chamelconte, Solus animalium nec cibo, nec potu alitur, nec alio, quàm aëris alimento. Idem lib. 37. c. 5. de Smaragdus, Soli gemmarum contuitu oculos implent, nec satiant. Idem lib. 21. cap. 11. Florum prima ver nunciat viola alba. Idem lib. 8. cap. 1. Hordeum est frugum omnium mollissimum. ¶ Neque illud Quintil. lib. 2. cap. 16. Quis nescit ignes, aquas, & Solem, lunamq; præcipua siderum, aliquando etiam nocere? & similia contra nos, sed pro nobis faciunt. Substantiua enim rerum inanimatarum plerumq; neutrum genus adsciscunt. Quod si quando adiectiua cum substantiuis non consentiant, in substantiua transeunt. Cic. ad Thorianum lib. 6. Præsertim cum rerum omnium mors sit extremum. Extremum substantiuū est. At in illo Quint. 6. Declam. Mors sit extrema malorū: est adiectiuū. Cic. 2. Philip. Pax est tranquilla libertas, seruitus postremū malorum. Hic Postremum non petit genus à genitiuo Malorum, sed est substantiuū: vt in illo Taciti lib. 3. Post celebre carmen, quo Germani suprema desluerant. ¶ Eiusdem generis videntur hæc loca Plinij lib. 9. cap. 8. Velocissimum omnium animalium, non solum marinorum est delphinus, ocyor telo. Et lib. 10. c. 27. Venenis capreae, & coturnices pinguescunt, placidissima animalium. Et lib. 8. c. 32. Ceruis quoque est sua malignitas, quamquam placidissimo animalium. Vel dicemus more Græcorum masculina iungi cum neutris, quale est illud Virg. Triste lupus stabulis. Item feminina. Quint. lib. 11. c. 1. Tutissimum ergo penitentiæ confessio, & satisfactio culpa. Legè Bud. in Comment. ling. Gr. Quod si hæc displicent, subaudiatur Animal. Pomp. Mela locus lib. 2. c. 7. non facit ad rem: sic enim corrigendus est, Famam habet ob Cereris templum Enna præcipua. Montium Eryx maximè memoratur ob delubrum Veneris ab Ænea conditum. Non enim de Ætna, vt quidam opinantur, sed de Enna celeberrimo Siciliæ oppido Pomponius ibi commemorat. Grammaticis tamen adstipulatur Plinius lib.

26. cap. 37. Strutiocamelus alitum sola (vt homo) palpebras habet. Vbi partitiuum, Sola à genitiuo Alitum genus petit absque controuersia.

## APPENDIX III.

**E**X Collectiui Patrio non semper oportet, Vt genus illa sibi capiant; vel ut inimus vrbis.

**S**I genitiuo nominis sit Collectiui, non necessarid cum eo consentiens Superlatiua, aut Partitiua: Vt Summi, infimiq; ciuitatis. Quis huius oppidi Tarquinium exceperit?

10 Cic. pro Rab. Posth. Virum vnum totius Græciæ facild doctissimū Platonem in maximis periculis esse versatum accepimus.

De N. Superlatiuis substantiue sumptis. ¶ Schol. 10.

**C**VM Superlatiua substantiue ponuntur, non est opus, vt à genitiuo genus accipiant. Cic. Cum omnium rerum mors sit extremum. Superlatiua Extremū, 15 Supremum, Vltimum, Summum, vt supra diximus, substantiua aliquando sunt genere neutro. Lucan. lib. 10. — cogunt tamen vitima rerum Spem pacis tentare duces. — Curt. lib. 6. Iamq; rex vltima Hyrcaniæ intrauerat. Idem lib. 8. Dyardenes minus ceber auditu est, quia per vltima Indiæ currit. Tacitus lib. 20. Extrema Gallicæ oræ occupauere. Idem lib. 19. Summa nauium tabulis augent. 20 Quintil. Declam. 18. Orbitates, liberorum suprema plangantur.

## APPENDIX IIII.

**S**æpe loco Patrij Sextum gradus ille supremus, Et Partitiua, Ex, E, De, sociantibus addunt.

25. **G**ENITIUIUS tam Superlatiui, quàm Partitiui in ablatiuum cum præpositione E, vel Ex, vel De, mutari potest. Cic. pro Cluent. Publius Saturnianus ex omnibus filiis natus minimus, Idem Philip. 10. Permitto, vt de tribus Antoniis eligas quem velis. Iuè de Clar. Qui nō fuit Orator vnus è multis, inter multos singularis fuit.

30 De Constructione Superlatiui & Partitiui cum præpositionibus ablatiui. ¶ Schol. 11.

**L**IV. decad. 5. lib. 1. Equites, vt singulos è iuuenibus pedites secum in equos tollant. Idem 1. ab Vr. Sextus filius eius, qui minimus ex tribus erat, trans fugit ex composito Gabies. Sic habent correcti libri, non Minor ex tribus, vt quidam citant. Interdum etiam loco genitiui ponitur ablatiuus cum præposit. In. Plin. lib. 26. cap. 5. In pectoris vitis grauisimum est tussis. ¶ Partitiua eleganter ablatiuus iunguntur. Cic. pro Ligar. Quam multi essent de victoribus, qui te crudelem vellēt, cum etiam de victis reperiuntur? Idem pro Cælio, Qui ex omnibus maximè Didonis mortem doluerunt. Idem 4. Academic. Quidam è Philosophis faciendum omnino non putabant. Plin. ad Apollin. lib. 5. Mei quoque nusquam salubrius degunt:

754, adhuc certe neminem ex ijs, quos eduxeram mecum (venia sit dicto) ibi amisi. *Cæs. bel. Gall. 7. Principesq; se ex omnibus bellum facturos pollicentur. Ibid. lib. 6. Sed de his duobus generibus alterum est Druidum, alterum est equitum.*

¶ Item Numeralia. *Cic. lib. 2. de Divin. Panætius, qui vnus è Stoicis Astrologorū prædicta reiecit. Idem Paradox. 30. Marium vidimus, qui mihi secundis in rebus vnus ex fortunatis hominibus, in aduersis vnus ex summis viris videbatur. Idem pro Planc. Is enim vnus fuit de magistratibus defensor salutis meæ. Idem pro Mil. Segladie percussus esse ab vno de illis ne indicarent. Vnus hoc modo serè constructur, cum principium numeri est: cum verd idem est quod Solus, genitiuo etiam iungitur. *Plin. lib. 9. cap. 17. Acipenser vnus omnium squamis ad es veris contra aquam nando meat. Curt. lib. 8. Haud amplius, quam vt duo ex tribus filijs jecum militarent, exegit. Cic. in Orat. Quoniam id secundum erat de tribus. Idem Offic. 2. Erat igitur ex tribus, quæ ad gloriam pertinerent, hoc tertium. ¶ Partitiuum nomen interim tacetur. *Plin. lib. 35. c. 1. Aristolus è seuerissimis pictoribus fuit.***

## APPENDIX V.

**N**ominis interdum Patrius loca summa tenentis  
Vertitur in Quartum Præcuntibus Ante vel Inter.  
Vt, Reges inter Cræsus ditissimus omnes.

**M**vtatur interdum genitiuus Superlatiuus in accusatiuum cum præ-  
positione Inter, vel Ante.  
*Senec. Controu. lib. 2. Cræsus inter reges opulentissimus ad tormenta, post terga vincis manibus ductus est.*  
*Lin. ab Urb. 1. Longè ante alios acceptissimus militum animis.*

**De Constr. Superlatiuus cum præp. Ante Inter, & Super.** ¶ *Schol. 12.*  
**S**uperlatiuum nomen cum præpositione Inter, non solum apud Poetas sed etiam  
apud Oratores inuenitur. *Cic. pro S. Rosc. Rectum putabat pro eorum honestate se pugnare, propter quos ipse honestissimus inter suos numerabatur. Pomp. Mel. lib. 2. cap. 1. Boristhenes gentem sui nominis abluit, inter Scythias amnes amantissimus. Quint. 6. Declam. Et, quod inter ista difficillimum est, amore mei vicit etiam matrem. *Plin. lib. 13. cap. 2. Inter omnes potentissimus odor, quisquis nouissimè additur. Justin. lib. 36. Minimusq; inter fratres etate Ioseph fuit. Suet. in Vitell. c. 13. Famossissima super cæteras fuit cæna ei data aduenticia à fratre, in qua, &c. Idem propemodū valet Super, atque Inter cæteras, Ante alias, &c. ¶ Harum præpositionum adminiculu licet nobis has, & similes locutiones, quæ parum Latina purantur, Lucretia est castissima suarum sororum: Antonius est doctissimus aliorum, sine vlla Grammaticorum reprehensione efferre: hoc modo, Lucretia castissima inter suas sorores numeratur, vel habetur. Antonius longè ante alios doctissimus est. *Seneca de Vit. be. c. 28. Inter cætera mala illud pessimū est. Nonne vides quemadmodum res diuersi generis comparentur? Nec enim Sex. Rosc. de quo Cicero loquitur***

loquitur, vnus fuit ex suis municipibus: neque Romulus, de quo agit *Liuius*, vnus de alijs fuit: neque illud malum, de quo *Seneca*, vnus è cæteris malis fuit. Age verd, cur reprehendamus eum, qui sic loquatur, *Lucretia castissima est suarum sororum? Certè M. Tull. Pro S. Rosc. serè eodem modo locutus est. Sext. inquit, Rosci pater huiusce municeps Amerinus fuit, cum genere, & nobilitate, & pecunia non modo sui municipij, verum etiam eius vicinitatis facillè primus. Primus sui municipij, quid aliud est, quam suorum municipum primus? Item Gell. lib. 9. cap. 26. Plinius secundus existimatus est esse vir ætatis suæ doctissimus: perinde est, ac si dixisset, suorum equalium doctissimus. Quod si tantopere censoriam Grammaticorum virgulam perhorrescimus, vtamur verbo pro Superlatiuo, ad hunc modum, Lucretia suis sororibus plurimum castitate præstat. Lucretia suas inter sorores longè castitate præstat. Antonius eruditione cæteris condiscipulis plurimum præstat, vel suos inter æquales longè doctrina præstat. Audi Cicronem de Clar. Orat. Nihil tam dissimile, quàm *Cotta Sulpitio, & uterq; equalibus suis plurimum præstitit. Ibid. de Hortensio loquens, Suos inter æquales longè præstitit. Idem 2. de Fin. Homini, qui cæteris animantibus plurimum præstat, præcipuè à natura nihil datum esse dicemus? Certè Plin. lib. 34. c. 10. tam morose, & anxie obseruationis securus, Ostracitis, dixit, tota nigra, & cæterarum sordidissima. Tacit. in Agric. li sunt cæterorum Britannorum fugacissimi, ideoq; tamdiu superstites.**

## APPENDIX VI.

**G**AVdet & ad proprios Politiuus adiungere casus,  
Et Patrium Partitiui, fuit vnde propago.  
Maximus vt fratrum, Priamiq; similimus Hector,

**S**uperlatiuus, præter proprium casum, admittunt etiam casum suorum  
positiuorum.  
*Cic. de Clar. Or. Sextus Aelius fuit iuris quidem ciuilem omnium pertissimus. Omnium, superlatiuus: iuris Ciuilem, positiuus casus est.*  
**A**dmittunt & genitiuum partitionis, more naminum partitionem signifi-  
ficantium, vt Fratrum maximus obijt, Militum plurimi interfecti sunt.  
*Plin. l. 9. c. 51. Plurimi pisciu tribus mensibus, Aprili, Maio, Iunio pariunt.*

**De Constr. Superlatiuus cum casibus Politiuus.** ¶ *Schol. 13.*

**V**t hæc facillè percipiuntur ad positiuus nomina recurrentum est. Quemad-  
modum enim Similis, exempli causa, positiuus nomen genitiuum, vel dati-  
uum postulat; sic etiam Similimus, præter casum comparationis, alterutrum illo-  
rum admittit: vt Hector fuit similis patris vel patri: Hector fuit omnium fratrum  
similimus patris vel patri, & sic in cæteris. ¶ Sunt qui superlatiuus Partitiuorum  
generi subijciant, cum hæc nudam partitionem, illa verd præcipuè comparationem  
ad significent. Quamuis enim hæc, aliqua cognatione illa attingant, quod scilicet  
vnum è multis significent, non continuo tamen partitiua sunt. Siquando tamen

more partitiorum construuntur, positiua à quibus sunt imitantur. Qualia sunt Maximus, Minimus, Plurimus, quorum positiua Magnus, Paruus, Multus partitiue ponuntur aliquando: ut Auium magnæ tardiores sunt, parua agiliores. Multi piscium astate pinguescunt. Dices ergo similiter Auium maxima, aut minima, Frustum maximum, aut minimum, Plurimi piscium, & cætera eodem modo. Eiusdem generis videntur illa, quæ substantiuis desinita, genitiuum habent. Lucan. l. 2. — minimas rerum discordia turbat. Suet. in Vesp. cap. 8. Hos partim subijci in seruos, ac venire imperauit, partim in asperrimas insularum auebi Liu. ab Urb. 10. Grauissimas nauium non pertulit alueus fluminis. Tacit. lib. 8. Prima consiliorum frustra ceciderunt. Et illud Quintil. quod supra attulimus, Nam is eminentissimos Græcorum est secutus. In his enim, & similibus nulla videtur comparatio esse, sed partitio: quod facile intelligitur, si genitiuum eodem casu iungamus cum superlatiuo, hoc modo, Minimas res, Asperrimas insulas, Eminentissimos Græcos: quod ipsis maximè partitiuis vsu venit. Quid enim aliud Nulla beluarum Quidam militum, Nullus principum, quàm Nulla belua, Quidam miles, Nullus princeps significat?

### Genitiuus, vel Datiuus post nomen.

**T**erno, vel Patrio Similis cum stirpe fruatur.  
Par quoque, Præcipuus, Proprius cum Compare Dispar,  
Consciis, Insolitus, Cognominis, atq; Superstes.  
Finitimus cum Affinis: item Sacer Æmulus illis  
Degener, Æqualis, Communis, & Inuidus hærent.

**N**omina, quæ similitudinem, aut dissimilitudinem significant, interrogandi, vel dandi casum exigunt: ut Filius similis patris vel patri. Cuius principis vel principi dissimiles.

Terent. in Eunuch. Domini similis es.  
Idem de Fin. lib. 5. Non video, cur non potuerit patri similis esse filius.  
Cic. in Anton. Philip. 2. Saturauit se sanguine dissimillimorum sui.  
Idem de Clar. Orat. Nichil tam dissimile, quàm Cotta Sulpitio.

**I**TEM, Communis, Peculiaris, &c. Cic. de Senect. Id quidem non proprium senectutis est vitium, sed commune valetudinis.

Idem pro S. Rosc. Quid tam commune, quàm spiritus uinis, terra mortuis, mare fluctuantibus, libris electis? Plin. lib. 7. c. 25. Casari proprium, & peculiare sit, præter supra dicta, clementie insigne.

De N. Similitudinis, & alijs Genitiuum vel Datiuum exigentibus.

¶ Schol. 14.

**Q**UÆ similitudinem, dissimilitudinemue significant, siue ad mores, seu ad formam referantur, interrogandi, vel dandi casum assumunt. Proposita exempla ad mores pertinent, ad formam ille Ciceronis locus spectat de Nat. Plectri similem linguam nostri solent dicere, chordarum dentes, nares cornibus ijs, qui ad

neruos resonant in cantibus. Idem ibid. Negat esse dubium horum ignium sol utri similis sit, cū is quoq; efficiat, ut omnia floreat, & in suo quoq; genere pubescat. Quare cū solis ignis similis eorum ignium sit, qui sunt in corporibus animalium, &c. Ecce in utroq; loco utrumq; casum coniunxit. ¶ Composita à Similibus eisdem casus postulant. ¶ Ab similibus. Plin. lib. 8. c. 33. de Chamaleonte, Rostrem haud ab simile sullo. ¶ Assimilibus. Plin. lib. 28. c. 8. Iuniperus cedro assimilis. Sic Cic. 2. de Nat. & Plaut. Merc. Onid. 2. de Pont. Idem de Trist. 1. eleg. 5. Assimilemque sui longa assuetudine fecit. ¶ Con similibus. Terent. Heaut. Cuius mos est maximè con similibus vestrum. Cic. Philip. 2. Cum rem gessisset con similem rebus ijs, quas ipse gesserat. ¶ Per similibus. Plaut. Pers. — haud malè Videor ridisse hic formam per similem tui. Horat. in Arte. Credite Pisones isti tabule fore librum Per similem. — ¶ Aduersarius cum genitiuo, vel datiuo eleganter effertur. Cic. pro Cluent. Tribunus plebis seditiosus aduersarius. Idem pro Cæcin. Vis ea maximè est iuri aduersaria. Idem pro Mil. Tribuni plebis illius aduersarij. ¶ Parum autè refert utrum Aduersarius & Aduersaria substantiua esse dixeris, an verò adiectiua: utriusq; enim formam videntur imitari. ¶ Affinis idem quod Particeps. Cic. 2. de Inuent. Affinis alicuius culpe, id est Particeps: et Verr. 4. Affinis rei capitalis. Idem pro Sylla, Affinis alicui sceleri, id est Consciis. Eodem modo Liu. bel. Mac. 9. Nequis affinis ei noxæ esset. ¶ Affluens cum Datiuo vsitatissimum est. Vnde & Assuetior. Idem 2. bel. Pun. Ea assuetior montibus. Idem cum genitiuo vsus est bel. Mac. 8. Romanis Gallici tumultus assuetis. ¶ Benignus cum Datiuo. Plaut. in Pers. — generi lenonio Nunquam vllus deus tam benignus fuit. Cum genitiuo Horat. 2. Serm. Saty. 3. Somni, viniq; benignus. — hoc est Largè indulgens. Idem 2. Car. od. 18. — ingeni Benigna vena. — Benignus erga aliquem. Plaut. Rud. ¶ Cognominis. Suet. in Othone c. 1. Ex Albia Terentiana duos tulit filios L. Terentianum, & minorem Marcum cognominem sibi. Liu. ab Urb. 5. Cum agrum Insubrium appellari audisset, cognominem Insubribus pago Hedurum. Cum genitiuo Plin. lib. 6. cap. 2. Cognomines eorum Venetos. ¶ Communis. Plaut. Rud. Mare quidem commune est omnibus. Cic. Verr. 5. Volo hoc esse commune accensorum, lictorum, viatorum. ¶ Compar datiuo coniungi probatur Schol. seq. Gell. l. 6. c. 11. genitiuo vsus est, Tantissèr similis, & copar eorum fias. ¶ Consciis cū ad personam refertur, Datiuū habet. Terent. Adelph. — conscia mihi sum, à me culpam hanc esse procul. Plaut. Rud. — aurum Hic inesse reor, nec mihi conscius est vllus homo. Cū verò ad rem, genitiuum frequentissimè. Cic. pro Cælio. Multarum rerum consciis seruis. Interdum datiuum. Cic. ibid. Huic facinori tanto tua mens liberalis conscia esse non debuit. Pro. Clu. Consciis illi facinori fuisse arbitratur. His de rebus consciis esse generum meū dixit Cic. ad Attic. lib. 2. ¶ Contrarius. Idem Offic. 3. Omnem voluptatem dicimus honestati esse contrariam. Frequentissimū est cum genitiuo. Idem 4. de Fin. Vitia sunt virtutum contraria. & 4. Tusc. Huius virtutis contraria est vitiositas. Siquis hic

substantivum esse dicitur Contraria, ut Nuncia, & primo substantivum sumi in genere neutro more reliquorum non omnino repugnauerim. Similitudinem tamen adiectivorum videtur imitari. ¶ Degener. Plin. lib. 11. c. 18. de Apibus. Impugnant eas naturæ eius degeneres vespe, atque crabrones. Idem lib. 5. cap. 8. Atlantes degeneres sunt humanitatis. Sic Stat. Theb. 9. — nec degener ille sanguinis. — & Sil. lib. 10. — proh degener altæ Virtutis patrum. — Liu. bel. Pun. 5. Mutinam sibi facere degenerem imperatori Chartaginensi. Habet etiã accusativum cum præposit. Ad, de quo infra Schol. 17. vel ablativum cum præp. A, de quo Schol. 22. ¶ Dispar. Cic. Offic. lib. Sunt bis alij multum dispares. Idem de Senect. Cum simplex animi natura esset, neque haberet in se quicquam dispar sui, atq; dissimile. ¶ Diverfus. Tacit. lib. 1. Diverfa omnium, quæ unquam accidere, civilium armorum facies. Cic. orat. in Rull. 2. Sic, ut duo maria maximè navigationi diversa coniungeret. Senec. Natural. quæst. lib. 7. cap. 27. Dic mihi quare omnes stelle inter se dissimilem habeant aliquatenus faciem diversissimam soli. Effertur etiam ablativum sine præposit. de quo infra Schol. 19. & cum præposit. A, ut ostendetur Schol. 22. ¶ Docilis tum genitivum, tum dativum admittit, & frequentius, accus cum præp. Ad ut plenum fiet Schol. 17. & ablativum sine præp. de quo Schol. 19. ¶ Æmulus. Plin. lib. 5. c. 19. Illa Romani imperij æmula Kartagine. Idem lib. 2. cap. 8. Sidus appellatum Veneris, æmulum solis & lune. Sic Hor. lib. 1. Epist. & Ouid. 6. Met. Plin. lib. 19. cap. 8. de Satureia. Seritur mense Februarii, origano æmula. Idem lib. 15. cap. 18. Pyris magnitudine æmula [ficus]. Mart. lib. 1. Pestanis rubeant æmula labra rosis. Item simul ablativum cum DE. Plin. lib. 15. c. 18. [Kartaginem] de terrarum orbe per CXX. annos Urbis æmulam. ¶ Æqualis, cum ad ætatem, tempusq; refertur, ferè genitivum habet. Cic. 4. de Fin. Conferam autem avunculum tuum cum C. Graccho eius fere equali. Idem Philip. 11. Quid dicam de Deiotaro patre, cuius benevolentia in populum Rom. est ipsius equalis ætati. ¶ Fidus frequentissime dativum habet: cum genitio raro admodum reperitur. Virg. 12. Præterea regina tui fidiissima dextra Occidit ipsa tua. — Virg. G. 3. Puppibus illa prius patulis, nunc hospita plaustris. ¶ Finitimus. Iustin. lib. 44. Unde etiam Chalybes stuvij butus finitimi appellati. Cic. 4. Acad. Falsa veris finitima sunt. Sic apud cum d. frequenter. ¶ Fugax. Senec. de Benef. lib. 4. Unde isti norunt, illum glorie sequentis fugacissimum. Idem Natural. 9. lib. 4. cap. 2. Fugax animal audaci [crocodilus], audacissimum timido. ¶ Gnarus & Ignarus pro diversa significatione diversos exigunt casus: actiue sumpta genitivum, et passivè dativum, de quibus supra. Schol. 4. & infra 15. ¶ Hospitus. Stat. Syl. 3. — portus & litora mundi Hospita. — Idem Theb. 9. — stupet hospita belli Vnda viros. — Cui Dativo idè. Achill. — atq; hospita Delos Gætibus. — Cum In. Tacit. lib. 12. Seneca fidus in Agrippinam credebatur. Sil. lib. 12. atq; hospita Mysis Otia. — ¶ Incantus cum genitio cupulavit Senec. Centrou. lib. 9. O incanta futuri mortalitas. Cum Dativo. Tacit. l. 1. Cõsulat an sequatur

sequatur iter hostibus incautum. Sic idem videtur usurpasse lib. 1. Addita securitate si presenserent Claudium, ut insidias incautum ita traxerit properum. Admittit etiã Ablat. cum præpos. de quo infra Schol. 22. ¶ Indocilis. Plin. lib. 18. c. 25. Sed illo indocilis celi agricola. Sil. lib. 12. — virum indocilem, pacisq; modiq;. Cum Dativo idem coniunxit. lib. 1. Nec Cereri terra indocilis. — ¶ Ingratus. Plin. lib. 12. c. 18. Non sunt eorum cinnamomum, aut casia, & tamen Felix appellatur Arabia, falsa, & ingrata cognominis. Virg. Æn. 12. Respicit ignarus rerum, ingratusque salutis. Ingratus in hac significatione, pro eo nimirum qui beneficij gratiam habere negligit, cum Dativo raro copulatur. Lucret. lib. 2. Gallos attribuunt, quia numen qui violarit Matris, & ingrati genitoribus iniuncti sunt, &c. Cum verò significat eum, qui alteri non est acceptus cum Dativo iungi posse crediderim, sed exempla non suppetunt. Aliquas tamen præpositiones admittit, de quibus infra Schol. seq. ¶ Insolitus. Sall. Jug. Pars insolita rerum bellicarum. Cic. de Clar. Sed hunc quoque absorbit æstus quidam insolitus adolescentibus glorie. Senec. Nat. quæst. lib. 6. c. 3. Quare quicquam nobis insolitum est. ¶ Inluctus. Auctor ad Heren. lib. 4. Insueti rerum maiorum. Cæs. bel. Gal. 7. Homines insueti laboris. Liu. ab Urb. 6. Cum ad id moris eius insueti expavisset. Idem bel. Pun. 8. Syphacem barbarum, insuetumq; moribus Romanis. Cic. Attic. lib. 2. Tam vehemens vir, & tam insuetus contumelia. ¶ Invidus. Cic. pro Flac. Laudis invidi existisset. Plaut. Merc. Iracundi sibi, suisq; invidi. Plin. Paneg. Alienis virtutibus invidus. ¶ Noxius. Tacit. lib. 5. Noxium coniurationis ad disquisitionem traherat. Mela. lib. 2. cap. 7. Scylla saxum est, Charybdis mare: utrumq; noxium appulsi. Sic etiam Senec. epist. 58. Nec quicquam noxium aeterno est. ¶ Opus Dativum exigit, vel solum, vel simul cum Ablativo; aut Genitio de quibus infra Schol. 20. ¶ Par non solum apud poetas sed etiam apud Oratores Genitio casui adiungitur. Lucan. lib. 10. Quem metuis par eius erat, &c. Cic. in Pis. Facio iniuriam fortissimo viro, cuius paucos pares hæc civitas tulit. Liu. ab Urb. 5. Quam par vestrum factum est, quod nuper in egregio adolescente C. Fabio conspectum est. Cic. pro Lege Manil. Virtuti Pompeij, quæ potest par oratio inveniri. Sic cum Dativo frequentissime. ¶ Peregrinus. Colum. lib. 1. proem. Semperq; ritu volucrum longinqui litoris peregrinus ignotum pereret orbem. Iustin. lib. 40. Ad externa populus auxilia concurrat, peregrinosq; sibi reges circumspicere cepit. ¶ Peculiaris. Plin. Panegy. Quod [optimi cognomen] peculiare huius, &c. Cic. ad Q. frat. lib. 2. Hoc verò mihi peculiare fuerit. ¶ Præcipuus. Cic. pro Lig. Hoc præcipuum Tiberonis fuit. Idem pro Syll. Necesse est, quod mihi consuli præcipuum fuit. ¶ Proprius. Idem Philip. 3. Libertatem propriam Romani generis, & nominis recuperemus. Plin. lib. 14. cap. 20. Proprium autem inter liquores vino mucescere, aut in acetum verti. ¶ Sacet. Plin. lib. 8. c. 21. Feram nomine axim sacram Liberi patris. Idem lib. 16. cap. 4. Civica [corona] ex esculo, sacra Ioni. & cap. 33. Diti sacra cupressus. Horat. 2. Carm. ode 12. — virginibus sacro Diane celebris die. ¶ Socius

Cum Dativus copulari ostendatur infra Schol. sequenti. Genitivum etiā frequenter admittit. Cic. Attic. lib. 11. Præter Lælium neminem habeo culpæ socium. Idem Verr. 4. Civitas socii furtorum, ac flagitiorum. & 2. Tusc. Soboles socii nostri sanguinis. Quod si quis contenderit in his Socium, & Socii esse substantiva, facile cesserim; cum semper eodem casu fruuntur. ¶ Studiosus cum interrogandi casu frequentissimè copulatur: cū dativo rarius. Plaut. Mil. Qui nisi adulterio studiosus rei nullæ alia est improbus. Justin. lib. 9. Fuit rex armorum, quàm conuiuiorum apparibus studiosior. Sic Plaut. in Milit. Studiosus in re aliqua. Vitruv. lib. 2. cap. 1. Qui fuerant in his studiosiores. ¶ Superstes. Cic. ad Q. frat. lib. 1. Veinam te non solum vitæ, sed etiam dignitatis meæ superstitem reliquissim. Tacit. de German. Multi superstites bellorum. Plaut. Trinum. Viro tuo semper sis superstes. Senec. Epist. 94. Superstes toti conuiuio. ¶ Suspectus. Tacit. lib. 3. Suspecti, capitalium criminum receptabantur. Ibid. Suspectumq; iam nimie spei Scianum vltro existisse. Cic. 2. Tusc. Animi autem medicina pluribus etiam suspecta. Mart. lib. 2. Hoc mihi suspectum est, quod oles bene Posthume semper. Ablat. etiā exigit, de quo infra Schol. 19. ¶ Vectigalis. Hirc. bel. Afr. Tanta hominum erat dementia, vt mallent regis esse vectigales. Cic. Verr. 5. Civitas vna sociorum duabus mulierculis, Verre prætoris, vectigalis fuit. Ibid. Agros decumanos populo Rom. ex parte decima. C. Verri ex omni reliqui vectigales fuisse.

### Dativus post nomen.

**S**I Favor Appositus, aut Gratia, siue Voluptas, Commoda, siue Fides, aut his aduersa notantur, Dandi habeant casum: veluti Rex gratus amicis. Hostibus iniustus. Princeps infestus auaris.

**N**omina Adiectiva, quibus Commodum, Gratia, Voluptas, Favor, aut Fidelitas, & his contraria significantur, dativum possunt, vt Consul salutaris, perniciosus Republicæ: Gratus, Iniustus, Iucundus, Molestus, Propitius, Infestus civibus: Fides, Infidus imperio. Cic. ad Cæciliam. 6. Erat meū consilium cū fidele Pompeio, tum salutare vtriq;. Idem ad Attic. lib. 12. O gratus mihi iucundusq; literas.

**I**N, Bilis, adsciscunt dandi Verbalia casum, Addita passivè: vt Nulli Penetrabile pectus.

**V**ERbalia etiam in, bilis, dativo gaudent, cū in passiva significatione sumuntur, vt Penetrabilis, Amabilis, Optabilis. Cic. in Anton. Phil. 7. Pax omnibus bonis fuit optabilis.

**H**Vnc & Inæqualis, Vicinus, & Obuius, Impar, Discolor, Absurdus, Supplex, Obnoxius, Acquus, Peruius, ac Discors, & Consentaneus optant.

¶ Ex Con pauca etiam composita: vt, Consona, Concors, Gens, & Confinis, Contermina, Concolor Indis.

**P**RÆterea dativum exigunt Inæqualis, Obuius, &c. Cic. in Anton. Philip. 9. Sulpitij mors consentanea vitæ fuit sanctissimè, honestissimèq; acta.

Idem Att. lib. 6. Tu fac, vt mihi tuæ literæ volent obuiæ.

Liu. bel. Pun. 6. Peruiæ naues pugnantibus erant.

**I**tem nonnulla, quæ ex præpositione, Con, componuntur, vt illa Consonus, Concors, &c. Plin. lib. 13. c. 14. Æthiopia & Egypto contermina.

De nominibus Dativum exigentibus.

¶ Schol. 15.

**P**RÆter alia multa, quæ legendis auctoribus addisces, horum, quæ subijciam, pleraq; ad proximam dativi præceptionem reuocari possunt. ¶ Ablonus. Liu. ab Urb. 1. Quorum nihil obsonum fidei diuinæ originis fuit. Cum A, vel Ab, inuenies infra Schol. 22. ¶ Absurdus. Cic. pro Q. Rosc. Est hoc quidem auribus, animisq; hominum absurdum. Tacit. lib. 12. Quod ætati vtriusq; non absurdum, & maiora patefacturum erat. ¶ Acceptus. Plaut. Mercat. Animo acceptum est. Cic. Antequam iret in exil. Sic is animus vestris acceptissimus. ¶ Acclinis. Valer. Flac. lib. 2. Acclinem scopulo inueniunt. — Idem lib. 5. — piceq; acclinis opaca. Horat. Serm. 2. Satyr. 2. Acclinis falsis animus meliora recusat. ¶ Accliuus. Plin. lib. 8. c. 13. de Machli. Non cubantem, sed acclinem arbori in somno, eaq; incisa ad insidias capi. Stat. Theb. 1. — ignotaq; accliuus postibus aule. ¶ Accomodus. Ibid. lib. 10. Non sacunda operum, pulchreq; accomoda fraudi. Pallad. mense Octob. Quod croceo colore blanditur, digestioni accommodum. Id est vinum. Virg. Æn. 11. Est curuo anfractu valles accomoda fraudi, Armorumq; dolis. — ¶ Acerbus. Senec. de Clement. lib. 1. c. 13. Aquis desiderijs propensus, & iniquis acerbus. ¶ Acidus. Horat. Epist. lib. 2. Quod petis, id sanè est iniustum, acidumq; duobus. Senec. de Ira lib. 3. c. 43. Quid illi superioribus acidum, ac molestem exterrere tentas? ¶ Addictus. Cic. Att. 9. Mihi ista omnia iam addicta vastitati videntur. Horat. Epod. od. 17. Luxere matres Ilie addictum seris Alitibus, atq; canibus homicidam Hectorem. ¶ Adnexus. Plin. lib. 22. c. 24. Mellis nature adnexa cera est. Curt. lib. 4. Abdolominum longa cognatione stirpi regie adnexam. ¶ Aduersarius. Cic. 2. de Orat. Opinionem isorum studiorum oratori aduersariam esse arbitror. Idem Att. 1. Hominum est opinio tuos familiares aduersaris honori nostro fore. ¶ Aduersus. Sall. Jug. Vulgus quieti, & otio aduersum. ¶ Æqualis, Æmulus cum dativo, vel genitivo iunguntur, de quibus supra Schol. 14. ¶ Æquus. Macrobius. lib. 7. Satur. c. 11. Age Serui, non solum adolescentium, qui tibi æquæ sunt, sed sentum quoq; omnium doctissimè. Plin. lib. 16. c. 44. Altera lotos in Vulcanali æquæ ubi intelligitur. ¶ Æquilibris. Vitruv. lib. 5. c. 12. Isoquipedales margines struantur, æquilibres ei planitie, quæ supra

scripta est. ¶ *Æquus*. Terent. Andr. — *æquior sum Pampphilo*. Ouid. Trist. 1. *Æqua Venus Teucris, Pallas iniqua fuit*. ¶ *Affixus*. Cic. ad Q. fr. lib. 3. Dedit etiam alteram mihi, qua iubes cum mihi esse affixum, tamquam magistro. ¶ *Agnatus*. Plin. lib. 10. c. 21. de gallis. Velut idèd tela agnata cruribus suis intelligentes. Sic idem alibi. ¶ *Agnitus*. Tacit. lib. 4. Erat iuuenis haud dispari aetate quibusdam Caesaris libertis velut agnitus. ¶ *Algificus*. Gell. lib. 19. c. 4. Quod timor omnibus sit algificus. ¶ *Alienus*. Cic. pro Cæcin. Quod illi cause maxime est alienum. Quintil. lib. 1. proæm. Ego cum nihil existimem arti oratoricæ alienum. Idem lib. 6. c. 3. Dicacitas etiam scurrilis, & scènica huic personæ alienissima est. ¶ *Amœnus*. Gell. lib. 7. c. 8. Puer delphino amœnus morbo obiit suum diem. ¶ *Amarus*. Propert. lib. 2. Nec tibi clamatis somnus amarus erit. Sic Senec. Nat. 9. lib. 5. ¶ *Amicus adiectiuum cum datiuo passim inuenies*. Vnde Amicior, & Amicissimus. Cic. Att. lib. 8. Neque enim ego amicior Cæsari unquam fui, quam tibi. Idem Famil. lib. 10. Me tibi amicissimum esse cognosces. ¶ *Angustus*. Cic. 2. in Rull. Quorum cupiditati minimum angustus orbis terrarum esse videtur. 15 Senec. de Tranq. Vit. lib. 1. c. 3. Infelix curia tyrannis angusta. Idem Nat. 9. lib. 3. c. 27. Procællæ quatunt mare auctum fluminum accessu, & sibi angustum. ¶ *Antiquior, idest potior*. Cic. 1. de Diu. Antiquiorem sibi fuisse possessionibus suis gloriam. Idem Attic. lib. 2. Ut omnes intellexerent, nihil sibi antiquius amicitia nostra fuisse. Ibidem lib. 10. Naualis apparatus ei semper antiquissima cura fuit. 20 Idest potissima. ¶ *Arduus*. Tacit. lib. 18. Nihil arduum satis. Valer. lib. 4. c. 1. Nec illi [humanitati] arduum, aut difficile est inter arma contraria placidum iter reperire. ¶ *Arrogans*. Tacit. lib. 11. Arrogans maioribus; inter pares difficilis. ¶ *Asper*. Liu. bel. Mac. 6. Erat Quintius sicut aduersatibus asper, ita si cederet, idèd placabilis. Ouid. Trist. 3. Forsitan & nobis olim minus asper, &c. ¶ *Affiduus*. 24 Liu. ab Vrb. 1. Flaminem Ioui assiduum sacerdotem creauit. ¶ *Affuetus*, præter vsitatissimum dandi casum, etiam cum genitiuo inuenitur. De quo supra Schol. præced. ¶ *Attentus*. Senec. de Clem. lib. 2. c. 5. Nulla secta amarior hominum, & communibus bonis attentior. ¶ *Audiens*. Liu. ab Vrb. c. Nec plebs nobis dicto audiens, atq; obediens sit. ¶ *Auersus pro abhorrente, & contrario*. Colum. lib. 4. 30 c. 22. Positio nimium opaca, & soli auersa. Quintil. lib. 7. c. 1. Ne iudex reliquorum defensionem sit auersior. Iugitur etiã ablatiuo cum præp. de quo infra Schol. 22. ¶ *Auspicatissimus*. Plin. lib. 16. c. 18. Spina nuptiarum sacris auspiciatissima. ¶ *Beneuolus*. Cic. pro Cluent. Beneuolus domino seruus. Idem antequam iret in exil. Beneuolus huic ciuitati. Beneuolus, Acceptus, & nonnulla alia datiuum mutare possunt in accusatiuum cum prepositione. Plaut. Cæpr. Quod me esse scit 35 erga se beneuolum. Idem ibid. Effet ne apud te is seruus accepissimus. ¶ *Benignus* datiuo iungitur, & interdum genitiuo, de quibus pauld ante Schol. præcedenti. ¶ *Blandus*. Plin. in Pres. lib. 1. Iucunda dicta, aut legentibus blanda. Plaut. Aul. N. mihi credo, qui largè blandus est diues pauperi. Plin. ad Cereal. lib. 2. Quod nequaquam

nequaquam blandum auribus imperitorum, &c. ¶ *CALamitosus*. Cic. de Diu. In illa fuga nobis gloriosa, patricæ calamitosa. ¶ *Capitalis*. Gell. lib. 6. c. 10. Si intulisset Athenas pedem prehensus esset, ut ea res ei homini capitalis esset. Plin. lib. 18. c. 3. Frugem quidem aratro quesitam 5 furtim nocte pauisse, ac secuisse püberi XII. tabulis capitale erat. ¶ *Captiosus*. Vlpian. in L. Cum sit. ff. Quod metus causa. Ne metus, quem passus sum, mihi captiosus sit. Cic. de Clar. Orat. Captiosum esse populo, &c. ¶ *Carus*. Senec. de Clem. lib. 1. Nemo vnus homo vni homini tam carus unquam fuit, quam tu populo Ro. ¶ *Citimus*. Cic. Somn. Scip. de Luna. Que vltima celo, citima terris, luce 10 lucebat aliena. ¶ *Circumiectus*. Liu. bel. Mac. 6. Cyerum, & Metropolin, & ijs circumiecta castella recepit. ¶ *Cognatus*. Cic. de Vniuers. Formam autem & maxime sibi cognatam, & decoram dedit. Plin. lib. 2. c. 2. Vno cognata res sapa est. Idem lib. 24. c. 11. Cognata in Ægypto res est harundini papyrus. ¶ *Cognominis*. Idem lib. 4. c. 12. Mox Axiacæ cognominus flumini. Admittis etiam genitiuum, de quo supra Schol. præc. ¶ *Comis*. Suet. in Vitel. c. 7. Viatori- 15 bus præter modum comis. Dicimus etiam Comis in, vel erga aliquè. Cic. de Senect. Comem erga Lyfandrum, atq; humanum fuisse. Horat. 2. Epist. — amabilis hospes Comis in uxorem, &c. ¶ *Commodus* non solum datiuo, sed accusatiuo, cum præp. Ad, inuentum inuenies infra Schol. 17. ¶ *Compar.* Liu. ab Vrb. 1. 20 Quod quia nimis compar Latinorum quondam postulationi erat. Idem bel. Pun. 3. Fumus compar morti factum. Gell. genitiuo vsu est, de quo supra Schol. præcedenti. ¶ *Complexus*. Senec. Nat. 9. lib. 1. c. 1. Videbimus, an alia alijs ita complexa sint &c. id est affinia. Colum. lib. 7. c. 3. Si palatum, atq; lingua concolor lanæ est. Plin. lib. 8. c. 33. de Cham leonte, Oculi prægrandes, & corpori cõcolores. ¶ *Concord.* Tacit. lib. 3. Concordem sibi coniugem, & Sil. lib. 11. Concordem cirharæ mouit per 25 carmina linguã. ¶ *Continis*. Plin. l. 8. c. 10. In extremis Africa, que cõfinis Æthiopicæ est. ¶ *Congenitus*. Idem lib. 16. c. 2. In plaga Hercynæ siluæ roborum vastitas intacta eius, & cognita mundo. ¶ *Congruus*. Solin. c. 7. Vsq; dum congrue supremis talibus exsequiis ducerentur. ¶ *Consanguineus*. Tacit. lib. 2. 30 Corruptis custodibus effugere ad consanguineum sibi regem Scytharum conatus est. Colum. lib. 1. Prasas. Res rustica proxima, & quasi consanguinea sapientiæ est. Virg. Æn. 6. genitiuo iunxit, Tum consanguineus lethi sopor. — ¶ *Consciens* nõ solum datiuum, sed etiam genitiuum postulat, ut ostensum est Schol. præcedenti. ¶ *Consentaneus*. Cic. 2. de Diu. Somnia minime consentanea sunt maiestati 35 deorum. ¶ *Consequens*. Idem 3. de Fin. Videamus nunc, quàm sint præclara illa ijs, que iam posui consequentia. Idem Tusc. 5. Iudicando quid cuiq; rei sit consequens, quid repugnans. ¶ *Consonus*. Sil. lib. 17. — Vox consona lingue. ¶ *Conspicuis*. Liu. ab Vrb. 1. Tam Romanis conspicuum eum nouitas, diuiticq; faciebant. Curt. lib. 5. Ex qua [pértica] signum eminebat pariter omnibus conspicui. ¶ *Conterminus*. Plin. lib. 12. c. 8. Contermina Indis gens Ariana appellatur. ¶ *Contiguus*

**¶ Contiguus.** Idem lib. 2. c. 9. de Luna, Alias contigua montibus. Colum. lib. 7. c. 3. Quoualibus uille contiguas matres admouenda sunt. Tacit. lib. 5. Deusta parte Circi, que Auentino contigua est. **¶ Continens.** Cic. de Nat. lib. 2. Huic autem [mari] continens aer. Liu. decad. 5. lib. 5. Repetentibus Pconiam, quidd & sua fuisset, & continens esset finibus suis. **¶ Continuus.** Curt. lib. 5. Platani, & populi contegunt ripas, ita, ut procul uisentibus continua uideantur montibus nemora. Senec. Nas. q. lib. 2. c. 6. Aer continuus terra est. **¶ Contrarius** cum dandi casu crebro iungitur, & cum genit. effertur aliquando, de quibus iam supra Schol. preced. **¶ Controuerfus.** Solin. c. 40. Omnis Africa à Zeugitano pede incipit, promontorio Apollinis, Sardinia controuersa. Macrob. in Somn. Scip. lib. 1. c. 6. Controuersa sibi, ac repugnantia [elementa.] **¶ Contumax.** Senec. Thyest. Et contumacem regibus populum suis Habet sub iclu. — Plin. lib. 12. c. 13. Viridissimum, & pingue [cardamomum] acutis angulis contumax fricanti. Colum. lib. 6. c. 37. Indomitum, & seruitio contumax. Senec. de Ira lib. 2. c. 26. Equi idem obsequentes alteri equiti, alteri contumaces. **¶ Contumeliosus.** Tacit. lib. 8. Contumeliosum id militibus, acerbum duci. **¶ Credulus.** Virg. Eclog. 9. — me quoq; dicens Vatem pastores: sed non ego credulus illis. Cum genitio Sil. u. surpauit lib. 10. Hinc Cynna, &c. Credulus aduersi, qui tunc comes ibat ouanti Auribus. — **¶ Criminosus.** Cic. 4. Verr. Ille hoc putat at Verri criminiosum fore, si eius status essent detecta. Colum. lib. 1. c. 3. Crimine sum senatori uisit, super quinquaginta iugera possedisse. **¶ Crudelis.** Iustin. lib. 21. Cum grauior, crudeliorq; indies ciuitati esset Ouid. Trist. 2. Ab serus, & nobis nimium crudelior hostis. **¶ Damnicus,** quo usus est Plaut. ex is est, que damnum significans. Quare Latine cum datiuo neclitur. **¶ Damnosus.** Liu. ab Vrb. 6. Res damnosissima etiam diuitibus. **¶ Decorus.** Liu. bel. Mac. 6. Ipse congressus u fratrem baud sanè decòro maiestati sue ioco appellauit. Idem ab Vrb. 1. Hunc ordinem ex censu descripsit, uel paci decòrum, uel bello. **¶ Dedecorus.** Tacit. lib. 3. Lepidum, ut socordem, inopem, & maioribus dedecorum incursum. Sic idè lib. 17. **¶ Deditus,** Deuinctus, Deuotus Datiuum retinent, cum sunt nomina: de quibus agendum, cum de Participijs sermo erit. **¶ Deformis.** Suet. in Claud. c. 40. Multaq; talia etiam priuatis deformia, nedum principi. **¶ Degenet** datiuum admittit, uel genitiuum: accusatiuum item, uel ablatiuum cum preposit. de quibus infra suis in locis. **¶ Deterrimus.** Gell. lib. 19. c. 5. In eo libro scriptum est deterrimam esse potui aquam è niue. **¶ Dexter.** Sil. lib. 13. Si dexter Panis Deus, & fortuna fuisset. — Ouid. Fast. 1. Dexter ades ducibus, quorum secura laborare Oia terra ferax, oia pontus habes. Solin. c. 46. Umbra, que nobis dextera sunt, illis sinistra. **¶ Dirus.** Plin. lib. 11. c. 29. de Locustis. Immentos tractus permeant, dira q; messibus contegunt nube. Idem lib. 18. c. 28. Siliqua dira scenicesis. Sil. lib. 17. O dirum exitium mortalibus, &c. **¶ Discolor.** Colum. lib. 7. c. 3. Quorum [arietum] neutra pars esse debet concolor lanae. Stat. Theb. 9. —

pelago

pelago nec discolor amnis. **¶ Discordialis.** Plin. lib. 37. c. 10. Perse margaritam hyena pelli similem abominantur, discordialom domibus. **¶ Discors.** Ouid. Trist. 5. eleg. 6. Ipsa sibi discors, &c. Scinditur in partes atra fanilla duas. Lucon. lib. 6. — confudit murmura primū Diffona, & humana multum discordia lingua. Tacit. lib. 3. Iulius discors Floro, &c. Discors cū aliquo, idem lib. 1. Discordem cum matre animum. Liu. ab Vrb. 2. Ciuitas secum ipsa discors. **¶ Dissentaneus.** Cic. in Partit. ut ea, que sunt ipsi consentanea, aut dissentanea. **¶ Diilonus.** Stat. Theb. 8. — nax illa tamen non dissona uerbis. Ablatiuum cum prep. usus est Liu. 8. ab Vrb. Aded nihil apud Latinos dissonum à Romana Rep. præter animos, erat. **¶ Diuersus** pro Contrarius. Horat. Epist. 1. 1. Est huic diuersum vitium uicio prope manus, Asperitas agrestis. — Quintil. lib. 5. c. 7. Ut testis testi diuersa dicat. Idem Declam. 6. Narretur res seculo nostro diuersa, & nescio utra parte mirabilior. Sic & Colum. lib. 6. c. 7. Admittit etiam genitiuum, & ablatiuum cum prep. A, uel Ab, de quibus infra Schol. 22. — **¶ Docilis.** Iuuenal. Saty. 14. — ne crimina nostra sequantur. Ex nobis geniti: quonia dociles imitandis Turpibus, & prauis omnes sumus. — **¶ Dulcis.** Senec. Epist. 64. Mibi amicorum defunctorum cogitatio dulcis, ac blanda est. **¶ Durus.** Quintil. lib. 1. c. 10. Lycurgus durissimarum Lacedæmonijs legum auctor Musces disciplinam probauit. **¶ Efficax.** Plin. lib. 16. c. 8. Est autem [agáricum] fungus candidus, odoratus, antidotis efficax. Idem lib. 23. c. 3. Succu eorum pustulis efficax. Iungitur etiam cum prep. ad, in. Idem lib. 28. c. 11. Efficaciorum ad omnes usus erudi cornu farinam arbitrantur. Idem lib. 6. c. 20. In uescice uitijs efficax. Cels. lib. 3. c. 18. Conuenit mouere sternutamenta medicamentis in id efficacibus. **¶ Euidens.** Suet. in Vitell. c. 7. Ut cuius euidens sit, contemptu magis, quàm gratia electum. **¶ Excelsus.** Plin. lib. 2. c. 70. Solstitialis à parte Signiferi excelsissima nobis ad septentrionalem plagam uersus. **¶ Exitiabilis.** Plin. lib. 5. c. 8. Atlantes solem orientem, occidentemq; dira imprecatione contuentur, ut exitiabilem ipsis, agrisq; Tacit. lib. 3. Quod reus postquã sibi exitiabile intelligit, &c. **¶ Exitialis.** Plin. lib. 8. c. 50. Morfus [caprarum] arbori exitialis. Ibid. c. 38. Hanc quoq; leoni exitialem. **¶ Exitiosus.** Senec. Epist. 72. Et magnis opibus exitiosa res luxu. **¶ Exoptatissimus.** Suet. in Calig. c. 13. Exoptatissimus princeps uinuerse plebi Romanae. **¶ Externus.** Plin. 1. 18. c. 16. Medica externa etiã Græcia. **¶ Facilis** apud eum. & alios cum datiuo uide infra Schol. 17. **¶ Fædus.** Liu. ab Vrb. 3. Fames, pestilentiaq; fæda homini, fæda pecori. **¶ Fallax.** Propert. lib. 3. Fallacem patrie serpere dixit equum. **¶ Fallus.** Catull. Alphene immemor atq; unanimes false sodalibus. **¶ Familiaris.** Suet. in Vitel. c. 4. Caio per aurigandi, Claudio per alex studium familiaris. Plin. lib. 2. c. 9. Nouissimum fidus, terrisq; familiarissimum. **¶ Fatalis.** Idem lib. 16. cap. 40. Fuitq; arbor illa fatalis excidio Urbis. **¶ Fatifer.** Ouid. Eleg. lib. 3. Nobis fatifero Mayors accingitur ense. **¶ Faultus.** Cic. 1. Tusc. Illu diè nobis faustū putemus. Idem pro Flac.

Cec 3

O non



O nox illi, quam iste est dies consequutus, fausta huic vrbi. ¶ Felix. Stat. Sylu. 2. Si felix tollis dominis ambobus. ¶ Feralis. Plin. lib. 28. c. 26. Caesar & Idus Martias ferales sibi annotauit Scorpionis occasu. ¶ Fertilis. Plin. lib. 33. c. 4. Huic homo [montes Hispania steriles] coguntur fertiles esse. Admittit ablatiuum sine prepositione, de quo infra Schol. 19. ¶ Ferus. Stat. Theb. 11. Nec soli ferus ille tibi. — Horat. Carm. 3. od. 4. Visam Britannos hospitibus feros. ¶ Festus. Mela lib. 1. c. 9. Dies, quo gignitur genti maximè festus est ¶ Finitimus datiuo frequenter adiungitur: interdum etiã genitiuo, de quibus Schol. præc. ¶ Fœcundus Gell. lib. 19. c. 5. Qui [Aristoteles] aquam niualem frugibus sanè & arboribus fœcundam diceret, sed hominibus potu nimio insalubrem esse ¶ Fœdus. Liu. ab 10 Vrb. 3. Fames pestilentiaq; sæda pecori. ¶ Formidolosa passinè. Sallust. Catil. Semper [et Regibus] aliena virtus formidolosa est. ¶ Frequens. Quintil. lib. 11. c. 2. Mora portis frequentissimo digressus. Postulat etiam genitiuum, vel ablatiuum sine præp. de quibus infra Schol. 19. ¶ Fructuosus. Cic. 1. Offic. Fructuosior autem hominum generi eorum [vita], qui, &c. ¶ Frugifer. Liu. bel. Pun. 7. Terrã frugiferam cultoribus, populòq;. ¶ Funebris. Plin. 26. c. 1. de Elephanti. si Egypti peculiare hoc malum: & cum in reges incidisset, populis funebre. ¶ Funestus. Cic. pro Sestio. O diè illum funestum senatui. Et pro Domo sua, Funesta Reip. pestis. ¶ Gloriosus. Cic. ad Dolab. lib. 9. Mibi verò gloriosum, te iuuenè consulem florere legibus. Idem de Diu. Fuga nobis gloriosa, patrie calamitosa. ¶ Gnarus passinè. Tacit. lib. 3. Gnarum id Tiberio fuit. Idem lib. 15. Nulli magis gnarum, quàm Neroni. Sic apud ipsum sepius. ¶ Gratuitus. Senec. de Ira lib. 3. c. 1. Ira incendit, pueris gratuita est. Idem de Benef. lib. 3. c. 12. Sed gratuita tribuentibus quedam amicis data, quedã ignotis. Stat. Sylu. 1. Largis gratuitum: cadit rapinis. ¶ Gratiolus. Cic. pro Planc. Ut ego doceo, gratiosum esse tribulibus Plancium, quod multis benignè fecerit, &c. Rarè quidè sic loquimur: at Gratiolus apud te, apud illum, &c. nimium sepe. ¶ Gratus tibi, idest, acceptus, optatus, crebrò dicitur. Senec. de Benef. lib. 7. c. 42. Malè agit, qui fama non conscientie gratus est. Pro quo Cic. Gratus apud te, dixit pro Ligar. Vidi [inquit] causas apud te rogantium gratiores esse, quàm preces. Plaut. Pers. — credidi gratum fore Beneficium meum apud te. — Et Terent. Heaut. Eademq; vt esset apud te quàm gratissima. Idem Aduersum te, in Andr. Id gratum fuisse aduersum te habeo gratiam. Cic. ad Attic. 2. vtrunq; casum coniunxit. Quidã [inquit] egregiè non modò is, qui vtuntur opera, sed etiam in vulgus gratum esse sentimus. Sed pro eo, qui beneficium, quo se obligatum putat, remunerandum curat, aliã ratione de se bene meritis memorem se se probat, vix dandi casui iunctum inuenio. Cic. pro Planc. Si bene de me meritis gratum me præbeo, non desino incurrere in crimen hominis nimium memoris, nimiumq; grati. Nisi datiuum Meritis ad verbum, præbeo, spectare existimes. At accusatiuum ferè cum Erga, In, Aduersus, elegant- or admittit. Cic. ad Ant. lib. 5. Tu quãgratus erga me fueris ipse existimare potes.

Idem

Idem Verr. 4. Putarem te gratum in deos, si hoc donum, &c. Idem post redit. Postsum ego satis in Cn. Pompeium vnquam gratus videri? Senec. de Benef. lib. 1. c. 4. Tu me aliquid eorum doce, per quæ beneficentior, gratioq; aduersus bene merentes fiam. Idem Epist. 74. E contrario enim nulli aduersus illos gratiores sum. Sic idem crebrò, & ceteri loquuntur. ¶ Grauis. Liu. ab Vrb. 5. Grauis iam is antedã genti fuerat opibus, superbiaq;. Senec. Epist. 94. Quare senectutem & sili, & alijs grauem extendit? ¶ Honestus. Cic. in Anton. Philip. 2. Vereor ne, celatum me ab ipsis, illis honestum sit. ¶ Honorificus. Cic. ad Brut. 15. Videbatur [imperium] illi statim honorificum. ¶ Hospitalis. Plaut. Pseud. Qui tibi hospitalis fuit. Senec. Epist. 28. Hospitalis illa qualiscumq; sedes erit. Plin. lib. 12. c. 10. Sit solum à tuenis hospitale, & quàm simillimum terræ. Per accusatiuum cum præp. In, sapius effertur. Cic. Offic. 2. In suos curiales hospitalis fuit. Ibid. Est valde decorum in externos hospitalem esse. ¶ Hospitus, a, um, cum datiuo, vel genitiuo copulari dictum est Schol. præcedenti. ¶ IDEM, eadè idè, pro simili datiuum admittere probatur in Constr. Pron. Sch. 1. ¶ Ignarus passinè. Tacit. lib. 2. Nolite capta egressus per occulta, & vigilibus ignara comite vno. Sall. Jug. Plerosq; velocitas, & regio hostibus ignara tutata sunt. Postulat etiam genitiuum, de quo supra Schol. 4. ¶ Ignotus. Plin. lib. 4. c. 12. Extremi gentium harum ignoti propè ceteris mortalibus. ¶ Ignominiosus. Tacit. de Germ. morib. Fortissimus quisq; in super anulum [ignominiosum id genti] velut vinculam gestat ¶ Innotaturus cū datiuo iungitur, vt infra dicitur Schol. 17. ¶ Immitis. Tacit. lib. 14. Immitis ijs qui latebras infederant. ¶ Impericusus. Horat. Serm. 2. Saty. 7. Quisnam igitur liber? Sapiens, sibi imperiosus. Stat. Sylu. 2. — qui sponte, sibiq; Imperiosus erat. — ¶ Imperuius. Tacit. lib. 15. Is lapis ignibus imperutus est. ¶ Implexus. Plin. lib. 33. c. 1. Virorum crinibus aurum implexum. Idem lib. 2. c. 70. Tres autem circuli supra dictis zonis implexi. ¶ Importunus. Sall. Jug. Machinationibus locus importunus. Mel. lib. 2. c. 7. Quæ [infula] importuna nauigantibus obiacent. Tacit. lib. 12. Cuncta nobis importuna. ¶ Improbus. Plin. lib. 2. c. 26. Rem etiam Deo improbam annumerare posteris stellas. Hoc est factu dissimillimam. ¶ Impunis. Gell. lib. 7. c. 3. Non omnia plura habere volumus, & id nobis impune est. Sic Plaut. in Mercat. & Tacit. lib. 3. Huic delictum impune fit. Quidam, Impune, aduerbium duntaxat esse censent. Atqui Solin. c. 40. nomen apertissime ponit, Quæ [inquit] obtestata occursantes feras impunis redijt. ¶ Inaccessus. Idem c. 70. Ob solis flagrantiam maximam partis istius regionem ferunt humano generi inaccessible. Idem cap. 15. Oppidum inaccessible hirundinibus, & deinceps alitibus alijs. Virg. 8. Æneid. Solis inaccessible radijs [Sphælicam]. ¶ Inascensus. Plin. Panegy. Inascensumq; illum superbie pricipam locum tenere. ¶ Inaspectus. Stat. Theb. 1. — inaspectos celo, radijsq; penates Seruantè. — ¶ Incautus datiuum admittit, vel genitiuum, de quibus Schol. præced. Ablatiuum item cum præp. A, de quo infra Schol. 22.

Ccc 4

¶ In commodus.

¶ **Incommodus.** Plin. de Vir illustr. Incommodam ambulanti bus radicem excidi iussit. Plin. lib. 36. c. 9. Inde cum [obeliscum] navalibus incommodum Maximus quidam transfulis in forum. ¶ **Inconcessus.** Quintil. lib. 10. c. 2. Ideoq; cum totum exprimere, quem elegeris, pene fit homini inconcessum, plurimum bona ponamus ante oculos. ¶ **Incongruens.** Gell. lib. 12. c. 5. Est enim [Stoica disciplina] pleraq; & sibi, & nobis incongruens. ¶ **Incognitus.** Cic. 3. de Fin. Nisi [opifices] vocabulis vteretur nobis incognitis. Ouid. 2. Met. Dijs iuranda palus oculis incognita nostris. — ¶ **Inconuictus.** Sil. lib. 11. — stupet inconuictus opime Sardonius mensa miles. — ¶ **Indebitus.** Ouid. de Pont. 1. Quamuis est igitur meritis indebita nostris. ¶ **Indecoris.** Virg. 7. Æn. Non erimus regno indecores — Gell. lib. 7. cap. 12. Fœminisq; solis vestem longè lateq; diffusam indecorem existimauerunt. ¶ **Indecorus.** Quint. lib. 11. c. 1. Iracunda actio, omnibus indecōra. ¶ **Indeficiens.** Tibull. lib. 4. Horrea fecundis indeficientia mensis. ¶ **Indocilis.** Sil. lib. 1. Nec Cereri terra indocilis. — ¶ **Inefficax.** Senec. Epist. 95. Nec ideo inutilis, & formandis animis inefficax. ¶ **Inexpertus** tum datiuum, tum accus. ¶ **Inexploratus.** Plin. lib. 33. c. 6. Indicum [atramentum] inexplorata adhuc mentionis mihi. ¶ **Infamis.** Quintil. lib. 3. c. 7. Est conditoribus vrbium infame contraxisse, &c. Liu. ab Vrb. 9. Rome sua infamis clades erat. — ¶ **Infaustus.** Plin. lib. 16. c. 35. Infausta omnibus sacris, & coronis [smilax], quoniam sit lūgultris. ¶ **Infensus.** Cic. Tuscul. 4. Nec tam fuit hominum generi infensa, & inimica natura, vt &c. Suet. in Vitell. Nullis tam insensior, quam vernaculis. ¶ **Inferior.** Plin. lib. 3. c. 16. Padus nulli amnium claritate inferior. — ¶ **Infectus.** Cic. pro Ligar. Africam provinciam vnan ex omnibus huic victorie maxime infestam. ¶ **Infidelis.** Plaut. Capt. Obsecro infidelior mihi ne suas, quam ego sum tibi. ¶ **Infidus.** Plaut. Asin. — vbi sciens fideli infidus sacris. ¶ **Informis.** Tacit. lib. 12. Sors mea, vt mihi informis, sic tibi magnifica est. ¶ **Ingratus.** Plin. lib. 18. c. 16. Sic queq; [secale] ingratisimū ventri est. Sic Senec. lib. 6. de Benef. c. 30. Ingratus, id est, minime acceptus, cū prepositionibus frequenter ab auctoribus vsurpatur Liu. ab Vrb. 1. Rex ne ipse tam tristis, ingratisq; ad vulgus iudicij, ac secundum iudiciū supplicij, auctor esset, &c. Prepositionibus In, Aduersus iunctum etiā inuenitur. Senec. lib. 9. Controu. Expona vobis quā in neminem meorum ingratus sum. Liu. bel. Mac. 8. Duas vrbes ingratas in principes inuentas: Romam ingratiorem. Sic aliquoties Cic. Gell. lib. 4. c. 18. Non igitur simus aduersus deos ingrati. Cū pro immemori beneficiorum sumitur datiu. vel genit. exigit, de quibus supra Schol. 14. ¶ **Inguustabilis.** Plin. lib. 16. c. 26. Cornus fert baccas acerbis, inguustabiles cunctis animantibus. — ¶ **Inhonestus.** Plaut. Capt. Nunc hic occæpit questum hunc filij gratie Inhonestum, maxime alienum ingenio suo. Prop. lib. 2. Exitus hic nobis non inhonestus erit. ¶ **Inhonorus.** Sil. lib. 16. — non ardua regnis Quæsumus, aut inhonora tuis. — ¶ **Inhospicus.** Idem lib. 2. Nec Cereri terra indocilis, nec

inhospita

inhospita Baccho. ¶ **Inimicus.** Cic. ad Petum. lib. 9. Inimicum cœnis sumptuosiss[im] hospitem. Valer. lib. 1. c. 1. Frugalitas inimica luxuriosis epulis. ¶ **Iniquus.** Senec. lib. 9. Controu. T. autem Liuius tam iniquus Sallustio fuit, vt, &c. Plin. lib. 13. c. 4. Iniqua [vina] capiti. Ouid. 1. Trist. — Æqua venus Teucris, Pallas iniqua fuit. ¶ **Iniuicundus** huc etiam spectat. Colum. lib. 2. c. 11. Eadem [cicera] hominibus non inuultus, atq; inuicunda est. ¶ **Inobsequens.** Senec. Natural. quest. prof. Sæpe inobsequens arti est. ¶ **Innocuus.** Plin. lib. 8. c. 34. Luporum id genus est, innocuum homini. Et lib. 18. c. 17. Leguminibus innocuus [imber], præterquam cicero. Idem lib. 16. c. 13. Folia earum iumentis mortifera, ceteris animalium innocua. — ¶ **Inofficiosus.** Vlpian. Pand. lib. 37. de Iure patr. Sed si quidem inofficiosus patrono, patronæ, liberis eorum sit, &c. ¶ **Inopportunus.** Cic. 3. de Orat. Sedes non inopportuna sermoni. ¶ **Innoxius.** Plin. lib. 8. c. vlt. tam quædam animalia indigenis innoxia, aduenas interimunt. ¶ **Inquietus.** Senec. de Clem. lib. 1. c. 9. Nox illi inquieta erat, cū cogitaret, &c. ¶ **Insalubris, vel, Insalūbris.** Gell. lib. 19. c. 5. [Aristoteles] aquam niualem diceret, hominibus insalubrem esse. ¶ **Insidiosus** cum datiuo iungitur ab Ouid. Epist. 22. Colum. lib. 12. c. 1. Res est agrestis insidiosissima cunctanti. — ¶ **Insociabilis.** Liu. bel. Pun. 7. Omni generi humano Insociabiles erant. — ¶ **Insolitus, & Inuictus** datiuum admittunt, vel genitiuum, de quibus iam supra Schol. 14. ¶ **Insuperatus.** Plaut. Pen. O mihi salue Hanno insperatissime Mibi, tuisq; filijs — ¶ **Insuauis.** Cic. de Amicit. Insuauem illam admirationem ei fore, quæ iucundissima fuisset. Cels. lib. 4. c. 19. Id gustui non insuauis est. ¶ **Intactus.** Plin. lib. 12. c. 10. Pomum propter asperitatem intactum omnibus animalibus. ¶ **Intentus** huic rei, ad, vel in banc rem in frequenti vsu sunt. Admittit etiam ablatiuum, vel accusat. cum præp. ¶ **Aduersus**, de quibus infra Schol. 17. — ¶ **Interiectus.** Cic. de Nat. Nasus ita locatus est, vt quasi murus oculis interiectus esse videatur. ¶ **Intermissus.** Liu. ab Vrb. 7. Omnes transferunt, vadentemq; per intermissa custodis loca Decium secuti sunt. ¶ **Intimus.** Tacit. lib. 5. Vt quisq; Sciano intimus, ita ad Cesaris amicitiam validus. ¶ **Inuentus.** Vitruu. lib. 7. c. 10. Ita erit atramentum tectoribus ¶ **non inuentus.** ¶ **Inuultus.** Liu. bel. Pun. 7. Inuultati alienigenis. ¶ **Inuidiosus.** Plin. lib. 35. c. 2. M. Varro inuentione muneris etiam dijs inuidiosus. ¶ **Inuictus.** Idem lib. 57. c. 10. Eam verò, quæ ruius coloris sit, inuicta athletis esse. ¶ **Inuidus** tum datiuo, tum genitiuo copulari ostensum est Schol. 14. ¶ **Inuisus.** Liu. ab Vrb. 4. Plebes ad id maxime indignatione exarsit, quod auspiciari tamquam inuisi dijs immortalibus negarentur posse. Inuisus ad omnes idem dixit bel. Pun. 4. Ad militares pene omnes, partemq; magnam plebis inuisum esse nomen Romanum. ¶ **Inuius.** Idem bel. Mac. 2. Vbi ad inuia equiti ventum est. Ouid. 14. Met. Inuia virtuti nulla est via. — Stat. 3. Theb. — vbi manibus axis Inuisus Ogygijs. — ¶ **Iratus.** Cic. Philip. 8. Cesar ipse, qui illis fuerat iratissimus. ¶ **Iucundus.** Cic. in Catil. 4. Est mihi iucunda in malis vestra erga me voluntas.

Ddd

¶ Laboriosus

¶ **L**AETIOSUS. Cic. Att. 6. Grata haec, & magna, mihi, nondum laboriosa, &c.  
 ¶ **L**ATUS. Liu. bel. Pun. 3. Ista Annibalis sateuitibus iam lata sunt. Tacit. lib. 5. Sequitur cadis Annai Seneca latissima principi. Alatum etiam, vel genit. admittit, ut Schol. 19. videndum erit. ¶ **L**ENIS. Suet. in Calig. c. 3. Obrefractoribus etiam lenis. Ouid. 4. de Font. Non potuit nostris lenior esse malis. ¶ **L**ETALIS. Plin. lib. 11. c. 34. Homini non atq; septimo (die) letalis inedia. ¶ **L**ETIFER. Colum. lib. 7. c. 12. Rabies, letifer morbus huic generi. ¶ **L**ONGINQUUS. Plaut. Merc. — longinquum istuc amanti est. ¶ **L**UBRICUS. Tacit. lib. 1. Locus ad gradem instabilis, procedentibus lubricus. ¶ **L**UCROFUS. Plin. lib. 37. c. 12. Neq; vlla frax vite lucrosior. Ouid. 2. Trist. — pana est lucrosa poete. Sic idem alibi. 10  
 ¶ **M**AGNIFICUS. Tacit. lib. 2. Magnificum id sibi credidit Caesar. Sic idem lib. 12.  
 ¶ **M**ALEFICUS. Plin. lib. 12. c. 13. Capras maleficum aliis frondibus animal, &c.  
 ¶ **M**ALEUOLUS eodem iure gaudet, ac Beneuolus, etiam sine cuiusquam testimonio.  
 ¶ **M**ALIGNUS. Senec. Agam. Nobis maligni iudices, aequi sibi. Plin. ad Gall. lib. 2. Quarū (arborum) illa vel maxime ferax est terra, malignior ceteris. 11  
 ¶ **M**ANCUS. Horat. Ep. l. 2. — dixi Talitus officijs propè mancū. — Subaudi me.  
 ¶ **M**ANFUCTUS. Senec. Epist. 96. Magna scilicet laus est, si homo manfuctus homini est. ¶ **M**ATURUS infra cum dai uo inuenies Schol. 17. ¶ **M**EDIUS. Stat. Theb. 5. Alipedum curru sedenim sublinis Adrastus It medius turmis. — Quintil. Decl. 13. Hortulus meus est omnibus ventis medius. ¶ **M**ISER. Sall. Jug. Quod mihi miserrimum est, &c. Cic. de Harusp. Si pompeio miserrimum magis fuit, &c. 20  
 ¶ **M**ISTUS. Senec. Epist. 91. Danauid mistas penitentia voluptates. ¶ **M**ITIS. Senec. de Vit. l. c. 2. Ego amicis iucundus, inimicis mitis, & facilis. Tacit. lib. 4. Tiberius haud unquam domui Germanici mitis. Ouid. 2. de Pon. Eleg. 1. Cum videam mites hostibus esse deos. ¶ **M**ODESTUS. Plaut. Trinum. — hoc dis dignum est, semper mendicis modesti sint. ¶ **M**OLESTUS. Cic. de Senect. Inhumanitas omni atati molesta est. ¶ **M**ORIGERUS. Plaut. Amph. Meo me aequum est morigerum patri, eius studio seruire addebet. ¶ **M**ORTIFER, seu Mortiferus. Colum. lib. 6. c. 17. Est etiam mortifer ijs serpentis ictus. Idem lib. 7. c. 1. Est etiam mentigo, quam pastores ostiginem vocant mortifera latentibus. Iuuen. Saty. 10. — multis Et sua mortifera est facundia. — Munificus. Plaut. Amph. Tibi morigera, atq; ut munifica sim bonis, pro sim probis. 30  
 ¶ **N**ATURALIS. Plin. lib. 16. c. 15. Sunt aliae (arbores) naturales quibusdam. Sic Quintil. lib. 1. c. 1. & 3. ¶ **N**ECESSE idest necessarium. Cic. Verr. 4. Quod cuiq; esset necesse acutissime indagare, ac odorari solebat. Sall. in Catil. Literis Graecis, & Latinis docta, psallere, & saltare elegantius, quam necesse est proba.  
 ¶ **N**EFASTUS. Liu. ab Urb. 6. Nequa terra sit nefasta victoriae suae. Idest infausta, & ominosa. ¶ **N**OBILIS, id est, notus. Plaut. Pseud. — neq; his unquam nobilis fui.  
 ¶ **N**OCTIUS. Plin. lib. 20. c. 1. Oblongam (nillepedam) pilosis pedibus pecori precip. e noctiuam. ¶ **N**OUIUS. Liu. ab Urb. 5. Hibernacula etiam, res noua militi

Romano, edificari cepta. Ita Cic. de Orat. 3. ¶ **N**OXIUS. Colum. lib. 1. in praefat. Audio culpantes noxiam frugibus intemperiem. Plin. lib. 20. c. 13. Rutam P, thagoras oculis noxiam putauit. Admittit etiam genitiuum, de quo iam supra Se b. 14.  
 ¶ **O**BLIGATUS. Plin. Epist. 155. Quanto quis melior, & probior tanto mihi obligator abit. ¶ **O**BLIQUUS. Liu. bel. Pun. 2. Sol vtriq; parti obliquus erat.  
 ¶ **O**BNOXIUS. Plaut. Trinū. Magis queis sunt obnoxiosi, quam parentes liberis.  
 ¶ **O**BNOXIUS cum datiuo tritissimum est: cum accus. item, & praepositione Ad, de quo infra Schol. 17. ¶ **O**BLICURUS. Valer. lib. 8. c. 8. Idq; vidit, cui nulla pars sapientiae obscura fuit, Socrates. ¶ **O**BLEQUIOSUS. Plaut. Capt. — nam si seruus meus esses nihil fecius Obsequiosus mihi semper fuisti. ¶ **O**BITRICTUS. Cic. pro Sylla. Si defendas eum, quem obstrictum patriae suspicere. ¶ **O**BUERLUS. Colum. lib. 8. c. 3. Officina tres extruuntur cellae, quarum perpetua frons orienti sit obuersa. Solin. c. 40. Africa Sardiniae obuersa. ¶ **O**BUIUS. Cic. pro Caelin. Sin autem ingredienti obuius fueris. Lucan. lib. 1. — infestisq; obuia signis Signa.  
 ¶ **O**DIOSUS. Terent. Eunuch. Odiosa est haec aetas adolescentulis. Cic. de Senect. Senectus odiosa est pleriq;. Sic etiam Subodiosus. ¶ **O**FFENSUS. Idem Philip. 1. Omnes earum rerum obliu, propter quas tibi fuerant offensi. Suet. in Claud. Pontificibus offensior. Cum praepositione, IN, Cic. Act. lib. 1. Cuius animus in te esset offensior, a me recolligi oportere. ¶ **O**NEROSUS. Plin. lib. 23. c. 7. Pyrorum omnium cibus etia valētibus onerosus, agris quoq; vini modo negatur. ¶ **O**PEROSUS. Iac. lib. 18. c. 15. Vicia pinguescunt arua, nec ipsa agricolis operosa Senec. lib. Epist. 10. Multi sunt ex ijs togatis, quibus pax operosior bello est. ¶ **O**PPORTUNUS. Sallust. Jug. Metellus cauere, necubi hosti opportunus fieret. Plin. lib. 16. c. 40. Quadam in mari, quadam in terra vitijs opportuniora. ¶ **O**pus non solum datiuum, sed etia simul ablatiuum, vel genitiuum admittit de quibus infra Schol. 20.  
 ¶ **P**AR cum datiuo frequentissimū est: postulat etiam genit. de quibus Sch. praef.  
 ¶ **P**ENSIOR, idest potior. Gell. lib. 12. c. 5. Ut nihil quidquam esset carius, persusq; nobis, quam nosmet ipsi. ¶ **P**ERACERBUS. Plin. ad Vrsum lib. 6. Mihi quidem illud etiam peracerbum fuit, &c. ¶ **P**ERAPPPOSITUS hoc eodem casu donandum est.  
 ¶ **P**ERBENEUOLUS itē, & Perhonorificus veluti simplicita. Hoc secundum cum IN eleganter effertur. Cic. Attic. 1. Collega in me perhonorificus. ¶ **P**ERCARUS. Tacit. lib. 15. Agrippina diu percara. ¶ **P**ERCOMMODUS. Liu. bel. Pun. 2. Id cū ipsis castris percommodum fuit, tum salutare praecipue ¶ **P**ERICULOSUS. Cic. Att. lib. 14. Verebar, ne simulatio periculosa nostris Tyrannōtonis esset.  
 ¶ **P**ERIDONEUS. Caesar bel. ciuil. 2. Is locus peridoneus nostris habebatur. Tacit. lib. 4. Delegerat socium consilij suis peridoneum. ¶ **P**ERINCOMMODUS. Liu. bel. Mac. 7. Eadem perincommoda regijs erant. ¶ **P**ERIRATUS. Plaut. Trucul. Fuit edepol Mars meo periratus patri. ¶ **P**ERIUCUNDUS huc etiam spectat, ut simplex iucundus. ¶ **P**ERNICIABILIS. Curt. lib. 7. Multorum oculis (nitijs rigor) perniciabilis fuit. Tacit. lib. 4. Id perniciabile reo. ¶ **P**ERNOXIUS. Mela lib. 1. c. 21.

Cat. rām asperi, inculti, pernoxij appulsis. ¶ **Perspicuus.** Cic. 1. de Inuent. Quæ perspicuam omnibus veritatem continet assumptio, nihil indiget approbationis. Ibid. Quid attinet offendere, quod cuius facillè perspicuum est. ¶ **Peruius,** Solin. c. 37. Apex Persæ, & Herculi peruius, ceteris inaccesus. Ouid. 8. Met. — nec equoloca peruia. — ¶ **Popularis,** idest populo carus. Cic. 3. de Orat. Ut popolare omnibus, & iucundum videretur. Ouid. Met. 12. — tibi enim popularis, &c. ¶ **Potior,** & potius. Cic. Attic. 16. Si quid cuiusmodi acciderit, ne quid sit tibi sama mea potius. ¶ **Præcipuus.** Colum. lib. 4. c. 26. Præcipua cuneis fissa olea, & quercus, & suber. ¶ **Præfidens.** Cic. Offic. 1. Homines effrenatos, sibiq; præfidentes. ¶ **Prægrauis.** Tacit. lib. 17. Fingebat se prægrauem Neroni 10 fuisse. Admittit etiam ablat. sine præp. de quo infra Schol. 21. ¶ **Præposterus.** Ouid. Trist. 1. Omnia naturæ præpostera legibus ibunt. ¶ **Præfens.** Colum. lib. 2. c. 14. Omni solo vna præfens medicina est. Senec. Natural. quæst. lib. 2. c. 36. Illius diuinitati omne præfens fit. ¶ **Præsentaneus.** Plin. lib. 30. cap. 9. Articulis luxatis præsentaneum est & seuum pecudis. Idem lib. 28. c. 16. Fractis ossibus præsentaneus maxillarum apri cinis. ¶ **Præsto.** Cic. pro Quint. Is, qui sibi præsto semper fuit. Tibull. 2. lib. Pauper erit præsto tibi, præsto pauper adibit. ¶ **Procliuis.** Cæs. bel. Ciu. lib. 1. Quibus erat pro cliue tranare flumen. ¶ **Promiscuus.** Liu. ab Vrb. 7. Dictatore obstinato tollere potius cõsulatū, quàm promiscuū patribus, ac plebi facere. Tacit. 1. 3. Promiscuus viris, ac sæminis vestes. 20 ¶ **Promptus.** Idem lib. 2. Affluebant centuriones, monebantq; prompta illi legionum studia. Idem lib. 15. Libereus quicumq; flagitio promptissimus. ¶ **Pronus.** Colum. lib. 3. c. 2. Quæ tamen ipsa modico statu cæli magis exuberant, Aquiloni prona. Idem lib. 1. c. 5. Quando fuerit adisi cõij solum pronius Orienti. ¶ **Propensus.** Iustin. lib. 16. In diuisione inter fratres regni propensior 25 fuisse Alexandro videbatur. Procliuis, Promptus, Pronus, & Propensus accus. etiã postulant cū præp. Ad. vt infra Sch. 17. videndū erit. ¶ **Propinquus.** Cic. de Orat. Ad eos motus deducantur [iudices] si qui finitimi sunt, vt propinquis, ac talibus animi permotionibus. ¶ **Propior.** Plin. lib. 35. c. 4. Agrippa vir rusticitati, quam delicijs propior. Iungitur etiam cum accus. & præp. Ad, de quo infra Schol. 17. ¶ **Proximus.** Cic. in Verr. 6. Religioni suæ proximus fuit. Hæc duo accus. tam cum præp. quàm sine ea essagitant. de quibus infra Schol. 17. ¶ **Prosperus.** Cic. in Somn. Scip. Deinde est hominum generi prosperus, & salutaris ille fulgor, qui dicitur Iouis. Senec. Nat. quæst. lib. 5. In illa pugna Romanis parum prospera. Horat. Carm. 4. od. 6. Lunam prosperam frugum dixit. 3) ¶ **Proteruus.** Propert. lib. 2. eleg. 24. Iam tibi de timidis iste proteruus erit. ¶ **Pugnax.** Ouid. Met. 1. Cumq; sit ignis aquæ pugnax. Sic Cæl. ad Cic. 8. Famil. ¶ **QVÆSTUOSUS.** Liu. bel. Mac. 9. Maritimum emporium Thessalis quæstuosum, ac frugiferum. ¶ **RELIGIOSUS.** Idem ab Vrb. 5. Quia non vi agebant, sed precibus religiosum parti maxime fuit, &c. Cic. pro Leg. Manilia, Quod enim sanum

sanum putatis in illis terris nostris magistratibus religiosum fuisse? ¶ **Ridiculus.** Cic. 6. Verr. Huius tamen insanis, quæ ridicula est alijs, mihi tum molesta sanè fuit. Iustin. lib. 38. Sed quàm eruentus ciuibus omnibus, tam ridiculus Romanis fuit. ¶ **Sacer** cum datiuo, vel genitino vide supra Schol. 14. ¶ **SACTUS.** Liu. bel. Pun. 4. Sex millia aberat ab vrbe tēplū Lacinæ Iunonis, sanctū omnibus circa populis. ¶ **Sacrofāctus.** Plin. ad Fabat. 1. 7. Cuius mihi memoria sacrofācta est. ¶ **Sæuus.** Virg. Æn. 1. Atridas, Priamumq; & sæuum ambobus Achillem. ¶ **Salūbris.** Liu. ab Vrb. 8. Triste exemplum, sed in posterum salubre iuuentuti erimus. Senec. epist. 52. Non tam corpori, sed etiam moribus salubrem locum eligere debemus. Cels. lib. 8. c. 11. Motus in dolore pestifer, sic alias saluberrimus corpori est. ¶ **Salutifer.** Ouid. 15. Met. de Æsculapio, — venitq; salutifer vrbi. Sic ibid. lib. 1. de Acyroe — toriq; salutifer orbi Cresce puer dixit. — ¶ **Sator.** Plin. lib. 17. c. 5. Erit igitur hæc [terra] optima, & operi sator, Sic enim in libris correctissimis legitur. ¶ **Secundus pro prospero.** Senec. lib. 4. c. 17. 15 de Benef. Nec enim fieri poterat, vt ventus bonis viris secundus esset, contrarius malis. Liu. ab Vrb. 8. Tres leges secundissimas plebi, aduersas nobilitati tulit. Secundus etiam dum numerale nomen est cum datiuo rectè adhibetur. Plin. lib. 16. c. 15. Acer operum elegantia, ac subtilitate cedro secundum. Curt. lib. 8. Sed nec sic quidem parum felix sum secundus tibi. Sic. Iustin. lib. 11. & Sil. lib. 12. ¶ **Seruus.** 20 Ouid. Vile propositum sæuas extinguere flammæ, Nec seruum vitijs peccus habere suum. ¶ **Seuerus.** Sil. lib. 2. Inde seuera Ioui decurrens athera virgo, &c. Acerbè seuerus in filium dixit Cic. Offic. 3. ¶ **Sinister.** Colum. lib. 1. c. 5. Ferè pestilens habetur, quod est remotum, ac sinistrum soli, & apricis flatibus. Solin. c. 46. Umbra, quæ nobis dextræ sunt, illis sinistra. Virg. 1. G. Arboribusq; satiq; Notus, 25 pecoriq; sinister. ¶ **Socius.** Liu. bel. Mac. 1. Cum ad conquerendas Philippi iniurias in tot socias nobis vrbes venissem. Tacit. lib. 15. Ciuitas socia nobis malo improviso afflicta est. ¶ **Solennis.** Colum. lib. 8. c. 2. Gallinarum agricultæ cura solennis est. Plin. lib. 10. c. 72. Et quod formicis in annum solenne est, his in dies, vel horas. Horat. Carm. 4. od. 11. Iure solennis mihi, sanctiorq;. Idest, dies. Tacit. lib. 12. Alijs gentibus solennia [coniugia.] ¶ **Solitus.** Idem lib. 3. Tum solita curando corpori exequitur. Idem ibid. Id liberius solitis sibi ambagibus apud senatum incusauit. ¶ **Speciosus.** Liu. bel. Pun. 2. Cùm Varro speciosum timidis, ac segnibus ducibus exemplum Fabij obijceret. Valer. lib. 4. c. 7. O donum inclycæ vocis danti pariter, atq; accipienti speciosum. & cap. 8. speciosus vrbi nostræ futurum imperium credens. ¶ **Stipendiarius.** Liu. bel. Pun. 4. Et vectigalem, & stipendariam Italiam Africa facerent. Idem bel. Mac. 1. Et ciuitates quæcumq; in parte Chartaginensium fuerunt, stipendarias nobis, ac vectigales esse. Plin. lib. 5. c. 4. Oppidum stipendiarium vnum castris Cornelijs. ¶ **Suadus.** Stat. Theb. 4. Inclinat Bacchi latices, &c — suadamq; cruorem Manibus. — Idest, qui manibus ad superos redire persuadeat. ¶ **Suauis.** Cic. Attic. 4. Mihi aduentum

aduentum tuum suauissimum esse. Plin. lib. 16. c. 36. Est & obliqua haerudo suauissima in teneritate animalibus. Sáb dolus. Plaut. Pœn. Potin fieri subdolus. Pœ. Inimico possum, amico est insipientia. Idem Casin. — ut viro subdola sis, obsecro memento. Suetus. Sall. lib. 2. Hist. Genus militum suctum à pueritia lasciuiss. Tacit. lib. 17. Plebs sordida, & circo, ac theatris sucta. Superbus. Stat. Theb. 8. — sibi quisq; Superbus Ire cupit. — Superfluus. Solin. c. 35. de Oceano. Vel quæ alienus cum superfluus sibi fuerit. Plin. Panegy. Regentia gelu flumina, aut campis superflua. Superstes. Liu. ab Urb. 1. Nec diu manet superstes filio pater. Curt. lib. 8. Rogare ne se tanto dedecori superstitem esse paterentur. Superuacuuus. Plin. lib. 8. c. 37. de Herinaceo, Ipsum animal, non ut rentur pleriq; vite hominum superuacuum est. Senec. de Tranq. Vit. c. 3. Nec tibi grauis eris, nec alijs superuacuuus. Sic idem Epist. 110. & 17. & Quintil. lib. 2. c. 2. Suppar. Cic. de Clar. Orat. Huic etati supparet Alcibiades, & Critias. Supplex. Cic. 1. Tusc. Nec iudicibus supplex fuit. Idem Famil. 4. Fuit magni animi non esse supplicem victori. Surdus huc etiam spectat, cuius exempla inferius Schol. 17. ponuntur. Suspectus. Sall. Caril. Regibus boni, quæ in mali, suspectiores sunt. Postulat etiam genit. de quo supra Schol. præc. & ablatiuum tam sine præp. quàm cum illa, de quibus agendum Schol. 19.

TABificus. Plin. lib. 8. c. 10. de Elephantis, Terram edisse ijs tabificum est, nisi sepius mandant. Tempestiuus item cum datiuo copulatur, ut Schol. 17. patefiet. Transuersus. Caesar bel. Ciuil. 1. Vicos, & plateas in edificat, fossas transuersas vijs perducit. Truculentus. Plin. lib. 6. c. 4. Sic & tigris etiam feris ceteris truculenta. Trux. Liu. ab Urb. 3. Nunquam vlli, neq; publicè, neq; priuatim truces esse. Ouid. de Pont. 4. Supplicibus facilem, fontibus esse truceam.

VEctigalis tum datiuo, tum genit. adiungi ostensum est. Schol. præcedenti. Végetus. Plin. lib. 18. c. 26. Hoc interuallum temporis vegetissimum agricolis, maximeq; operosum est. Veneficus Solin. c. 38. Si quis casu Chamæleontem deuorauerit, vermem elephantis veneficum, oleastro sumpto pesti medetur. Senec. Med. Omnibus verax, sibi falsus vni Concidit Mopsus. Vicinus. Plin. lib. 12. c. 13. de Cardomomo. Qui verus casto vicinus esse debet. Virg. Eclog. 9. Mantua vni miseræ nimum vicina Cremonæ. Vilis. Curt. lib. 3. Spadonum grex, haud sane illis gentibus vilis. Liu. bel. Mac. 5. Ut vilior ab ea regi Annibal, suspectiorq; ad omnia fieret. Senec. Contr. lib. 10. Timeo, ne ob hoc ipsum patri vilior fiam.

Violentus. Liu. ab Urb. 2. Ceterum multò quàm Fabio violentior fuit. Violentus aduersus plebem dixit Suet. in Tiber. c. 2. Vitalis. Senec. Nat. q. lib. 5. c. 18. Vitalem terris æra. Lucret. lib. 6. — quæ sunt vitalia nobis. Vltimus. Cic. de Fin. 4. Necesse est, huic vltimum esse, ex virtute vitam fingere. Idem Somn. Scip. Luna vltima celo, citima terris. Vlitatus. Idem de Fin. 3. Ne artifices quidem tueri sua artificia possunt, nisi vocabulis vterentur nobis incognitis, vstita sibi. Vtilis, & Vtibilis locum habent inferius Schol. 17.

De

QVÆ in Bilis exeunt passiuâ ferè significationem habent. Affabilis. Cic. Offic. 1. Cû in omni sermone omnibus affabile se esse vellet. Exorabilis, & Implacabilis. Plin. Epist. 175. Nobis implacabiles simus, exoraliles istis.

Inexplicabilis. Cic. de Arusp. resp. Bellum mihi inexplicabile esse susceptum.

Inexpugnabilis. Plin. lib. 10. c. 33. Mollem continuatione nidorum euaganti Nilò inexpugnabilem opponunt. Infociabilis. Liu. bel. Fun. 7. Omni generi humano infociabiles erant. Penetrabilis. Stat. Theb. 2. — nulliq; tuâ penetrabile ferro Pectus. — Quædam actiuè ponuntur sine casu, ut Alibilis. Varr. de Re rust. lib. 2. c. 11. Cû molles [casei] sunt magis alibiles in corpore non resides. Ibid. Lac rerum liquentium maximè albile. Consolabilis. Gell. lib. 16. c. 19. Orauit, ut sibi permitteret canere carmen casus illius sui consolabile.

Cruciabilis. Idem lib. 3. c. 9. Quisquis ex ea direptione aurum attigit, misero, cruciabiliq; exitu perijt. Delectabilis. Idem lib. 15. c. 2. Simul atq; modus epulis factus, & vtilis, delectabilisq; sermones cœperant, & c. Tacit. lib. 12. Vt scriptores prodiderint infusum delectabili cibo boletorum venenum. Flebilis. Idem lib. 3. Lamentatione flebili maiores suos ciens, & c. Sic & Cic. Tusc. 1.

Imitabilis. Virru. lib. 2. c. 1. Cû essent homines imitabili, dociliq; natura, & c.

Impetrabilis. Plaut. Mostel. Non potuit venire orator magis ad me impetrabilis, Quam tu — Lamentabilis. Cic. Tusc. 2. Afflictissime, & iacens & lamentabili voce deplorans audies. O virum magis ad me impetrabilem, Spiritum per cuncta rerum meabilem. Vincibilis. Terent. Phorm. Iustam illâ causam, facilem, vincibilem, optumam. Vbi sic Donatus, Causam pro defensione posuit, & vincibilem, quæ facile vincat. Deniq; tam diu eiusmodi nomina cœ Actiuis verbis deducta datiuo copulantur, dum passiuè accipiuntur. Quod si aliqua reperiantur actiuè sumpta cum datiuo, ad alia præcepta Commodi, Incommodi & similia reuocari possunt. Vnde Terribilis in actiuâ signif. pro eo, quod terrorem incutit, datiuum exigit. Iustin. lib. 4. Neq; experientibus modò terribilis, verum etiam procul visentibus. Idem lib. 23. Diu terribilis finitimis fuit.

### Datiuus, vel accusatiuus cum præpositione Ad post nomen.

TERnum, vel Quartum voce, Ad, comitante reseruant Proximus, Inrentus, Facilis, Maturus & Aptus, Inhabilis.

35 Cōmodus, & Propior: tum Habilis\* cū pignore, Proptus, bilis.

OPPortunus, Opus: tum Natus, Idoneus. Vnde

Pronus, & assuetus dices, Propensus ad arma:

Vtilis, Appositus, Procliuius, inutilis armis.

ACcomodatus, Appositus, Habilis, Inhabilis huic rei, vel ad hanc rem: sic in ceteris. Cic. in Pison Ille gurges atq; beluo natus ab domini suo. Idem de Clar. Orat. Pompeius vir ad omnia summa natus. De

De N. Dativ. exigentibus, vel Accus. cum præposit. ¶ Schol. 17.

**P**RÆter nisi omnium exempla, ne si longior essem, laborem, molestiamque afferrem ediscantibus. ¶ **A**CCOMMODATUS. Colum. lib. 1. c. 5. Aqua pluvialis salubritati corporis est accommodatissima. Cic. de Senect. Tempora demetendis frugibus, aut percipiendis accommodata. Idem Tusc. 3. Accommodata oratio ad consolandum. Cum In, Quint. lib. 4. c. 2. Ipsa etiam pronuntiatione in hoc accommodata. ¶ **A**PPPOSITUS. Cic. 7. Verr. Homo bene appositus ad istius audaciam. Quintil. lib. 4. c. 3. Iudicis natura noscenda est, iuri ne magis an æquo sit appositus. ¶ **A**PTUS. Cic. 1. de Leg. Natura figuræ corporis habilem, & aptam ingenio humano dedit. Colum. lib. 3. c. 1. Arborea, quibus cura adhibetur, magis aptæ sunt frugibus. Plin. 10 lib. 17. c. 42. Abies valuarum repagulis, & al. quæque libeat intestina opera aptissima. ¶ **A**LLUCTUS habere dandi, vel interrogandi casum ostensum est Schol. 14. Iungitur etiam accusat. cum præposit. Ad vel, In. Senec. in Troad. Non assuetas ad sceptra manus Post terga dabit. Liu. bel. Pun. 4. Iam inde à puero in omnia familiaria iura assuetum. ¶ **C**OMMODUS. Cic. pro Mur. Quemquam ne existimas, Catone commodiorem, comiorem, moderatiorem fuisse ad omnem vitæ rationem? Ouid. 2. Fast. — ad cursum comoda vestis. Virg. 4. Georg. Nec Cereri opportuna seges, nec comoda Baccho. Propert. lib. 2. Quæ sit stella homini comoda, quæque mala. ¶ **C**ONCORS. Senec. de Vit. be. c. 8. Vis, ac potestas concors sibi. Sil. lib. 4. — ad pugnas Martemque insania concors. Vide plura Schol. 15. ¶ **D**EGENER cum genit. vel dat. copulari ostensum est Schol. 14. cum accus. Tacit. lib. 1. Cum se D. Augusto ortum, ne degenerem ad prelia testaretur. ¶ **D**OCILIS cum Accusat. & præp. Ad, satis visitatum est. Cic. 2. Tusc. Ad hanc sententiam satis docilem se Epicurus præbuit. Docilis ad disciplinam, idem ad Treb. lib. 7. Cum dativo Iuven. Saty. 14. — dociles imitandis Turpibus, & pravis omnes sumus. — ¶ **E**FFICAX cum dativo, vel accusat. & præp. Ad posse coniungi probatum est supra Schol. 15. ¶ **F**ACILIS. Plin. lib. 16. c. 14. Cuiuscumque operi facilitas, quæ lenta diximus. Sic Liu. dec. 5. lib. 5. & Tacit. lib. 2. Ouid. 4. de Ponto. Supplicibus facilem fontibus esse truncem. Cic. 2. de orat. Materies facilis ad exarscendum. ¶ **H**ABILIS. Colum. lib. 5. c. 9. Sic excultæ quinquennio arbuscule habiles translationi sunt. Idem lib. 2. c. 2. Multa sunt, quæ & dulcem terram, & frumentis habilem significant. Idem lib. 4. c. 29. Nos terebram ad hanc inscriptionem longè habilioræ, vtilioremque coperimus. Liu. 7. ab. Vrb. Hispano accingitur gladio, ad propiorem habili pugnam. ¶ **I**NHABILIS. Colum. lib. 5. c. 10. Surculi inhabiles frugibus. Tacit. lib. 19. Sabinus inhabilem labori, & audaciæ valetudine causabatur. Liu. 4. bel. Pun. Inhabile imperitis telum ad remittendum. Et ibid. 6. Sine consilio multitudinem ad consensum inhabilem. ¶ **I**DONEUS. Cic. Leptæ lib. 6. Eius Falernum mihi semper idoneum visum est diuersorio. Idem Att. 1. Instruar etiam consilij idoneis ad hoc nostrum negotium. Idem Verr. 3. Teste homine nequam, verum ad hanc rem tam idoneo. ¶ **I**NEXPERTUS. Liu. 3. bel. Pun. Exercitum

boni

bonis inexpertum, atque insuetum. Plin. lib. 25. c. 1. Nihil inexpertum illis fuit. Liu. ab Vrb. 6. Iram accenderat ignominia recens ad contumeliam inexperto. ¶ **I**NSOLITUS genitivo, vel dativo posse adiungi ostensum est supra Schol. 14. Accusat. vsus est Cas. 3. bel. Civil. Insolitus ad laborem exercitus. ¶ **I**NTENTUS. Senec. de Ira lib. 1. c. 11. In vnam vtilitatem, & occasione intentus. Liu. ab Vrb. 3. Operi agresti intentus. Et ibid. Intentos ad certamen. Sic alij frequenter. Intentus aduersus omnes motus Philippi, dixit etiam Liu. bel. Pun. 4. Et Sallust. in Catil. Aliquo negotio intentus. ¶ **I**NUUTILIS. Plin. lib. 20. c. 22. Elitum stomacho inutile. Cic. 1. de Inu. Inutilis sibi, perniciosus alteri cuius alitur. Idem de Fin. 1. Quod & acutum genus est, & ad vsus civium non inutile. ¶ **M**ATURUS. Liu. ab Vrb. 1. Nondum maturus imperio Ascanius erat. Idem ab Vrb. 2. Seges farris matura messi. Cels. lib. 5. c. 25. Cum iam ad excipiendam lachrymam maturum est siluesire pauer. Sil. lib. 26. — maturus ad arma. Immaturus. Cic. Phil. 2. Negavi mortem immaturam esse consulari. Cum accusat. etiam, vt simplex, vsurpari poterit, licet exempla non occurrat. ¶ **N**ATUS à Cic. frequenter cum vtroque casu copulatur. Pro Mur. Non tibi, sed patrie natus es. Idem de Arusp. Scipio natus mihi videtur ad interitum, exitumque Chartaginis. ¶ **O**BNOXIUS cum dativo frequentiss. est Plin. lib. 17. c. 24. Mæphilus obnoxia ei morbo est. Idem lib. 2. c. 82. Parte eius, quæ solida est ad tales casus obnoxia. ¶ **O**PPORTUNUS cum dativo inuenies supra Schol. 15. cum accus. Liu. bel. Mac. 1. Cum parte [militum] ipse occultus loco ad insidias opportuno consedit. Cum In, Senec. de Breu. vit. c. 17. Quod alius surrexit, opportunum est in occasum. ¶ **O**PUS cum dativo tritum est, qui tamen ad communem constructionem Commodi pertinet. Cum accus. & præp. Ad, Cic. ad Appianum Pulch. lib. 3. Fabius monuit, præsidio maiori opus esse ad istam prouinciam. Sic sepius apud eundem. Liu. bel. Pun. 3. Iubentes, quæ opus essent ad bellum, imperare. ¶ **P**ROCLIUIS. Hirc. bel. Afr. Omnia sibi procliuia fore sperabant. Sil. lib. 13. — scelere procliuis egestus. Cic. 4. Tusc. Procliuioribus alij ad alios morbos. Sic idem in Partit. & Terent. in Andr. ¶ **P**ROMPTUS. Tacit. lib. 1. Prompti artibus egregij. Ibid. Quædæ quis seruitio promptior. Colum. lib. 7. c. 3. Ad rixam promptus artes. Cic. Offic. 1. Promptiores debemus esse ad nostra pericula, quam ad communia. Inuenitur etiam cum genitivo. Sallust. 2. Hist. Ipsæ [virgines] belli promptissimos deligebant. ¶ **P**RONUS. Idem Iug. Omnia virtuti suæ prona esse. Tacit. lib. 2. Omnia prona victoribus. Et l. 4. Aures superbus, & offensionem proniores. Colum. lib. 2. c. 9. Omne frumentum maxime campo patente, & ad solem prono, apricoque, & soluto latatur. Effertur etiam cum genitivo. Claud. in Ruffin. Vnus per medios audendi pronior ense Profilit exserto. — ¶ **P**ROPENSUS. Senec. de Clem. lib. 1. c. 13. Æquis desiderij propensus, & iniquis acerbus. ¶ **P**ROPIOR. Horat. 3. Carm. Od. 15. Maturo propior funeri. Cic. 4. de Fin. Propius ad ea Cato accedit, quæ à te dicta sunt. Tacit. lib. 18. Propior ad fallendum fides. Admittit etiam accusat. sine præp. Liu. bel. Mac. 1. Ea quoque bis pars data Caria, quæ propior Rhodum

Ecc

in sulam

insulam trans Maandrum amnem est. Sic in libris castigatissimis legitur. Idem dec. 3. lib. 4. Horum inductio in partem simulacrum decurrentis exercitus erat: ex parte elegantioris exercitij, quam militaris artis, propiorq; gladiatorum armorum usus. Idem ab Vrb. 2. Inuenio apud quosdam, idq; propius fidem.

¶ Proximus. Plaut. Trinum. Optimis sis proximus. Terent. Andr. Proximus sum ego met mihi. Proximus ad aliquē sedere dixit Ouid. 1. de Art. Sine præp. rsurpauit Plaut. in Pænul. Quis pultat. Mil. Qui te proximus est. Liu. bel. Pun. 9. Scorpione ictus, qui proximus forte eum steterat. Idem bel. Mac. Philopæmen ad depopulandam Tripolim Laconici agri, qui proximus finem Megalopolitarum est, duxit. Vbi vetustiores libri fines legunt. Gell. lib. 3. c. 2. Eo die, qui proximus eam noctem illucescit. Item Sallust. Jug. Possedēre ea loca, que proxima Chartaginæ, Numidia appellatur. Ibid. Proximi Hispaniam Mauri sunt. In hisce Sallustij locis viri doctissimi ita planè legendū censent, non verò sicut in libris vulgaribus habetur. ¶ Rudis cum accus. frequens est. Liu. ab Vrb. 10. Ad verborum, linguaq; certamina rudes. Sic idem bel. Pun. 1. Et cum IN. Idem bel. Mac. 1. Rudis in re nauali. Cic. pro Marcel. Rudis in Republica. Cum datiuo nondum inueni: cum genit. frequenter, sed ad classem ignorantiam significantium spectat. Cicero pro Flac. Homines rerum omnium rud:s. ¶ Salutaris. Idem 1. de Diu. Quid Astrólogus, cur stella Iouis, aut Veneris coniuncta cum luna ad ortus puero-rum salutaris sit, Saturni, Martisue contraria? ¶ Surdus. Quintil. Decl. 1. 6. Sur-dos votis deos. Senec. Epist. 86. Natura illorum [animalium] surda suadenti. Sil. lib. 11. — fame maioris amore Flagrantem vt vidit iuuenem, surdamq; timori. Liu. ab Vrb. 9. Surdas ad omnia solatia aures. Ouid. Epist. 7. Ille quidem male gratus, & ad mea munera surdus. ¶ Tempestiuus. Idem Met. 14. Tempestiuus erat celo Cythereus heros. Valer. lib. 3. c. 1. Iniquum enim putauit cum honori nondum tempestiuum videri, qui iam virtuti maturus esset. Cic. pro L. Manil. Nō-dum tempestiuo ad nauigandum mari. Idem Tusc. 1. Multa mihi ipsi ad mortem tēpestiuo fuerunt, quæ vitam potuissem obire. ¶ Vtilis. Plin. lib. 11. c. 53. Homini cibus vtilissimus simplex. Idem lib. 16. c. 40. Lignum, non alio pene, quam ad ra-dios rotarum vtile. Cic. Offic. 3. Nōne igitur sapiens, si fame ipse conficiatur, ab- tulerit cibum alteri homini ad nullā rem vtili: minimè verd. ¶ Vtibilis eiusdem ca-sibus adheret. Plaut. in Menab. — ij solent heris Esse vtibiles. — Sic in Merc. Non vtibile hic locus factis tuis. & in Milit. Magis ad rem non potest esse vtibile.

¶ Quædam ex his præpositionem In pro Ad etiam admittunt. ¶ Aptus. Plin. lib. 16. c. 37. Aliæ [salices] virgas emittunt supinarum in delicias cathedarum aptissimas. Liu. bel. Mac. 8. Deprehensi erant genere pugnae, in quod minimè apti sunt. ¶ Accomodatus. Cic. lib. 2. de Inuent. Pars autem peruagatior, & in plerastq; causas accommodata. ¶ Natus. Liu. bel. Pun. 10. Velut fatalē eum ducent in exitium suum natum horrebant. Ouid. Eleg. 1. 1. Ipse ego segnis eram discinctaq; in otia natus. ¶ Promptus. Tacit. lib. 15. Promptum in adulationem ingenium.

Accusatiuus,

post nomen.

**M**obile Mensuræ Quartum, Sextumue reposcit.  
Vt, Septem scrobs alta pedes, & lata duobus.

**A**diectiua, quibus generalis dimensio significatur, accusatiuum, vel ablatiuum casum postulāt, qui certam mensuram significet.

Cato de Re rust. c. 18. Trabem planam imponito, latam pedes duos, crassam pede vno.

Liu. bel. Mac. 7. Fossam sex cubitis altam, duodecim latam cum du-xisset, extrā duplex fosse vallum circumdedit.

De N. Mensuræ, & alijs in Bundus desinentibus. ¶ Schol. 18.

**G**ENERalem dimensionem significant Longus, Latus, Altus, Profundus, Crassus: certam mensuram, Digitus, Vncia, Palmus, Dodrans, Pes, Cubitum, seu Vlna, quod idem est: Passus, Stadium Milliāre, siue Milliariū. Cato de Re rust. cap. 21. Cupam trapeti facito pedes decem tam crassam, quam modiolī postulabunt. Colum. lib. 5. cap. 3. Esto ager longus pedes mille, & ducentos, latus pedes centum viginti. Plin. lib. 35. cap. 14. Didron, quo vtitur, longum se sequi pede, latum pede. Idem lib. 37. c. 2. Transiulit alueum cum tesseris li: sorium & gemmis dhabus, latum pedes tres, longum pedes quatuor. Vitruu. lib. 10. cap. 19. Exhibat in altum turricula lata non minus cubita duodecim. Varr. de Re rust. lib. 1. c. 10. Versum dicunt centum pedes, quoquoer sum quadratum. ¶ Interdum adhibetur genitiuus. Colum. lib. 11. c. 2. Medica singulos cyathos serere oportet in arcolis longis pedum denum, latis pedum quinum. Idem lib. 8. c. 14. Cohors alta nouem pedum. Idem lib. 5. c. 6. Scrobis viuiradici fieri debet latus pedum duorum, longus pedum sex. Vitru. lib. 10. c. 19. Turrem minimam ait oportere fieri ne minus altam cubitorum sexaginta. ¶ Auctores interim propria adiectiui nominis dimensionem substantiuus accommodant. Vitru. lib. 5. c. 10. Aluei latitudo inter parigrem, & pluteum ne minus sit pedes senos. Ita alij loquuntur. Colum. de Arbor. c. 16. ante ipsum accusatiuum IN præposuit. Sulcum [inquit] in quatuor pedes longum, in tres altum, in dupondium, & semissem latum cum feceris, &c. Quod etiā cum substantiuo idem fecit. lib. 8. c. 15. Lacus defoditur in duos pedes altitudinis.

¶ NOMina in Bundus finita, de quorum significatione, iam prius magni nominis Grammatici concertarunt, accusatiuum habent, modò verba à quibus oriuntur, eidem casui copulentur. ¶ Vitabundus. Sallust. Hist. 3. Ea tabula inter molem, atq; insulam mari vitabundus c'assem hostium ad oppidum peruenit. Liu. bel. Pun. Anno ex Brutijs profectus cum exercitu vitabundus castra hostium consulesq; qui in Samnio erant, &c. ¶ Concionabundus. Idem ab Vrb. 3. Hæc propè concionabundus circumibat ho mines. Ibid. lib. 5. Hæc propalam con-

Ecc 2

cionabundus

*cionabundus in dies magis augebat iras hominum. Quamuis Concionandi verbum cum accusandi casu sit rarissimum. ¶ Populabundus. Sisenna Hist. 4. Populabundus agros ad oppidum peruenit. Vide Gell. lib. 11. c. 15. Quod si hæc à verbis datium habentibus oriatur, eidem quoq; adherescunt. ¶ Gratulabundus. Iustin. lib. 6. Atq; isa, velut gratulabundus patriæ, exspiravit.*

### Ablatius, vel genitiuus post nomen.

**V**lt Patrium, Sextumue Ferax, Opulentus, Inanis, Indigus, Immunis, Sterilis, Fœcundus, Egenus, Et Truncus, Dis, atq; Potens, Alienus, Onustus, Exul, & Effœtus, Profugus, Satur, atq; Peritus, Integer, atq; Frequens, Dignus, cum Compote, Nudus, Præq; potens, Expers, Vacuus: tum Fertilis, Vber, Tum liber, Doctus, Validus cum Diuite, Plenus, Atq; Refertus, Inops, quod \*Copia gignit, & Orbus. Copi-  
 ¶ Hæc Opus, Indignus, Fœtus cum Maeste notabis, ofus. 15  
 Lætus & Extorris potius donanda Latino.

**G**ENitiuum, vel ablatiuum sine præpositione exigunt Ferax, &c. Cic. 1. de Orat. Omnia plena consiliorum, inania verborum videmus. Idem Attic. 2. Nulla abs te epistola per hos dies inanis re aliqua vtili, & suavi venerat. 20

**O**PVs nomen adiectiuum accedente verbo substantiuo: Indignus, &c. ablatiuo frequentius adherent, quàm genitiuo Cic. Attic. lib. 12. Apud Terentiam gratia nobis, & tua auctoritate opus est.

¶ SÆpectiam nomen Opus cum substantiuis adiectiuorum more consentit, nec in casus declinatur. Cic. ad Curion. l. 12. Dux nobis, & auctor opus est. Idem ad Curium lib. 7. Sulpitij tibi operum intelligo non multum opus fuisse. Idem Att. lib. 6. Dices numos mihi opus esse ad apparatus triumphi. Idem ad Tiron. lib. 16. Is omnia pollicitus est, quæ tibi opus essent.

De N. exigentibus Genit. vel Ablat. sine præpositione. ¶ Schol. 19. 30

**Q**Uamuis hæc nomina ad alia documenta pertineant, ea tamen libuit vnum in locum congerere, ne sæpius eadem repetantur, eorumq; perceptio sit facilior. ¶ Alienus. Cic. 1. de Fin. Quis alienum putet eius esse dignitatis, quàm mihi quisq; tribuit? Sall. in Catil. Ille eos in domum D. Bruti, quod foro propinqua erat, nec aliena consilij. Ouid. Fast. 1. Et quicumq; loci non alienus erat. Cic. 3. de Diuin. lib. 1. Nec hoc [dij] alienum ducunt maiestate sua. Idem in Rull. 2. Mercaturam alienam actione tribunicia, alienam dignitate P. Rom. Postulat etiã datiuum, de quo supra: & ablatiuum cum præpositione A, vel Ab, ut præ dicitur. ¶ Augustus. Solin. c. 45. de Ægypto: Vsq; ad ead. fœcunditatis sue augusta est, ut vno anno septies fructum efficiat. Mars. l. 10. Municipes augustamibi, quos Bilibis 30  
agri

agri Monte creat, &c. Plin. Paneg. Ut plena altaribus, augusta victimis cuncta. id est, adacta. ¶ Compos. Cic. Philip. 2. Tu mentis es compos? Quintil. lib. 12. c. 1. Mala mens, cum sceleris compos fuerit, sollicitudine, pœnitentia, pœnarum omnium expectatione torquetur. Liu. ab Vrb. 3. Præda ingenti compotem exercitum reducit. Næuius in Danae. Eam nunc esse inuentam opprobrijs compotem scis. ¶ Copiosus. Solin. c. 16. Ager Creticus siluestrium caprarum copiosus est, Sic videtur dixisse Cic. 2. de Fin. Erat [inquit] & cupidus voluptatum, & cuiusvis generis eius intelligens, & copiosus. Tacit. lib. 3. Brutidium artibus honestis copiosum festinatio exstimulabat. Gell. lib. 7. c. 1. Oppugnabat oppidum munitum, re etiam cibaria copiosum. Sic Viteru. lib. 6. proœm. & Solin. c. 35. & 36.

¶ Dignus. Balbus ad Cic. 8. ad Att. Obsecro te Cicero suscipe curam, & cogitationem dignissimam tuæ virtutis. Suet. in Othone c. 4. Ut iam vix vllus esset, qui non & sentiret, & predicaret solum successionis imperij dignum. Liu. bel. Mac. 2. Haud satis dignum tanti laboris, periculiq; pertinuerat. Datio etiam iunxit Plaut. in Pæn. — pulchrum, & celebrem, & venustatis diem Plenum, dignum Veneri pol cui sunt Aphrodisia hodie. Sic emendati codices habent. Sall. Jug. Si quid meq; vobisq; dignum petieris, haud repulsus abibis. Cui ablatiuo passim reperitur.

¶ Dis. Stat. Theb. 7. — dites pecorum comitantur Erythra. — Virg. Æn. 1. — ditissimus agri Phoenicum. — Mela lib. 3. c. 6. [Britanni] pecore, ac frumentibus dites. Tacit. lib. 3. Pecunia dites. Plin. lib. 6. c. 28. Caurarani, quod significat ditissimos armento. ¶ Diues. Solin. c. 68. Persis variarum opum diues. Virg. Æn. 9. — diues pictæ vestis, & auri. Idem lib. 10. Mantua diues anis — Curt. lib. 8. Diues regio habebatur non auro modo, sed gemmis quoq; margaritisq;.

¶ Diuersus habere posse genitiuum ostensum est supra Schol. 14. datiuumq; sæpius admittere probatum est Schol. 15. Ablatiuo sine præp. iunxit Plin. Panegy. Ponere magistratus, quàm dignum te, quàm diuersum consuetudine eorum, qui, &c. ¶ Docilis. Sil. lib. 16. Et docilis freni, & melior parere Pelorus. Horat. Serm. 2. Saty. 2. Parebit parui docilis Romana inuentus. Idem Carm. 4. od. 6. — docilis modorum. Plin. l. 10. c. 42. Habebant lusciniæ Græco, atq; Latino sermone dociles. Reperiri etiam cum datiuo, vel accusatiuo, & præpositione Ad, ostensum est supra Schol. 16. ¶ Doctus. Gell. lib. 13. cap. 12. Legum, atq; morum Pop. Rom. iurisq; ciuilibus doctum apprime fuisse. Plin. lib. 25. c. 2. Libertum Grammaticæ artis doctissimum. Cic. in Brut. Docti & Græcis literis, & Latinis.

¶ EFFœtus. Sallust. Catilin. Res veluti effœta parentum. Virg. 7. Æneid. — veriq; effœta senectus. Plin. l. 17. c. 2. Tellus succi plena, ac lactescens vitæ satis non effœta. Hoc est, non defecta, sed copiosa. ¶ Egenus. Liu. ab Vrb. 9. Omnium egenæ corpora humi profrauerunt. Tacit. lib. 15. Comitatibus non egenum. Idem lib. 12. Neq; aliud præsidium, quàm Castellum comæatu egenum.

¶ Expers. Terent. Heaut. — ne expers partis esset de nostris Ionis. Cic. de Or. 2. Antonius omnis eruditionis expers. Idem de Vniuers. Quinq; autem reliquis moribus



orbem eum esse voluit expertem. Sallust. Catil. Fama, & fortuna expertes. Plaut. Asin. — expertis sis metu. Idem Persf. — ea res me domo expertem facit. ¶ Extorris Sallust. Jug. Me extorrem patria, domo, inopem, & coopertum miseris effecit. Lix. ab Vrb. 7. Extorrem vrbe, domo, penatibus, foro, luce. Idē ab Vrb. 2. Ne se ortum eiusdem sanguinis extorrem perire sinerent. Sed ambiguum videtur, an genitiuus ille, Sanguinis, à voce Extorris dependeat. Clarius locutus est Stat. 12. Theb. Illum oro extorrem regni, belloq; togatum. ¶ Exul adiectiuorum naturam induit aliquando. Curt. lib. 5. Hominem terrarum orbis exulem. Horat. lib. 2. Carm. od. 16. — patrie, quis exul Se quoq; fugit. Ouid. Met. 9. — exul mentisq; domusq;. Sallust. Jug. Exul patria, domo. Admittit & ablatiuum cū præp. A, de quo pauld post. ¶ Ferax. Plin. ad Fund. lib. 4. Vellem tam ferax seculum bonis artibus haberemus. Ouid. Eleg. lib. 2. Terra ferax Cerere, multoq; feracior vis. Stat. Theb. 7. — feracem Messe Coronēam Baccho, Glisanta colentes. Virg. Georg. 2. Illa ferax oleo est. — Ita Non. Marcell. legit. Vide Pierij castigationes, qui ex vetustissimis libris hanc Nonij lectionem probat. Nunc tamen libri complures, Olea, habent. ¶ Fertilis. Lix. ab Vrb. 5. Fertilis hominum frugumq; Gallia. Plin. lib. 21. c. 15. Ægyptus frugum fertilissima. Idem lib. 5. c. 5. Ager arboribus fertilis habetur. Idem lib. 6. c. 23. Flumen Carmanie auro fertile. Liu. bel. Pun. 8. Insulam fertilem agro, viris, armisq;. ¶ Fessus bello Cic. de Diuinat. Fessus cursu Liu. ab Vrb. 1. & passim apud alios Fessus estu, itinere, via, viuendi fatietate, Fessus vita, &c. Quorum pleraq; ad communem ablatiuum Cause reuocari possunt. Cum genitiuo Virg. Æn. 1. — Cerealiaq; arma Expediunt fessi rerum — ¶ Fœcūdus. Tacit. de Moribus Germ. Regio pecorum fœcunda. Plin. lib. 33. c. 4. Nulla fœcundior metallorum erat tellus. Lucan. lib. 1. — fœcunda virorū Paupertas fugitur. — Stat. Theb. 10. Nox fœcunda operum. — Me. la. lib. 2. c. 7. Ebusos frumentis tantum non fœcunda. Sic idem lib. 1. c. 21. Virg. Æn. 6. — fœcūdaq; pœnis Viscera. — Ou. Met. 3. Vberibus fœcūdus aquis. — Cum datiuo protulit Plin. lib. 15. c. 17. Cibis fœcundum, lucernis vrile soleum fœcūcium. ¶ Fœtus. Cic. de Nat. 2. Terra verd fœta frugibus, & vario leguminū genere. Stat. lib. 3. Sylu. Batanosq; sinus, & fœta tepentibus vndis Littora. — Cum genitiuo copulauit Sil. lib. 17. Noui fœta viri belli præcordia — ¶ Frequens. Tacit. lib. 4. de Cælio monte. Quod talis syluæ frequens erat. Curt. lib. 9. Nemus agrestium pauonum multitudine frequens. ¶ Immunis. Senec. de Vit. beat. c. 26. Animus vitiorum immunis. Quint. decl. 9. Alterum [amicum] malorum omnium immunem fortuna fecerat. Plin. lib. 17. c. 14. Caprisicus omnibus immunis est, quæ adhuc diximus. Senec. Hipp. — solus immunis metu Hippolitas. — ¶ Inanis. Cic. pro Mur. Peruulgata, atq; in manibus iactata, & excussa, inanisima prudentiæ reperta sunt. Idē Verr. 5. Vnus ager Agyrinensis centum septuaginta aratoribus inanior cum sit. ¶ Indignus cum ablat. frequenter; cū genit. raro coniungitur. Virg. Æneid. 12. Descendam magnorum haud quamquam indig-

nus auorum. Datiuo iunxit Terent. Hecyr. Sed quando esse indignam se se deputat marri meæ. ¶ Indigus. Plin. lib. 8. c. 40. Hæc erant fidissima auxilia nec stipendiorum indiga. Sallust. Jug. Egomet opem tuli nullius indigus. Indigus omni auxilio Lucret. lib. 5. ¶ Inexplebilis. Senec. de Consol. ad Alb. cap. 13. Vbi colloquia, quorū inexplebilis eram. Plin. l. 11. c. 23. Cū sitiunt [scorpiones] inexplebiles potu. ¶ Inops. Cic. de Amic. Tum intelligitur, quàm fuerint inopes amicorum. Et 2. de Orat. Nobis oratorem descripseras inopem humanitatis. Idem de Clar. Orat. Lentulus inops verbis. ¶ Integer. Sallust. Hist. lib. 2. Copijs integra. Mart. lib. 6. Integer pudore. Cic. in Art. Rhet. Integer animi fuisse demonstratur. Apud Poetas cum genitiuo frequenter, Integer cui, annorum, vitæ, &c. Item cum præp. A, de quo pauld post. Item cum præp. Ad. Cic. pro Flacc. Ego me ad id, quod attulerit, integrum seruabo. ¶ Lætus. Sall. Hist. 2. Frugum, pabuliq; lætus ager. Tacit. lib. 2. Lætus animi, quod aduersa maris expeditione prospera pensauisset. Sil. lib. 13. Lætus opum, sed clauda fides. — Virg. Æn. 11. — quas illi læta laborū, &c — Sidonia Dido Fecerat. — Cic. de Senect. Nec verd segetibus solum res rustica læta sunt, sed hortis etiam. Horat. Epist. lib. 1. Lætus sorte tua viues sapienter Ariste. ¶ Liber. Senec. Hippol. Spei, metusq; liber. Horat. in Art. — liberq; laborum Rusticus. — Ou. Epist. 1. Neue reuertendi liber abesse velis. Lucan. lib. 4. — suas curarū liber in vrbes Spargitur. — Sic Plaut. 20 Amph. Cic. de Fin. 5. Ille summum bonum appellat animum terrore liberum. ¶ Macte. Sil. lib. 12. Agno scensq; decus mactæ ò virtutis auitæ. Macte Antenori. — Mart. lib. 12. Macte animi, quem rarus habet. — Liu. ab Vrb. 7. Decius, Macti virtute, inquit, milites Romani este. Sic idem ab Vrb. 10. Stat. Sylu. 1. Macte bonis animi. — Ita alij frequenter. ¶ Nudus. Sallust. Jug. Per loca equalia, & nuda gignentium ventus coortus arenam humo excitauit. Quint. lib. 4. c. 1. Asperitas nuda questionum. Cic. ad Att. lib. 7. Huic tradita est vrbes nuda presidio. ¶ Onustus. Tacit. lib. 15. Vis camelorum onusta frumenti. Hirc. de bel. Afr. Triremem hostiū onustā remigū cepit. Sic Plaut. non semel. Cic. 1. de Diu. Onusti cibo, & vino omnia confusa cernimus. ¶ Opulentus. Tacit. lib. 18. Prouincia, nec virorum inopes, & pecunie opulenta. Stat. Theb. 6. Sylua comas largæ quæ non opulentior vmbra. Sall. Jug. Quæ pars Numidicæ Mauritaniæ attingit, agris, virisq; opulentior, Iugurtæ traditur. Liu. bel. Mac. 5. Ed victorem opulentum præda exercitum reduxit. ¶ Opus adiectiuum cum datiuo simul ablatiuum, & aliquando genitiuū, admittere probatur inferius Sch. 20. ¶ Orbis. Plaut. Rud. — orbis auxiliij, opumq;. Ouid. Met. 14. Prætentatq; manu syluas, & luminis orbis Rupibus incurfat. — Idem in Ibin. Prætentens baculo luminis orbis iter. Sic Stat. 9. Theb. Cic. Figulo lib. 4. Itaq; orbis rebus is omnibus, quibus consuetudo assueceter. ¶ Peritus. Gell. lib. 11. c. 18. Draco Atheniensis iuris diuini, & humani peritus. Cic. in Brut. L. Cælius iuris valde peritus. Idem pro Client. Quis P. Octanione peritor. Vsu peritus apud eundē, & Casare inuenies. V. l. 1. c. 1.

Architectus pluribus artibus debet esse peritus. ¶ Plenus. Cic. Pro Font. Gallia plena civium Romanorum. Idem ad Papir. lib. 9. Stultorum plena sunt omnia. Idem 3. de Fin. Ne illud quidem est consentaneum, ut si ed beator quisq; sit, quod sit corporis, aut externis bonis plentior. Liu. bel. Pun. 6. Urbem omni bellico apparatu plenam. ¶ Potens. Valer. Max. lib. 5. c. 3. Potentes consilij. Tacit. lib. 2. Rerum omnium potentem. Liu. bel. Mac. 7. Romanos potentes maris. Item bel. Pun. 6. Dum mei potens sum. Idem ab Urb. 1. Vir diuitijs potens. Sallust. Jug. Rex genere, fama, atq; copijs potens. ¶ Præpotens. Cic. de Diuinat. 2. Rerum omnium præpotentem Iouem. Liu. ab Urb. 7. Ille præpotens opibus populus.

¶ Profugus. Tacit. lib. 15. Tiridates regni profugus. Plin. lib. 7. c. 28. Bis ab Antinibile captus [M. Sergius], bis vinculorum eius profugus. Liu. bel. Mac. 4. Annibal patria profugus. Plin. de Vir. Illust. Urbe Tarquinij profugus Romam petijt. Et cum præp. A. de quo infra Scol. 22. ¶ Purus. Horat. 1. Carm. od. 22. — scelerisq; purus. Idem Serm. 2. — & purum est vitio, tibi cum tumidum est cor.

¶ Refertus. Cic. pro Font. Referta Gallia negociatorum est. Idem pro Planc. Cognoni refertam esse Galliam sceleratissimorum hominum. Idem ad Att. lib. 7. Urbs referta copijs. Plin. lib. 5. c. 1. Saltus refertos elephantorum, & serpentum omni genere [inhabitant Canarij]. ¶ Satur. Terent. Adelph. — sed postquam intus sum omnium rerum satur. Colum. lib. 7. c. 4. Quo saturior lactis agnus celeriter confirmetur. Idem lib. 6. c. 23. Ad quem saturæ pabulo libenter recurrunt. Plin. lib. 8. c. 25. Saturum cibo piscium [crocodilum] &c. ¶ Sterilis. Tacit. lib. 17. Seculum virtutum maxime sterile. Curt. 1. 7. Solo materie maxime sterili. Ibid. Sterilis est terra materie. Plin. Panegy. Quod temporis punctum aut beneficio sterile, aut laude. ¶ Suspectus genit. vel datiuum postulare docuimus iam supra Schol. 14. Ablatio usus est Plin. de Vir illust. c. 46. Claudia falso incestu suspecta. Pallad. lib. 1. c. 16. præp. De, addidit. Prouincia, quam colimus de morbis estate suspecta est. Suspectus in mortem matris dixit Suet. in Vitell. cap. 14.

¶ TRuncus. Virg. 4. Georg. Trunca pedum primo. — Sil. lib. 10. Ceu truncus capitis senis exercitus armis Sternitur. — Quid. Met. 4. Et generat truncas pedibus, &c. — Scat. Theb. 2. — huic truncos ictibus enses Subligat — ¶ Vacuus. Terent. Heaut. Sine sine vacuum tempus ne quod dem mihi Laboris. — Tacit. lib. 19. Indigus rectoris, vacuus consilij. Cic. 4. de Fin. Vacui negotijs honeste possumus viuere. ¶ Validus. Liu. ab Urb. 7. Aduersus Samnites, gentem opibus, armisq; validam mota arma. Plin. ad Minuc. lib. 3. Hispanum etiam facundia validum. Tacit. lib. 15. Animi validus. Et lib. 18. Coloniam virium, & opum validam. Item lib. 4. Malefica vite, sed orandi validus. ¶ Vber. Sil. lib. 4. — erat cui diuitis vber Campi Fulginea. — Iust. lib. 44. vtriq; casui coniunxit. Regio cum aris, & plumbi vberima, cum minto. Cic. in Pison. Vbi illa vberima supplicationibus, triumphisq; prouincia? Ouid. Met. 4. — arbor erat nucis vberima pomis.

Opus adiectiuum cum ablatiuo frequentissime vsurpatur. Opus est dicto, facto, consulto, incepto, locato, quælitio transcurso reperies apud probatos auctores. ¶ Iunctum verbo, Habeo, retinet eundem casum. Colum. lib. 9. c. 1. Nam ut graminiibus, ita frugibus roburneis opus habent.

¶ Iungitur etiam interdum cum genitiuo. Plancus ad COSS. Præf. &c. lib. 10. Epist. Sed aliquantum nobis temporis, & magni laboris, & multe impense opus fuit, ut que Reip. bonisq; omnibus polliceremur, exitu prestaremus. Nisi forte subest aliqua figura, que nos latet: nam Temporis ab Aliquantum pendet: genitiui vero Laboris, & Impense, non video unde pendeant. Item Propert. lib. 2. eleg. 10. —

sumite vires Pierides: magni nunc erit oris opus. Apul. lib. 9. Met. Mihi operæ eius opus est. Quint. lib. 12. c. 3. Sed etiam si nosse quid quisque senserit, volent. lectionis opus est. Castigatores codices sic habent. Iungebant prisca Opus etiam cum accusandi casu. Plaut. Trucul. Pueri opus est cibum. Cato de Rust. c. 17. Et longitudini opus est calcis modium unum, arene modios duos. ¶ Peropus eius compositum iungitur tantum cum Infinito: idq; apud unum Terent. in Andr. Peropus est, aut hunc cum ipsa: aut me aliquid de illa aduersum hunc loqui.

¶ Vtus, cum Opus significat eodem modo serè construitur. Liu. bel. Pun. 6. Alij offerunt se, si quo vsus opere sit. Gell. lib. 1. c. 14. Pecuniam, qua nihil sibi esset vsus, non accipere. Plaut. Asin. Viginti iam vsus est filio argenti minis. Virg. 8. Arma acri facienda viro: nunc viribus vsus, Nunc manibus rapidis. — Plaut. Pseud. Ad eam rem vsus est hominem astutum, doctum, scitum, & callidum. pro opus est homine astuto, &c. Idem Persa. — ad eam rem vsus est tua mihi opera.

Idem Stich. Igitur queramus nobis, quid facto vsus sit. Idem Bacchid. Sed nunc trulentento mihi, atq; sæuo vsus sene est. Idem Amph. Sed vbi summas imperator non adest ad exercitum Citius, quod non facto est vsus, sit, quam quod facto est opus. Cic. 4. Tusc. vsus pro Opus vititur, sed sine casu, De cæteris studijs, inquit, alio loco dicemus, si vsus fuerit. Sic etiam Terent. in Heaut. Mihi sic est vsus: tibi vobis est opus facto, face. Et Plaut. Bacchid. Sed nunc quantum vsus est auri tibi

Mnesilochæ? MN. numis ducentis iam vsus est. Itaq; vsus pro Opus cum ablatiuo serè apud Poetas maxime comicos in vsu est. Terent. Hecy. Non vsus facto est mihi nunc hunc intro sequi. Idem Adelph. — & monco, quid facto vsus fiet. Cum genitiuo pronominis eleganter vsurpatur. Liu. ab Urb. 3. Si quis vsus mei est, nihilo minor ex priuato capietur. Ibid. lib. 5. Aut vbi vsus erit mei vobis?

### Ablatiuus sine præp. post nomen.

FRETus amat Sextum, Locuples, Oriundus, Amœnus. Præditus, & Cassus, Grauidus, Contentus, Opimus, Defectus, Captus, Grauis, Infœcundus; & vnum, Quod parit\* Erudio; genitumq; à voce\* Libutus.

\* Eruditus.

\* Delibutus.

Fretus.

**F**retus, Eruditus, Delibutus, &c. ablatiuo contenta sunt.

Sall. Jug. Sylla literis Græcis, ac Latinis doctissime eruditus.

**De N. ablatiuum sine præpositione postulantibus.** ¶ Schol. 21.

**A** Mœnus. Melal. 3. c. 2. Amœna lucis immambus [Gallia.] Plin. lib. 10. c. 29.  
 Lacum amœnum arbusculo agro. ¶ Captus. Cic. pro Rabir. Mancus, & mēbris omnibus captus. ¶ Castus. Virg. Æneid. 2. — nunc cassum lumine lugent.  
 ¶ Contentus. Cic. pro Quint. Mediocri questu contentus esse non poterat.  
 ¶ Defectus. Colum. lib. 1. Proœm. E turba pediffi: quorum defectissimum quemq;  
 annis, & viribus in agrum relēgat. Senec. Hippol. Iam viribus defecta non idem  
 uigor. ¶ Delibutus. Cic. de Clar. Orat. Deuinctus erat fascijs, & multis medi-  
 camentis delibutus. ¶ Eruditus. Idem in Brut. Decius Brutus erat cum literis  
 Latinis, tum etiam Græcis eruditus. Præposit. Ad, cum accus. etiam admittit. Idem  
 ad Q. fr. lib. 1. Sic verò fallaces sunt permulti, & diuturna seruitute ad nimiam  
 assentationem eruditi. ¶ Exilis. Lucan. lib. 3. — nimium glebis exilis Arisbe.  
 ¶ Fretus cum ablat. frequentissimum est: cum datiuo copulauit. Liu. ab Vrbe. 6. ¶  
 Multitudo hostium nulli rei, præterquam numero, freta. ¶ Grauides. Plant. Capt.  
 Quod bonis beneficit beneficium, gratia ea grauida est bonis. Cic. 1. de Diu. — na-  
 tos vberibus, grauidis vitali rore, rigabat. Ouid. Met. 10. Piscosamq; Cnidon,  
 grauidemq; Amathuntæ metalis. ¶ Grauis. Liu. bel. Pun. 10. Scipio grauem  
 iam spolijs multarum urbium exercitum trahens. ¶ Infœcundus. Mel. lib. 3. c. 20.  
 11. Getulorum ne litora quidem infœcunda sunt purpura, & murice. Stat. Theb.  
 4. — non fortibus illa Infœcunda viris — ¶ Locuples Cic. pro Q. Rosc.  
 Copijs rei familiaris locupletes. Horat. 2. Epist. — locupletem frugibus annum.  
 ¶ Moratus. Terent. Hecyr. Vxorem habes? aut quibus moratam moribus?  
 ¶ Nemorosus. Colum. lib. 2. c. 2. Locum consideremus, nemorosus arboribus, an  
 lapidibus confragosus. ¶ Opimus. Cic. Verr. 3. Opimum præda. Colum. lib. 3. c.  
 vlt. Biturica fructibus opima. Solin. cap. 47. Idumæa inde incipit, palmis opima.  
 ¶ Oriundus. Cic. ad Cæs. iunior. Epist. lib. 13. Scythijs oriundum. Colum. lib. 1. c. 3.  
 Liberis parentibus oriundus. Præposit. sæpius adfiscit. Idem lib. 1. c. 5. Huic pro-  
 xima fluens aqua è montibus oriunda. ¶ Ouans. Liu. bel. Pun. 7. Lati ouanti-  
 bus victoria obsuam irent. ¶ Pollens. Sall. Jug. Vbi primum adoleuit, pollens vi-  
 ribus, decora facie, non se luxurijs, atq; inertia corrupendâ dedit. ¶ Præpollens.  
 Liu. ab Vrbe. 1. Gens diuitijs præpollens. Hæc ex participijs facta nomina verborum,  
 vnde oriuntur ablatiuum retinent. Parum autem refert, quid ea vel cum nomi-  
 nibus, quorum naturam induunt, vel cum participijs ediscenda proponatur: dum-  
 modo casus non ignoretur. ¶ Præditus. Cic. Philipp. 2. Patri persuasi, ut redi-  
 meret adolescentem summa ope & animi, & ingenij præditum. ¶ Prægnans.  
 Plin. lib. 32. c. 6. Grandescunt ostrea circa initia æstatis, multo lacte prægnantia.  
 Idem lib. 24. c. 15. Carpitur [trissago] prægnans succo in petrosis. ¶ Prægrauis.  
 Cur. lib. 10. Cratæris aureis, eiusdemq; materia ingentibus poculis prægrauis.  
 ¶ Pisculentus.

¶ Pisculentus Solin. lib. 11. Pachynum thynnus, & omnibus mari nantibus piscu-  
 lentissimum. ¶ Quæstuosus. Curt. lib. 4. Quæstuosus gens Syrtica nauigiorum  
 spolijs quæstuosus. ¶ Siluester. Plin. lib. 35. cap. 2. Iuxta montem siluestrem arbo-  
 ribus electrum ferentibus. ¶ Siluofus. Idem ibid. In silua cedri genere siluofus.

### Ablatiuus cum præpositione

post nomen.

**O**rdinis accipiant Sextum Numeralia, iunctis  
 A, vel Ab. Extorris, Nudus, Diuersus eadem  
 Incautus, Fugitiuus amant, Innoxius, Exul,  
 Auersus, Securus, Inops, Alienus, & Orbus,  
 Integer, atq; Alius cum Degener: adijce Purus,  
 Castus, & Inimicus, Vacuus, cum Sospite Liber,  
 Absonus, ac Tutus, Profugus: velut Exul ab vrbe,  
 Liber ab insidijs, Non hospes ab hospite tutus.

**A**diectiua Diuersitatis, & Numeralia ordinis ablatiuum cum præposi-  
 one A, vel Ab, admittunt. ¶ Item extorris, Nudus, &c.

Cic. Acad. 4. Certa cum illo, qui à te totus diuersus est.

Hircius, Bel. Alex. Sacerdos maiestate, & potentia secundus à rege.

**Cic. in Verr. lib. 4. His quidem temporibus liberi fuerunt ab omni sumptu,  
 molestia, munere. Idem pro Dom. sua. Taminops, aut ego eram ab  
 amicis, aut tam nuda Resp. à magistratibus?**

**De N. Ordinalibus, & alijs ablatiuum cum præp.**

A, vel Ab, postulantibus.

¶ Schol. 22

**N**umeralia ordinis sunt Primus, Secundus, Tertius, Quartus, &c. Cic. Acad.  
 4. Post autem conficta à Carnéade, qui est quartus ab Arcésila. ¶ Alter pro  
 Secundus ablat. similiter efflagitat. Virg. Eclog. 5. Fortunate puer tu nunc eris al-  
 ter ab illo. Idem Eclog. 8. Alter ab vndecimo iam tunc me ceperat annus.

¶ Secundus etiam cum datiuo reperitur. Iust. lib. 11. Pollicetur se præstaturum  
 ea Dario, si secundus sibi, non par haberi velit. Sil. lib. 12. Infelix fidei, miserq; se-  
 cunda Sagunto. Sic Plin. & Curt. vt ostensum est supra Schol. 15. Hæc ablatiuum  
 interdum genitiuo permutant. Cic. ad Attic. 3. & Hirc. bel. Afr. Post diem terti-  
 um eius diei, quo prælium factum erat. ¶ Adiectiua diuersitatis sunt Alienus,  
 Alius, Diuersus, & similia, de quibus, quæ non multa sunt, promiscuè cum cæteris  
 agemus. ¶ Alienus Cic. ad Att. lib. 6. Navigationis labor alienus ab ætate no-  
 stra. ¶ Alius pro Diuersus huc etiam spectat. Marc. Brutus, & Cass. Antonio, 11.  
 Famil. Nos ab initio expectasse otium, nec quicquam aliud à libertate communi  
 quæsisse, exitus declarat. Præpositionem detraxit Horat. Epist. lib. 1. Nèue putes  
 alium sapiente, bonoq; beatum. Id est, alium nisi bonum, & sapientem virum. E  
 lib. 2. epist. 1. Edicto vetuit nequis se præter Apellè - Pingeret: aut alius - Lysippo  
 duceri.

duceret ara Fortis Alexandri vultum simulantia. — id est, alius à Lyfippo.  
 ¶ Absonus cū Ab. Liu. ab Vrb. 7. Nec absoni à voce motus erant. ¶ Auerlus. Idem ibid. Cū viderent auerfos à dimicatione militum animos. Cic. Attic. 11. Quintus auerfissimo à me animo fuit. ¶ Castus. Plaut. Pnul. — eo sumus gnato genere, vt deceat à culpa esse nos Castas. — Cic. Philip 13. Res familiaris cū ampla, tum casta à cruore ciuili. Colum. lib. 9. c. 14. Castus sit à rebus reueris. ¶ Degener. Curt. lib. 7. Sed iam bilingues erant, paulatim à domestico, externoq; sermone degeneres ¶ Diuersus. Curt. lib. 6. Mare Caspiū alic piscēs longè diuersi ab alijs coloris. ¶ Extorris. Liu. lib. 5. ab Vrb. Ne exulem extorem populi Rom. à solo patrio, à dijs Penatibus in hostium urbem agerent.  
 ¶ Exul. Lucan. lib. 6. — patrie primis à sedibus exul. Sic in Cod. de Testam. l. 6. Tit. 23. Quā [selsitatem] vt exul fiat à rep. nostra maximè in testamento confectione cupientes, &c. Huic autem casum à verbo Exulo videtur accepisse, cui iungitur apud Solin. c. 44. Atlantes ab humano iure prorsus exulant. ¶ Fugitiuus. Cic. Verr. 6. Neque tam fugitiui illi à dominis, quā tu à iure, & à legibus. ¶ Immunis. Senec. de Tranq. Vit. lib. 1. Miles vigiliis diuidit, & nex immunis est ab expeditione redeuntium. Plin. lib. 32. c. 4. Si dentes per annos colluantur testudinum sanguine, immunes à dolore sunt. ¶ Incautus. Liu. bel. Mac. 10. Proficiens animo exitum incauti à fraude fraterna iuuenis. ¶ Inops. Cic. ad Att. 1. Qui sic inopes & ab amicis, & existimatione sunt, &c. ¶ Innoxius pro eo quod aliunde periculum, seu noxa non capit, huc etiā spectat. Colum. l. 2. c. 10. Sic cōdita [saba] à curculionibus erit innoxia. & l. 5. c. 9. Vt [truncus] sit innoxius ab iniuria pecorum. ¶ Integer. Cic. Verr. 7. Mirari, quōd Apollonius homo pecuniosus tam diu ab isto maneret integer. Sic idem pro Quint. Senec. de Ira lib. 1. cap. 16. A multis ritijs integer. Integer à labore inuenies apud Cæs. bel. Gall. 3. ¶ Liber. Cic. pro L. Agr. 1. Liberi à delictis, cauti in periculis, &c. ¶ Nudus. Idem post red. ad Qu. Me autem nudum à propinquis, &c. ¶ Opus. Cæs. bel. Gall. 1. Aricnistrus respondit, si quid ipsi opus esset à Cæsare, se se ad eum fuisse venturum. ¶ Orbus. Cic. pro Flac. Orba fuit ab optimatibus illa concio. ¶ Profugus. Plin. lib. 6. c. 19. Serui à dominis profugi. Admittit & præp. Ex. Liu. bel. Mac. 4. Cum Aphyrem ex regno suo profugum persequeretur. ¶ Purus. Liu. ab Vrb. f. Extrinsecus puri aliquid ab humano patēret cultu. Senec. Epist. 4. Mens ab omni labe pura, & splendida. Sine præp. Lucan. ad Pison. — plena pudoris Libertas, animusq; mala ferrugine purus. ¶ Securus. Plin. lib. 28. c. 9. Pelles eiusdem animalis substratæ securos præstant ab eo metu somnos. Planc. ad Cic. lib. 10. Securos nos ab hac parte reddemus. In eundem sensum cum De. Liu. bel. Mac. 6. Antiochus securus de bello Romano erat. Curt. lib. 7. Rex de Spartanis baud quaquam securus. Cels. lib. 2. cap. 6. Moritur aliquis, de quo medicus securus primo fuit. ¶ Sospes. Horat. 1. Carm. od. 27. — minuit furorem. Vix vna sospes natis ab ignibus. Sic Ouid. 10. Met. Sospes ab incurfu domus. ¶ Tutus. Liu. bel. Pun. 8.

Quorum

Quorum ego fidei ita innitar, vt bene tutus à perfidia sim. Idem ab Vrb. 9. Vt appareat nos tutos à criminibus istis esse. Hirc. de bel. Alex. præpositionem subicit. Incendio [inquit] serē tuta est Alexandria, quōd sine consignatione, ac materia sunt edificia. Cum Ad. iunxit Liu. bel. Mac. 6. Testudinem tutam ad omnes ictus. ¶ Vacuus. Cic. de Arusp. Quæ tandem est in hac vrbe tanta domus ab ista religionis suspitione tā vacua, atq; pura. ¶ Vanus. Liu. ab Vrb. 4. Intentisq; Hetruscis ad vanas à certo periculo minus, &c.

Comparatiua;

10 SI duo cuiusuis generis; vel plurima confers. Quæ generis sint diuersi, uignabere Sexto Collatiua gradu: vt Dantur maiora periculis. Præmia. Virtus est omni pretiosior auro.  
 15 Comparatiuo vtimur cum ablatiuo, quando vel plura diuersi generis comparantur. Cic. In Calil. Orat. 1. Luce sunt clariora nobis tua consilia. ¶ Vel cum duo eiusdem, aut diuersi generis conferuntur. Cic. Ad Octau. Quæ non posterior dies acerbior priore populo Ro. illuxit? Senec. Thyest. Nulla vis maior pietate vera est.

De vario Comparatiuorum vsu.

¶ Schol. 23

20 Inter ea, quæ sunt diuersi generis, varijs modis fit cōparatio. Aut enim vnū cū multis comparatur, vt Præmiū cū periculis: aut multa cū vno tantum, vt Pericula cum præmio: aut multa cum multis, vt Præmia cum periculis: aut vnum cum vno solum, vt præmium cum periculo: in quibus omnibus locus est comparatiuo. Dices ergo Præmium est maius periculis, Pericula sunt maiora præmio, præmia sunt maiora periculis, Præmiū est periculo maius. Fit etiā inter duo eiusdē generis, vt si dies cū altero die, aut hora vna cū altera cōparetur; quæ iā ex dictis perspicua sūt. ¶ Apud Veteres interdum leges Comparatiuum cum ablatiuo, etiam cum res eiusdem generis conferuntur. Senec. lib. Epistolar. 8. Quid ergo hoc est? Deus scilicet maior, ac potentior cūctis. Plin. Panegy. Hic, qui omnibus exelsior, in concussus stetit. Plin. lib. 9. c. 31. de Cancris. Dextrum brachium omnibus maius. Idem lib. 36. cap. 7. vbi de generibus marmorum agit. Pretiosissimi, inquit, quidam generis Lacedæmoniorum viride, cunctis bilarius. Eodem lib. c. 9. vbi de canau agit, qua Caius obeliscum ex Aegypto Romam importauit. D. Claudius, inquit, aliquot per annos asseruatam, qua Caius Cæsar importauerat, omnibus, quæ vniquam in mari visa sunt, mirabiliorem. Valer. Max. lib. 4. cap. 3. Idem sensit Fabricius Licinius honoribus, & auctoritate, omni ciuitate temporibus suis maior. Gell. lib. 1. cap. 5. Hortensius omnibus ferme oratoribus ætatis sue, nisi M. Tullio, clarior. Instin. lib. 2. Scythiam editiorem omnibus terris esse. Virg. 8. — sed cūctis altior ibat Anebises. — Curt. lib. 9. cum genitiuo iunxit. In oculis duo maiora.

omnium nauigia submersa sint. Iuniores Grammatici subaudiunt vocē excludentem, Ceteris, vel Reliquis. ¶ Donatus 2. Edit. Seruius in eumd. Diomedes lib. 1. Prisc. lib. 3. docent Comparatiuo locum esse etiam, cum res eiusdem generis comparatur. Illud perspicuum est, locum esse Comparatiuo, cum multa eiusdem generis conferantur adhibitis vocibus exclusionem significantibus, Ceteris, Reliquis, & alijs. Plin. ad Canin. lib. 9. Hoc certamine puer quidam audentior ceteris, in anteriora tendebat. Plin. lib. 14. c. 4. Idq; Vinum frigidius reliquis existimatur in frigido potu. Plin. Panegy. Tu sola corporis proceritate elatior alijs, &c. Qui casus in accus. cum præp. Præter mutari potest. Suet. in Calig. c. 9. Multoq; præter ceteras altiore statu cruce inussit. In illo Sallustij lib. 2. Histor. Vir grauis, & nulla arte cuiquam inferior. Item Plin. lib. 3. c. 16. Padus nulli amnium claritate inferior. & lib. 4. c. 14. Inrorus verò nulli inferius nobilitate Hercinyum iugum pretenditur. Comparatiuum, vt vides, datiuo adiungitur. Qui datiuus accommodatè ad naturam Comparatiui per ablatiuum effertur, vt in illo Liu. bel. Pun. 1. Incolunt prope Allobroges, gens iam inde nulla Gallica gente opibus, aut fama inferior. Nominini Tantum substantiuè sumpto vim comparatiui Lucanus attribuit lib. 9. Parua modo serpens, seti qua non vlla cruenta Tantum mortis habet. — Quod quamuis à lege Grammaticorum, & consuetudine cōparationis abhorreat, absque simili necessitate non videtur imitandū. Forte præpositionem, Præ, subaudiendi voluit per Eclipsim, scilicet, Præ qua non vlla, &c. ¶ Ponitur aliquādo genitiuus post Comparatiua. Plin. Traiano lib. 10. Cautum est, ne quis capiat magistratum minor annorum 30. Colum. lib. 6. c. 24. Ex his, qui maiores sunt, quàm duodecim annorum, prohibentur, &c. Idem de Arb. c. 16. Vitem ne minorem decem pedum sternito. Plin. lib. 17. c. 22. Huic vinee trium pedum altitudo excelsior nuntat; ceteris à quinto. &c. Varro de Re rust. lib. 2. c. 3. Castrare oportet agnum non vltimorem quinq; mensium. Ibidem c. 7. Vidēdum ne sint maiores 10. annorum. Si quis ablatiuum in his locutionibus, vt Ætate, Longitudine, & similes per Eclipsim subintelligendos esse crediderit, haud repugnauerim.

## APPENDIX. I.

**S**I, Quàm, interueniat, meritò gradus ille Latinus. In casum migrare potest, quem verba reposcunt. Vt, Nihil horridius vidi, quàm bella draconum.

**A**blatiuus Comparatiui intercedente coniunctione, Quam, mutari potest in casum verbo congruentem. Cic. in Verr. lib. 5. Tu innocentior, quàm Metellus? Idem ad Att. lib. 24. Nemo vnquam neq; Poëta, neque Orator fuit, qui quemquam meliorem quàm se arbitraretur. Liu. bel. Pun. 10. Melior, certiorq; est tuta pax, quàm sperata victoria. Terent. Phorm. Ego hominē callidorem vidi neminem, quàm Phormionē.

De

De Constructione Comparatiui accedente coniunctione Quàm. ¶ Schol. 24.

**S**I Ablatiuus à nominibus Nemo, Nullus, aut à relatiuo Qui, quæ, quod fiat, non erit locus huic permutationi: vt enim bene latinè dicimus, Marco Tullio, quo nemo Romanorum fuit eloquentior, caput per summam iniuriam abscissum est. Ita ineptè dicemus, Marco Tullio quàm qui nemo Romanorum fuit eloquentior, &c. ¶ Loco illius nominatiui, qui sequitur post coniunctionē, Quam, pereleganter adhibetur ablatiuus cum præpositione Pro. Liu. ab Vrb. 8. In quiete visa species viri maioris, quàm pro humano habitu, augustiorisq;. Cels. lib. 5. cap. 28. Dolor, distentionisq; vehemens est, & maior, quàm pro magnitudine timoris. Quare sic variabis. Visa species viri maioris habitu humano, vel quàm humanus habitus, vel quàm pro humano habitu. ¶ Si Comparatiua diminutionem recipiant, interiecta coniunctione Quam, mutatur ablatiuus in nominatiuum. Terent. Eunuch. — Thais ego sum, mauscula est. Plaut. Milit. Lepidiusculusq; ero, quàm ventus Fauonius. Idem Mostel. Atq; ibi meliusculè, quàm sat fuerit, biberis. Atq; pro Quam posuit Plaut. Merc. Amicior [inquit] mihi nullus viuuit, atq; is est.

## APPENDIX II.

**P**ARTITIUI etiam Patrios, vt cætera poscunt Mobilia: vt Inuenum longè vicere minores.

¶ Ex, E, cum Sexto sed habere frequentius optant.

**C**omparatiua, quemadmodum & cætera adiectiua, cum partitionem adsignificant, genitiuum desiderant.

Liu. ab Vrb. 3. In hanc sententiam vt discederetur, iuniores patrum euincebant. Horat. In Arte, O maior iuuenum.

¶ AVctores tamen sæpius ablatiuo vtuntur cum præpositione E, vel Ex. Cic. Attic. lib. 16. Antè scripta epistola ex duobus tuis prior mihi legi cæpta est. Plin. ad Canin. Minorem è liberis duobus amisit.

De Constr. Comparatiui partitiuè sumpti. ¶ Schol. 25.

**C**um partitiuo significatur, potest Comparatiuum genitiuum admittere, siue de duobus, siue de pluribus agatur. Curt. lib. 7. Cleander priores eorum intro-mitti iubet. Plin. lib. 11. cap. 38. Animalium fortiora, quibus sanguis crassior: sapientiora, quibus tenuior: timidiora, quibus minimus: at quibus nullus, hebetia. Hor. lib. 4. Carm. od. 14. Maior Nerorum. — Idem lib. 1. Serm. Sat. 6. — qui se Vultum ferre negat Nouiorum posse minoris. ¶ Scriptores sæpius, vt dixi, ablatiuo cum præpositione vtuntur, qui casus partitioni, maxime vbi nomen est comparatiuum, aptissimus est. Cic. Verr. 3. Quo in numero è vobis complures fuere, Quintil. 19. Decl. Ego sum infeliciores ex duobus parentibus. Idem 8. Si dii non sinant, vt ex liberis vilior incipiat esse periturus. Cels. bel. Ciuil. 3. In testamento Ptolemei patris, heredes erant scripti ex duobus filijs maior, & ex duabus a, quæ

acate antecedeat. Aliquando genitiuus in accus. accedente prepos. Inter, mutatur. Quint. Decl. 9. Ide quoq. occisus est, qui inter nos, vt apparet, fortior fuit.

## APPENDIX III.

**C**ollatiua suis gaudent superaddere Sextum Excessus: Vt Atlas cubito fuit Hectore maior.

**E**t Positiuorum proprijs adiungere casus  
Vt, Quis Oreste fuit Pyladi iucundior vnquam.

**P**RAETER suum casum admittunt Comparatiua ablatiuum significan-  
torem excessum.

Curt. lib. 5. Turres denis pedibus, quam murus, altiores sunt.

**I**tem casum sui positiui, vt Amicior, Iucundior, Carior, quae simul cum  
ablatiuo datiuum habere possunt, quia positiua Amicus, Iucundus  
Carus, vnde ipsa formantur, datiuum etiam admittunt.

Cic. Att. 16. Mihi nemo est amicior, nec iucundior, nec carior Atto.

**D**einiq; hos ablatiuos, Opinione, spe, equo, iusto, solito, dicto.

Cic. de Clar. Orat. Opinione omnium maiorem cepi dolorem,  
Liu. bel. Pun. 5. Reate saxum ingens visum volitare: sol rubere solito  
magis, sanguineoq; similis.

De vsu Comparatiui cum ablatiuo excessus, & alijs. Schol. 26. 21

**C**olum. lib. 3. cap. 13. Deinde ter tanto amplius spatium crudum relinquunt.  
et cap. 19. Malleolus nec maior pede, nec dodrante minor esse debet. Ibid.

Paulo minor dodrante, longior semipede. Gell. l. 13. c. 17. Fuit autē Aeschylus [Eu-  
ripede] non breui antiquior. Ibid. c. 2. Accius tunc haud paruo iunior. Plaut. Tri-  
num. Qua facie est homo? ST. se squipede quidem est quam tu longior. Cic. de 23

Prouinc. Consul. Quis plenior amicorū fuit C. Mario? Hunc genitiuū Amicorū  
Plenior à suo positiuo Plenus accepit. Ouid. 4. Fast. Speq; redit citius. — Cic. de

Amicit. Neque enim verendum est, ne plus equo quid in amicitia congeratur. Sall.  
Catil. Nec vnquam mortaliū iniuriæ suæ parua videntur: multi etiam eas grauius

equo habuere. Quintil. lib. 9. c. 4. Membrum longius iusto, tardum: breuius insti-  
bile esse. Liu. Dec. 5. lib. 4. Hic maior solito apparatus præcipue terruit campanos.

Iidem bel. Pun. 3. Dicto propè citius equum in viam egit.

## Ablatiuus significans laudem,

vituperationem, partem.

**P**Leraque Mobilium Partis, Laudis ve Latino  
Sunt contenta gradu: vel qui contraria laudi  
Signet, vt Ore niger, Voce horridus, Inclytus armis.

**P**Leraque adiectiua ablatiuum postulant significantem laudem, vitu-  
perationem, vel partem.

Mart. lib. 6. Casus moribus, integer pudore.

Liu. Dec. 3. lib. 5. Porcius Cato asper ingenio.

Sallust. bel. Catil. C. Antonius pedibus aeger Legato exercitum permitit.

Cic. de Orat. Sunt quidam aut ita lingua hesitantes, aut ita voce dolenti,  
aut ita vultu & motu corporis vestri & agrestes, vt etiam si ingenijs & arte  
valeant, tamen in oratorum numerum venire non possint.

De Constructione N. adiectiui cum ablatiuo Laudis

Vituperationis, & Partis.

Schol. 27.

**O**mnis oratores libentius substantiua cum adiectiuis copulent, vt Vir sum-  
ma eloquentia, eximia virtute, excellenti ingenio: tamen non raris ipsis ad-  
iectiuis ablatiuum laudis, aut vituperationis attribuant. Plaut. Epid. — nam quid  
te igitur retulis Beneficam esse oratione, si ad rem auxilium emortuum est. Cic.  
4. de Fin. Horridiores, euadunt, asperiores, duriores & oratione, & moribus. Idem  
Verr. 3. M. Octauium Ligurem non in ornatum loco, ordine, nomine, virtute,

15 ingenio, copijs poscere pecuniam non dubitauit. Idem 1 de Orat. Ego neminem nec  
motu corporis, nec ipso habitu, atq; forma aptiorem, nec voce plenorem, aut suavi-  
orem mihi videor auduisse. Idem de Clar. Oratorib. Vt vita, sic voce durus, in-  
cultus, horridus. Q. Cicero de Petitione Consulatus, Non erit difficile certamen  
cum ijs competitoribus, qui nequaquam sunt tam genere insignes, quam vitijs no-  
biles. Mela. lib. 2. cap. 6. Saguntum illam fide, & arumnis inclytam. Colum. lib. 3. cap.

20 8. Iudæam & Arabiam pretiosis odoribus illustrem haberi. Ibid. Armentis sublimi-  
bus insignis Meniana est, Liguria paruis. Plin. ad Rufin. lib. 8. Mulier natalibus cla-  
ra, moribus proba, etate declinans, diu vidua, parum decorè secuta matrimonium vi-  
debatur diuiciis fenis. Idem ad Quintilianum lib. 6. Te porro animo beatissimum,

25 modicum facultatibus scio. Liu. ab Vrb. 3. Addiderat multa belli decora, facundiamq;  
in foro, vt nemo non lingua, non manu promptior in ciuitate haberetur. Idem ab  
Vrb. 10. Sequitur hunc annum L. Papyrius cursor, qua paterna gloria, qua sua.

¶ Ablatiuo partis rariùs vtuntur. Idem 4. Tusc. Ergo is, quisquis est, qui moderati-  
one, & constantia quietus animo est, sibiq; ipse placatus. Quintil. lib. 6. c. 4. Qui pe-  
30 dibus aeger cum vellet videri, commodioris valetudinis factus, &c Pomp Mela lib 3.

c. 7. Alij ita proceri, & corpore ingentes, vt elephantis ibi maximis, sicut nos equis,  
facile atq; habiliter vtantur. Colum. lib. 6. c. 2. Corporatura pecoris operarij debet  
esse neruis & musculis robusta, & adipibus obesa. Poëta frequenter. Mart. lib. 12.  
Crine ruber, niger ore, breuis pede, lumine laesus.

35 ¶ Hunc Partis ablatiuum saepe in accus. mutant idem. Virg. Aen. 1. Os, humerosq;  
Deo similis. — Horat. Ep. lib. 1. Excepto quod non simul esses, cetera latus.

Item Historici, sed rariùs. Liu. bel. Pun. 1. Annibal aduersum femur tragula graui-  
ter ictus cecidit. Mela lib. 2. c. 1. Sarmate totum braccati corpus, & nisi, quæ vident,  
etiã ora vestiti. Tacit. lib. 2. Nisu corporis, & impetu equi peruasit, oblitus faciem  
cruore suo, ne nosceretur. Plin. lib. 7. cap. 28. P. Seruilius seruauerat, ipse vul-

neratus humerum, ac femur. Curt. lib. 6. ablatiuo vsus est. Ego [inquit] ceteris letus, hoc vno torqueor. ¶ Accusatiuus, Cetera, frequens est apud Liu. 1. ab Vrbe, Proximum regnum cetera egregium, ab vna parte haud satis prosperum fuerat. Idem bel. Pun. 1. Falarica est S. guntinis misile telum, hastili oblongo, & cetera tereti, pratèrquam ad extremum. Item apud Plin. lib. 12. c. 6. Est & terebintbu similis cetera, pomò amygdalis. Idem lib. 37. cap. 9. Est & alia iris cetera similis, & praedura. Gell. lib. 19. c. 10. Memini, me quondam, & Celsinum Iulianum N. umidam ad Fronsonem Cornelium, pedes tunc grauièr agrum ire visere. ¶ Hanc constructionem, quam Seruius figuram Græcam appellat, Recentiores Synecdochen vocant: fortasse non malè, quod subtracta præpositio, secundum, intelligatur à Latinis, vt Græcis nota. Nam synecdoche non solum tropus est, sed etiam léxocos figura, cum nimirum subtractum verbum aliquod satis ex ceteris intelligitur. Vide Quint. lib. 9. c. 3. Denique, siue hac de causa ita appelletur, siue quia id, quod partis est, toti attribuitur, vt aliqua ex parte synecdochen tropum imitetur: missa hæc faciamus, nã pueris tenebras offundunt.

## DE CONSTRUCTIONE TRANSITIVA VERBI.

**V**erba, quod ad significationes, seu genera attinet, (vt rumq; enim teste Donato, & Diomede idem valet) quinq; sunt, Actiua, Passiua, Neutra, Communia, Deponètia. Actiua, ea demũ credidit Phocas, Donatus, Diom. ceteriq; Veteres, quæ, O, litera terminata, passiua fieret, litera, R, apposita, vt, Laudo, Laudor. Neutra sũt, inquit, Donatus. Editio, quæ, O, litera terminantur, & accepta, R, litera, Latina non sũnt, vt Sto, Curro. Sunt præterea neutra, quæ, I, litera terminantur, vt Odi, Noui, Cœpi, Memini. Sunt item quæ in, Vm, syllabam desinunt, vt Sum, Prosum, Obsum. Sunt etiam, quæ in, T, literam exeunt, & Impersonalia dicuntur, vt Pudet, Tædet, Pœnitet, libet, Oportet: sed hæc, & similia defectiua sunt exstimaanda. Sunt præterea Neutropassiua, vt Gaudeo gauisus sum, Soleo solitus sum, Audeo ausus sũ, Fio factus sum, Fido fisis sum. Hactenus Donatus. Diomedes neutra, O, litera finita doctè, & acutè in tria genera distribuit, quorum alia agentis significationem habent, siue (vt Phocas nobilis, & antiquus grammaticus inquit) quæ actum significant, & actiuam habent significationem, vt Facio, Ambulo, Curro: alia, quæ patientis habent significationem, vt Venio, Vápulo: alia postremò sunt, in quibus nec agentis, nec patientis significatio dignoscitur, hoc est, nec actionem, nec passionem significant, vt Sedeo, laceo, Sto, nescis enim agat nequis, an patiatur. Hæc vltima quidem Supina dixerunt, inquit Diomedes, alij Absolutiua. Hinc apertissimè intelligitur, Veteres verba omnia, quæ literam, R, assumere non possent, quantumuis cum accusatiuo coniungerentur (vt Facio, Calefacio, Odi, Noui) in neutris numerasse. Passiua sunt, quæ ita, R, litera terminantur, vt ea deposita actiua fiant, vt Laudor, Laudo. Communia, quæ R, litera terminata, tum actionem, tum passionem significant, vt Hortor, Complecti.

Hortor. Deponètia, quæ itidem litera, R, terminata actionem tantum significant, vt Ausopor, Loquor. ¶ Ego (dicam enim quod sentio) quadripartitam existimo esse hanc distributionem: quædam namq; actionem significant, vt Edifico, Curro, Sequor: alia passionem, vt Vápulo, Verberor: alia tum actionem, tum passionem, vt Dignar, Amplector, de quibus supra in Rudimentis: alia denique nec actionem, nec passionem significant, vt Sedeo, laceo. Hæc & similia propriè neutra sunt, meritoq; supina verba à quibusdam appellata, quod videlicet veluti otiosa, resupinaq; stertant, vt risq; actionis ex pertia. Hactenus de verborum generibus. ¶ Quod verò ad constructionem attinet, duplex est verbum: alterum Intransitiuum, quod post se aut nullum casum habet, vt Venio, Redeo: aut similem præcedenti. Liu. 1. ab vrbe, iustè, pieq; legatus venio. Terent. Andr. Redeo inde iratus, atq; ægrè ferent. de quo supra dictũ est: alterum Transitiuum, quod in casum diuersum à præcedente transit. Hoc in Actiuum, Passiuum et Neutrum partitur. Actiuum verbum est: quod post se accusatiuum postulat, cuiuscumq; sit positionis, vt Laudo, Facio, Sequor, Amplector, Odi. ¶ Doleo vicem tuam, Ingrati animi crimen horreo. Quamuis hæc duo postrema, & similia, Neutro actiua possint appellari, vt postea dicemus. Libenter, hoc genus verborũ, si per Grammaticos liceret, Accusatiuum appellari, quemadmodum quidam Veterum accusatiuus præpositiones vocant, quæ accusandi casu gaudent. Passiuum est, quod in ablatiuum transit cum præpositione A, vel Ab, vt Laudor à te. Varro de Rust. lib. 3. c. 1. Et in pace à rusticis Romanis alebantur, & in bello ab his tuebantur. Verrius Flaccus apud Priscian. lib. 8. Scuitiag, eorum abominaretur ab omnibus. Hoc ferè in Or. definit. Neutrum, quod transit in genitiuum, daiuum, vel ablatiuum casum, vt Egeo tui, Opitulator tibi, Fungor meo munere. Quæ diximus de proprijs casibus accipienda sunt: nam de communibus omni verborũ generi post dicendum erit. Per hæc tria genera fusa, atq; dispersa sunt Impersonalia Actiua, vt Pudet, Piget; Passiua, vt Pugnatur, Itur; Neutra, vt Libet, Licet. De Neutris primo dicemus, tum quia casuum ordo id exigit: tum (quod magis me mouet) vt, cognita Neutorum turba, facilius agnoscant adulescentes Actiua, siue Accusatiua verba.

## Genitiuus post verbum.

**C**um possessoris res esse ostenditur, aptè. SVM genitiuum habet. Hoc impersonalia REfert, INTERET (Patrio, & verbum Est potuntur eodem. SVM genitiuum petit, cum possessionem significat. S Cic. ad Cæl. lib. 2. Iam me Pompeij totum esse scis. ¶ AVT ad aliquid pertinere. Idem in Ant. Philip. 12. Cuiusuis hominis est errare; nullius nisi insipientis in errore perseverare. Idem de Off. lib. 1. Adolescentis est maiores natu vereri. ¶ ITem hæc duo INTEREST, & REfert. Idem de Fin. lib. 2. Interest omnium rectè facere. Quint. lib. 9. c. 4. Plurimum refert compositionis, quæ quibus ante pœnas.

De usu trium verb. impersonal. Est, Interest, & Refert. ¶ Schol. 2.

**E**ST, INTEREST, REFERT, cum officiū, atq; ad rem pertinere significant, prima, & secunda persona carent: qua de causa impersonalia verba possunt appellari. Hec modò nominatiuum habent apertè. Cic. 5. Tusc. Sapientis est proprium, nihil, quod pœnitere possit, facere. Idem in Partit. Quod enim permagni interest, sepe pro necessario habetur. Idem ad Ruf. lib. 5. Non scripsi id, quod tua nihil referebat. ¶ Mudd infinitiuū verbum, aut orationis membrum loco nominatiui accipiunt. Cæs. bel. Gal. 7. Mei consilij est facere, quod nostri maiores fecerunt. Liu. ab Urb. 3. Verendum erat, equitem suo, alienoq; Marte pugnare, pelitem equiti parem esse. Senec. de Ira lib. 2. Pusilli hominis, & miseri est te petere morlenteim, vt mures, & formidare. Cic. ad Appium lib. 3. Vtriusq; nostrum magni interest, prius vt te conueniam, quam decedas. (Prius vt te conueniam, quam decedas) hoc membrum, siue pars totius orationis, verbi Interest, nominatiuus est. Itidem, Maiores natu vereri, vice nominatiui ponitur, nisi quis velit, Officiū, seu Proprium, subaudire, vt Adolescentis officium est, maiores natu vereri: vt illud, Sapientis est proprium, nihil, quod pœnitere possit, facere. ¶ Sepe infinitiuum Esse, maxime cum ad aliquid pertinere significat, omittitur subaudiendum. Cic. 2. Off. Duri hominis, vel potius vix hominis videtur periculum capitis inferre multis. In alio etiam sensu desideratur. Idem ibid. Despiciunt autem eos, in quibus nihil virtutis, nihil animi, nihil neruorum putant.

EXCEPTIO

1 **H**OS etiam INTERERIT, REFERT assumite casus, Nempè Mea, atq; Tua, Nostra: superaddite Vestra,

2 **A**tq; sua. ¶ Cuius INTERERIT, vel Cuius habeto. Meum est, Tuum &c.

3 ¶ Pro quibus EST verbum \* neutralia sumat corū.

1 **I**NTEREST, & REFERT hos ablatiuos habent, Mea, Tua, Sua Nostra Vestra. Cic. ad Tir. lib. 16. Et tua, & mea maxime interest te valere.

Terent. Hecyra. Tua quod nihil refert, percontari desinas.

Cic. pro Cluent. Hic sua putat interesse, se re ipsa, & gesto negotio, non lege defendi. Idem pro Sylla, Vestra enim qui cum summa elegantia, atq; inuigritate vixisset, hoc maxime interest.

2 **C**UIA, vel Cuius interest latinè dicitur. Cic. pro Vareno, Ea res si, potissimum crimini datur, datur ei, cuius interfuit, non ei cuius nihil interfuit.

Idem in Ant. Philip. 1. Quis est hodie, cuius interfuit banc legem manere?

3 **V**ERTU EST pro ablatiuis Mea, Tua, Sua, Nostra, Vestra habet Meū, Tuum, Suum, Nostrum, Vestrum.

Cic. Cœcilia lib. 6. Puto esse meum, quid sententiam exponere.

Idem de Fin. 1. Si me memoria defecerit, tuum est, vt suggeras.

De V. Interest & Refert cū possessiuis Mea, Tua, &c. ¶ Schol. 3.

**P**RISCIAN. lib. 12. Interest, & Refert [inquis] genitiuo solent adiungi omnium casualium, absq; supra dictis quinq; pronomiuis, pro quorum genitiuis ablatiuos ponimus

ponimus possessiuorum, vt Interest & Refert mea, tua, sua, nostra, vestra. Cuius quosq; infinit possessiuum cum supra dictis verbis pro genitiuo primitiuo ponitur. Cic. pro Vareno. Ea cædis, si potissimum crimini datur, datur ei, cuius interfuit, non ei, cuius nihil interfuit. Hæc illa. Vides vt Prisc. qui de Cœciliis verbis accuratissime scripsit,

1 **a**ffirmet Mea, Tua, Sua, Nostra, Vestra, Cuius, casus esse ablatiuos, non accusatiuos?

Scio quantas tragœdias hi casus excitauerint: alienum summa vi nituntur docere accusandi esse, quibus Plautinas, ac Terentianos pedes non arbitror admodum saute, cum eos huc atq; illuc non secus, ac Lesiam normam, flectere, ac torquere possis. Illud Donati in Terent. P. borm. Quid tua, malum, id refert? magis vrget. Et quere,

10 **I**nquit, quomodo dicatur; Quid mea, Quid tua? an deest, Ad? vt sit, ad mea, ad tua? sed hæc viderint ydem Coptphai. Pueri dumeta ista ne personnum quidem attingant. Quibus genitiuis iungatur pronomina, Meus, Tuus, Suus, Noster, Vester, Item dicatur ne bene Latine, Tua adolescentis interest maiores natu vereri. Mea cõsulit refert Rempub. vigilanter administrare, & cetera id genus, suo loco inuenies.

APPENDIX.

1 **I**NTERERIT, REFERTq; gradus habuere rogandi Magni, Parui Ex Magnū, Paruū, Tantum, quantumq; profectos. Tanti, Quasi

2 ¶ Cetera suppleuntur per nuda aduerbia tantum.

20 **M**AGNUM, PARUUM, TANTUM, QUANTUM iunguntur in genitiuo cum verbis INTEREST, & REFERT. Cic. ad Tiron. lib. 16. Magni ad honorem nostrum interest, quam primum ad Urbem me venire.

Idem Att. lib. 2. Permagni nostra interest te esse Romæ.

Idem ad Q. fr. lib. 1. Parui refert abs te ipse ius dici.

25 **C**ÆTERA huiusmodi per aduerbium adduntur: vt Plurimum interest, Maxime refert, Nihil interest. Cic. Tusc. 1. Theodori nihil interest, humine, an sublimè putrescat. Idem ad Luceium, lib. 5. Equidem ad nostram laudem non multum video interesse: sed ad prope rationem meam quiddam interest non te exspectare.

30 De usu horum verb. cum genitiuo, vel accusatiuo cum præp. Ad, & aduerbijs. ¶ Schol. 4.

**C**IC. pro L. Man. Illud primum parui refert vos publicanis amissa vestigalia, postea victoria recuperare. Plipian. l. 27. Pandect. Scilicet si tanti interfuit. Pompeius Lentulo. Ep. ad Attic. 8. Scio quanti Reipub. interfuit, omnes copias in vnum locum primo quodq; tempore conuenire. Vbi quidam legunt Quanti Reipub. sit.

35 **I**nterfer tamē legendum confirmat epistola Ciceronis 15. eiusdem ad Pompei. in qua refert Cicero eadem verba, Magni interesse iungit Reip. scr pferas, omnes copias, &c. ¶ Obiter notabis verba INTEREST, REFERT, & EST loco genitiui posse accusatiuum cum præpositione. Ad necipera. Liu. bel. Mac. 7. Aut si detrederet hostis pugnare, (quod plurimum intererat ad animos ciuitatum) timoris confessionem ex-



exprimeret. Colum. l. 4. c. 20. Ad speciem plurimum refert. Plaut. Pers. Quid id ad me, aut ad meam rem refert, Persa. quid rerum gerant? — Idem Pers. — percontari volo Quae ad rem referunt. — Cic. 2. de Div. Quae [aues] pascantur, nec ne, quid refert? nihil ad auspicia. Vbi Refert, iterandum est. Idem in Orat. Nihil ad rem est illud sit, an non. Ibid. Nihil ad rem est, postrema quam longa sit.

¶ Refert cū dative rei inanimatae inuenies aliquando, Col. l. 7. c. 2. Id non solū generibus, sed etiam coloribus plurimum refert. Plin. lib. 18. c. 37. Acino plurimum refert, si contigat crescente luna vindemiare. Sic Tacit. lib. 15.

¶ Hae per aduerbiū adduntur Parum, Paululum, Quantulum, Aliquantulum, Multum, Permultum, Nimum, Pernimum, Paruulum, Magis, Maximè, Minus, Minimè, Minimum, Nihil, Aliquid, Vehementer, Tantopere, Magnopere, Infinitum, Tantulum, Longè, Quicquam, Plus, Plurimum. Cic. in Rull. 2. Etenim quantulum interest, verum in Massici radices, an in Italiam, aliud ve deducamini. Gell. lib. 3. c. 7. Sed idem benefactum loco, in quo ponas, ritum interest. Terent. Adelph. — hoc dico pernimum interest. Plin. Aristoni. l. 8. Quia paruulum referret, an idem displiceret, quibus non idem placuisset. Idem ad Tacit. lib. 4. Vehementer intererat vestra, qui patres estis, liberos vestros hic potissimum discere. Senec. Natural. q. lib. 6. Quos magis refert vestra fortiores fieri, quā doctiores. Colum. lib. 3. c. 10. Qui minimum referre credunt, quot vus sarmentum habuerit. Tacit. Dial. Orator. Longè interesse manifestum est. Cic. pro Dom. Nec enim mea iam quicquam interest. Plin. lib. 16. cap. 30. Infinitum refert lunaris ratio. Ceterorum passim occurrunt testimonia: quae, ne longus sim, praetermitto.

Quantum apud Cic. inuenies pro Muren. Ostendam alio loco, quantum salutis communis interstet, duos Consules in Repub. Kal. Ianuarijs esse. Idem pro Mil. Semper ille, & quantum interesset Publy Clodij, &c. Tantum apud Plin. lib. 2. c. 16. Tantum interest, subeant radij, an superueniant.

**D**IC Rerum satago: dic & Misere laborum,  
Et Misere animo, dices, indigna ferenti.

**M**ISEReor, S Atago, genitiuum casum ad sciunt. Cic. Attic. lib. 4.

Qui misereri mei debent, non desunt inuidere.

Terent. Heaut. Clinia rerum suarum satagit.

¶ MISEReor interdum dandi casum postulat.

Senec. lib. 1. Controu. — Misereor tibi puella.

De verbo Misereor.

¶ Schol. 5.

**M**ISerendi verbum etiā dandi casum olim habuisse aperte Diomedes, & Priscianus docent, & quod pluri faciendum est illud Senec. lib. 1. Controu. Controuersia 2. Fortuna hoc me cogit pati, misereri debent omnes mei. Et ego misereor tibi puella, sed non facimus miserandas sacerdotes. Sic habent libri correctissimi. Adducitur & alter locus eiusdē a quibusdam de Vita be. cap. 24. Hunc promereor, illi reddo

reddo, hinc succorro, hinc misereor. Pincianus tamen docet in veteribus codicibus haberi Huius misereor. Vide eiusdem castigationes. Neq; illud Cic. 2. Tusc. Perge ueniate, illacryma patris pestibus: Misereat: gentes nostras flebunt miserias.

videtur ad rem facere, cum datus Pellibus, non cum verbo Misereat, sed cum Illacryma iungatur, quod elegantissime dandi casum petit. Idem 3. de Nat. Quid dicam de Socrate, cuius mori illacrymari soleo, Platonem legens? Liu. 10. belli. Mac. Meo infelici errori vnus illacrymasti. Reco lo tui, nondum apud Veteres, quod meminim, legi.

**V**EL Patriū Reminiscor habe, vel suscipe Quartum,

Obluiscor item Memini verbumq; Recordor.

¶ Et Sextum Memini cum De; cui iunge Recordor.

**O**BLuiscor, Recordor, Reminiscor, Memini pro Recordor tum genitiuum, tum accusatiuum postulant.

Curt. lib. 7. Stultum est eorum meminisse, propter quae tui obliuiscaris.

Cic. de Senect. Omnia, quae curant senes, neminerunt.

Idem in Ant. Philip. 8. Omnia obliuiscor: in gratiam redeo.

¶ RERecordor etiam, & MEMini pro Recordor cum ablatiuo & praepositione De iunguntur. Cic. Pro Planc. De illis lacrymis recordor, quas pro me saepe, & multū profudistis. Idem Att. 15. Meminero de omnibus, quae te velle suspicor.

¶ MEMini etiam pro Mentionem facio, tum genitiuo, tum ablatiuo cum eadem praeposit. De copulatur. Quint. lib. 11. c. 2. Neq; omnino huius rei meminit vsquam Poeta. Idem, De quibus multū meminere.

De Constr. verb. Obliuiscor, Recordor, & reliquis. ¶ Schol. 6.

**C**IC. 3. Tusc. Est propriū stultitiae aliorum vitia cernere, obliuisci suorum. Terent. Eunuch. Faciam, vt rei semper memineris. Plaut. Trinum — non fugitiuus est hic homo, Commeminit domi. — Id est domus. Idem Curcul. — commemorasse haec egovolam te. ¶ Pro Mentionem facio. Solin. c. Vlt. Gorgonum meminisse haec egovolam te. ¶ Pro Mentionem facio. Solin. c. Vlt. Gorgonum meminisse haec egovolam te. ¶ Pro Mentionem facio. Solin. c. Vlt. Gorgonum meminisse haec egovolam te.

¶ Pro Mentionem facio. Solin. c. Vlt. Gorgonum meminisse haec egovolam te. ¶ Pro Mentionem facio. Solin. c. Vlt. Gorgonum meminisse haec egovolam te. ¶ Pro Mentionem facio. Solin. c. Vlt. Gorgonum meminisse haec egovolam te.

¶ Pro Mentionem facio. Solin. c. Vlt. Gorgonum meminisse haec egovolam te. ¶ Pro Mentionem facio. Solin. c. Vlt. Gorgonum meminisse haec egovolam te. ¶ Pro Mentionem facio. Solin. c. Vlt. Gorgonum meminisse haec egovolam te.

prepositione, DE, iunguntur. Cic pro Planc. Quoniam, istis vestris lacrymis de illis recordor, &c. Item pro Leg. Manil. De felicitate, quam prestare de se ipso nemo potest, meminisse, & commemorare de altero possumus. Sic idem pro Sylla. Ex illo Ciceronis loco pro Ligar. Spero etiam te aliquid de huius Quaestoris officio cogitantem, etiam de alijs quibusdam Quaestoribus reminiscendum recordari. non satis intelligitur, an Reminiscor eodem modo construatur, nam ablativus (De alijs quibusdam Quaestoribus) ad infinitum, Recordari, referri potest: siquidem reminiscendo, aliquid in memoriam reducimus, ac recognoscimus. Idem 1. Tusc. Declarare, se non tum illa discere, sed reminiscendo recognoscere. Sic illis Reminiscendum pro Reminiscendo videtur positum.

### Datiuus post verbum.

**SVM** modo dandi vni, geminis modo calibus haeret.  
 Vt Decus est Vrbi Cicero: Catilina pudori.

**SVM** modo datiuum vnum habet: modo duos.

Terept. Adelp. Natura tu illi pater es, consilijs ego.

Cic. Verr. 3. Nemini meus aduentus labori, aut sumptui fuit.

Idem Att. lib. 6. Respondebo primum postrema tua pagina, que mihi magna molestie fuit.

De varia constructione verbi, SVM, cum datiuo. ¶ Schol. 7. 20

**SVM** variè cum datiuo iungitur: modò enim pro Habere ponitur, vt Sunt mihi omnia scripta Ciceronis. Summa necessitudo mihi te cum est. Cum duobus datiuis iunctum, plerumq; per verbum Afficio, seu Affero exponitur. Epistola tua fuit mihi magna molestie, voluptati. Et parentibus honori, & amicis vtilitati, & reipublice emolumento esse poteris. Plaut. Pœnul. Mi pater, tua pietas plane nobis auxilio fuit. Sall. Jug. Ea Romanis hortamento erant. Ibid. Ne forte [mons] aduersarijs munimento foret. Cæs. Cum vterq; vtriq; esset exercitui in conspectu. Liu. bel. Mac. 10. Ita me gessi, ne tibi pudori essem. ¶ Modò datiuus pro nominatiuo ponitur. Cic. 1. de Diu. Quod ne dubitare possimus, maximo est argumento, quod nuper contigit. Idem pro Domo sua, Libertatis simulacrum in eadomo collocabas, qua donus erat ipsa indiciotui crudelissimi dominatus. Denique multa, que putantur datiuum habere, vt Proximus, Propinquus, Cognatus, Amicus, Socius, Familiaris, Commilito, Conseruus, Condiscipulus, & alia id genus substantiua datiuum habent, beneficio verbi substantiuo, vt Cesar est propinquus Marcello, Lentulus est Familiaris Ciceroni. Nam hæc separata à verbo Substantiuo non datiuum habent, sed genitiuum, vt Annibal occidit omnes propinquos Fabij: non, Fabio. Omnes commilitones Iulij iugulati sunt, non Iulio. Plin. lib. 8. c. 16. Ausani dicere te scaminam supplicem animalis omnium generosissimi, &c. Cic. pro Cæs. Quem nos supplicem vestra misericordia seruū potestatis, abiectū &c. sustentate. ¶ Proximus, Propinquus, Cognatus, Amicus, Socius, Familiaris, adiectiua, & que sunt generis eiusdem, datiuū

serbè postulant, etiam absente verbo, Sum. Cic. in Pison. Quam provinciam P. Lentulus amicissimus huic ordini deposuisset. Plin. lib. 2. c. 9. Omnium admirationem vincit nouissimum fidus, terrisq; familiarissimum Luna.

**CVm** Fautor Auxilium, Studium, seu Commoda verbis Significantur, erunt gradui conformia dandi.

Hoc & adulandi gaudent, & verba Nocendi.

Vt Studeo, Faveo, Noco, Suffragor, Adilor

Consulo, Subscribo, Medeor, Vaco, Detraho, Palpor.

¶ Adijce Confido cum Sufficit, Hæreo, Nubo.

**VERBa**, que Auxilium, Adulationem, Commodum, Incommodum, Favorem, Studium significant, dandi casum postulant, vt Auxilior, Adilor, Comodo Faveo tibi, Studeo Philosophic. Cic. in Verr. lib. 6.

Homini iam perditto, & collum in laqueum inserenti subiuenisti.

Idem de Orat. lib. 5. Cum ita balbus esset Demosthenes, vt eius ipsius at-  
 tis, cui studeret, primam literam non posset dicere, perfecit medi-  
 tando, vt nemo planius eo locutus putaretur.

### EXCEPTIO.

**IN**, vel Ad, INCumbo Quarto sociante reposcit  
 ISæpius. ¶ Interdum poscit sibi iure datiuum.

**INCumbo**, cum ad studium refertur, accusatiuum cum prepositione, IN vel AD, postulat, vt Incumbo in studiū Philosophic, literarum, &c. Incumbo ad laudem, ad salutem, ad perniciem Reipublice.

Cic. de Orat. lib. 1. Quamobrem pergite, vt facitis adolescentes: atq; in id studium, in quo estis, incumbite. Idem ad Att. lib. 16. Nunc mi Attice. tota mente incumbe in hanc curā: magna enim res est.

Idem ad Planc. lib. 10. Mi Plance incumbe toto pectore ad laudem.

Cic. in Catil. Or. 4. Quare Patres Conscripti incumbite ad salutem Reip.

¶ Tem dandi casum vt Incumbere alicui curæ, cogitationi, &c.

**IN** Quint. Declam. 6. Elabori incumbere oportet, vbi effectus promittitur.

### APPENDIX I.

**PRÆcipiens** IVbeo mandata facessere Ternum

Accipe: significans aliquid decernere, Quartum.

**IVbeo** pro Præcipio, siue Impero cum datiuo iungitur. Cæs. bel. Ciu. 3. Militibus suis iussit, ne quiborum violarentur.

¶ IVbeo: cum accusatiuo significat decernere, statuere, creare. Cic. 1. de Leg. Lex iubet ea, que faciendæ sunt, prohibetq; contraria.

¶ Apud eundem Iubere legem, idest statuere; Iubere consulum, idest creare.

**C**onsulit ille tibi, qui vitæ incommoda tollit,  
Consiliumq; petit, qui consulit arte peritum.

**C**onsulo tibi, hoc est Prospicio tibi, non Consilium do.  
Cic. in Catil. Consulate vobis; prospicite patriæ.

CONSULO te, id est consilium a te peto. Cic. in Verr. lib. 2. Nunc ego  
Iudices iam vos consulo, quid mihi faciendum putetis.

Verba auxiliandi, & cætera huc spectantia. ¶ Schol. 8.

**A**VXILium significant Auxilior, Opitulor, Patrocinator, Subuenio, Succurro,  
Medeor, Medico. ¶ Adulatione Adulator, Assentor, Blandior, Lenocinator, Pal-  
por, Subparasitor. ¶ Commodum Commodo, Consulo, Prouideo, Prospicio, Cæueo,  
Metuo, Timeo. ¶ Incommodum Doleo, Disspliceo, Incommodo, Detraho, Impono,  
Insulto, Illudo, Insidior, Iraſcor, Malecupio, Maledico, Malefacio, Malæuolo, Nocco,  
Officio, Obtreſto, Subiraſcor, Succenſeo. ¶ Favorem, Favero, Studeo, Arrideo, Af-  
ſentio. I. Assentior, Accedo tibi, & tuæ ſententiæ, Adſtipulor, Benefacio, Benigneſa-  
cio, Benecupio, Benedico, Benæuolo, Conſentio, Subſcribo, Suffragor. ¶ Studium,  
Studeo, Vaco. Singulorum exempla inferius ponentur Schol. 13. ¶ Conſulere alicui  
viam dixit Catul. lib. 2. eleg. 5. Troia quidem tum ſe mirabitur, eſt ſibi dicit  
Vos bene tam longam conſuluiſſe viam.

**S**VUM, tua progenies coluit numeroſa datiuum,  
SExcepto Poſſum. Caſu dõnentur eodem,  
Quæ dant Obſequium, Parent, Famulantur, & Obſtant.  
Vt Placeo, Ancillor, Refragor, Obedio, cedo  
Seruio, Morigeror, Reclamo, Auſculto, Reſiſto.

**D**ATIUM item adherent composita ex verbo SVM: & quæ Obſequium,  
Obedientiam, Submissionem, Repugnantiam significant, vt Proſum,  
Obſequor, Obtempero, Seruio, Repugno tibi.

Cic. Offic. lib. 2. Contemnuntur ij, qui nec ſibi, nec alteri proſunt.  
Idem pro Sylla, Ego vero quibus ornamentis aduerſor tuiſ: aut cui digni-  
tati veſtra repugno.

De verbo SVM, & alijs tradita norma contentis: ¶ Schol. 9.

**Q**UÆ ex verbo Subſtitutio cõponuntur, ſunt hæc, Abſum, Adſum, Deſum,  
Inſum; Interſum; Obſum, Præſum, Proſum, Subſum, Superſum, quæ  
& alios caſus poſſunt admittere, accedente præpoſitione, vt Nec in Antonio deſuit  
hic ornatus. In Oratore perfectio in eſt omnis philoſophorum ſcientia. Roſcius ne  
in conuiuiõ quidem vllõ interſuit. In hac re nulla ſub eſt ſuſpicio. Pauca ſententiõ ad  
conſulacum deſuerunt. Siſtuerunt principes neq; in illa conſigione affuerunt. Hac  
apud Cic. & his ſimilia, eius ſcriptis euoluendis, leges. ¶ Verbum Poſſum, quamvis  
genere, & cognatione ijs proximum ſit, vſu tamen alienum eſt. Caſ. bel. Gall. 1. Ne-

que ſolum domi, ſed etiam apud finitimas ciuitates largiter poſſe. Cic. pro Sex. Roſc.  
Apud me & amicitia, & beneficijs, & dignitate plurimum poſſunt. Pro eodem, Ego,  
qui neque vſu ſatis, & ingenio parũ poſſum. Idem pro Quint. Qui per vim & ſce-  
lus poſſunt plurimum. Iungitur etiam cum accuſatiuo, qui tamen è verbis Facio, &  
Ago videtur regi. Cic. pro Planc. Quid enim poſſum aliud, niſi morere, niſi flere?  
¶ Obſequium ſignificant Inferuio, Indulgeo, Morigeror, Obſecundo, Obſequor,  
Placeo, Satisfacio. ¶ Obedientiam Auſculto, Obedio, Obtempero, Parco.  
¶ Submissionem Ancillor, Famulor, Seruio, Cedo. ¶ Repugnantiam Aduer-  
ſor, Obſto, Obſiſto, Obſtrepo, Reluctor, Repugno, Reſiſto, Reclamo, Refragor.

¶ POSTulat Euentus verbum quodcumq; datiuum.

**D**ANDI præterea caſum deſiderant, quæ euentum ſignificant, vt Accidit,  
Cedit, Contingit, Euenit, Obuenit, Obtingit.  
Cic. ad Q. fr. lib. 1. A te mihi omnia ſemper honeſta, & iucunda ceciderunt.  
Idem in Verr. lib. 4. Sorte prouincia Cicitia Verri obuenit.  
Idem Offic. 1. Quod cuiq; obtigit, id quiſque tenet.

De verbis Euentum ſignificantibus. ¶ Schol. 10.

**E**IVSDEM generis ſunt Incidit, Cedit, Succedit, Beneuertit, Maleuertit, vſue-  
nit, quæ prima, & ſecunda perſona priuantur. Vnde verba ſine perſonis, quan-  
do præcipuis perſonis carent, nominantur, ſiue imperſonalia eodem ſenſu. Hæc ha-  
bent à fronte nominat. caſum, modò apertè, Cic. pro Sex. Roſc. Quod Erntio acci-  
debat in mala accuſatione, idem mihi vſu venit in cauſa optima. Liu. bel. Mac. 6. Al-  
ter conſul, cui prouincia Italia obueniſſet. Plin. lib. 7. c. 31. Eidem triennio nullo horæ  
momento concigit ſomnus. Sall. Iugur. Metelloq; Numidia euenit. Modò membrum  
orationis vice nonnatiui. Quint. Declam. 6. Non contigit mihi, quòd ceteris mi-  
ſerrimum eſt, filium efferre.

**H**VNC Libet, atq; Licet, Liquet, Expediit addeſe Ternum  
Verba ſolent ſimiliſq; notæ quæcumq; dabuntur.

¶ TEM Libet, Licet, Liquet, expediit: et quæ ſunt generis eiufdem.  
Terent. Adelp. Facite quod vobis libet.  
Cic. de Orat. Sin tibi minus libebit, non te vrgebo.  
Idem Ver. 7. Non mihi idem licet, quod ijs, qui nobili genere nati ſunt.

De vſu horum verb. imperſ. cum caſu præcedente. ¶ Schol. 11.

**H**ÆC, vt apertum eſt, nominatiuus antecedit. Cic. pro Marcel. Multi dubitant,  
quid optimum eſſet: multi, quid ſibi expediret. Antecedit & Inſinitum, ſiue  
orationis membrũ, loco nominatiui. Sall. Iug. Meamet facta mihi dicere licet. Idem de  
Senect. Non libet mihi deplorare vitam. Cic. 5. Tuſc. Peccare nemini licet.  
¶ Generis eiufdẽ ſunt, Cõpetit, Cõducit, Conſtat, Dolet, Suppetit, Præſtat, Placeat, Re-  
ſtat, Suporat pro Suppetit; Suppeditat itidem pro Suppetit; Stat, Sedet pro Placeat.

**M**VLta sibi Ternum Neutris oriunda capeffunt  
Con, Ad, In appofitis, Ob, Præ, Sub, & Inter, vt Infto,  
Præfideo, Obrêpo, Subco, Adno, Interfluo, Confto.

**M**VLta deniq; ex verbis neutris, & præpofitionibus Ad, Con, In, Inter,  
Ob, Præ, Sub, dandi cafum fibi affumunt, vt Affurgo, Conftentio, Im-  
mineo, Illacrymo, Interuenio, Obuerfor, Præluceo, Succumbo.  
Cic. pro Sest. Mibi ante oculos obuerfatur Reip. dignitas.  
Idem in Sall. Ego meis maioribus virtute mea præluxi.  
Idem Bruto, Te obfecro, vt principijs conftentiant exitus.

De verbis neutris compositis ex præp Ad, Con, &c. ¶ Schol. 12.

**V**VC ſpeſtant Acclamo, Accedo, Accreſco, accubo, Accumbo, Accurro, Acqui-  
eſco, Adequito, Adhæreo, Adhæreſco, Adiaceo, Adnaſcor, Adno, Adnato, Ad-  
nitor, Adrêpo, Adſpiro, Adſtipulo, Adſto, Adſtrepo, Aſſurgo, Aduenio, Aduerfor,  
Aduolo, Aduolito, Aſſuo, Aſſulgeo, Agnaſcor, Aliuceo, Aliudo, Annuo, Appareo, Ap-  
plaudo, Arrideo, Aſſeruo, Aſſiſto, Aſſueſco, Aſſulto, Aſſurgo. ¶ Codo, Cohæreo, ¶  
Collimitor, Colluceo, Cômmitro, Cômmedo, Commorior, Cômunicio, Complacoo,  
Concedo pro Cedo, Cóncono, Condico, Conſido, Congratulor, Congredior, Congruo,  
Coniuceo, Concurro, Conſentio, Conſido, Conſilio, Conſono, Conſto, Conſtrepo, Con-  
ſueſco, Conuenio, Conuuo. ¶ Illabdo, Illacryma, & Illacrymor, Iluceo, Iluceſ-  
co, Ilúdo, Immiteo, Immorior, Immoror, Impendo, Impérito, Impôno pro Decipio,  
âmprecor, încido, Inclâmo, Incumbo, Incurro, Incurſo, Indormio, Indulgeo,  
Inerro, Inſuo, Ingemo, Ingemiſco, Ingruo, Inhæreo, Inhæreſco, Inho, Innaf-  
cor, innato, Inno, Innitor, Innotefco, Inoleſco, Inſeſco, Inſideo, Inſilio, inſono, In-  
ſpno, Inſto, Inſtudo, Inſueſco, Inuêgito, Inſulto, Inueteraſco, inuolo, Irêpo.  
¶ Intercêdo, Intercurro, Interdico, Interfluo, Interiaceo, Intêloquor, Iterluceo, In-  
ternaſcor, Interuenio. ¶ Obambulo, Obêquito, Obiaceo, Obiraſcor, Oblatro,  
Obloquor, Obluctor, Obnaſcor, Oboleo, Oborior, Obrêpo, Obſidior, Obſono, Obre-  
cto, Obuerfor, Obuio, Occurro, Occurſo, Occurſito, Opplôro. ¶ Præcauco, Præcel-  
lo, Prægredior, Præluceo, Præluco, Præmetuo, Præmoderor, Præniteo, Præcino, Præ-  
fideo, Præſulto, Prætimeo, Præuaricor. ¶ Subeo, Subiaceo, Subinuideo, Subiraſcor,  
Sublandior, Suboleo, Subrêpo, Subſeruo, Succenſeo, Succino, Succlâmo, Succumbo,  
Succurro. ¶ Sunt præter ea, quæ hætenus numerauimus, alia, quæ locis commu-  
nibus comprehendendi minimè poſſunt, vt Conſido, Dubo, Proſcico, Sufficio, Hæreo, iteq;  
cætera. Neque ū loci, quibus uſi ſumus, placent: nam verba quàm plurima neceſſariò  
ſunt excipienda, ſi rem diligentius inſpicias. Quid? Inuo, Adiuuo, Leno, Subleuo, ¶  
Erigo, Conſirma, Corróboro, Alo, Nutrio, Suſtento, Hortor, Monſo, & alia penè inſi-  
nita, nãne ad Auxilium, Cômmodum, Fauorem petinent? Perdo, Vexo, Infeſto, Cru-  
cio, Occido, & alia innumera quis non videt incommodum ſignificare? Quæ cum ita  
ſunt, uſum eſt non inuicite, neutra, quæ datiuum admitterent, literarum ordine re-  
ſenſere, non vt memorie à pueris mandentur, ſed vt crebriùs legantur.

Neutra

Neutra quæ datiuum petunt  
ordine literarum.

¶ Schol. 13.

- 9 **A**BRogo. Liu. ab Vr. 9. Vbi duæ leges contrariae ſunt, ſemper antiquæ abro-  
gat noua. Accuſatiuum frequentius admittit. ¶ Ablcedo. Senec. de Benef.  
lib. 4. c. 40. Si ille non erit ſenſurus vllam accuſationem reddidit eo, quo reddito, mihi  
mulum abſceſſurū erit. ¶ Acclamo. Cic. de Clar. Non metuo, ne mihi acclametis.  
¶ Abſum. Liu. bel. Pun. 5. Gracchus fraudem, & ſermoni, & rei abeſſe ratus, ac  
10 ſimilitudine veri. Cic. de Clar. Orat. Hoc vnum illi, ſi nihil utilitatis habebat, abſuit;  
ſi opus erat deſuit. ¶ Accedo tibi, & tuæ ſententiæ, ideſt Affentior. Acced-  
dit hec meis malis, pro additur. Liu. bel. Pun. 4. Cum propè iam mœnibus acceſſiſſet.  
Idem lib. 6. Hæc tibi à me dotalia dona accedent. Cic. pro Quint. Illud quoque nobis  
accedit incommodum. Et cum præpofitione AD, & IN. Idem Verr. 5. Si tibi ad  
15 aurem acceſſiſſet. Idem Verr. 6. Ipſe in oppidam accedere nolui, quod erat diffici-  
li aſcenſu atq; aditu. ¶ Accedit imperſonale. Colum. lib. 9. c. 11. Illud tamen in-  
commodum iuniori examini ſolet accidere. ¶ Accido. Tacit. lib. 19. Filium eius  
ſimul cõplexus, & genibus accidens, &c. Suet. in Claud. c. 10. Ad genua ſibi accidentè  
imperatorem ſalutauit. ¶ Accubo. Idem in Caſ. Theatrum ſummæ magnitudi-  
20 nis Tarpeio monti accubans. ¶ Accumbo. Cic. pro Mur. Lacedæmonij, qui quoti-  
dianis epulis accumbunt. Virg. 1. Æn. — tu das epulis accumbere diuim.  
¶ Accurro. Sall. Jug. Interim Marius fatigatis equitibus accurrit auxilio ſuis.  
¶ Acquieſco. Senec. epiſt. 24. Meliora tibi proponas, & acquieſcas rei ſpei blandæ.  
¶ Adcreſco. Plin. ad Canin. lib. 2. Nam veteribus negotijs noua adcreſcunt. Tacit.  
25 lib. 1. Aggerabatur nihilo minus ceſſes, iamq; pectori uſque adcreuerat.  
¶ Adequito. Plin. lib. 15. c. 18. Portæ Collinæ adequitans Annibal. ¶ Adhæreo.  
Plaut. Stich. Adhæſit homini ad inſimum ventrem fames. Adhæreſce lateri alicuius.  
Liu. bel. Mac. 9. Adhæreſce in aliquo Cic. pro D. ſua. ¶ Adhæreſco. Idem de Ora. ¶  
Quæ recta ſunt probari, quæ praua, ſaſtidijs adherereſcere. ¶ Adiaceo. Liu. 2. ab Vr.  
30 Tbuſcus ager Romano adiacet. ¶ Adiuro. Plaut. Ciftell. Sanctè adiurabat mihi.  
Sic Ou. Ep. 19. Admittit & accuſ. Liu. D. 5. l. 2. Cenſores vt eã rem adiurarent edi-  
xerunt. ¶ Adnaſcor. Plin. lib. 16. c. 44. Viſcum in quercu, ilice, robore, pruno, te-  
rel imbo, nec alijs arboribus adnaſci. Sic idem lib. 35. in proam. ¶ Adno. Liu. bel.  
Pun. 8. Multi adnantes nauibus. Virg. 6. Æneid. Paulatim adnabant terra. —  
35 ¶ Adnato. Senec. in Agam. Comes lateri adnatabat. ¶ Adnitor. Tacit. lib. 19.  
Latonam olea adnaſam. Colum. lib. 5. c. 4. Quæ pedaminibus adnaxæ, &c. Valer. lib.  
3. e. 3. Opem genibus adnixum oraſſe. ¶ Adrêpo. Plin. lib. 11. c. 18. Adrepentesq;  
foribus, per eas ſuſſtânent. ¶ Adſto. Suet. in Vitell. c. 9. Mox Viennæ pro tribunali in-  
tra reddenti gallinaceus ſupra humerum, ac deinde in capite adſtitit. ¶ Adſtrepo.  
Tacit. lib. 12. Hæc atq; talia dicenti adſtrepere vulgus. Cum accuſ. protulit Plin. in  
Paneg. Plexique ſurdas principis aures adſtrepebant. Sic Tacit. lib. 20.

Hkb 3

¶ Aduenio

**¶ Aduerfor.** Cic. in Orat. *Quis porro Isocrati est aduersatus insensius? Aliquoties cum accus. usurpatur, de quo postea. Schol. 17.* **¶ Adulor crebro cum datiuo connectitur: interdum cum accus. de quo etiam inferius.** **¶ Aduolo.** Plin. lib. 10. c. 40. *Caprarumq; vberibus aduolant [caprimulgi] suctum propter lactis.* **¶ Aduolito.** Idem lib. 11. c. 19. *Papilio luminibus accensis aduolitans.* **¶ Aegre est.** Terent. Hecyr. *Atq; in eam hoc omne, quod mihi aegre est, euomam.* **¶ Aegre tibi facio.** Idem Eunuch. *Voluit facere contra huic aegre.* **¶ Aemulor.** Pallad. lib. 4. Tit. 10. *Feruntur hęc ponis recentibus emulari.* Cic. Tusc. 1. *Esq; magis [solemus] incendi, quod ijs emulemur, qui ea habeant, que nos habere cupiamus.* Sic Quintil. lib. 10. c. 1. **¶ Affluo.** Liu. bel. Mac. 5. *Ad Eurōtam annem, qui propē ipsi affluit mœnibus, progredi.* Sic rursus idem bel. Pun. 2. *Cum ablatiuo iunctum inferius inuenies.* **¶ Affulgeo.** Idem bel. Pun. 7. *Magōni prima spes, morte nunciata Marcelli, affulsit.* **¶ Agnator.** *Agnati proprie dicuntur, qui nascuntur alicui, postquam testamentum fecerit.* Cic. pro Cœcin. *Cui filius agnatus sit, eius testamentum non esse ruptum iudica.* **¶ Ait.** Liu. bel. Pun. 9. *Gubernator Scipioni ait.* Senec. Nat. quæst. lib. 1. *proæ. Sibi ipsi ait, Hoc est punctum, &c.* **¶ Alluceo.** Plaut. Pers. — *nescis quid instet boni. Ne quicquam tibi fortuna faculam lucrificam allucere volt.* **¶ Alludo.** Plin. lib. 9. c. 8. *Ex hominis manu vescens [delphinus], & alludens natanibus, Valer. lib. 3. c. 7. Phidias quoque Homeri versibus egregio dicto alludit.* Quintil. lib. 3. c. 11. *Idq; Trebatio, qui iuris erat consultus, alludens, quia de re agitur, appellat.* Solin. c. 1. *Vbi epulantibus alludit stamma, quæ flexuosis excessibus vagabunda, quem contigerit, non adurit.* **¶ Ancillor.** Cic. in Sall. *Non vni priuatim ancillatus sum.* **¶ Annuo.** Cic. pro Quint. *Simul atq; sibi hic annuisset.* Plin. Catilio, lib. 5. *Superest, vt promissis deus annuat.* **¶ Antecedo, Antecello, Anteco, & Antesto, tū datiuo, tum accusatiuo iunguntur, de quibus infra Schol. 17. **¶ Appareo.** Cic. pro Cluent. *Quid sibi autem illi scribæ, quid lictores, quos apparere huic questioni video? idest Præsto esse officij obeundi gratia.* Val. lib. 2. c. 1. *Proximo lictori, vt sibi appareret, imperauit, idest vt esset apparitor.* **¶ Applaudo.** Cic. pro Sest. *Quibus viris maxime applaudatur neminem vestrum fallit.* **¶ Appropinquo.** Idem 5. de Finib. *Quis est enim, cui mors cum appropinquet, non refugiat.* **¶ Arrideo.** Plaut. Aſin. *Tum mihi edes quoque arridebant. Hoc est placebant. Significat etiã ridere simul.* Horat. in Art. *Vt ridentibus arrident, ita sentibus adsunt.* **¶ Aspiro.** Curt. *Licet felicitas Alexandro aspirare videatur, tamen ad vltimum temeritati non sufficit.* Virg. 9. Æn. *Vos ô Calliope precor aspirate canēti.* **¶ Assentio, siue Assentior.** Cic. ad Metel. lib. 5. *Sedens ijs assenti, qui mihi &c.* Idem ad Brut. 11. *De Bruto accersendo valde tibi assentior.* Additur interdū accus. de quo Sch. 17. **¶ Assentor.** Cic. ad Dolab. l. 9. *Nisi forte te amant, & tibi assentantur.* **¶ Asseruo.** Cic. 2. Tusc. *Qui volunt exclamare maius toto corpore, atq; omnibus vnguiculis, vt dicitur, contentioni vocis asseruiunt.* **¶ Assisto.** Horat. 1. Serm. Satyr. 6. — *Assisto diuinis. Fast. Siquis amicus veteres ritus, assiste precanti.* **¶ Astipulor.** Liu. bel. Mac. 9.**

**¶ Non pendere ex alterius vultu ac nutu, ad stipulari q; irato consuli. Idest assentiri.** **¶ Assuesco.** Horat. Serm. 2. Saty. 2. — *hic qui pluribus assuerit mentem, corpufq; superbum.* Virg. Æn. 6. *Ne pueri, ne tanta animis assuescite bella. Idest, ne tantis bellis animos assuesfacite.* **¶ Assulto.** Tacit. in Vit. Agric. *Velocissimos equitum assultare tergis pugnantium iubet.* Idem lib. 2. *Tertia ferme vigilia assuleatum est castris.* Sil. lib. 7. *Iam cernes Libycum huic vallo assultare leonem.* **¶ Cum accusat.** Scat. 11. *Theb. Portarumq; moras frenis assultat & hastis.* **¶ Assurgo.** Cic. 1. de Inuent. *Commune est, quod omnes vulgò probarunt, vt maioribus assurgatur.* Cic. in Pison. *Quisquam tibi paruit? quisquam in curiam venientem assurrexit?* **¶ Attendo cum datiuo vel accusatiuo iungi probatur inferius Sch. 14.** **¶ Ausculto pro Obedio.** Terent. Andr. *Nec quid agam certum est, Pampphilum nō adiurem, an auscultem seni.* Cic. pro Rosc. Amer. *Mihi auscultæa.* **¶ Auxilior.** Plin. lib. 13. c. 22. *Quibusdam tamen morbis auxiliari dicunt medici. & cum præp. Contra lib. 20. c. 9. de Brassica sylu. Semen eius tostū auxiliatur contra serpentes.* **¶ Benedico.** Cic. pro Sest. *Homo fratre indignus viro clarissimo. Cui benedixit vquam bono? Ouid. Trist. 5. eleg. 10. Nec tibi cessaret doctus benedicere lector.* **¶ Benefacio.** Tacit. lib. 6. *Ne ingratis quidem benefacere abstam.* **¶ Benefic.** Plaut. Rudent. — *ego te adiuaabo: nam bonis quod beneficit, haud perit.* Idem Casin. — *datur nuptum [ancilla] nostro villico. Sermo frugi, vbi beneficit ligno; aqua calida, cibo.* **¶ Benēprecor datiuo iungitur, siue aduerbium Bene coniunctum, siue separatim legatur.** Idem sentiendum de verbis Benecupio, Benefacio, Benēuolo. Quintil. in epist. ad Thryphonem. *Permittamus vela ventis, & ora soluentibus beneprecemur.* **¶ Benignefacio cum datiuo frequentissime inuenitur.** Liu. verò bel. Pun. 8. *datiuo accusandi casum adiecit. Quod ciues Saguntinos seruare* **¶ tio exemerint, quæq; alia eis benigne fecerint, ea senatum ita voluisse fieri.** **¶ Beneuertit.** Idem 3. ab Vrb. *Quod beneuertet ipsi, Reiq; publice.* **¶ Blandior.** Cic. ad Q. fr. lib. 2. *Myricæ mihi blanditur Appius. Accusatiuū dedit.* Colum. lib. 7. c. 5. *Quod infusum tantum valet, vt & blandiatur igneam scuitiam, &c. Idest mitiget.* **¶ Cadit.** Cic. 1. de Orat. *Valde optanti veriq; nostrum cecidit; vt in istum sermonem delaberemini.* & lib. 2. *Hoc cecidit mihi peropportune.* **¶ Cano neutraliter.** Virg. Ecl. 10. *Non canimus surdis.* — Iustin. lib. 18. *Cui cum rates canerent.* Plin. lib. 10. c. 22. *Glaucos Ptolemæo regi cithara canentis.* **¶ Cauco, idest prospicio.** Cic. lib. 7. Famil. ad Trebat. *Tu qui ceteris cauere didicisti, ne decipiaris, caueto.* Idem in proæ. Topic. ad Trebat. *accusatiuum adhibuit.* **¶ Cum tu mihi, meisq; multa sepe causses, veritus sum.** **¶ Cedo.** Cic. 2. de Offic. Cui quidem [Virgato Lusitano] etiam exercitus nostri, Imperatoresq; cesserunt. Idem ad Marcel. lib. 4. *Tempori cedere, idest necessitati parere, semper sapientis est habitum. Sic & ipse, & alij frequentissime. Additur etiam accusatiuus interdum, vel ablatiuus simul cum datiuo.* Liu. Dec. 5. lib. 5. *Curram ei cessuri videntur.* Valen. lib. 4. c. 1. *Provinciam collega cessit.* Iustin. lib. 32. *Periculo circumuenti hosti victoriam cessere.*

**Cedere** *litē aduersario in L. Si de communi. ff. Si seruitus. Cedere alicui foro, & curia apud Cic. ad Octau. lib. 2. In passiva, Cessus, reperitur. Paul. in ff. Si nocturne aque seruitus mihi cessa fuerit. ¶ Cedit impersonale. Quint. lib. 1. c. 2. Ijs felicissimè cessis imitatio Valer. lib. 3. c. 2. Si tibi propositum ex sententia parum cessisset. ¶ Circumiacēo. Liu. bel. Mac. 7. Chersonesus, quæq; circumiacent Europæ. ¶ Coire pro Concumbere raro cum dandi casu inuenies. Senec. lib. de Cons. ad Martiam. Parum erit simul binis coire. ¶ Cohæreo. Colum. lib. 5. c. 12. Cacumina oliuæ sicuti matri cohærent, ex utraque parte abràle. Plin. lib. 21. c. 7. de Saliunca, Radici numerosa cohæret. ¶ Collibet. Cic. in Sall. Ita egit, ut nihil non æquum duxerit, quod ipsi facere collibisset. Idem t. de Nat. Quid quod simul ac mihi collibitum est, præsto est imago. ¶ Collimitor, id est, Sum tibi vicinus. Solin. c. 25. Gelonis Agathyrsi collimitantur, caruleo picti colore, fucatis in ærulum crinibus. Hoc est proximum ad Gelonos: quo modo idem alibi loquitur. Idem cap. 53. Phrygia Aquilonia parte Galatiæ collimitata. ¶ Colluceo. Cic. de Nat. 2. Solis candor illustrior, quàm ullus ignis, quippe qui immenso mundo tam longè, lateq; colluceat. Idem de Vniuers. Deus ipse solem, quasi lumen accendit ad secundum supra terram ambitum, ut quàm maximè cælum omnibus colluceret. ¶ Commigro. Terent. in Andr. Mulier quadam ab hinc triennium commigrauit huic vicinæ. ¶ Comitor. Plin. lib. 9. c. 35. Sed in alto quoq; committantur marinis cantibus. Cic. 5. Tusc. Cateraq; quæ comitantur huic vitæ, in qua &c. ¶ Commodo pro Profum. Idem 2. de Orat. Inuidetur commodis hominum, studijs autem eorum, ceteris commodandi fauetur. ¶ Commorior. Sallust. lib. 1. Histor. Obuiam ire, & commori hostibus. Senec. Epist. 78. Fortior, ut opinor, esses, si multa milia tibi commorerentur. Senec. Agam. Mors misera non est commori cum quo velis. ¶ Communico. Cas. bel. Ciuil. 5. adhibito Libone & Luceio, quibus communicare de maximis rebus Pompeius consueuerat. Raro sic loqui alios inuenio: at communico æquam sapissimè. ¶ Complacēo. Colum. lib. 9. cap. ult. Ita & tibi & Gallieni nostro complacēerit. ¶ Concedo. Cic. 5. Verr. Iudices alienis peccatis concessuros putas, quo facilius ipsis peccare liceat. Idem 4. Tusc. Nature vim atuli, ut magnitudini medicinæ doloris magnitudo concederet. ¶ Concino. Suet. in Calig. c. 54. Canendi, ac saltandi voluptate ita efferebatur, ut ne publicis quidē spectaculis temperaret, quo minus & tragædo pronuncianti concineret, &c. Senec. de Vit. b. c. 8. Partibus suis consensit, & ut ita dicam concinit. Concino tecum, id est consentio. Cic. de Nat. Deor. Antiocho enim t. Soici cum Peripateticis re concinere videntur, verbis discrepare. ¶ Concurro. Liu. bel. Pun. 4. Quibus cum impigre Numida concurrissent. Sic Cure. lib. 4. Item Codicis lib. 3. de Iudicijs. Quoties quæstio: status honorum disceptationi concurrat. &c. ¶ Condisco. Cic. Lentulo, lib. 1. Nam cum mihi condixisset, cœnauit apud me. Suet. in Tiber. c. 42. ipsum accusatum subiecit: Sexto Claudio cœnam condixit. ¶ Conducit. Cic. ad Ruf. lib. 13. Conducit hoc tuc laudi. ¶ Confert. Quint. lib. 3. c. 9. Confert admirationi multum etiam in-*

firmitas.

**firmitas.** Plin. l. 18. c. 30. Columella & Fauoniū ventum conferre frumento præcipit. ¶ Confido. Cic. 3. de Fin. Vir fortis confidere sibi debet, & sue vitæ, & actû, & consequenti. Iungitur etiam ablatiuo cum præpositionibus DE, vel IN, de quibus paulo post agendum. ¶ Congratulor. Cic. pro Planc. Sed eas res haud scio, an plus mihi profuerit, quàm si mihi tunc essent omnes congratulati. Sic Forcius Latro in Catil. ¶ Congredior. Cas. bel. Ciuil. 1. Huc cum quotidiana consuetudine congressæ pabulatoribus legiones duæ flumen transissent, &c. Cum accusat. Plaut. coniunxit in Amph. Hominè ne congreduimur, quæso. Sic idem in Epid. Vnde Gell. lib. 1. c. 11. In congreduis hostibus, dixit. ¶ Congruo. Plin. Panegy. Scilicet, ut primis extrema congruerent. Plin. lib. 2. c. 109. Harmonica ratio cogit rerum naturam sibi ipsam congruere. ¶ Coniucio. Senec. Epist. lib. 18. Quod si coniucere etiam Græcis iuuat, cum Socrate, cum Zenone versare. ¶ Consentio. Cic. in Part. Probabilis erit [narratio] si personis, si temporibus, si locis ea, quæ narrabuntur, consentient. Consentire cum alijs: inter se: de re aliqua, eleganter etiam efferuntur. ¶ Consido. Liu. ab Urb. 7. Conserenti iam manum Romano cornus repente in galea confedit in hostem versus. Suet. in Claud. c. 7. Euenitq; ut primitus ingredi-enti cum fascibus forum præteruolans aquila dextro humero consideret. Plaut. Trinum. — hæc tibi si mea Imperia capeffes, multa bona inpectore consident. Sed in his locis dandi casus non verbi proprius, sed communis videtur. ¶ Consilio, as, Tacit. lib. 3. Imbelles Aduos eunice, & fugientibus consilite. ¶ Consono. Cic. in Sall. Ut omnis oratio moribus consonet. Senec. Epist. lib. 4. Huic & illud accedat, ut perfecta virtus sit æqualitas, ac terror vitæ per omnia consonans sibi. Consonare lectum, idem dixit Epist. 89. Fac potius quo modo animus tecum meus consonet, nec consilia mea discrepent. Stat. Theb. 3. cum accusatiuo quidem, sed pro simplici vsurpauit. ¶ Constat. Liu. ab Urb. 9. Vbi inciderint in prædatores [iube]t, ut idem sermo omnibus constet. ¶ Consto. Cic. Acad. 2. Et hic metuo, ne vix sibi constet. Idè Offic. 1. Sunt enim, qui in rebus contrarijs parum sibi constent. Plin. ad Vocon. lib. 1. Mibi ratio constabit. Id est aqua, & legitima causa erit. ¶ Constrepo. Gell. lib. 4. c. 1. Horum omnium & testimonijs, & exemplis constrepebat. ¶ Consuadeo. Plaut. Trinum. Consuadet homini, credo. ¶ Consuesco datiuo frequenter adiungitur, cū accus. vsurpauit Colum. l. 6. c. 2. Vbi plaustrum iuuenicum consuescimus, &c. ¶ Consulor. pro Profpicio. Cic. Att. lib. 2. Saluti, si me amas, consule. Idem Marcella lib. 4. Tuum est consulere vitæ, & fortunæ tuis. ¶ Contingit. Cic. 1 Tusc. Non singulis hominibus, sed potentibus populis [seruitus] saepe contingit. Plancus ad Cic. lib. 10. Si mihi vitæ contigerit, omneis amicitias assiduitate vincam. ¶ Contradico. Porcius Latro in Catil. Quid senatus auctoritati contradicis? Quint. lib. 9. c. 2. Pater ei contradicit. Sic Suet. in Cas. c. 18. ¶ Contræo. Tacit. lib. 14. Sententiæ Casij nemo contrære ausus est. ¶ Conuenio. Sall. Iug. Ex parente meo, & ex alijs sanctis viris accepi, mundiciæ mulieribus, viris laboreni conuenire. Liu. bel. Mac. 5. Facta vestra orationi non conueniunt. Idem lib. 2. Non diffidere sibi omnia cum eo conuentura. ¶ Conuenit. Cic. Philip. 5. Ut ei cum M. Curio facillimè possit

possit conuenire. Senec. Epist. 2. Cui enim cum paupertate bene conuenit, diues est.

¶ Conuersor. Colum. lib. 6. c. 37. A tenero [pullus] conuersatus equis. Cum præp. Senec. epist. 105. Hærebit tumor, quamdiu cum superbo conuerfaberis.

¶ Conuictio. Quint. lib. 3. c. 8. Quidam declamatores contra sententibus inhumanè conuictantur. Idem lib. 5. c. 13. Et magis hoc in accusatores concessum est, quibus conuictiari aliquando patrocinijs fides cogit. Sic idem lib. 12. c. 10. ¶ Conuiuio. Senec. Epist. 105. Hærebit tibi auaritia, quamdiu auaro, sordidoq; conuixeris.

¶ Credo. Cic. de Diu. 2. Cum mēdaci homini, ne verū quidē dicenti, credere soleamus.

¶ Decedo. Liu. bel. Pun. 2. Et solertia Fabij dimidium virium decessisse. Idem ab Urb. 9. Deinde ut quæstioni Campana materia decessit, &c. Ibid. 8. Et nobis prius decedat timor, quam ultro a ijs inferatur. Sic Virg. eclog. 3. ¶ Decet tum datiuo, tum accusatiuo gauisus, ut infra ostendetur in Constr. verb. Actiu. Sch. 2. ¶ Decido. Plin. lib. 12. c. 11. Nulli arborum folia ibi decidunt. ¶ Decoquo, hoc est fidem fallo. Idem lib. 33. c. 10. Dummodo notum sit, eum decoxisse creditu oribus suis. Senec. Ep. 36. Minus turpe est, creditori, quam spei bonæ, decoquere. Colum. lib. 12. cap. 1. Nam quamuis interdum emendatum sit perperam factum: res tamen ipsa iam domino decoxit. ¶ Deficio. Cas. 3. bel. Gal. Non solum vires, sed etiam tela nostris deficerent. Virg. 6. Æneid. — tuq; ò dubijs, ne defice rebus. Diua parens. — Ouid. Trist. 5. eleg. 13. — sermoni deficiente die. ¶ Defit. Terent. Hecyra, Nihil apud me tibi defieri patiar. Virg. Ecl. 2. Lac mihi non astate nauum, non frigore defit. ¶ Delector cum ablatiuo frequens est, de quo infra Schol. 20. Cum datiuo rarissimè copulatur. Pallad. lib. 1. Tit. 17. Signinis parietibus magnitudo ea, cui delectaris, & sufficis, construatur. ¶ Denubo. Tacit. lib. 15. Nisi vni ex illo contaminatorum grege denupisset. ¶ Deroogo. Solin. c. 51. Ciciliam si, ut nunc est, loquamur, derogasse videbimur fidei vetustatis. ¶ Despero tum datiuo, tum accusatiuo coniungitur, ut patebit Sch. 17. ¶ Desum. Cic. 3. Tusc. Totū corpus, à statu eum est motū, deest officio suo, & muneri. Ponitur & pro Abesse. Idem lib. 2. ad Q. fr. Conuinctio puer optimus defuit. ¶ Detrahere alicui, id est, famam eius, & honorem ledere. Cic. Verr. 6. Si queritis, ut egomet mihi detraham, illos accusatores. puto fuisse. Accusatiuū expressit idem cum datiuo simul. Verr. 6. Honorem delictum detraxerunt non homini, sed ordini. Cum DE, idem Att. 11 Non cessat de nobis detrahere.

¶ Differo. Quint. lib. 2. c. vlt. Plurimum statuis differunt vasa. Sic Plin. lib. 2. cap. 103. & lib. 9. c. 35. Vitruu lib. 10. c. 22. Hor. Sermon. 1. Satyr. 4. Differt sermone sermo merus. — Id est, Comædia. Sic iterum idem in Arte. Cum ablat. & præp. A, vel Ab, frequenter in eodem sensu copulatur. ¶ Diffido. Cic. 3. Tusc. Huic incipio sententia diffidere. Sic idem Verr. 2. Diffidete de aliquo apud eundem inuenies.

¶ Discoduco. Plaut. Trinum. Sed mihi discoducit huic rei: quid ai?

¶ Discordo. Colum. lib. 6. c. 36. Ut discordantem vtero suo generis alieni stirpem insitam facile recipiat. Horat. Epist. 2. Scire volam quantum simplex; hilarisq; nepoti discrepet, & quantum discordet parcus auaro. Cum præp. A, vel Ab, Quint. lib. 11. c. 3. Conforvanda vox, ne ab oratione discordet. Sic idem lib. 8. c. 3.

¶ Discrepo.

¶ Discrepo. Cic. 3. de Orat. Ut à multitudine sibi ipsi singuli discrepantes eiciantur. Horat. in Art. Primo ne medium, medio ne discrepet inimum. Gell. lib. 6. c. 6. Discrepat dextra sinistra. Cū præp. A, vel DE, vel INter elegatè etiam vsurpatur.

¶ Displiceo. Cic. 1. de Fin. Quibusdam totum hoc displicet philosophari. Idem Attic. lib. 2. Displicet mihi, &c. ¶ Dissentio. Senec. Epist. 20. Ne orationi vitæ dissentiat. ¶ Dissono. Colum. lib. 1. c. 1. An vniuersa, quæ maiores prodiderunt, huius temporis cultura respondeant, an aliqua dissonent. ¶ Dolet. Plaut. Menæch. Mihi dolebit, non tibi, si quid ego stulte fecero. Terent. Adelph. Sed hoc mihi dolet nos pene serd scisse. Sall. Jug. Alia [dictitare] magnifica pro se, & illis dolentia.

¶ Dominor. Senec. Epist. lib. 17. Quam stultum est atatem dissonere! nec crastino dominamur. Subaudiendum erit Diei. Idem Nat. q. lib. 3. c. 28. Aqua, & ignis terrenis dominantur. Virg. Æn. 3. Hic domus Æneæ cunctis dominabitur oris. Claud. in Ruffin. lib. 1. — toti dominabere mundo. Admittit etiam accusat. vel ablat. cū præp. IN. Cic. de Senect. Ita enim senectus honesta est, si vsque ad extremum spiritum dominetur in suos. Idem Tusc. 1. Vetat enim dominans ille in nobis Deus inuisu hinc suo demigrare. Idem pro Cecin. Deniq; nimia ista, quæ dominatur in ciuitate potentia, in hoc solo genere quiescit. Diomedes lib. 1. numerat hoc verbum inter ea, quæ ablatiuum habent. Dominor Græcis [inquit] & dominatus sum. Sic & Charisius lib. 5. Dominor [inquit] homine. Et Senec. Troad. Quicumq; regno fidit, & magna potens Dominatur aula. — Virg. Æn. 7. — externum cernimus, inquit, aduentare virum, & summa dominarier arce. Magis tamen inclinatur animus, ut eos sequar. qui dandi casum tribuunt: in his autem prepositio IN videtur subaudienda. ¶ Duro. Plin. ad Marcellin. lib. 5. Duravit hic [animi vigor] illi vsque ad extremum. Idem ad Valer. lib. 4. Adhuc honor studijs durat.

¶ Effugio. Colum. lib. 11. c. 1. Somniculoso [villico] plurima effugiunt. Cum accus. multè est vsitatus. Cic. de Orat. 2. Si vsus rerum percallueris, nihil te effugiet.

¶ Elabor Senec. in proem. Controuers. Et si qua memoria mea non dum elapsa sunt, ab illis dicta colligere iubetis. Idem Ep. 102. In spe viuentibus proximū quodque tempus elabitur. Idem Epist. 78. Mollissimè excessit, & vitæ elapsus est. Sic Plin. Cæcilio lib. 2. ¶ Eludo accus. frequenter adfiscit. Datiuo iunxit Tacit. lib. 4. Aduersum eludentes optatæ toties pugna se quisque vltione, & sanguine explebat.

¶ Euadit. pro euenit. Cic. de Diu. 2. Cum eadem [somnia] & alijs aliter euadant, & eisdem non semper eodem modo. ¶ Euenit. Plaut. Capt. Meritū tibi ea eueniant à me. ¶ Excello. Cic. 2. de Orat. Sæpe vitilis iocus, & facetia, in quibus tu longè alijs Cæsar excellis. Sic idem sapius. ¶ Excidit. Plin. Panegy. An excidit dolori nostro vindicatus Nero? Senec. Epist. 100. Excidunt etiam retinentibus lacryme, & animum profusa leuant. Quint. Declam. 9. Non excidere mihi tua mandata.

¶ Excubo. Plin. lib. 6. cap. 19. Regi equites M. in prociūtu bellorum excubant. Sic Idem lib. 35. c. 10. Senec. de Ira lib. 3. c. 22. Qui excubantes regio tabernaculo, &c.

¶ Expedi. Cic. pro Marcel. Multi dubitabant, quid sibi expediret. ¶ Exsisto Cic. de Nat. 2. Ipsum autè hominem, cui ea dentes scilicet, & pubertas exsistant. Curr.

lib. 10. Non alij, quam Mesopotamia regioni feruidior astus existit. *Plin. lib. 4. Pandect. Si locupletis heres extiterit, & c. Ita Valer. Max. l. 7. c. 6. infine & Iust. l. 3.*  
 ¶ Famulor. *Plin. lib. 2. c. 7. Famulari sacris, dixit. & cod. lib. c. 36. Famulari alimentis. ¶ Fari. Liu. bel. Pun. 4. Mihi ita Iupiter fatus est. Ad aliquem fari Cic. de Vniuers. ¶ Fauco. Idem. ad Attic. 7. A quo si ea gesta sunt, gauderem, & honori fauērem. Idē Appio Pulch. lib. 3. Non magis mihi faueo, quam tibi. ¶ Fido. Cic. ad Attic. 6. Puer bene sibi fidens. Fidere nocti, Virg. lib. 9. et iterum lib. 7. Fidere terræ. Apud eosdem, & alios cum ablatiuo sine præp. iunctum inuenies.*  
 ¶ Formido. *Plaut. Amph. Metuens pueris, mihi formidans. Idem Aulul. Prol. Auro formidat Euclio, abstrudit foris. ¶ Gratificor. Cic. pro Corn. Balb. Gratificatur mihi gestu accusator. Idem 5. de Fin. (Pueri) de eo, quod ipsis superat, alijs gratificari volunt. Gratificari libertatem suam potentia alterius, dixit Sall. in Iug.*  
 ¶ Gratulor cum datiuo frequentissimum est: accusatiuus interdu simul adhibetur. *Plaut. in Stich. — Gratulabor vestrum aduentum filijs. Sic Terens. Eunuch. sed dandi casu supresso. Accusatiuus effertur etiam per ablatiuum. Cic. 1. Famil. Quod mihi de filia, & de Crassipede gratularis, agnosco humanitatem tuam.*  
 ¶ Hæreo. *Idem pro Rosc. Comed. Potest hoc homini huic herere peccatum? Virg. 12. — tergo volucres hæere sagittæ. Cum ablatiuo, & præp. IN, Copulatur frequentissimè. Herere in memoria, in medullis, in sermonibus omnium, & c.*  
 ¶ Ignosco. *Cic. Attic. 2. Cuius occupationibus ignosco. ¶ Illabor. Plin. lib. 5. c. 29. Meander ad decimum à Mileto stadium illabitur mari. Hor. 2. Carm. od. 17. Me truncus illapsus cerebro sustulerat. — Accus. adhibuit Cic. de L. 2. Pernicies illapsa ciuium animos. ¶ Illaboro. Tacit. de morib. Germ. Id beatius arbitrabantur, quã ingemere agris, illaborare domibus. ¶ Illacrymo. Suet. in Vesp. c. 15. Iustis supplicijs illacrymauit etiam, & ingemuit. Quint. declam. 9. Sunt, qui ignotorũ quoque miserijs illacrymant. Sic Illacrymor. Callistratus Pandect. lib. 1. extremo. Sed in cognoscendo neque precibus calamitatorum illacrymari oportet. Quod etiã cum accusatiuo iunxit Iustin. lib. 11. Eiusq; mortem illacrymatum Alexandrum. & Valer. Flacc. lib. 5. Maxima ab hoste tenens, totq; illacrymantia diuos Oppida —*  
 ¶ Illuceo. *Plaut. — pessimus hic mihi dies Hodie illuxit. — Sic Cic. & Liu. Nosti illuxit dies, idest, successit, dixit Suet. in Cæs. ¶ Illucesco. Plaut. Amph. — cedas diei, ut mortalibus illucescas clara, & candida. ¶ Illudo tum datiuo, tum accusat. iungi patebit inferius Schol. 17. ¶ Immeo. Plin. lib. 8. cap. 25. Delphini immeantes Nilo. Pallad. lib. 1. Tit. 17. Salutare erit aquas optertis immeare cisternis. ¶ Immineo. Cic. pro D. sua. Imminebat tuus furor omnium fortunis. Idem pro L. Manil. Imminent duo Reges toti Asia. Datiuus hic per accus. cū præp. IN, etiam effertur. Idem Philip. 5. Huius mendicitas auaritate coniuncta in fortunas nostras imminebat. ¶ Immorior. Plin. l. 17. c. 43. de L. Sylla. Somnio eius, cui immortuus quodammodo est. Flor. 1. Ep. Immoritur studijs, & amore senescit hæcædi. ¶ Immoror. Plin. Epist. 8. Honestis cogitationibus immoremur. Sic Quintil. lib. 2. cap. 16. & Colum. lib. 8. c. 5. ¶ Impedio rarissimè neutraliter vsurpatur Varr. de*

*Analog. lib. 2. Nam ad vsu in vestimentis, edificijs, supelllectili, nohitate non impedit vetus consuetudo. ¶ Impendeo. Cic. Calto lib. 2. Belli magni timor impendet. Idem in Catil. Video quanta tempestas inuidie nobis impendat. Te impendent mala, dixit Terent. in Phorm. ¶ Impérito. Tacit. lib. 3. Nobis Romulus, ut libitum, imperitauerat. Sall. Iug. Naturam ipsam ceteris imperitantē industria vicerat. ¶ Impono. Milo imposuit Catoni. idest, decēpit Cic. 2. ad Q. fr. Quintil. lib. 8. ex Cic. ad Brutum, Populo, inquit, imposuimus, & oratores risi sumus. Sic Tacit. lib. 17. & Plin. Epist. 6. ¶ Imprecor. Macrobi. in Somn. Scip. c. 6. Homericus censor cum Græcis imprecaretur, Vos, inquit, in terram & aquam resoluamini.*  
 10 ¶ Incido. *Cic. 5. Verr. Sanè komini præter opinionem improvisò incidi. Plin. Pa-negyr. Quoties aut cassidi tua, aut clypeo granior ictus incideret. Liu. ab Vrb. 5. Cum fuga trepidum, plenum vulnerrum, ac pauor incidentem portis exercitum viderint. ¶ Inclamo. Liu. ab Vrb. 1. Dum Albanus exercitus inclamat Coriatijs, vobis opem ferat fratri, & c. Sic Ouid. Cum accus. frequentius copulatur. Turban nomine inclamat, Liu. bel. Pun. 6. Ouid. Fast. 3. In clamatq; suos, auxiliumq; vocat.*  
 15 ¶ Incommodare alicui, inuenies apud Terent. in Andr. & Cic. in orat. pro Quint. ¶ Incubo. Cic. pro Cluent. Pecunie incubare Senec. de Ttranq. Vir. lib. 1. c. 2. Animus in angulos se retrahens, & pœnie incubans sua. Colum. lib. 8. c. 5. Incubare (gallinas) scætibz alienis patiemur. & cap. 8. Ovis, vel pullis incubant. Cum accus. Plin. lib. 9. c. 10. de Testudinibus, Pariunt oua, eaq; incubant noctibus. Sic Apul. Met. lib. 4. & 7. ¶ Incumbo. Plin. ad Suram lib. 7. Rursusq; ceris, & stylo incumbit. Tacit. in Dial. Orat. Non cogitationi toto pectore incumbam. Senec. Nat. q. præf. Hæc discere, his incumbere, nonne transire est mortalitatem suam? Sil. lib. 4. — incumbere labori. & Claud. in Consul. Manlij. Incubet studijs. Petit & accus. cum præp. IN, vel AD, ut supra ostensum est. Incumbere in gladium, idest incidere. Cic. 2. de Inuent. Qui in gladiũ incubuerat, faciliè est ex vulnere recreatus. Plaut. in Casin. Præpositionem detraxit. — gladium faciam calcitrant, Eumq; incumbam. — ¶ Incurro. Liu. bel. Pun. 8. Ab septima demum hora peditum signa cornibus incurrunnt. Sall. Iug. Sylla rediens ab latere Mauris incurrit. ¶ Incurso. Plin. lib. 28. c. 8. Cor annexũ in lana onis nigra, cui nullus alius color incurfauerit. Quintil. lib. 10. c. 3. Nihil eorum, quæ oculis, vel auribus incurfant, ad animum perueniet. ¶ Indormio. Cic. 2. Philip. An faces admouenda sunt, quæ te excitent tanta cause indormientem? ¶ Indulgeo. Cic. de Amic. Sperni veteres amicitias, indulgere nouis. Idest parare nouas. Idem 3. Tusc. Oratio hominum indulgentium mollitudini. Solin. c. 65. de Taprobane, Interdũ venatibus indulgent. Liu. 3. bell. Pun. Ita res ira indulgere oportet, ut potiorẽ ira salutem vestrã habeatis. Inuenitur etiã cum accus. Terent. Heaut. — nimis me indulgeo. — Lucil. lib. 3. Iram indulges nimis. Cũ accus. simul, & datiuo inuenies inter verba Actiua Dandi Schol. 10.  
 35 ¶ Inerro. *Plin. ad Genitor. lib. 9. Scurræ, & moriones mensis inerrabant. ¶ Influo. Senec. Epist. lib. 6. Illud desperandum est, posse nobis casu tantum bonum influere. Quint. Decl. 3. Influxit Italic inaudita multitudine, & c. ¶ Ingemo.*



Senec. Herc. Oetb. Nemo morituro ingemuit. Illa etiam Horat. in Epod. — ingemens laboribus. et Taciti in lib. de Germ. Id beatus arbitrantur, quam ingemere agris: huc spectare crediderim: quod in verbo Ingemisco expressit Cic. 2. Tusc. Quem vidit nemo vlli ingemiscens malo. Virg. Eclog. 5. accus. vsus est. Daphni, cum Pœnos etiam ingemuisse leones Interitum, montesq; feri, syluæq; loquuntur. ¶ Ingruo. Plin. lib. 7. c. 50. Vniuersis gentibus ingruunt morbi. Sic Virg. 12. Ingruit Æneas Italis. — Effertur datius hic per accus. cum præp. Liu. ab Vrb. 4. In agrestes ingruerant morbi. Sic idem bel. Pun. 6. ¶ Inhæreo. Cic. de Vniu. Sidera suis sedibus inherent. Idem Tusc. 5. Sidera innumerabilia calo inherencia. Postulat etiam ablat. repetita præp. Ibid. lib. 1. Inhæret in mentibus augurium futurorum. Cum eodem casu, & præp. iunctum reperitur Inhæresco. Idem Tusc. 3. Audiuntur Poëte, & inherescunt penitus in mentibus. Dativo itidem quamuis exempli non occurrant, donari potest, sicut & alia composita à verbis neutris, & præpositione IN, cuius vigore dandi sibi casum adsciunt. ¶ Inhiō. Cic. in Catil. 3. de Romulo, Quem in Capitolio paruum atq; lactentem, vberibus lupinis inhiantem suis se meministis. Senec. Herc. Fur. Gazis inhians. Cum accus. repetita præp. Plaut. Mil. Bona mea inhiant. Sic idem sepius, ¶ Innascor. Plaut. Mil. Non mihi avaritia vquam innata est. Plin. 1. 18. c. 30. Ciceri tantum nulla bestiola in horreis innascuntur. ¶ Innato. Idem lib. 5. c. 9. de Nilo, Fœcundus innatat terra. & lib. 8. c. 25. Quin etiam flumini innatant [crocodili]. Virg. 2. Georg. accusatiuum præpositionis vsurpauit. — vndam leuis innatat alnus. ¶ Inno. Liu. bel. Pun. 1. Dum modo innare aquæ possent. Sic Horat. 3. Carm. od. 17. Innare litoribus. Cum accus. præpositionis inuenies apud Vrg. 3. Georg. — fluuios innare rapaces. ¶ Innotor. Tacit. lib. 3. Præcipuus, cui secreta imperatorū inniterentur. Sic Quint. lib. 6. c. 2. Omnia curæ vnus innixa. Habet etiam accus. repetita præp. apud Plin. lib. 7. c. 53. & ablat. eadem adiecta, vel detracta. Cic. de Arusp. Hæc vix innixa in omnium nostrum humeris cohærebunt. Horat. 3. Carm. od. 3. Hac arte Pollux, & vagus Hercules Innixus. — ¶ Innotesco. Iust. lib. 12. Sed vbi Appulis oraculum innotuit. Tacit. lib. 20. Sed vbi festo vera, & falsa innotuere. ¶ Inolesco. Gell. 1. 5. c. 21. Assidua veterum scriptorum tractatione, inoleuerat lingua illius vox, quam in libris sepe offenderat. Sic Macrobi. 1. 5. c. 6. in Som. Scip. ¶ Inquit. Plaut. Curcul. — saluto adueniens. Salue, inquit mihi. — Cic. pro Mur. Nō multa peccas, inquit ille fortissimo viro senior magister. Liu. bel. Pun. 2. Insiber equum, faciemq; nescitans, consul, inquit, hic est, popularibus suis. ¶ Insensco. Quint. lib. 10. c. 3. Quomodo sufficere ciuilibus officijs possit, quis singulis actionū partibus insenscit? Negotijs insenscere, Tacit. lib. 3. Libris & curis, Horat. 2. Epist. 2. ¶ Inseruio. Cic. 5. Verr. Rapaces magistratus inseruiebant publicanis. Plin. in Paneg. Ego reuerentia vestra semper inseruiam. Q. Cic. de Petit. Cons. Inseruire negotijs amicorum, ac periculis. ¶ Insideo. Cic. pro Mil. Si tibi penitus insidisset ista suspicio. Liu. dec. 4. lib. 7. His [quadrigris] insidebant Arabes sagittarij. Plin. Epist. 12. Dolor pedibus insidebat. Casus hic effertur etiam per ablat. Cic. pro Cornel. Succedo orationi, quæ in animis

animis omnium penitus insederit. Accusatiuus præpositionis vsitatissimus est. Vnde Insidere arcem, itinera, locum, & similia. ¶ Insidior. Cic. in Catil. 1. Vigilare ad insidandum bonis occisorum. Plin. lib. 3. cap. 8. de Praxitele. Fecit & patrem [Aposthenum] subrepenti lacerta cœminu sagitta insidiantem. Inuenitur etiam Insidio, as, apud Calistr. L. Capitolium, de Pœnis. Igni crematur, inquit, plerūque serui, qui saluti dominorum suorum insidauerint. ¶ Insido. Colum. lib. 2. c. 2. Ingumq; melius aptum ceruicibus insidat. Quint. Declam. 6. Insidunt offibus catene. Idem lib. 10. c. 7. Silentium quæret, dū illa verba memoriæ insidant. Cū accus. præpositionis, Sol. c. 15. Cuius [fluminis] iuxta plurimæ insidit nationes. ¶ Insilio. Plin. ad Camin. lib. 9. de Delphino. Puer adnatae, nanti insilit tergo. Ou. Met. 8. — insilit vndis. Insilire in equum, Liu. ab Vrb. 6. ¶ Insulto. Cic. 2. Acad. Illustris igitur rebus insillitis. Plin. lib. 6. c. 17. Alexandri magni vestigijs insistamus. Insistere in vestigio, Cic. 3. de Or. Cū accus. Terent. Eunuch. — quæ insillam viam. Liu. 7. bel. Mac. Iter, quod insillitis, approbo. ¶ Insono. Plin. ad Suram lib. 7. Illa effigies feribentis capiti catenis insonabat. ¶ Inspuo. Senec. de Pra lib. 3. c. 8. Diogeni de ira differenti adolescens: proteruus inspuat. Ibid. Catoni cū causam agenti in frontem mediam saluam inspuisset Lentulus. ¶ Insto. Cic. pro Cecin. Nolte mihi inslare, vt iudicem. Liu. 8. bel. Pun. Ipse ita insiluit operi, vt die 40. & c. Plin. Ep. 97. Me amulari, meis vestigijs inslare videntantur. Cum accus. pro vrgere. Plaut. Curcul. Si magis me inslabunt, & c. Item inslare iter, apud eundem in Cistel. & in Asino. Rectam inslare viam. Cum ablat. & præp. tum Plaut. in Persa. — tibi multa bona inslant à me: tum Lentulus ad Cic. Non minora pericula Reip. à Dolabella inslant, quàm ab Antonio. ¶ Insudo. Horat. Serm. 1. Saty. 4. — libellos, Quis manus insudet vulgi — ¶ Insuesco. Colum. lib. 6. cap. 7. Cui [pullo asinino lacte nutriendo] cū decem diebus assuevit equa, semper postea destinanti præbet vbera. Sic Tacitus. Cum accusatiuo vsurpauit etiam Celum 1. 6. c. 44. Si tantumdem aquæ misceas, & ea pecu insuescas. Nec mirum, cū ipse passina voce vsus fuerit lib. 11. c. 3. de sentibus, Sic insuesci debent, vt in id spatium, quod sulcis intèriacet, inclinentur. Horat. quog; Serm. 1. Saty. 4. — insuevit pater optimus hoc me, Vt fugerem exemplis vitiorum quæque notando. Vbi insuevit à verbo Insero legitur à quibusdā: sed lectio illa prior repudianda non videtur. ¶ Insulto infrā inuenies Schol. 17. ¶ Insulm. Plaut. Pœnul. Inest macula huic homini in pectore. Plin. lib. 10. c. 36. Columbis inest quidam & gloriæ intellectus. ¶ Insurgo apud Apul. 4. Met. Insurgit spelunca: iuris ardua. ¶ Intabesco. Senec. ad Polybium, c. 3. Quid itaque iuuat delori intabescere. Idem de Consol. ad Albin. cap. 16. Non te finent intabescere vulnere. ¶ Intercedo. Terent. Andr. — nam mihi immortalitas Parata est, si nulla egritudo huic gaudio intercesserit. Cic. Appio Balbo lib. 6. Veteres mihi anticitia cum his omnibus intercedunt. ¶ Intercurro. Plin. lib. 37. cap. 5. Quibusdam [snaragdus] intercurrit umbra. Cic. Tusc. 2. His laboriosis exercitationibus, & delo intercurrit nonnunquam: ¶ Interdico pro Repugno. Cic. 4. Verr. Prætor improbus, cui nemo interdicare possit. Alios casus habet, de quibus infrā Schol. 18.

¶ Inteteste pro Differt. Terent. Eunuch. Dij immortales, homini homo quid praestat? fulco intelligens. Quid interest! — Senec. in Praef. l. 1. Nat. at. q. Quid illis [formicis] & nobis interest, nisi exigui mensura corpusculi? ¶ Interfluo. Senec. de Benef. lib. 6. c. 7. Quamvis piscosa, & amœna [flumina] pinguis aruis interfluant. ¶ Interiaceo. Colum. lib. 1. c. 3. Spatium, quod sulcis interiacet. Liu. bel. Pun. 1. Cumpum interiacentem Tyberi, & manibus Romanis. Praepositionis etiam recipit accus. Plin. lib. 5. c. 4. In regione, quae duas Syrces interiacet. ¶ Interloqui alteri, idest Interrumpere sermonem loquenti, Terent. Heaut. ¶ Interluceo apud Liu. ab Urb. 1. & Virg. 9. Æn. cum datiuo inuenies. ¶ Interminor. Terent. Heaut. Meministi mihi te maximopere esse interminatam. Plaut. Afin. Mihi, tibiq; interminatus est. ¶ Internascor. Tacit. lib. 10. Internatas saxis herbas. ¶ Interfutura. Valer. Max. lib. 2. cap. 2. Querebant, quinam ei conuiuio essent interfuturi. Senec. de Prouid. in Praef. Cum probarem interesse nobis Deum. ¶ Interuenio. Liu. ab Urb. 1. Huic orationi Seruius cum interuenisset. Idem bel. Mac. 10. Ita me audies precor, tamquam si voce & comploratione nocturna exercitus mihi quiritanti interuenisset. ¶ Intono. Tacit. lib. 12. Quis deligeret uxorem Claudio cœlibi ritæ intonanti, & conjugum imperijs obnoxio. ¶ Inuado. Gell. lib. 19. cap. 4. Querit [Aristoteles] quam ob causam eueniat, ut quibus inuasit repentinus rei magnæ timor, alio statim cita fiant. ¶ Inueterasco. Cic. pro Sylla, At si tibi nos peregrini videmur, quorum iam & nomen, & honos inueterauit, & huic Urbis, & hominum fame, ac sermonibus, &c. ¶ Inuideo cum datiuo frequens est. Cum accus. quem apud Priscos habuit, iunxit Or. Ep. 13. Troadas inuideo. — Vide Quint. lib. 9. c. 3. Accius apud Cic. Tusc. 3. Florem quiscam liberum inuidit meum. Vnde Horat. in Art. passiuum finxit. — ego cur, acquirere pauca Si possum, inuideor. — ¶ Inuigilo. Plin. Panegy. Hortatus es inuigilare publicis utilitatibus. Pers. Saty. 3. — in somnis quibus indetensa iuuentus Inuigilet. — ¶ Inuolo. Col. lib. 8. c. 3. Neque enim debent gallinae ipsis nidis inuolare. Cum accus. repetita praep. Terent. Eunuch. — isti in oculis inuolem venefico. Et sine illa. Tacit. lib. 1. Truces animos cupido inuolat. ¶ Iocor. Senec. Declam. lib. 4. Vestris fascibus iam puellae iocuantur. ¶ Irascor. Cic. Off. 1. Si irascamur importunè accidentibus, aut importunè rogantibus. Quintil. lib. 2. c. 7. Viuaciores irasciuntur admonitioni. ¶ Irrepero. Senec. Epist. 38. Plurimum proficit sermo, qui minutatim irreperit animo. Idem de Ira, lib. 3. c. 4. Iracundiam & eruditio hominibus, & in alia sanis irreperere. Plin. lib. 35. c. 2. Africanorum dedecore notam irrepentem Scipionum nomini. Vtrumque praeterea casum praepositionis admittit. Cic. in Orat. Haec eloquentia irrepit in sensus. Plin. lib. 16. c. 1. Haec tuus irrepit in Italia. ¶ Incessit inferius Sch. 17. reperies. ¶ Iubeo. Cic. Attic. lib. 6. Quamquam haec mihi literæ Dolabellæ iubent ad pristinas cogitationes reuerti. Tacit. lib. 13. Equitibus iusserat, ut instantibus cominus resisteret. Idem lib. 12. Britannico iussit, ut exurgeret. Dicitur etiam Latine, Iubeo tibi hoc, ut infra dicitur. Cum accusat. significat, ut dictum est, discernere, statuere, creare. De quibus vide Schol. 13. inter verba Actiua. ¶ Iuro. Plin. Panegy.

Scis

Scis tibi vbi que iurari, cum ipse iuraueris omnibus. ¶ Lateo. Cic. in Catil. Orat. 1. Nihil moliris, quod mihi latere valeat. Idem post redit. in Senat. Vbi nobis haec autoritas tamdiu tanta latuit. Sic Varr. de Analog. lib. 2. Et Sil. lib. 12. Cum accusat. Plin. lib. 2. c. 20. Latet plerosq; &c. Sic Virg. 1. Æn. Nec fratrem latere dolet. ¶ Latito. Plaut. Trinum. — quid ergo ille ignauissimus mihi latitabat? ¶ Lenocinor. Cic. Verr. 1. Alienus tibi lenocinabitur. Idest blandietur. Plin. lib. 2. Epist. 9. Potest fieri, ut libro isti nouitas lenocinetur. Hoc est gratiam conciliet. ¶ Libet. Cic. 2. de Orat. Sin tibi id minus libebit, non te vrgebo. Idem pro Cœlio, Vos laboriosos existimet, quibus otiosis, ne in communi quidem otio, liceat esse. ¶ Liquet. Cic. 1. de Diu. Cum id, de quo Punctio non liquet, reliquis videatur luce clarius. ¶ Lito. Idem 2. de Diu. Quid tandem euenit, ut litetur [dij] alijs, alijs non litetur. ¶ Luceo. Idem pro L. Man. Nunc imperij nostri splendor illis gentibus luceat. Luceo tibi facem, dixit Plaut. in Casin. & Tute tibi lucet ceruicem, in Curcul. ¶ Maledico. Cic. 1. de Nat. deor. Cum Epicurus Phedoni turpissimè maledixerit. ¶ Maléprecor. Plaut. Mercat. Male mihi precatur, & facis conuictum. ¶ Malefacio. Cic. ad Brut. lib. 11. Dij isti Segulio malefaciant. ¶ Malè mihi est. Idem Attic. 15. Malè sit Antonio: siquidem Brutus molestus est. Ibid. lib. 13. Malè mihi sit, si vnquam quicquā tam enit. ¶ Male loquor. Plaut. Pæn. Istic est che-saurus in lingua sticus, Vt quæstū habeant male loqui melioribus. Idè Epid. Qui tibi lulet mihi male loqui. Terent. Phorm. Pergin' herc absentem male loqui, iniquissimè? Id est maledicere. ¶ Maleuertit. Plaut. Pseud. — stultum autem illum, cui [consilium] vertit male. Terent. Adelp. Res tibi vertat malè. ¶ Medeor. Cic. pro Sest. Hi medentur Resip. qui exsecant pestem aliquam. Plin. lib. 12. c. 13. Malus Assyria venenis medetur. Cum accusat. Terent. Phorm. Quas, cum res aduersæ sint, paulo mederi possis. Vitruu. lib. 1. c. 11. At si vulnus mederi oportuerit, non accedet muscus. Varro de Re rust. lib. 2. cap. 7. Quod, qui huiusmodi sit, ad medendum est appositus. Vnde & participium Medendus. Suet. in Tit. c. 8. Medendæ valetudinè nullam opem non adhibuit. ¶ Medicor in Schol. 17. reseruat. ¶ Mentior. Q. Cic. de Pet. Consul. Omnes hoc animo sunt, ut sibi tamentivi malint, quam negare. Senec. epist. 79. Sibi ipse mentitur. Sil. lib. 7. Diues ea, & nunquam tellus mentita colono. ¶ Metuo tibi, hoc est Timeo, ne tibi quid mali accidat. Plaut. Amph. Additur etiam cum datiuo accusatiuus. Cic. Verr. 3. Nullam maiorem pupillo metuunt calamitatem. Plin. lib. 18. cap. 29. Tria tempora fructibus [Prisci] metuebant. Metuo te, aliud est. significat enim Timeo, ne mihi noceas. Plaut. Pseud. N' misq; ego illum hominem metuo. ¶ Moderor, idest Modum adhibeo. Cic. in Part. Auditorum aures moderantur oratori prudenti, & prouido. Liu. ab Urb. 4. Gaudeant se ire moderatos. Moderari, idest Regere cum accusatiuo non minus frequens est. ¶ Morigeror. Cic. in Orat. Voluptati aurium morigerari debet oratio. Sic Terent. Adelp. Morigero, as, cum eodem casu apud Plaut. in Amph. & iterum in Captiu. ¶ Noceo. Cic. 1. Offic. Qui alijs nocent, ut in alios liberales sint, in eadem sunt iniusticia, Verum autem iungatur accusatiuo videndum est infra Schol. 17.

KKK

¶ Notefco.

¶ **Notefco.** Tacit. lib. 5. *Libervis quoq; ac ianitoribus eius notefcere pro magnifica accipiebatur.* Sic idem lib. 1. & 16. ¶ **Nubo.** Cic. pro Cluent. *Reliquit filiam, que nupsit adolefcenti, & honesto, & nobili.* Ouid. Epist. 9. *Siqua voles apte nubere, nubere pari.* Nubere cum aliquo apud Plaut. in *Asin.* & Cic. lib. 15. ad Catonem.

¶ **Obambulo.** Liu. bel. Mac. 6. *Obambulare muris cepit.* Virg. Georg. 3. *De Lupo.* *Nec gregibus nocturnus obambulat.* — Cum accusat. præpositionis Ouid. 14. Met. *Illequidem totam gemebundus obambulat Ænam.* Sic Plaut Merc.

— *urbem obambulo.* ¶ **Obedio.** Cic. Offic. 3. *Ex quo efficitur hominem nature obediẽtem homini nocere non posse.* Gell. lib. 2. c. 29. *Statim dicto obediãt.*

¶ **Obéquito.** Liu. ab Urb. 9. *Postero die obequitavit stationibus hostium.* Sic idem 11. sap. 15. *Cum accus. apud eum.* bel. Pun. 4. *Tanta clamore ad arma discursum est, ut prætores pauidi obequitauerint Syracusis.* Sic Curt. lib. 3. *Cumq; [Alexander] agmen obequitaret.* ¶ **Oberro.** Curt. lib. 8. *Cum tanti periculi, quo euaserat, imago oculis oberret, &c.* Sic Plin. Panegy. ¶ **Obiaceo.** Liu. ab Urb. 2. *Saxa obiacentia pedibus ingerit in subeantes.* Sic ibid. lib. 8.

¶ **Obirascor.** Senec. de Tranq. Vit. lib. 1. c. 2. *Obirascens fortuna animus.* Sic Liu. ab Urb. 1. ¶ **Oblatro.** Senec. 3. de Trac. cap. 43. *Quid illum oblatrantem tibi exterrere viribus tentis? Cum accus. Sil. lib. 8. Inxima dum vulgi fouet, oblatratq; Senatum.* ¶ **Obloquor.** Plaut. Menæch. *Te morare, mihi cum obloquere.* In illo Cic. ad Q. fr. 1. 2. *Tu verò, vt me & appelles, & interpelles, & obloquare, & colloquare velim.* accusatiuus erit subintelligendus: quem expressit Virg. Æneid. 6. *Obloquitur numeris septem discrimina vocum.*

¶ **Obluctor.** Virg. 3. Æn. *Aggredior, genibusq; aduersa obluctor arena.* Colum. lib. 8. c. 14. *Solidioribus herbis [anser] obluatur ita pertinaciter, vt conuellas armos.* ¶ **Obnafor.** Liu. bel. Pun. 3. *Obnata ripis salicta.* ¶ **Obnitor.** Tacit. lib. 1. *lli obniti trahentibus.* ¶ **Oboleo.** Plaut. Menæch. — *Oboluit mar supium* Huic istuc quod habes. — *Cum accus. idem Mostel.* — *Oboliisti allium.* Suet. in Calig. c. 23. *Ille antidotum oboliuisset.* ¶ **Oborior.** Liu. bel. Pun. 10. *Masinissa hoc dicenti lacryma etiam aborta.* Sic Valer. lib. 8. c. 7. *Quid. Met. 2. Suneq; oculis tenebrae per tantum lumen aborta.* — *Cum eodem casu vsurpauit simplex, Otior, Senec. Nat. q. lib. 7. Quam multa numquam humanis oculis orientia.* ¶ **Obrêpo.** Cic. de Senect. *Quatenim citius adolefcentie senectus obrêpit? Senec. De Benef. lib. 3. c. 1. Apparet illum non sepe de reddendo cogitasse, cui obrêpsit obliuio.* Imagines obrêpunt in animos dormientium, Cic. 2. de Diu. ¶ **Obsecundo.** Plaut. Trucul. — *dum habes tempus, ei obsecundes.* Cic. pro L. Manil. *Vt eius semper voluntatibus venti, tempestatesq; obsecundarint.* ¶ **Obsequor.** Cic. Lentulo lib. 1. *In nauigando tempestati obsequi artis est.* Idem 2. de Fin. *Obsequar voluntati tuae.* Cum accusat. Gell. lib. 2. c. 7. *Sed ea, que obsequi non oportet, verecunde declinanda.* Vnde & particip. passiuum Obsequendus. Idem 1. l. c. 13. *Theorematicum hoc de mandatis obsequendis.* ¶ **Obfidior.** Colum. 1. 9. c. 14. *Ante aluearia [crabrones] obfidiantur prodèuntibus.* ¶ **Obflito.** Cic. Acad. 2. *Maximam actionem puto obflitere opinionibus.* Idem 2. Tusc. *Tamquam hostii [sapientia vir,] sic obflitat dolori.* ¶ **Obfsono, idest, Obstrepo,**

seu obloquor. Plaut. Pseud. *Malè morigerus, male mihi facis, cū sermone huic obsonas.* ¶ **Obsto.** Terent. Heaut. *Paululum negoti mihi obstat.* Quinzil. lib. 2. c. 12. *Video quosdam in ipso statim limine obflituros mihi.* ¶ **Obstrepo.** Idem Decl. 5. *Ne colloquyis nostris catenarum stridor obstreperet.* Curt. lib. 8. *Ramis auẽpendent, quas cantu serijs rebus obstreperere docuerunt.* Liu. ab Urb. 1. *Vterque vociferari, & certatim alter alteri obstreperere.* Accusat. præpositionis vsus est Virg. in Culi. — *vox obstrepat aures.* ¶ **Obsum.** Cic. 1. Offic. *Ne oblit benignitas ijs, quibus benignè videtur fieri.* Ouid. 4. de Pont. *Obfuit auctori nec fera lingua suo.*

¶ **Obtempero.** Cic. pro Quin. *Cupiditati alterius obtemperare.* Ouid. 4. Trist. — *iussis obtemperat Inda magistri Bellua.* — ¶ **Obtingit.** Cic. in Pison. *Damnatio ista, que in te flagitatur, obtrigit Rutilio* ¶ **Obtrecto.** Cic. pro L. Manil. *Qui huic obtrectant legi, atq; cause, &c.* Cum accusat. Plin. lib. 9. c. 35. *De Cleopatra. Hec lautitiam eius omnem, apparatusq; obtrectans respondit vna se cœna centies HS. absumpturã.* Sic Valer. Max. 1. 7. ¶ **Obuenit.** Cic. Offic. 1. *Sin quã necessitas huius muneris alicui prouincie obueneris.* Plin. lib. 7. c. 1. *In domo, que mihi hereditate obuenerit, comiter habitem.* ¶ **Obuerlor.** Cic. Tusc. 2. *Obuerlentur species honeste animo.* Liu. Bell. Mac. 3. *Cladis memoria oculis obuẽrsabatur.* ¶ **Obuio.** Pallad. lib. 1. Tit. 39. *Grândini creditur obuicare, siquis, &c.* Sic idem lib. 4. Tit. 10. *Macrob. in Summ. Scip. c. 6. Que [septem spherã] & superioris rapidis motibus obuiant, &c.* ¶ **Obumbro.** Actiuum est, sicut & simplex Umbro. Sumitur aliquãdo neutraliter. Plin. lib. 17. c. 21. *Meliorq; ea [vinea] vino, quando sibi ipsa non obumbrat, assiduq; sole coquitur.* Cum accus. idem lib. 16. cap. 36. *de Calamis. His armis [Indi] solem ipsum obumbrant.* Passiua voce vsus est idem lib. 23. c. 1. *In prouertium cecit, Sapientiam vino obumbrari.* ¶ **Occurro.** Cic. 2. Verr. *Malitie consilio nostro occurramus.* Idem de Senect. *Tu mihi occurrebas dignus eò munere.*

¶ **Ocurfo.** Plin. lib. 6. c. 22. *Idem narrauerit & aduenis ibi feras occurfare.* Plin. ad Max. lib. 5. *Occursant animo mea mortalitas, mea scripta.* Idem Panegy. *Intercedere casibus, occurfare fortuna.* Sic Occurfito. Solin. c. 38. *Si pecoribus [elephantes] occurfitent.* ¶ **Officio.** Cic. pro Rabir. *Posit. Nec mentis luminibus officit altitudo fortune, & glorie.* Plin. lib. 20. cap. 7. *Quidam frequentiores in cibo [lactucas] officere claritati oculorum tradiderunt.* Cum accusat. Plaut. in Trucul. — *ego te hic assatim officiam.* Datio tamen potius vtendum: qui satis frequens est: & vetustis, quoad fieri potest, abstinentium. ¶ **Opitulor.** Cic. ad Planc. lib. 10. *Mi plance subueni patrie, opitulare collega.* Sic idem, & alij frequenter.

¶ **Operor pro Operam do, & Sacrifico.** Solin. c. 11. *In quo, qui diuine rei operantur, ligna super aras struunt.* Liu. bel. Pun. 1. *Alijs [prodigijs] procurandis prope tota ciuitas operata fuit.* Cum accusatiuo iunctum inferius inter Deponentia reperies.

¶ **Opploro.** Auctor ad Her. lib. 4. *Vos auribus meis opplorare desinitis.*

¶ **Palpor.** idest Adilior, cum datiuo vsus est Horat. 2. serm. Saty. 1. *Cui male si palpere, recalcitrat.* — *Actiue aiunt in ead. signif. posuisse Iuuenal. Saty. 1. cum accusat.* — *quem munere palpat* Carus. — ¶ **Parco.** Cic. ad Att. 2. *Times*

quem expressit Virg. Æneid. 6. *Obloquitur numeris septem discrimina vocum.*

¶ **Obductor.** Virg. 3. Æn. *Aggredior, genibusq; aduersa obluctor arena.* Colum. lib. 8. c. 14. *Solidioribus herbis [anser] obluatur ita pertinaciter, vt conuellas armos.*

¶ **Obnafor.** Liu. bel. Pun. 3. *Obnata ripis salicta.* ¶ **Obnitor.** Tacit. lib. 1. *lli obniti trahentibus.* ¶ **Oboleo.** Plaut. Menæch. — *Oboluit mar supium* Huic istuc quod habes. — *Cum accus. idem Mostel.* — *Oboliisti allium.* Suet. in Calig. c. 23. *Ille antidotum oboliuisset.*

¶ **Oborior.** Liu. bel. Pun. 10. *Masinissa hoc dicenti lacryma etiam aborta.* Sic Valer. lib. 8. c. 7. *Quid. Met. 2. Suneq; oculis tenebrae per tantum lumen aborta.* — *Cum eodem casu vsurpauit simplex, Otior, Senec. Nat. q. lib. 7. Quam multa numquam humanis oculis orientia.*

¶ **Obrêpo.** Cic. de Senect. *Quatenim citius adolefcentie senectus obrêpit? Senec. De Benef. lib. 3. c. 1. Apparet illum non sepe de reddendo cogitasse, cui obrêpsit obliuio.* Imagines obrêpunt in animos dormientium, Cic. 2. de Diu. ¶ **Obsecundo.** Plaut. Trucul. — *dum habes tempus, ei obsecundes.* Cic. pro L. Manil. *Vt eius semper voluntatibus venti, tempestatesq; obsecundarint.*

¶ **Obsequor.** Cic. Lentulo lib. 1. *In nauigando tempestati obsequi artis est.* Idem 2. de Fin. *Obsequar voluntati tuae.* Cum accusat. Gell. lib. 2. c. 7. *Sed ea, que obsequi non oportet, verecunde declinanda.* Vnde & particip. passiuum Obsequendus. Idem 1. l. c. 13. *Theorematicum hoc de mandatis obsequendis.*

¶ **Obfidior.** Colum. 1. 9. c. 14. *Ante aluearia [crabrones] obfidiantur prodèuntibus.*

¶ **Obflito.** Cic. Acad. 2. *Maximam actionem puto obflitere opinionibus.* Idem 2. Tusc. *Tamquam hostii [sapientia vir,] sic obflitat dolori.* ¶ **Obfsono, idest, Obstrepo,**

¶ **Obtrecto.** Cic. pro L. Manil. *Qui huic obtrectant legi, atq; cause, &c.* Cum accusat. Plin. lib. 9. c. 35. *De Cleopatra. Hec lautitiam eius omnem, apparatusq; obtrectans respondit vna se cœna centies HS. absumpturã.* Sic Valer. Max. 1. 7. ¶ **Obuenit.** Cic. Offic. 1. *Sin quã necessitas huius muneris alicui prouincie obueneris.* Plin. lib. 7. c. 1. *In domo, que mihi hereditate obuenerit, comiter habitem.*

¶ **Obuerlor.** Cic. Tusc. 2. *Obuerlentur species honeste animo.* Liu. Bell. Mac. 3. *Cladis memoria oculis obuẽrsabatur.* ¶ **Obuio.** Pallad. lib. 1. Tit. 39. *Grândini creditur obuicare, siquis, &c.* Sic idem lib. 4. Tit. 10. *Macrob. in Summ. Scip. c. 6. Que [septem spherã] & superioris rapidis motibus obuiant, &c.*

¶ **Obumbro.** Actiuum est, sicut & simplex Umbro. Sumitur aliquãdo neutraliter. Plin. lib. 17. c. 21. *Meliorq; ea [vinea] vino, quando sibi ipsa non obumbrat, assiduq; sole coquitur.* Cum accus. idem lib. 16. cap. 36. *de Calamis. His armis [Indi] solem ipsum obumbrant.* Passiua voce vsus est idem lib. 23. c. 1. *In prouertium cecit, Sapientiam vino obumbrari.*

¶ **Occurro.** Cic. 2. Verr. *Malitie consilio nostro occurramus.* Idem de Senect. *Tu mihi occurrebas dignus eò munere.*

¶ **Ocurfo.** Plin. lib. 6. c. 22. *Idem narrauerit & aduenis ibi feras occurfare.* Plin. ad Max. lib. 5. *Occursant animo mea mortalitas, mea scripta.* Idem Panegy. *Intercedere casibus, occurfare fortuna.* Sic Occurfito. Solin. c. 38. *Si pecoribus [elephantes] occurfitent.*

¶ **Officio.** Cic. pro Rabir. *Posit. Nec mentis luminibus officit altitudo fortune, & glorie.* Plin. lib. 20. cap. 7. *Quidam frequentiores in cibo [lactucas] officere claritati oculorum tradiderunt.* Cum accusat. Plaut. in Trucul. — *ego te hic assatim officiam.* Datio tamen potius vtendum: qui satis frequens est: & vetustis, quoad fieri potest, abstinentium.

¶ **Opitulor.** Cic. ad Planc. lib. 10. *Mi plance subueni patrie, opitulare collega.* Sic idem, & alij frequenter.

¶ **Operor pro Operam do, & Sacrifico.** Solin. c. 11. *In quo, qui diuine rei operantur, ligna super aras struunt.* Liu. bel. Pun. 1. *Alijs [prodigijs] procurandis prope tota ciuitas operata fuit.* Cum accusatiuo iunctum inferius inter Deponentia reperies.

¶ **Opploro.** Auctor ad Her. lib. 4. *Vos auribus meis opplorare desinitis.*

¶ **Palpor.** idest Adilior, cum datiuo vsus est Horat. 2. serm. Saty. 1. *Cui male si palpere, recalcitrat.* — *Actiue aiunt in ead. signif. posuisse Iuuenal. Saty. 1. cum accusat.* — *quem munere palpat* Carus. — ¶ **Parco.** Cic. ad Att. 2. *Times*

tam vehemens vir ne dolori, & iracundie parcat. Horat. 3. Carm. od. 10. — *supplicibus tuis* Parcat. — Accusatiuum Gellius adiunxit lib. 16. c. 19. *Vitam modo sibi ut parcerent (Arionem) orauisse.* ¶ *Pater* cum datiuo frequentiss. est. *Accus. addidit* Stat. 1. Achill. — *Parebimus omnia matri.* & Gell. lib. 2. cap. 7. *Neque illa vera, & proba (sententia) videri potest, Omnia esse, quae pater dixerit, parendum. Et infra. Quaedam esse parendum, quaedam non obsequendum. Hos tamen casus, Omnia, & Quaedam, si quis communes esse malit, minime repugnauerim.*

¶ *Parento, vel Parentor.* Cic. pro Flacc. *Litemus Lentulo, parentemus Cethégo, idest, iusta celebremus. Parentor deponens apud Senec. epist. 123. Mortuis certe interdiu parentantur.* ¶ *Pateo.* Cic. de Off. 2. *Est valde decorum patere domus hominum illustrium illustribus, hospitibus. Senec. epist. 105. Periculis patemus auersi.*

¶ *Patrocinar.* Plin. lib. 14. c. 4. *Contra id vicinitate sibi patrocinate. Patrocinari fidei, Quinil. lib. 2. c. 4.* ¶ *Pauco.* Terent. P. borm. *Eheu me miserum, mihi pauco.*

¶ *Pecco.* Idem. *Adelph. — si quid peccat Démea, Mibi peccat. — Visitatus tamen est in aliquem peccare. Cic. Att. 3. Si quid in te peccauit, &c.* ¶ *Peicero.* Plin. ad Caluis. lib. 2. *O hominem perfidum, qui sibi per salutem filij peierasset.*

¶ *Permaneo.* Senec. Epist. 109. *Si illi animo forma permaneat. Sic ibid. iterum, Inde mihi quaedam permansere, Lucili.* ¶ *Pertimeo.* Cic. ad Q. fr. lib. 1. *Familiarissimus quisque aut sibi pericinit, aut mihi inuidit.* ¶ *Placeo.* Cic. pro D. sur. *Nōne fieri poterat, ut populo de Cyprio rege placeret, de exulibus Bizarijs displiceret. Virg. Eclog. 10. — nec carmina nobis Ipsa placent. — Ouid. 4. Trist. Eleg. 3. — omni tibi date placebam. Placeat pro. Videtur. Cic. Tironi lib. 16. Mibi placebat, si firmior esses, ut te Léucadem deportares. Idem ad Attic. 13. Exspecto, quid istis placeat de epistola ad Casarem.*

¶ *Plaudo, hoc est, Applaudo, vel Assentior.* Plaut. Menech. *Valete, & nobis clarè plaudite.* Plin. Tacito lib. 9. *Nec ipse tibi plaudis.*

¶ *Præcaueo.* Terent. Andr. *Namq; hocce tempus præcauere mihi me, aut te viciisci finit. Liu. ab Vrb. 3. Tum Valerius, Horatiusq; Decemuiris ab impetu multitudinis præcauere iubentur.* ¶ *Præcello.* Tacit. lib. 12. *Agrippina fama Liuiam præcellebat. Idest imperabat. Cum accusat. Tacit. lib. 12. Agrippina fama Liuiam præcellebat.*

¶ *Præcurro, & Præeo, vide Infra Schol. 17.* ¶ *Prægregior.* Varro de Re rust. lib. 2. cap. 7. *de equi boni signis, Si cum stumen traiciendum est, gregi in primis prægreditur. Ceterum accusatiuo frequentius adhaerescit. Prægredi nuncios, idest, Anteuertere apud Liu. 8. bel. Pun. Prægredi alios, idest Antecellere apud Sall. in Orat. ad Casar. de Rep. ordin.*

¶ *Præiudico peculiare est Iurisperitis. Cod. lib. 6. de Testament. Tit. 23. Neque professio, neque asseneratio nuncupantium filios, qui non sunt, veritati præiudicant. Pl. pian. Pandect. lib. 25. Tit. 3. Ex his apparet, nihil præiudicare filio, &c.* ¶ *Præluceo datiuo iungi supra. osten sum est. ex Cic. pro Sest. ¶ Præludo. Senec. epist. 103. Illi meliori vite, longioriq; præcluditur. Stat. Achill. 1. — magnusq; tibi præludat Achilles. Senec. Hipp. Ut cepit animos, seseq; prætentans sanis. Præclufit. &c. — Idem Troad. — præludens tuis Iam Troia, fatis.*

¶ *Præmetuo amice.* Cas. bel. Gal. 7. *Casar præmetuens suis ad Tit. Sextium lego-*

*sam mittit, &c. & Præmineo. Tacit. lib. 25. Ed vsq; valuit, ut vi nocendi etiam malis præmineret.* ¶ *Præmoderor* apud Gell. lib. 1. c. 11. *Cretenses prælia ingredi solites memorie datum est præcinente, ac præmoderante cithara gressibus.*

¶ *Prænitere alicui, idest Magis nitere existat apud Horat. Carmin. lib. 1. Od. 33.*

¶ *Præoccido.* Plin. lib. 18. c. 29. *In 4. Kal. Mai. Canis occidit, cui præoccidere Caniculam necesse sit.* ¶ *Præseruio.* Plaut. in 2. n. pb. *Ut præseruire mei amanti p. ssim patri.* ¶ *Prælidere.* studijs, imperio, prouincia, ludis, & similia passim occurrunt. *Cum accusat. ut Præsidero exercitum, Præsidero litora, legitur apud Tacit. lib. 3. & 4.*

¶ *Præstat.* Terent. P. borm. *Hem, vir viro quid præstat?* Cic. de N. ad. 3. *Chio dicere solebat, tacere præstare philosophis, quam ijs, qui se audissent, nocere.*

¶ *Datiuum personæ mutauit in ablat. Colum. lib. 11. c. 1. Sic in agresti (inquit) negotio dicitur vix potest, quid nauis operarius ignauo, & cessatore præstet.* ¶ *Præstolor* infra requirendum Schol. 17. ¶ *Præulto.* Liu. ab Vrb. 7. *Volo isti bellæ ostendere, quando aded ferox præultat hostium signis, ne, &c.*

¶ *Præelle sacris, Reip. exercituiq; classi, &c. passim inuenies.* ¶ *Prætimeo.* Plaut. Amph. *Mirari non est æquum, sibi si prætimeat.* ¶ *Præuaricor.* Cic. pro Cluent. *Nō defendere, sed præuaricari accusationi videbatur. Diomedes eum d. casum huic verbo tribuit.*

¶ *Præuertor.* Plaut. Capt. — *ei rei præuorti volo. Hoc est, Eam rem prius volo transigere. Idem Merc. Abige abste lassitudinem: caue pigritie præuorteris. Sic idem sapius. Cas. bel. Gal. 7. Casar huic rei præuertendum existimauit.*

¶ *Procedit.* Cic. Attic. lib. 10. *Quid agam nunc, cui nihil procedit, caduntq; ea, quæ diligentissimè sunt cogitata, teterrimè. Liu. ab Vrb. 5. Placere autem, omnibus his voluntariam, extra ordinemq; fessis militiam era procedere. Sallust. Inrg. Ita Mario cuncta procedere.*

¶ *Procumbo.* Cas. bel. Gal. 7. *Procumbunt Gallis omnibus ad pedes Bituriges.*

¶ *Ou. Met. 13. — magni genibus procumbere non est Designata Ioui. — Datus hic per accus. eleganter effertur. Liu. bel. Pun. 6. Flens ad pedes Imperatoris procubuit.*

¶ *Proficio, idest Profum.* Plin. lib. 36. c. 10. *de Hamarite. Proficit oculorum lacry, mis in lacte muliebri. Sic Vlp. L. Ait Prator. de Iureiur. Matris iusurandum partui non proficit, nec nocebit, etsi mater detulerit.* ¶ *Prohibeo.* Plin. lib. 14. cap. 18.

¶ *Ex qua (vite) illis prohibent. Sic iterum. c. 19. ¶ Propinquo.* Virg. 5. *Æn. Iamq; propinquabant scopulo. — Sic ibid. iterum: & iterum lib. 9. ¶ Prospicio tibi, idest Consulo tibi. Cic. Verr. 3. Hoc modo. iste. sibi, & salutis suæ prospicere didicit. Cui verò longè videre significat, actiu. est. Vnde illa Prospicere tempestatem futuram, futuros casus, exitum vite, finem belli, & similia.*

¶ *Prosum.* Cic. Trebatio lib. 7. *Metuo ne tuum artificium tibi parum proficit. Cum præp. AD, & Contra. Plin. lib. 25. c. 10. Plantago ad omnes bestiarum, morsus prodest. Idem lib. 28. c. 10. Butyrum prodest contra venena.*

¶ *Prouenit, pro Contingit.* Colum. lib. 2. cap. 12. *Mihi videtur pessimi agricolæ, committere, ut satis herba proxiemat. Plaut. Persi. Hanc rem prouentur. mi bene confido mihi.* ¶ *Provideo tibi, idest Consulo tibi. Cic. Verr. 3. Quis non ex iniuria, quæ tibi facta esset, sibi prouideret. Idem pro Cælio. Saluè, & religioni contra periculossimorum hominum potentias prouidere. Cum verò*

*significat*

significat aliquid, antequam fiat, vel à longè videre, postulat accusat. Cic. 1. de Div. Somno seuocatus animus à societate futura prouidet. ¶ Proximo. Solin. c. 11. Cui [sali,] si liquor aquæ proximauerit, crepitat, veluti terreatur. Idem cap. 40. Templo fons proximat, Soli sacer. ¶ QVadrat. Cic. de Clar. Orat. Quoniam tibi quadrat omnia fuisse in Themistocle paria, & Coriolano, &c. Virg. 2. Georg. — omnis in vnguem Arboribus positus facto via limite quadret. Cum præp. AD, vel IN, etiam effertur. Hoc quadrat ad multa, Cic. lib. 4. ad Attic. Omnia, quæ dicuntur, in istum aptè quadrant, idem pro Cælio. Quadro, as, idest In quadrum redigo, actiuū est: coq̄, vsi sunt Columella lib. 11. cap. 2. & Horat. 1. Epistol. ep. 6.

¶ REclamo. Cic. ad Lentul. lib. 1. Oracioni [Lupi Trib. pleb.] vehementer ab omnibus reclamatum est. Sic Reclamito. Idem pro Rosc. Amer. Reclamit. ut istiusmodi suspicionibus ipsa natura. ¶ Recurro. Plin. Paneg. Ita hæc optimi appellatio nunquam memoria hominum sine te recurret. ¶ Recipio tibi idest Promitto. Cic. Att. 5. Philotimus ( vt ego ei coram dixeram, mihiq̄ ille receperat) ne sit, inuito Milone, in bonis. Plancus ad Cic. lib. 10. Recipio vobis me negotium ex sententia cōfecturum. ¶ Refert cum datiuo rei inanimatæ inuenitur. Tacit. lib. 15. Verba Flauij vulgabantur, Non referre dedecori, si citharædus dimoueretur, & tragædus succederet. ¶ Refrāgor. Cic. pro Mur. Tota illa lex petitioni tuæ refragata est. Quint. lib. 10. c. 6. Is, cui non refragetur ingenium, &c. Exstat & Refrāgo, as, ( vt refert Nonius) cū accus. apud Sisenn. Histor. l. 22. Multi populi Dictaturā omnibus animis, & studijs refragauere. At Refrāgor potius vsurpandum. ¶ Regno. Liu. bel. Pun. 8. Præmissa Syllano duo detriginta oppidis regnantem. Cic. Verr. 4. In Sicilia Timarchidem omnibus oppidis per triennium scitote regnasse. Siquis contenderit, Oppidis, ablatiuo me se vtrobq̄, non refragabor. Eodem enim casu vsus est Iustin. lib. 11. Eum inquit tota Asia regnaturum antiqua oracula cecinisse.

¶ Reluctor. Colum. lib. 1. c. 3. Nouum cum veteri adstruitur, ædificium, quasi surgenti reluctans oneri, cedit. ¶ Renitor. Plin. lib. 2. c. 82. Alter motus alteri renitur. Solin. lib. 15 de Gruibus, Et, ne pergentibus ad destinata vis statuum renitur, arenas deuorant. ¶ Renuncio; idest Abstineo, & Alieno me. Quintil. lib. 10. c. 7. Quam facultatem, qui non erit consequutus, mea quidem sententia ciuilibus studijs renunciabit. ¶ Repugno. Cic. ad Attic. 12. [Sermone] interpellat stetus, cui repugno, quoad possum. ¶ Relicto. Cic. ad Metell. lib. 5. Fratri tuo præsentī restiti. Dolori resistere, & fortuna. in eod. ad Sestium Epist. 17. ¶ Respondeo. Cic. Attic. lib. 14. Si bonitas tua responderit iudicio meo, quod semper habui de te, gaubebo. Accusatiuus adhibetur interdum. Cæs. bel. Gall. 1. Arionistis ad postulata Cæsaris pauca respondit. ¶ Restat. Cic. 3. Off. Qui è diuisione tripartita duas partes absoluerit, huic necesse est restare tertiam. Virg. 7. Æn. Hoc Latio restare canunt. —

¶ Resulto. Plin. ad Canin. lib. 8. Nonnullus & in illo labor, vt barbara, & fera nomina Grecis versibus non resultant. Sic idem in Panegy. Itemq̄, Stat. Sylu. 1. — illi Pangæa resultant. & Theb. 2. — oranti vox, & iugalonga esultant.

¶ SATISdo. Cic. pro Quint. Si Alphænus procurator Quintij tibi tum satisfaceret.

Valer.

Valer. lib. 4. c. 1. Iudicatæ pecunie satisfacere. Iulianus ff. lib. 3. de Procurat. Venditori de rato satisfacere. Caius Pandect. lib. 2. Tit. Qui satisfacere cogantur. Satisfacere dicimur aduersario nostro, cum pro eo, quod à nobis petijt, ira cauemus, vt eum hoc nomine securum faciamus, datis fideiussoribus. ¶ Satisfacio. Cic. ad Cæs. lib. 10. Satisfacere immortalitati laudum tuarum mirabiliter cupit [Apollonius.] Idem pro Mur. Existimasti te vtrique negotio satisfacere posse? ¶ Seruire tempori, scenæ, existimationi, dignitati, utilitati, valetudini, & similia passim offendes. ¶ Stat. Cic. ad Varr. lib. 9. Modo stet nobis illud, vna viuere in studijs nostris. ¶ Stipulor. Paul. Pædect. 7. Quia vt ei seruus talis stipulari possit, vsitatum est, Stipulor à te in eisdem quoque libris legitur. ¶ STO. Liu. ab Vrb. 7. Fama rerum standum est, vbi certam derogat vetustas fidem. Vlpian. Pandect. lib. 2. Conuentioni stare. Liu. bel. Pun. 3. Mulorum sanguine ea Pænis victoria stetit. Stare alicui ad cyathum, hoc est Cyathiffare alteri. Suet. in Cæs. c. 49. Cū ablat. iūgitur frequentius, de quo infra Sch. 20. ¶ Studeo. Cic. in Catil. Q. Seruilius Melium nouis rebus studentem manu sua occidit. Idem Verr. 1. Si optimis à pueritia disciplinis, atq̄, artibus studuisses. Solin. cap. 63. Cultura student vniuersi, &c. Studère, pro Cūpere accusat. gaudet. Plaut. Mil. — minus has res studeant. Cic. post redit. in Senat. Cum verò literas studere incipit, &c. Cum genitiuo. Cic. 3. de Nat. ex poëta, Parentem habere — Difficilem, qui nec amet, nec studeat tui. ¶ Subeo. Liu. bel. Mac. 10. Subitura m vobis aliquando germanitatis memoriam, &c. Idem bel. Pun. 7. Dexteræ alic sinistra subit. Virg. 9. Iamq̄, propinquabant castris, murosq̄, subibant. Cum accusat. frequentissime. Vnde illa, Subire calamitatem, periculum, pœnam. Subit animum cogitatio, aut memoria. Pœnitentia subijt regem, &c. apud idem eos auctores. ¶ Subiaceo. Plin. epist. 101. Hi (populi) Apennino subiacent. Sic Colum. lib. 10. ¶ Subinuideo tibi apud Cic. ad Trebat. lib. 7. ¶ Subirascor. Idem ad Trebon. lib. 10. Interdum tibi subirascor. ¶ Sublandior. Plaut. Bacchid. Igitur mihi inanis, atque inopi sublanditur. ¶ Suboleo. Plaut. Pseud. Atque id iam pridem sensi, & subolet mihi. Sic idem iterum in Casin. & Terent. in Phorm. ¶ Suborior. Senec. de Consol. ad Polyb. Quoties lacryme suboriuntur oculis tuis, &c. ¶ Subrēpo. Plin. lib. 8. c. 22. de Luapo. Huic Oblinonem subrēpere aiunt. Quintil. lib. 4. c. 1. Insinuatio subrēpat animis. Alicui se subrēpere, idest, Furtim abire, dixit Plaut. in Mil. ¶ Subscribo. pro Fauco. Liu. ab Vrb. 10. Subscripsit orationi consul. Voluntati alicuius subscribere. Marcell. in Leg. Non aliter de Adopt. ¶ Subseruire alicui, idest, Obtemperare. Plaut. in Menach. Subseruire orationi alterius, hoc est, Eius dicta verbis confirmare. Terent. in Andr. ¶ Subisto. Liu. bel. Pun. 7. Maximè mouis Patres A strūbalis transitus in Italiam, vix Annibalē, atque eius armis subsistentem. Lucr. lib. 2. — neque vllō Tempore inane potest vacuum subsistere rei. Sic idem lib. 1. ¶ Subesse alicui rei, id est Latente inesse. Plin. lib. 16. c. 36. de Calamis, N ostratibus fungosior subest natura. Hor. 1. Ep. ep. 1. — si forte subucula pexæ. Trita subest tunica. — Plaut. Bacch. Subterfugisse sic mihi hodie Chrysalum.

¶ Subuenio. Cic. Offic. 1. Subuenire tempestati sapientis est. Plin. lib. 26. cap. 7.

KKK 4

Sanguinem

*Sanguinem exsuentibus* s. *buenit agāricum*. ¶ *Succenseo*. Cic. 4. Acad. Cur mihi magis succensēris, qui ista non aspernor. ¶ *Succino*. Varr. de Re rust. lib. 1. cap. 2. Quocirca & succinū pastorali [vite,] quodd est inferior. ¶ *Succlamo*. Liu. ab Vrb. 6. Hec Virginiū vociferatī sicclamabat multitudo. ¶ *Succumbo*. Cic. de Senec. Nec languescens [Appius] succūbebat senectuti. Senec. de Benef. 1. 5. c. 1. Succumbūt vitia virtutibus, si illa concidē odisse properaueris. ¶ *Succurro*. Cic. Verr. 2. Huic ego causē actor accessi, vt infamie cōmuni succurrerem. Idem Att. 2. Cogitanti autem hęc ferē succurrebant. Idest In mentē veniebant. ¶ *Suesco*. Tacit. 1. 2. In Illyricum missus est, vt suesceret militiā. ¶ *Sufficere*, idest, Satis esse. Cic. in Sall. Immo se gula questus sufficere non potuit. Sufficere, hoc est, Subministrare, vel Substituere accusatio iungitur. Virg. — salices, humilesq; gemisc, Aut ille pecori frondem, aut pastoribus vmbra Sufficiunt. — ¶ *Suffragor*. Cic. 1. de Leg. Mihi vidēris fratrem laudando suffragari tibi. ¶ *Suppeditat* pro *Suppetit*. Cic. de Clar. Orat. Cui si vita suppeditasset, consul factus esset. ¶ *Superat*. Idem Parad. 6. Vter igitur est diuor, cui deest, an cui superat? ¶ *Superbibo*. Plin. lib. 23. c. 1. Iugi superbibere v ebrietati, dixit. ¶ *Supercreasco*. Quintil. declam. 9. Excogitasti rursus, fortuna quodd. supercresceret caritati. ¶ *Supercurro*. Plin. ad Canin. lib. 7. Ager ipse propter id, quod vestigali largē supercurrit, semper dominum, à quo exerceatur, inueniet. ¶ *Supergredior*. Plin. lib. 8. c. 50. Mutianus prodidit in ponte pratenui duabus obuiis ē diuerso [capris] alteram decubuisse, atq; ita alteram proculcatē supergressam. Cum accusat. Quintil. lib. 6. in Proem. Dolori, quem ex matre optima, atq; omnem laudem supergressa cepērā, gratulor. Sic Tacit. lib. 14. & Stat. Sylu. 5. ¶ *Supersedeo*. Hirc. bel. Afr. Aduersarius superseedere pugne animaduertit. Accusatio coniunxit Gell. lib. 2. c. 29. Affines operam, quam dare rogati sunt, superseident. Ablatiuum sine prap. frequentius admittit, de quo infra Schol. 18. ¶ *Supersto*. Liu. ab Vrb. 10. Carris superstans hostis aduenit. Idem Dec. 4. lib. 7. Tergo imposita turres, curribusq; superstantes. Suet. in Galb. c. vlt. Senatus statua ei decreuerat, rostratae columnae superstantem. Cum accusat. prapositionis, Virg. 10. Aen. — lapsusq; superstans Immolat. — ¶ *Supersum*. Cic. 3. de Orat. Duae partes mihi supersunt totius eloquentiae cumulandae. Idē ad Sil. lib. 13. Vereor ne iam mihi superesse verba putes, quae dixerim de futura. ¶ *Superuenio*. Liu. bel. Mac. 4. Huic laetitiae Quintius superuenit. Cels. lib. 5. c. 26. Erysipelas vulnere superuenire consuevit. Accusat. prapositionis adhibuit Colum. lib. 2. cap. 17. Si quis eam [planiciem] superuenit humor, lentē prorēpit. Sic idem, & alij sapius. ¶ *Superuluo*. Plin. ad Pōcon. lib. 2. Trīginta annis glorie suae superuixit. Vlpian. Dig. lib. 24. Tit. 1. de Donat. inter virum, & vxorem. Sed cum neuter alteri superuixerit, donationes mutuae valebunt. Scaevola Pandect. lib. 31. Huic testamento quinquennio superuixit. ¶ *Supparasitor*. Plaut. Mil. — hic illi supparasitatur semper. Sic iterum in Amph. ¶ *Suppetit* in tertijs dumtaxat vtriusque numeri personis. Cic. 4. Tusc. Quotidianis sumptibus copiae suppetant. Q. Cic. de Pet. Consul. Tibi omnia suppetant, quae consequi homines deligentia possunt. Cū accusat. pro

*Suppeditare*, Plin. ad Sabin. lib. 9. epist. 2. Quam [materiam] varietas rerum largissima Suppetebat. Suppeto. Horat. Ep. 1. ep. 12. Pauper enim non est, cui rerum suppetit vsus. Idem in Epod. od. 17. Nouis vt vsq; suppetas doloribus.

¶ *Supplicio*. Cic. pro Font. Cū tot res sint, quae vestris animis pro huius innocentis salute supplicent. Plin. ad Traian. lib. 10. Imagini tuae thure, & vino supplicarent. ¶ *Sycophantor*. Plaut. Trinum. Enim verō ego sycophanta huic sycophantari volo. Idest, sycophantias, calumniasq; struere.

¶ *Temperare* lingua, gula, letitiae, cadibus, manibus. Temperare ab iniuria, à maleficio, à lacrymis, idest, Abstinere, notissima sunt. Cum datiuo simul, & accusatiuo etiam, dum moderari significat, vsus est Porcius Latro in Catil. Temperarem ego memet mihi, &c. Pro Administrare accusat. admittit, vt Temperare Remp. Ciuitatem instituis, & legibus, & alia plura, quae vsus facillē suppeditabit.

¶ *Timeo* tibi, tamquam amico, hoc est, Metuo, ne tibi damnum inferatur. Terent. Andr. Si illum relinquo, eius vitae timeo. Timeo te tamquam inimicum, ne mihi noceras, actiuum est, & satis vsitatum. ¶ *Vacat*. Ouid. 1. de Trist. Non vacat exiguis rebus adesse tui. Quintil. 1. 11. c. 1. Oderit reum anxium de fama ingenij, & cui esse deserto vacet? Sic Vaco, idest Operam do. Plin. ad Trai. lib. 10. Omnibus aduocationibus renunciaui, vt toto animo d. legato mihi officio vacarem. Senec. epist. 54. Omnia impedimenta dimitte, & vaca bona menti. Quintil. lib. 12. cap. 1. Ne studio quidem operis pulcherimi vacare mens, nisi omnibus vitijs libera potest. Siquis tamē

hos, & similes casus communes esse contenderit, haud repugnandum est: dummodo discipuli modum loquendi non ignorent. ¶ *Velificari* honori, dixit Cic. in Rullum. ¶ *Venit in mentem*. Terent. Phorm. — mihi veniebat in mentem eius incommodum. Cic. pro Qu. n. Non minūs ei venit in mentem potestatis, quàm

equitatis tuae. Subauditur memoria. Gell. lib. 2. c. 3. Venit nobis in memoriam, &c. ¶ *Vereor*. Cic. Acad. 2. Vos autem mihi veremini, ne labor ad opinionem, & comprobem incognitum. Cels. bel. Gal. 5. Eò minūs veritus nauibus, quodd in litore mollē deligatus ad anchoras relinquebat. ¶ *Video*, pro *Provideo* rarissimum. Terent. Phorm. — nam absque eo esset, Rectē ego mihi vidissem, & senis essem vltus iracundiam. ¶ *Videor* mihi. Cic. in Cat. Videor mihi videre hanc urbem incendio concidentē. Mihi ita videtur, idest Ita sentio. Plaut. Cistel. & Terent. Phorm. ¶ *Vsuuenit*. Cic. Ad App. Pulchr. 1. 3. Cū mihi vsuuenturū non arbitrarer, vt &c.

De V. Actiuis neutraliter sumptis. ¶ *Schol. 14.*

¶ *PLV* rima ex actiuis, quando solo datiuo contenta sunt neutris adiungi possunt: vt Abrogo. Sueton. in Iul. Cels. cap. 28. Ne plebiscito Pompeius abrogasset. Sic Liu. ab Vrb. 9. & Auctor ad Heren. Cum accusat. frequentius effertur. Vterq; casus aliquando coniungitur. Vt Imperium, Magistratum, Potestatem, aut Fidē alicui ab rogare. Cic. pro Rosc. Com. Si iam tibi deliberatum est, quibus abroges fidem iusurandi, responde. ¶ *Detrahere* alicui, idest, Famam, aut Honorem ledere. Cic. Ver. 6. Si queritis, vt egomet mihi detrahā, illos accusatos puto fuisse. Accusatiuum expressit idem ibidem. Honorē debitum detraxerunt non homini, sed ordinī.

¶ Dico. Terent. Tibi ego dico, an non? Virg. Eclog. 3. Dic mihi Damæta cuium pecus. — Cum accusat. tantum, vel cum accusat. & datiuo simul notissimum est.

¶ Cond'cere cœnam, Promittere significat. Cum datiuo tantum posuit Cic. ad Lentul. lib. 1. Cùm mihi condixisset, cœnauit apud me. Cum datiuo genitiuus pariter olim iungebatur, vt constat ex illo Liu. ab Urb. 1. Rex ex his ferme verbis Patres consulebat, Quorum rerum, licium, casuarum condixit Paterpatratus Quiritium Patri Patrato priscorum Romanorum. Id est, Quas lites denunciavit. ¶ Credo. Cic. Verr. 6. Fuit tanti, mihi crede. Plancus ad Cic. lib. 10. Credidi chirôgraphis eius. Cũ accusatiuo simul. Terent. Andr. Credo tibi hoc nunc. Credere consilium alicui, id est Communicare. Credere se fidei alicuius, id est Committere, diuersa significant.

¶ Exprobro. Senec. de Consol. ad Martiam. cap. 16. Coelia exprobrat iuuenibus puluinum ascendentibus. Expresso tamen accusatiuo frequentius effertur. Cic. in Sall. Noli nobis langorem, & soporem exprobrare. Ouid. in Epist. Est aliqua ingrato meritum exprobrare voluptas. ¶ Facio pro Sacrificio. Cic. pro Muren. Nolite à sacris patrijs Iunonis sospitæ, cui omnes consules facere necesse est, consulem auellere. Accusatiuus exprimitur in eadem signif. vt apud Liu. Sacra populo Rom. faceret. & Ouid. Met. 3. Sacra Ioui facturus erat. ¶ Imprecor alicui, apud Macrob. Somn. Scip. inuenies. Plin. lib. 8. c. 7. Dirasq; Pôpeio [populus] pœnas imprecaretur.

¶ Inlinuo. Cic. 1. de Orat. Ita nati essemus, vt subtiliter insinuare ijs, à quibus esset petendum, possemus. Liu. bel. Mac. 10. Fraudis humanæ insinuauerat suspicio animis. Vtrumq; casum adhibuit Plin. in Panegy. Hoc est, quod penitus illos animo Cæsaris insinuauit. ¶ Inspiro. Quintil. lib. 10. c. 3. Inspirantes ramis arborum aure. Gell. lib. 2. c. 3. Atticos <sup>ἰσπύρον</sup> inspirantes primæ literæ dixisse. Vbi quidã Gellij interpres, Inspirantis, accusatiuum esse docet, vt idem sit, atq; inspirantes. Accusatiuum Virg. vsurpauit Æn. 1. & 4. G. — illeq; venenum Morsibus inspirant — Stat. item Sylu. 1. Datiuum in voce passiuæ Colum. lib. 6. cap. 17. Facit idem trita se pie testa ter oculo inspirata. ¶ Infusurrare alteri dixit Cic. 5. Tusc. Accusatiuum simul expressit idem ad Attic. lib. 1. Mihi vaser ille Sîculus infusurret catilenam suam. ¶ Intendere pro Attendere. Plin. epist. 172. Nunc intende loco, quem cum hac epistola accipies. Accusatiuum apposuit Horat. 1. Epist. 2. — si non Intendes animum studijs, & rebus honestis. ¶ Interminari alicui, id est, Valde minari, apud Terent. Heaut. & Plaut. in Asin. Accusatiuum adiunxit idem in Casin. simul cum datiuo — imitatur, inquit, malorum malam Disciplinam, quæ viro interminatur suo vitam. ¶ Lito pro Sacrificio. Plin. de Vir. illustr. Iouilitare non potuit. Litare exta, Propert. lib. 4. Vnde Litatus participium passiuum apud Virg. Æn. 4. — sacrisq; litatis Indulge hospitio. — ¶ Mando. Plaut. Epid. — ipse mihi Mandauit, vt fidicina sibi emeretur. Accusatiuus plerumque cū datiuo simul exprimitur. Plaut. Mercat. Credidi homini docto rem mandans, lapidi maximo. Sic Memoria aliquid mandare, & similia passim inuenies. ¶ Minor, & Minitor tibi, subaudito accusat. similiter dici potest. Cic. 7. Verr. Ingredientem nauem, & Verri nimis atrociter minitantem. Minari, Minitari alicui malū, mortem, &c.

frequentius

frequentius inuenies. ¶ Præcino. Cic. Tusc. 4. Deorum puluinariibus, & epulis magistratum fides præcinent. Liu. ab Urb. 9. Restitutumq; est in eade rescendi ius ijs, qui sacris præcinerent. & ibid. Sacrificijs præcinere, dixit. Cum accusat. Plin. lib. 23. c. 9. Galli præcinent responsa. Id est, Oracula prædicunt. Sic apud eumd. lib. 8. c. 46. Futura præcinere. & Stat. lib. 5. Sylu. ¶ Præcipio. id est Impero. Sallust. in Catil. Iudices rerum capitalium, quibus præceptum erat, &c. Pallad. lib. 1. c. 1. Pars est prima prudentiæ, ipsam, cui præcepturus sis, æstimare per personam. Cum accusat. simul, Curt. lib. 9. Is vos rogo, qui nihil vnquam vobis præcepi, quin primus me periculis obtulerim. Pro Docere cum accusat. frequenter occurrit. ¶ Propino. Plaut. Stich. 10 Tibi propina. Cum datiuo simul accusat. habere solet. Cic. 1. Tusc. Propino hoc, inquit, pulchro Critiæ. Datiuus quoq; tacetur interdū. Plaut. Curc. Propino magnū poculum, ille ebibit. ¶ Rescribere pro Respondere. Cic. ad Q. fr. lib. 3. Rescripsi epistola maxime. & lib. 11. in epist. Bruti, & Cassij, Rescribas nobis ad omnia rogamus. Accusatiuum simul adhibuit Cic. ad Metell. lib. 5. Tibi pene minitanti nobis per 15 literas hoc rescribo. Ouid. Epist. 1. Nil mihi rescribas. — ¶ Sacrificio. Liu. bel. Mac. 5. Ilium ascendit, vt Mineræ sacrificaret. Plin. lib. 16. c. 4. Deorum honori sacrificantes. Idem lib. 35. c. 2. de Epicuro, Natali eius vicesima luna sacrificant. Cum accusat. Ou. 4. Fast. Bos aret, ignauam sacrificare suem. ¶ Suadeo, & Persuadeo cum datiuo personæ tritissima sunt. Cic. Philipp. 2. An Caio Trebonio persuasi, cui 20 ne suadere quidem ausus essem? Cum accusat. Idem de Prouinc. Consul. Me, vt tibi essem legatus, suasi. Sic Persuadeo te. Plaut. in Mil. Dicas uxorem tibi opus esse cognatos persuadere, amicos cogere. Suadere, & Perluadere aliquid alicui, obuia erunt legentibus frequenter.

De V. Neutris cum Datiuo Personæ.

¶ Schol. 15.

25 NONnulla ferè cum datiuo personæ coniuncta reperiuntur, vt Cauillor. Macro. lib. 2. c. 1. Satur. Horum nos ab inuidia muniret auctoritas, etiam si nostris cauillaremur. ¶ Clamo, & Clamito. Senec. Controu. lib. 6. Clamasset mihi: non est quod cedas, ipse mihi numquam cessit. Sic Terent. Andr. Liu. bel. Pun. 7. Clamitans militibus, &c. ¶ Cresco. Plin. ad Canin. lib. 8. Fruenti voluptatibus 30 crescit carendi dolor. ¶ Cupio. Cic. ad Q. fr. lib. 1. Quid ego Fundanio non cupio? non amicus sum? Cæs. bel. Gall. 1. Fauere, & cupere Heluetijs. ¶ Cyathisso. Plaut. Menach. — tun? cyathissare mihi soles? Ibid. tibi sapiissime Cyathisso apud nos, quando potas? ¶ Decedo. Idem Amph. — ni decedat mihi. — ¶ Fugio. Propert. lib. 1. Et quæcumq; voles fugient tibi verba querenti.

35 ¶ Gaudeo. Cic. Basilio lib. 6. Tibi gratulor, mihi gaudeo, &c. Senec. de Clem. 1. 1. Gaius sibi, quod aduocatum inuenerat. ¶ Glorior. Cic. in Pison. Is mihi etiam gloriabitur se omnes magistratus sine repulsa assecutum. Suet. in Calig. c. 38. Gloriatuq; est expergefacte somno Cesionæ, quantum egisset, dum ea meridearet. ¶ Impluit. Plaut. Mostell. Malum cum impluit ceteris, non impluat mihi. ¶ Innuo. Terent. Eunuch. — abiens mihi innuit. Plaut. Rud. Vos adeo, vbi ego innuero vobis, &c. ¶ Intumesco. Ouid. de Pont. 4. Intumuit vati non tamen

*A*scra suo. ¶ Manco. Cic. post Redit. ad Quir. Mibi, quod viro forti adimi non potest, id manet. Idē de Senect. Manent ingenia senibus, modo permaneat studiū, & industria. Sic Suet. in Calig. c. 15. Plin. Paneg. Manet, manebitq; honori veneratio sua Quid in Itin. — donec mihi vita manebit. ¶ Mano. Liu. bel. Mac. 4. Manarē omnibus gaudio lacrymæ. & ab Vrb. 5. Certatim Patribus, plebique manare gaudio lacrymæ. ¶ Mentior. Senec. epistol. 79. Sibi ipse mentitur.

¶ Niſto. Plaut. Menach. Non ego usquam quidquam nuto, neq; niſto tibi.  
 ¶ Nugor. Plaut. Epid. — non mihi nugari potes, Quin, &c. Idem Trinum. Abi sis nugator: nugari nugatori postulas. ¶ Nuto. Idem in Afinar. Neque illa vlli homini nūtet, niſtet, annuat. Idem Menach. Per Iouē adiuro (satin' hoc est tibi) Me isti non nutasse. — Sic eius cōposita Abnūto, Innūto. Idē Capt. Quid mi abnūt. us? TYN. tibi ego abnuto? Idem Merc. — ibidem mihi Etiam nunc innūtat. Alijs in libris Adnūtāt (quod idem propemodum valet) inuenio. ¶ Nolo. Cic. ad Lent. lib. 1. Cui qui nolunt, ijdem tibi non sunt amici. ¶ Opprobare aduersarijs dixit Gell. lib. 17. c. 1. ¶ Pērlito. Liu. Dec. 5. lib. 1. Ceteris dijs perlitatum ferunt. Saluti Petiliū perlitasse negant. ¶ Prodeo. Terent. Phorm. Neque mihi in conspectum prodit. — ¶ Queror. Cic. Verr. 3. Is mihi etiā queritur, & cat. Idem de Orat. 2. Cui cum familiaris quidam quereretur, &c. sc̄pius tamen ablatiuum cum prap. admittit. Idem Verr. 4. Qui de Diōnis inarijs grauiſſimē per literas cū Verre questus est. ¶ Refulgeo. Senec. de Consol. ad Alb. Non tibi diuitiæ refulserunt. 20  
 ¶ Sæuio. Plaut. Rud. Ita nunc mihi vtrūque sc̄uit, & terra, & mare. ¶ Sapiro. Idem Trinum Haben' tu amicum, aut familiarē quempiam, Cui pectus sapiat? — Ita Cic. de Fin. 2. ¶ Scurror. Horat. Ep. 1. 1. Scurror ego ipse mihi, populo tu, &c. ¶ Sordeo. Plin. lib. 35. c. 10. Sordebat ille suis. Sic Liu. ab Vrb. 4. Cum datiuo rei cōiunxit Stat. Syll. 1. — cur oculis sordet vicina voluptas. ¶ Sco. Senec. de Benef. lib. 3. c. 27. Seruus, qui cœnanti ad pedes steterat, narrat, quæ inter cœnam ebrius dixisset. Suet. in Cæs. c. 49. C. Memmius ad cyathum, & v. num Nicomedi stetiſſe obiecit [Cæsari]. ¶ Stomachor. Cic. ad Attic. 12. Eo tamen progrediar, vt mihi stomachbēre. Idem pro Planc. Huic ego iam stōmachans fastidiosē, imo ex Sicilia, inquam. Idem de Orat. 2. per ablatiuum interueniente, CVM, extulit: Scipio cū stomacharetur cum C. Metello, &c. ¶ Venco. Idem de Arusp. Cum ei se se, cui totus venerat, etiam vobis inspectantibus venditaret. ¶ Verfor pro Obuerfor. Idem ad Terent. lib. 14. Mibi ante oculos dies, noctesq; versaris. ¶ Vigeo. Valer. Argon. 1. Tu, cui iam curæq; vident, animiq; viriles I decus. — ¶ Volo. Cic. Att. 6. Rbodū volo, puerorū causa. Sed volo his magistratibus, quorum voluntatem sum expertus. 31

Neutra cum datiuo apud Poetas. ¶ Schol. 16.

*S*VNT præter ea, quæ elementorum ordine enumerauimus, & alia ferē poetica.  
 ¶ Abſiſto. Sil. lib. 15. — abſiſte labori Ancipiti. —  
 Accanto. Stat. Syll. 4. — magni tumulis accanto magistri.  
 Aderro. Idem 2. Syll. — & blandi scopulis delphines aderrant.

Adfremo.

Adfremo. Valer. Flac. Argon. Adfremit his quassatq; caput. —  
 Adhinnio apud Ouid. in Art. cum datiuo inuenies. Admugio apud eund. ibid.  
 Adnubilo. Stat. Syll. 5. — velis adnubilat aura secundis.  
 Adstupeo. Senec. de Tranq. vit. c. 8. Non te pudet, quisquis diuitijs adstupes?  
 ¶ Aduigilo. Tibull. lib. 2. Eleg. Nec tædebit auum paruo aduigilare nepoti.  
 Afflo pro Fateo cum datiuo vsurpauit idem in eodem lib. ¶ Aggemo. Stat. Theb. 11. Flent retro mœsti comites, & vterque loquenti Aggemit. —  
 Allabor. Virg. Æn. 6. — Cumarum allabatur oris. Sic Senec. in Hippol.  
 Alcendo. Sil. lib. 13. Ingruit, & summis ascendunt turribus hasta.  
 10 Affilio. Ouid. 11. Met. — vt miles, &c. Cum sc̄pe affilij defensione inuenibus vrbis.  
 Senec. Thy. — affluit aris. ¶ Affono. Ou. M. 3. — plangentibus affonat Echo.  
 Attremo. Stat. Theb. 8. — illi iam dudum regia tristis Attremit oranti. —  
 Sic idem lib. 3. ¶ Bello. Idem Theb. lib. 8. — & magno bellare parenti.  
 ¶ Certo. Virg. 2. G. Nec pulcher Ganges, atq; auro turbidus Hermus Laudibus  
 35 Italicertent. — Idem Eclog. 5. Montibus in nostris solus tibi certet Amyntas.  
 Colludo. Horat. in Art. — gestit paribus colludere, & iram Colligit. —  
 Concerto. Manil. lib. 5. — triclinia templis Concertant.  
 Concor Jo. Ouid. Met. 1. — per me concordant carmina neruis.  
 Coniuro. Stat. Achill. 1. Quid plaga Graiugenū timidis coniurat Atridis.  
 20 Cōnqueror. Sil. lib. 8. Conqueriturq; tibi, & sperat responsa remitti.  
 Conſcio. Horat. Ep. 1. ep. 1. Nil conscire sibi, nulla pallescere culpa.  
 Contendo. Lucret. lib. 3. — Quid enim contendat hirundo Cycnis. —  
 Curo. Plaut. in Trinum. Sed ego sum insipientior, qui rebus curem publicis.  
 Idem Trucul. — alienis rebus curas.  
 25 ¶ Degenero. Manil. lib. 4. Degenerant nati patribus, vincuntq; parentes.  
 Stat. Theb. 1. — & marti non degenerare paterno Accipies. —  
 Colum. accusatiuo iunxit lib. 7. c. 12. de Canibus Quæ carpit corpus, vires, animosq;  
 degenerat. ¶ Delinquo. Plaut. Amph. Quid ego tibi deliqui? —  
 Depugno. Sil. lib. 10. — qui nam ille sinistra Depugnet morti iuuenis. —  
 30 Descendo. Sil. 1. 13. — quot milia toto Credis in orbe puer, &c. Descēdisse Erebo.  
 Stat. Theb. 11. Vociferans, se se q; polis, & luce relicta Descensuram Erebo. —  
 Desuesco. Sil. lib. 3. Paulatim antiquo patrum desuescit honori.  
 Sic Desuetus. Virg. Æn. 7. — desuetaq; bello Agmina in arma vocat —  
 Dissideo. Hor. 2. Car. od. 2. Dissidens plebi numero beatorū Eximit virtus. —  
 35 Disto. Idem Epist. lib. 1. ep. 6. Nec tamen ignorant, quid distent æralupinis.  
 Sic iterum ibid. & Car. 4. od. 9. Paulū sepulta distat inertie Celata virtus. —  
 Diuerto. Plaut. Epid. Diuertunt mores virgini longē, ac lupæ.  
 ¶ Emineo. Stat. 2. Syl. Vna tamen cunctis procul eminet, vna diatis.  
 Eo. Virg. Æn. 5. Et clamor celo — Et lib. 9. — dum trepidant it hasta Tago per  
 tempus vtrumq;. Stridens. — Sic & Sil. lib. 9.  
 Exsulco. Perf. Saty. 1. Trofulus exsultat tibi per subfellia lacus? Sic Apul. Met. 8.



¶ **F**Vcere pro Irasci. Stat. Theb. 7. — cui furis? — Ibidem — pugnantibus  
 idem, supplicibusq; furit. — & lib. 12. Cui furitis? sedate minas. —  
 ¶ **G**Rator. Virg. 1. Æn. — gratare sorori. On. in Ep. 11. Quid tibi grataris? —  
 ¶ **I**llatro. Lucan. lib. 6. Manibus illatrat, regniq; silentia rumpit.  
 ¶ **I**magio. Sil. lib. 7. — veniensq; à rupe procella Antennæ immugit. —  
 ¶ **I**mmurmuro. Virg. 4. G. Frigidus, ut quondam, silvis immurmurat Auster.  
 ¶ **I**ncresco. Ouid. Met. 4. Duratq; cui squammas crescere sentit. Indoleo.  
 Idem 2. Trist. Auguror at multos indoluisse malis. Idem 2. Met. cū genitino vsur-  
 pavit. — successorumq; Mineræ Indoluit. — Indubito. Virg. 8. — ab-  
 sisse precando Viribus indubitare tuis. — Stat. 3. Sylu. — ingratus, qui plura  
 q̄nec̄to, tuisq; Moribus indubito. — Inferuesco. Sil. lib. 3. Obtendensq; manū  
 solem infexuere fronti Arcet. — Infrendo. Stat. Theb. 8. — lacerare  
 telo Sapius infrendentem alijs, aliosq; sequentem Ausus erat. Infibilo.  
 Sil. 12. — membris infibilat ignis. Inserpo. Stat. Theb. 1. — iam somnus  
 auaris Inserpit curis. — Insurgo. Virg. 3. Æn. — nunc insurgite remis.  
 Sic. Ouid. Met. 9. Intermaneo. Lucan. lib. 6. Defessus Cæsar modis interma-  
 net agris. Interuireo. Stat. Theb. 4. — squalentibus annis Exsucus, laticq;  
 minax interuiret herbis. Id est Anguis. Intono. Idem lib. 4. — atq; armis  
 intonat vrbi. Irruo. Luc. lib. 7. Cladibus irruimus, nocituraq; poscimus arma.  
 Sic. Stat. Theb. 9. ¶ **L**Vctor. Idem lib. 2. Luctatq; diu tenebris, hiemiq; sibiq;  
 Sil. 1. 2. Luctantem fatis petit inflāmata Saguntū. Idē. l. 10. Luctatur morti. —  
 ¶ **N**itor. Idē. l. 17. Stabat Karthago truncatis vndiq; membris Vni nixa viro. —  
 ¶ **O**bmurmuro. Ouid. Epist. 17. Vana peto, precibusq; meis obmurmurat ipse.  
 ¶ **O**ccumbo. Virg. 2. Æn. — seu certē occumbere morti. Ou. 15. Occubisse neci-  
 ¶ **P**ereo. Plaut. Bacchid. — ego illum perijsse duco, cui quidem perijt pudor.  
 Præsilio. Idem Stich. Ut præ lactitia lacrymæ præsilium mihi.  
 Pugno. cum dativo more poetarum iunxit Liu. bel. Mac. 6. Non enim legiones  
 Romanas Daphni, & Achæis ad Thermopylas pugnasse. Sic Virg. Æn. 4.  
 ¶ **R**ecumbo. Sil. lib. 8. — & duro monti per saxa recumbens Namia. —  
 Recurso. Idem lib. 6. — captæq; recursas Attonitis arcis facies. —  
 ¶ **R**emurmuro. Stat. Sylu. 5. Deficit, & nulli spoliata remurmurat aure.  
 Resideo. Sil. lib. 6. Contra ardore fere capiti tremebunda resedit.  
 Resono. Horat. Ser. 1. 8. 4. Suave locus voci resonat conclusus. — Sic Ouid. ad Pis.  
 Huc spectare videtur illud Cic. Tusc. 3. Virtuti resonat tamquam imago gloriæ.  
 Responso. Plaut. Menech. — num ancille, aut seruat tibi Resposant. —  
 Hor. Ser. 2. Satyr. 7. Resposare cupidinibus, contemnere honores Fortis. —  
 ¶ **S**Edeo. Sil. lib. 6. — fronti q; coma squalente sedebat Terribilis decor. —  
 ¶ **S**edet pro placet, seu innatum, infixumq; esse. Virg. 5. Idq; pio sedet Ænæ. —  
 Idem Æn. 7. — certa sedet patribus sententia pugna. Horat. Ser. 2. Saty. 2.  
 — memor illius esse Que simplex olim tibi sederit. —  
 Mart. lib. 1. Adeone penitus sedit tibi morbus. Sic Stat. Theb. 5.

¶ Spero.

¶ **S**pero. Sil. lib. 26. — sperare salutem Pertasum, &c. Cum accus. ad Orato-  
 res spectat. ¶ Superinfideo. Lucret. lib. 3. — nec tibi earum  
 iam desiderium rerum superinfidet vna.

## Datiuus, vel Accusatiuus post verbum.

**H**ÆC modo donandi casum, modo necere Quartum  
 Anteco, Præstolor amant, Attendere, Præsto,  
 Illudo, Præco, Præcurro, Incessit: vtrumque  
 Ex Ante, & Cedo, Verto, Sto iuncta requirunt.

**A**Ntecedo, Anteco, Anteuerto, Antefio, & cetera. dandi, vel accusandi  
 casum admittunt.

Cic. de Fin. l. 4. Virtus tantū præstat ceteris rebus, ut dici vix possit.  
 Liu. bel. Mac. 7. Robore navium, & virtute militum Romani Rhodi-  
 os præstabant.

De verbis, quæ varios casus postulant. ¶ Schol. 17.

**S**VNT quædam verba, quæ varios casus pro varia significatione admittunt, cu-  
 siusmodi sunt Ausculto, Caneo, Consulo, Cedo, Commodo, Detraho, Fornido, In-  
 cumbo, Impono, Infideo, Interdico, Moderor, Metuo, Provideo, Prospicio, Recipio, Re-  
 spondeo, Subeo, Succedo, Superat, Suppeditat, Sufficio, Timeo: hæc ambigua apellan-  
 tur. Alia, eadem manente significatione, varios nihilominus casus habent: huius ge-  
 neris sunt Antecedo. Cic. 2. Offic. Natura hominis pecudibus, reliquisque be-  
 stijs antecedit. Cæs. 3. bel. Gal. [Vencit] scientia, atq; vsu nauticarum rerum ceteros  
 antecedit. ¶ Anteco. Cic. 9. Philip. Cū Servius Sulpitius ætate illis anteciret,  
 sapientia omnibus, &c. Idem in Rull. 2. Lictores prætoribus anteeunt. Idem Offic. 2.  
 Admiratione quadam afficiuntur ij, qui antecire ceteros virtute putantur.

¶ Antefio. Idem 2. de Inuen. Crocantiæ multum omnibus corporum viribus ante-  
 steterunt. Pomp. Mel. lib. 3. c. 6. Ex ijs Codanoria, quam adhuc Theitoni tenent, v-  
 magnitudine alias, ita fecunditate antestat. Idem lib. 2. c. 5. Antestat omneis At-  
 cinorum colonia. ¶ Anteuerto. Terent. Eunuch. — miror ego huic anteuor-  
 terim. Tacit. Damnationē veneno anteuertit. ¶ Attendo. Cic. pro Archia, Quo-  
 niam me in hoc genere dicendi tam diligenter attenditis. Idem 3. de Fin. Quare at-  
 tendo te studiose. Idem pro Cluent. Attendite exitum. Proximam seculum datiuum  
 dedit huic verbo. Plin. ad Pomp. lib. 1. Nunc rogo, ut non tam vniuersitati eius  
 attendas, verum etiam, &c. Idem ad Max. lib. 7. Neminem despicit, ac ne sermoni-  
 bus quidem malignis attendit. Idem Paneg. Iurat in legem attendentibus dijs, nam  
 cui magis, quam Cæsari attendant? Sic Suet. in Galb. c. 5. pro operam dare videtur  
 posuisse, Inter liberales [inquit] disciplinas attendit & iuri. Idem in Calig. cap. 63.  
 Et disciplinis liberalibus minimum eruditioni, eloquentiæ plurimum attendit.

¶ Præcurro. Cic. 4. in Catil. Hæc, non ut ros, qui mihi studio præcurrit, excita-  
 rem, locutus sum. Idem in Orat. Horum vterque Isostratem ætate præcurrit.

¶ Præco. Plin. Paneg. Tu nobis sanctissimum illud carmen præire dignatus est. Cic.

Pro Mil. Hesterna etiam concione incitati sunt, ut vobis voce praerent, quid iudicaretis. Plin. lib. 28. c. 2. De scripto praere aliquem. Liu. ab Vrb. 8. Agedum pontifex publicus populi Romani praer verba, quibus me pro legionibus deuocam.

¶ Praestolor. Terent. Eunuch. Quem praestolare Parmeno hic ante ostium? Cic. Att. 2. In Formiano tibi praestolor usque ad tertium Nonas Maij. Idem ad eund. 3. Ego huic spei, & expectationi volui praestolari apud te. Idem 1. in Catil. Quamquam, quid ego te inuitem, a quo iam sciam esse praemissos, qui tibi ad forum Aurelium praestolarentur armati? ¶ Incessit. Curt. lib. 4. Ingens animos militum desperatio incessit. Sic Valer. Max. in prol. Nec mihi cuncta complectendi cupido incessit. Liu. 1. ab Vrb. Grauior cura patribus incessit. Colum. lib. 2. c. 10. Incessit hominibus sterilitas annonae. Incessit multo frequentius cum accusatio legitur. Liu. 1. ab Vrb. Timor deinde Patres incessit. Idem 4. bel. Punic. Ipsum ingens cupido inceserat Tarenti potiundi. Curt. lib. 4. Ingens animos militum desperatio incessit. ¶ Illudo. Cic. pro Dom. sua. Hic non illudit auctoritati horum omnium, qui adsunt, summorum virorum? Idem 1. de Orat. Ipsa vero praecepta sic illudere solebat, &c. Terent. Phorm. Satis superbe illuditis me? Et repetita praep. Idem de Orat. 3. Quae cum dixisset in Albutium illudens, ne a me quidem abinuit. ¶ Aduersor cum datiuo frequens est: cum accusat. Tacit. lib. 20. Vulgus aduersari regem, &c. Sic idem sapius. ¶ Adulator etiam cum accusatio iungitur. Tacit. lib. 17. Tradito more quemcumque principem adulandi. Sic iterum lib. 16. Itemq; 11. Iliad. lib. 8. Colum. lib. 7. c. 12. de canibus, Erem quoque adulantur. ¶ Assentor cum datiuo inuenies supra Schol. 13. cum accusat. est apud Terent. Eunuch. — imperaui egomet mihi Omnia assentari. — Hic tamen accusatio inter communes numerari potest. ¶ Despero cum accusatio. Cic. 1. de Nat. Simondem arbitror desperasse omnem veritatem. Idem in Somn. Scip. Si reditum in hunc locum desperaueris, &c. Cum datiuo. Cic. pro Cluent. Saluti desperare vetuit. Cas. 2. bel. G. Suis fortunis desperare caeperant. ¶ Allatro, Praecedo, Anteuenio, Deficio, frequentissime cum accus. iunguntur, raro cum datiuo. Plin. de Vir. ill. fr. In capitolium intempesta nocte eunti numquam canes allatruerunt. ¶ Praecedo. Plaut. Afin. Ut vestrae fortunae meis praecedunt Litane longè. ¶ Anteuenio. Idem Trinum. Tempori, huic hodie anteueni. Sic idem in Casin. ¶ Deficio. Cas. 3. bel. Gal. Cum iam non solum vires, sed etiam tela nostris deficerent. Valer. Max. lib. 5. c. 1. Nisi vobis vinum defecisset. Cic. accusatio videtur 4. in Verr. Me dies, vox, latera deficerent, si hoc nunc vociferari velim. Idem pro S. Rosc. Tempus hercle te citius, quam oratio deficeret. Cas. bel. Gal. 2. Ipsos res frumentaria deficere cepit. ¶ Insulto, Medicor interdum accusatio habent, ut, Decet, datiuum. ¶ Indignor cum accusatio rei iungitur. Quintil. lib. 1. c. 3. Quidam imperia indignantur. Cic. 1. de Inuent. Et dicere ea, quae indignantur aduersarij, tibi quoq; indigna videri. Stat. Theb. 10. — quorum post funera maesti Vitam indignantur. — Idem accusatio personae tribuit Theb. 6. Illi indignantur Capaneus, videtq; vocantem. ¶ Insulto frequenter datiuo iungitur. Liu. 1. ab Vrb. Satis illum diu per licentiam eludetem insultasse dominis. Rarius accusatio, Terent. Eun.

Insultare

Insultare fores calcibus. Tacit. lib. 4. Qui nunc patientiam senis, & signitiam iuuenis iuxta insultet. ¶ Medicor. Terent. Andr. — quum ego pessim in hac re medicari mihi? Ibid. — gnato, ut medicarer tuo. Plin. 1. 25. c. 2. Ut omnibus malis humanis illius potissimum principis semper medicetur maestas. Petit & accusatio. Plaut. Mosel. — habe bonum animum, ego istum lepide medicabor metum. ¶ Medeor eosdem casus postulat, quorum exempla iam supra retulimus Schol. 13. ¶ Decet tum accusatio datiuo iunctum inferius inter actiua reperies Sch. 1. ¶ Suppeto cum datiuo extulit Horat. in Epod. Accusatio simul addidit Plin. ad Sabin. lib. 9. epist. 2. ut supra iam ostensum est Sch. 13. ¶ Omitto Palpo, voce actiua, quod Iuuenal. Saty. 1. cum accusatio iunxit. ¶ Excello datiuo ferè gaudet. Cic. de Orat. 2. In quibus tu longè alijs mea sententia Caesar excellis. Aiunt apud Lactantium cum accusatio etiam reperiri: quem locum inuenire nondum potui. In illo tamen Silius lib. 13. Nec prouum, audendi virtutem excellere, cuiquam, Videtur Excello accusatio esse coniunctum. Quo casu Macer Aemilius apud Diomed. lib. 1. videtur. Cui laude [inquit] excelleret omnes. Positionibus autem Excelleo, Praecelleo crebro Veteres utebantur. Priori Cicero, posteriori vsus est Plautus, ut in Verhorum Tertiae coniug. praeteritis Schol. 13. ostensum est. ¶ Antecelio. cum datiuo. Cic. pro Archia. Huic antecellere omnibus ingenij gloria contigit. Cum accusat. Tac. lib. 14. Nondum omnes fortuna antecellis. Valer. Max. lib. 3. c. 8. Qua constantia victoriae quaeq; gloria antecellit. Auctor ad Heren. lib. 2. passiuè eo vsus est: An ad inferiores, qui omnibus bis rebus antecelluntur. ¶ Praecello eosdem casus exigit, de quo iam supra Schol. 13. ¶ Noceo non solum apud Plaut. sed etiam apud Senecam accusatio habere non nulli opinantur. Sed aliter Plaut. in Mil. locutum inuenio, Iura [inquit] te non nociturum esse homini de hac re nemini. & ibid. Iuro per Dionae, & Martem me nociturum nemini. Sic enim tum in castigatissimis lib. recentioribus, tum in vetustis habetur. Similiter apud Senec. lib. Controu. 3. contr. rit. Dum filium vindico, ubi grauissime mihi nocere possit, ostendit. non, Me nocere. & epist. 104. Non, ne noceant, sed, ne fallant. non, Te noceant. Passiua tamen vox, quae adhuc existat, accusatio habuisse, argumento esse poterit. Apud Pallad. lib. 1. Tit. 30. Noceantur. Ibid. Tit. 35. Nocerit. apud Solin. c. 4. Noceatur, inuenies. Illud Cic. de Nat. 3. Nec si vredo quippiam nocuit, id Ioui animaduertendum fuit. non vrget. Accusatio enim Quippiam inter communes numerandus est, ut alij complures, cuiusmodi sunt, Hoc, istud, Nihil, & caetera de quibus agetur inferius. ¶ Quidam ait Facio, pro Proficio dandi casum exigere, citatq; Plin. lib. 23. Mustum capitis doloribus facit, quae constructio non solum contra Grammaticae praecepta facit, sed etiam Medicinæ leges funditus euertit. Longè aliter locutus est Plin. c. 1. Mustum, inquit, omne stomacho inutile, venis iucundum. & paulo post, Capitis dolores facit, & gutturi inutile. Idem verbum adiunctis aduerbijs Bene, Benigne, Male, Praclare datiuum petit. Idem lib. 22. c. 19. Radix caelacis praclare facit in cinere tosta. Idem Plautum de prauate citat in Captiu. Dicto haud audiebat. cum vera lectio sit, Memini cum dicto haud audebat, factio nunc ledat licet. ¶ Quaedam datiuum simul, & accusatio admittunt, ut Metuo, Timeo

Mm

sibi

tibi calamitatem, Assentior tibi cetera, Gratulor tibi victoriam, Cur tibi hoc non gratificer, nescio. ¶ Alia etiā casum præpositionis petunt, repetita præpositione, cuiusmodi sunt Absum, Adhæreo, Adhæresco, Detraho, Despero, Insuam, Insideo, Inhæreo, Appropinquo, Illudo, Insulto, & alia, de quibus agitur suis in locis.

## Interdico.

**Q**uartum Interdico gaudet superaddere Terno, Vel Sextum: exprimiturq; gradu persona datiuo.

**I**nterdico singulare est, nam præter datiuum, ablatiuum habet, vel accusatiuum. ¶ *Cæs. bel. Gal. 1. Ariouistus omni Gallia Romanis interdixit.* [uum. ¶ *Valer. Max. lib. 2. c. 2. Interdixit ei conuictum hominum.*

De Constructione verbi Interdico. ¶ Schol. 18.

**I**nterdico frequenter, præter datiuum, accusatiuum habet. *Senec. lib. 3. de Ira. c. 23. Si iubes Cæsar, statim illi domū meam interdico.* Sic *Iust. l. 9. & 16. & Suet. in Ner. Cum ablatiuo frequentissimè reperitur. Cic. 6. Philip. Sic contemnit, tamquam si illi aqua, & igni interdictum sit. Videntur dixisse etiam Veteres Interdico tibi aquam, & ignem. vnde à Cicerone dicitur pro D. sua, Vbi enim tuleras, vt aqua, & ignis mihi interdiceretur? Ibid. Velitis, iubeatis, vt M. Tullio aqua, & ignis interdicator? Verba sunt Clodij. Verbum hoc, præter accusat: non videtur habere ablat: vt Interdico te aqua, & igni. Nam illud Cæsaris ita scriptum est in libris, quos quidem viderim, quemadmodum citauimus prope finem. l. bel. Gal. Neque arbitror, Romanos, vt quidam citant, vsquam esse.*

## Ablatiuus post verbum.

**S**VM tibi vel Laudis, vel qui Contraria laudi. Significet casus sextus, vel Patrius esto.

**S**VM ablatiuum petit significantem Laudem, vel Vituperationem. Interdum etiam genitiuum.

*Cic. Lentulo lib. 1. Tu fac animo forti, magnoq; sis.*  
*Idem in Rull. Quem vestrum tam tarso ingenio fuisse putauit.*  
*Idem Pro Sest. Nimum me timidum, nullius animi fuisse confiteor.*

De Ablatino Laudis, & Vituperat: cum verbo SVM. ¶ Schol. 19.

**C**IC. post Red. ad Quir. Bona valetudo iucundior est eis, qui è graui morbo recreati sunt, quàm qui nunquam egra corpore fuerunt: Egra corpore esse, ad Vituperationis locum videtur reuocandum: cum omnis defectus etiam naturalis cedat in vituperationem. *Idem 2. de Orat. Eius nomen erat magna apud omnes gloria. Tacit. lib. 11. Illam tanta superbia esse, vt eternitatem fame spe. presumat? Suet. in Tit. c. 9. Orans, vt mutuo erga se animo vellet esse. Cic. ad Octau. Antonius vir animi maximi (vtinam etiam sapientis. consilij fuisset.) Liu. bel. Pun. 2. Qui nec ipse consulere, nec alteri parere scit, eum extremi ingenij esse. Idem bel. Pun. 10. Roboris maioris*

*maioris Romanus eques erat. Cels. l. 5. c. 28 Hoc malo serè corpora seniora tentatur, aut que mali habitus sunt. Quint. Decl. 9. Hoc si scisses pater, affirmo, cuius pietatis es, nemo te antecessisset. ¶ Non semper quæ ablatiuo efferuntur, genitiuo efferri possunt, cuiusmodi sunt hæc. Terent. Eun. Bono animo es. Idem Adelph. Bono animo fac sis. Idem Phorm. Animo virili, presentij, sis. Cic. in Brut. Nunc si es animo vacuo, expone nobis, quod quærimus. Idem ad Canin. lib. 2. Hoc animo qui sunt, deteriores sunt rogati. Idem Attic. 6. Equidem sum magna animi perturbatione. Item illa apud eund. Qui capite, & supercilij semper est rasis. Mira sum alacritate ad litigandum, Incredibili sum sollicitudine, Sum magno dolore, & multa id genus alia. Itaq; delectu opus est. ¶ Alia contra genitiuo potius, quàm ablatiuo efferuntur. Terent. Andr. Quandoquidem tam iners, tam nulli consilij sum. Idem nullius consilij. Cic. Att. lib. 9. Vide quàm sim antiquorum hominum. Suet. in August. Cibi mihi erat, neque vulgaris serè. Plin. lib. 7. c. 2. Ni cogitemus in Sicilia, & Italia fuisse gentes huius monstri, Cyclôpas, & Lestrygonas. Liu. ab Vrb. 2. Virum honoratissimæ imaginis futurum ad posteros legum latorem. Idem 4. dec. lib. 9. Asperi procul dubio animi, & lingue acerbe, & immodicè libere fuit: sed innicti à cupiditatibus animi, & rigide innocentie. Idem dec. 5. lib. 4. Qui grauium morum erant, spectatores stabant. Plin. ad Roman. lib. 6. Est omnino Priscus dubie sanitatis.*

## Ablatiuus.

**V**VLT Sextum Indigeo, Careo, Vaco, Vicitio, Vescor, Viuo, Superfedeo, Potior, Delector, Abundo, Mano, Redundo, Fluo, Scateo, Fruor, atq; Laboro, Consto, Egeo, Valeo, Possum, Sto, Pendeo, Sudo. 25 Fido, Faceffo, Pluit cum Diffluo, Lætor, Inundo, Glorior, Oblecto, Vigeo: rum Polleo, Nitor, Affûo, tum Cedo, tum Exubero, Gaudeo, Fungor, Floreo, Deficio, Confido, Periclitor, Vtor.

**H**æc etiam ablatino gaudent, vt Egere tempore, Indigere pecunia, Faceffere vrbe, id est Discedere, periclitari capite, Cedere possessione, &c. 30 *Cic. ad Q. fr. lib. 3. Incredibile est mi frater quàm egeam tempore. Idem Offic. 1. Nichil honestum esse potest, quod iniustitia vacat. Plin. l. 6. c. 30. Pars quadam Æthiopum locustis tantum viuit fumo, & sale duratis. Cic. pro Sex. Rosc. Comoda, quibus, vtimur, lucemq; qua fruimur, spiritumq; quem ducimus, à Deo nobis dari, atq; impertiri videmus. Liu. ab Vrb. Nunciatum est Regi, Patribusq; in monte Albano lapidibus pluisse. Quintil. lib. 6. c. 2. Si statu periclitari, aut opinione litigator videatur.*

De verbis exigentibus ablatiuum. ¶ Schol. 20.

**V**erborum ablatiuum exigentium, quæ ediscenda proponuntur, & quorundam aliorum, quod ea non facillè occurrant, exempla subiiciam. Inter quæ nonnulla, quæ ad ablatiuum Cause referri possent, consulto immiscentur, propterea quod

non omnes ita philosophiæ præcepta callent, ut rerum causas possint in verborum constructione speculari. ¶ Abundo cum ablatiuo frequens est. Cic. de Senect. Vili boni, assiduiq; domini abundat porco, hædo, agno, gallina, lacte, caseo, melle. Apud Veteres etiam genitiuo iungebatur. Lucil. Saty. lib. 8. Quarum & abundemus rerum, & quarum indigeamus. ¶ Aegrotō. Senec. de Ira lib. 2. c. 13. Sanabatur aegrotamus malis. Horat. Serm. 2. Saty. 3. — tantum hoc edisserere, quo me Aegrotare putes animi vitio. — ¶ Aestuo. Plin. lib. 3. cap. 7. In Bactris duo lacus sale aestuant. Sallust. Catilin. Plerq; nobilitas inuidiâ aestuabat. ¶ Affluo. Cic. pro Archia poet. Natus loco nobili, liberalissimiq; studiis affluenti. & 2. de Fin. Miser si in flagitiosa vita affluet voluptatibus. ¶ Careo cum ablat. tritissimum est: genitiuo Terent. adiunxit in Heaut. Tui carendum. ¶ Cedo. Cic. Philip. 10. Eundem vidi cedentem Italiâ. & pro Milone, Vtrique mortē est minatus, nisi sibi hortorum possessione cessisset. Valer. lib. 1. c. 5. Libenter tibi mea sede cedo. ¶ Concedo, hoc est Cedo. Tacit. lib. 12. Concessit vitâ, incertum valetudine, an veneno. Cum præpositi. A, vel AB, EX, IN, AD, eleganter hoc verbum vsarparatur. Ab oculis concedere, Ex adibus, In exilium, In sententiam alterius, Ad dexteram, Ad Indos, &c. ¶ Confido. Cic. ad Attic. lib. 8. Illum, quo antea confidebant, metuunt. Cæs. bel. Gal. 7. Cum hostes loco, & numero, nostri virtute confiderent. & bel. Ciuil. 1. Celeritate nauium, & scientiâ gubernatorum consistit. Confidere notitiâ locorum apud Hirc. bel. Alex. Confidere animo, spe, magnitudine copiarum, apud eumd. bel. Afr. Sic etiam Liu. De salute vrbis confidere, dixit Cæs. bel. Ciuil. 2. Cum præp. IN, Hirc. de bel. Afr. Qui ppe qui in nullo illorum sibi consideret. ¶ Consto. Plin. lib. 13. c. 11. Papyri natura dicitur, cum chartæ vsu maximè humanitas vitæ constet, & memoriâ. Idem lib. 33. c. 2. Orbis piscis totus capite constat. Senec. Epist. 89. Vulgares artes, quæ manu constant. Quintil. 1. 2. c. 1. Medicina tota constat experimentis. Cum præp. E, EX. Cic. in Orat. Est enim actus quasi corporis quedam eloquentia, cum constat è voce, atque motu. Idem Tusc. 3. Cum constemus ex animo, & corpore. ¶ Decedo. Cic. pro Ligar. Decedens Confidius prouinciâ, &c. Cum præpositi. crebrò reperitur. Idem 4. Verr. Istum reliquit, de prouinciâq; decessit. Pro Quint. Decedit ex Gallia Næuius. Pro Flac. Cum nihil à superioribus decretis decesserit senatus consultum. Decedere iure suo, officio, possessione, via, sententiâ: vel de iure, officio, & cæt. frequenter occurrunt. ¶ Deficio. Liu. ab Urb. 4. Consul nec animo deficit, nec cōsilio. Val. 1. 3. c. 2. Sanguine, & spiritu deficiens. Curt. 1. 7. Voce deficiens. ¶ Defit. Val. Flac. 1. 5. — pingui nunquã tamen vberē defit. ¶ Delector cū ablat. frequens est: cum præp. IN. Cic. ad Q. fr. lib. 2. Aliquid in Rep. perditâ delectare. Delector tamen, & Oblector videtur esse passiuâ ab actiuis Delecto, & Oblecto profecta, retinere q; passiuum ablatiuum, quem in actiua exigunt post accusatiuum, sicut & alia similia. ¶ Diffluo. Cic. lib. 3. de Orat. Nati in literis, otio verò diffluentes. Diffluere sudore, Plin. lib. 21. c. 13. ¶ Distillo. Idem. lib. 6. c. 31. Distillantibus arboribus odore miræ suauitatis. ¶ Egeo cum ablat. tritissimum est. Cum genitiuo copulatur interdum. Plaut. Amph. — tute, si pudoris egeas, sumas mutuum. Egere auxiliij apud

apud Cæs. bel. Gall. 6. Horat. Epist. 1. ep. 6. — eget eris Cappadocum rex. ¶ Exuberō. Colum. lib. 4. c. 24. Sarmentum oneroso sætu exuberat. Idem lib. 5. c. 7. Arbores quanto altius arantur, & circumfodiuntur, maiore fructu exuberant. Sic apud eumd. l. 1. c. 1. dicuntur vindemijs exuberare regiones. Virg. 2. G. — pomis exuberat annus. & ibid. l. 1. At si luxuriâ foliorum exulerauit umbra. ¶ Exundo. Colum. lib. 9. c. 9. Cum vernant [examinant,] & exundant nouis sætibus. Idem lib. 10. Exundant pingui spumantia dolia musto. Senec. Agamen — alto sanguine exundans solum. ¶ Faceßo pro Discedo. Liu. ab Urb. 4. Ni faceßerent properè vrbe, finibusq; daturos, &c. Sil. lib. 11. — moneo, ocyus vrbe faceße. Titinius in Gemina, Vestrum aliquis nunciet Gemine, vt adibus faceßat. ¶ Fido. Liu. bel. Pun. 4. Habere hostem pedestri fidentem marte. Cels. lib. 2. c. 18. Quæ volatu fidunt, firmiores sunt. Sil. lib. 16. Cämpasus antiquo fidebat Atlante magistro. Ouid. Met. 9. Haud tamen effugies, quamuis ope fidis equina. ¶ Flagro. Curt. lib. 5. Haud facillè dictu est, quantum Regis charitate flagrauerint. Suet. in Neren. c. 22. Equorum studio, præcipuè ab incurre acate, flagrauit. ¶ Fleo. Lucret. lib. 1. — vberibus flent omnia guttis. ¶ Floreo. Cic. Philip. 9. In eam familiam, quæ viris fortissimis floruit, attingit consulatum. Plin. lib. 16. c. 25. Serotino quedam [vites] germinatu florent. Florere omni genere virtutum, studijs, & artibus: memoriâ, & acumine ingenij: lepore dicendi: acate, & samâ: auctoritate, & gloriâ: honoribus, & laudibus apud Cic. Liu. aliosq; frequenter inuenies. ¶ Fluctuo. Valer. lib. 5. c. 3. Eumq; causâ admodum dubia fluctuantem saluū ad penates suos remisit. & l. 5. c. 5. Cum graui illum valetudine fluctuare cognouisset. ¶ Fluo. Cic. de Diu. 1. Fluius atratus sanguine fluxit. Liu. ab Urb. 7. Campani fluentes luxu. Ouid. M. 7. Ille cruore fluens, &c. ¶ Fragro. Catull. epigr. 63. ad Mallium: Fragrantem assyrio venit odore domum. Solin. accusatiuo iunxit c. 50. Idem, si aquæ mistus conteratur, vinū fragrat. ¶ Fruor: Cic. Philip. 7. Si pace frui volumus, bellum gerendū est. Cum accus. iunxit Plaut. in Asin. Eisd. castibus Fruiscor adiungebatur. Metel. Numid. apud Gell. 1. 17. c. 2. Ego sumâ gloriâ fruiscor. Ibid. 2. Claud. Domus suas quemq; ire iubet, & sua omnia fruisci. ¶ Fungor. Cic. Tusc. 3. Fungar interpretis munere. Idē pro Cæl. Funguntur officio: defendunt suos. Cum accusat. etiâ frequens est, de quo paulò post. ¶ Gaudēo. Cic. pro Marcel. Gaude tuo isto tam excellenti bono. Plin. l. 16. c. 18. Aquosis montibus gaudent acer, fraxinus. Hor. 2. Epist. 2. Carmine tu gaudes, hic delectatur Iambis. ¶ Glorior. Cic. in Orat. Nominibus Veterum gloriantur. Cum præpositi. IN, & DE. Idem de Nat. 3. In virtute rectè gloriamur. In Vat. De tuis diuitijs intolerantissimè gloriaris. ¶ Indigeo. Cic. pro Rosc. Com. Mea adolescentia indiget illorum bona exsistatione. Valer. Max. lib. 7. Malo virum pecuniâ, quam pecuniam viro indigentem. Eodem casu in voce passiuâ impersonaliter vsus est Plin. lib. 10. c. 27. Praesidio indiget. ¶ Inundo. Virg. 11. — & inundant sanguine fossæ. Cum accusat. Cic. de Nat. 1. Hanc [terrâ] inundat aqua. Plin. lib. 5. c. 26. Mesopotamiam inundat [Euphrates] sele obtinente vicesimam partem Cancr. Voce passiuâ vsus est Liu. bel. Pun. 4. Sanguine Anna inundabitur. ¶ Labo. Plin. lib. 14. cap. 22. Tricongy rara gloria non labasse

labasse sermone. Cum datiuo Liu. bel. Pun. 7. Labare ijs aduersus Pœnum fidem serferant. Lucan. ad Pison. — quid pleni numerofo consule fasti Profuerint, cui vta labat? — ¶ Laboro, id est Premor. Cæs. bel. Ciuil. 3. Maxime re frumentaria laborabant. Sic laborare fame, frigore, morbo, &c. Laborare ex desiderio, ex re nibus, ex inuidia apud Cic. reperies. Cæs. l. el. Ciu. 3. Quos ex are alieno laborare arbitrabatur, sollicitabat. ¶ Lacrymo. Pallad. lib. 4. Tit. 1. Oportet vineas inferere, cum vites non aquato, sed spisso humore lacrymant. Solin. c. 33. Comperta est arbor pinei generis, cuius mediale, Autumni tempore, succino lacrymat. ¶ Lætor. Cic. de Fin. 1. Nec earum [voluptatum] assidua recordatione lætecur. Idem Tusc. 4. Malevolentia lætans malo alieno. Cum præpos. IN. Idem Attic. 14. Epistola Leonida quid habet, in quo magnopere lætemur? Cum accus. Idem ad Marium lib. 7. Vtrūque lætor. Cum genit. est apud Virg. Æn. 11. — nec veterum meminini, lætorque malorum. ¶ Mano. Cic. de Diu. 1. Hercules simulacrum multo sanguine manauit. Sic Liu. bel. Pun. 7. & Dec. 5. lib. 5. Valer. Max. lib. 2. Qui [sermo] ore eius, quasi è beato quodam fonte manabat. Virg. in Cul. Semper opaca nouis manantia fontibus antra. ¶ Migro. Cic. de Diu. 1. Ne communi iure migrare videatur. De vita migrare apud eum d. 1. de Fin. Qui ius conseruaret, eum iustum, qui migraret, iniustum fore. Vnde pro Transferre eod. casu vsus est Gell. lib. 2. cap. 29. Cassita nidum migravit. Supino passio Liu. ab Vrb. 10. Quæ migratu difficilia essent, ea direpta. Sil. lib. 7. — num migrantur Rheteia regna In Libyam superis? — ¶ Nitor. Cæs. bel. Ciuil. 1. Virtute, & sapientia nitebantur. Cic. Tusc. 5. Virtutis fiducia nitendū nobis ad spem beatè viuendi Cum præp. IN, idem pro Mil. Ei virò mors parabatur, cuius in vita nitebatur salus ciuitatis. Accusatiuū cum ead. præposit dedit Ouid. 2. de Pont. eleg. 7. Et quot aues motis nituntur in aëra pennis. Ad gloriam immortalem niti, Cic. de Senect. Ad sidera niti, Virg. 2. G. Datiuo adiūxit Sil. vt supra ostensū est Sch. 16. ¶ Nixor, aris, apud Lucret. lib. 4. — conuellerè tota Fundamenta, quibus nixatur vita, salusq;. ¶ Oblector. Cic. ad Cæl. 2. In communibus miserijs hac tantum oblector specula, &c. ¶ Pendeo. Cic. ad Q. fr. lib. 3. Promissis ijs non valde pendeo. Idem in Rull. 2. Nolo plebem obscura spe, & ceca exspectatione pèdère. Liu. ab Vrb. 2. Tam leui momento mea apud vos fama pender? Cum præp. EX vsurpatur etiam frequenter. Cic. 2. de Fin. Quid turpius, quam sapientis vitam ex insipientium sermone pendère. ¶ Perfluo. Cic. de Fin. 2. Perfluere perpetuis voluptatibus. ¶ Perfruo. Cic. de Cl. orat. Ij mihi videntur beatè vixisse, quibus sapientie laude perfrui iucit. ¶ Periclitor etiam cum ad periculum refertur, ablat. postulat. Quintil. Decl. 3. Vita periclitari. Sic Colum. lib. 4. c. 29. Apud Cels. Periclitari angina, cancro, abortu, inuenies. Cum præposit. DE, Suet. in Aug. c. 21. De summa imperij sui populus Rom. periclitatur. Ablatiuus hic Infinito mutari potest. Quintil. Decl. 4. Tu mori periclitaris. Sic idem lib. 11. c. 3. Capitis periclitari, nondum apud idoneos auctores loqi. Cum experiri significat, accusat. petit. Cic. pro Quint. Quintus omnia periclitatus est. ¶ Peruigete opibus, atq; honoribus apud Tacit. legitur. ¶ Pluo. Idem bel. Pun. 10. Cumis pluis lapideo imbri. Admittit etiam accusatiuum de quo

de quo Schol. seq. ¶ Polleo. Cic. in Partit. Quæ sapientia appellatur, hæc scientia pollet. Auctoritate plurimum pollere, Valer. lib. 8. c. 5. Pernicitate pedum; Solin. c. 70. Memoria vetustatis, Macrob. lib. 3. c. 14. ¶ Possum. Cic. pro Quint. Neque vsu satis, & ingenio parum possum. Idem de Amic. Plurimum copijs, facultatibus, opibus possent. Q. Cic. de Petit. conf. Qui apud tribules suos plurimum gratia possint. ¶ Potior. Cic. Off. 2. Omni Macædonū gaza potius est Paulus. Virg. Æn. 9. Si verò capere Italiam, sceptrisq; potiri Contigerit. — Alios etiam casus admittit, de quibus Schol. seq. ¶ Præualeo. Colum. lib. 1. Præf. Vera illa Romuli proles firmis simis præcualuit corporibus. Plin. lib. 35. cap. 10. Ambitu amulos præualere sentiens, &c. Quintil. Decl. 17. Apud senes auctoritate præcualuit. Stat. Achill. 2. — qui præualet arcu. ¶ Redundo. Cic. Verr. 5. Forum sanguine redundauit. Idem ad App. lib. 3. Cum tu omnibus ornamentis, & presidijs redundares. ¶ Regredior. Val. l. 7. c. 7. Vtrosque separatim monuit, vt regredi controuersia, quam progredi malient. ¶ Refugio. Cæs. bel. Ciuil. 3. Acie refugerant milites. ¶ Resúdo. Curt. lib. 7. Cum ipsum solum, sub quo tantus amnis fluit, modico quidem resudet humore. ¶ Roro. Virg. 8. Æn. — sparsi rorabant sanguine repres. Stat. Theb. 3. Cernis inexperto rorantes sanguine ventos. — Cum accusat. Plin. lib. 17. c. 10. Periculum est, si rorauerit quantaluncumque imbrem. Sil. lib. 10. Cum videt in scopulo rorantem saxa cruore. ¶ Scateo. Plin. lib. 7. c. 2. India, Æthiopiaq; tractus miraculis scatet. Idem lib. 22. c. 13. Vrtica plurimis scatet remedijs. Colum. lib. 6. cap. 16. Solent neglecta vlcera scatere vermibus. Cum genitiuo olim iungebatur. Gell. lib. 1. c. 17. Irarumq; & molestiarum muliebrium [Xanthippe] per diem, perq; noctem scatebat. ¶ Scaturio. Colum. lib. 3. c. 1. Optimum solum, quod fontibus non in summo, non in profundo scaturiat. ¶ Spumio. Virg. Æn. 3. — salsa spumant aspergine cautes. Et ibid. 4. — ensemq; cruore Spumantem. — Sic Eclog. 3. & alibi. ¶ Stillo. Lucan. lib. 7. — sanguineis stillauit roribus arbor. — Stat. Theb. 3. Cernis, & cæc. — Et plumis stillare diem. — Sic Ou. & Tibull. Cum accusat. Plin. lib. 12. c. 23. Asica Ammoniaci lacrymam stillat in arenis suis. Sic Horat. in Arte. — stillabit amicis Ex oculis rorem. — ¶ Sto. Cic. pro Flac. Re indicata stari ostendit placere. Idem pro Clu. Si vterque Censor Censoris opinione standum putauit. & Liu. ab Vrb. 7. Quæ pars maior erit, eo staretur consilio. Iure stare, apud eum d. bel. Pun. 4. Quintil. lib. 5. c. 6. Generalis igitur quasiio. Verbis, an voluntate sit standum. Iungitur etiam datiuo, vt supra ostensū est Schol. 13. ¶ Sudo. Liu. bel. Pun. 7. Quatuor signa sanguine multo diem, ac noctem sudasse. tat. 12. Theb. — lacrymis altaria sudant. — Celsi lib. 2. cap. 4. Multum sudare, maximeq; frigidò sudore. Accusat. etiam recipit. Liu. bel. Pun. 2. Scuta duo sanguinem sudasse. Iustin. lib. 36. Hæ [arbores] certo tempore balsamum sudant. Plin. lib. 12. c. 15. Sudant sponte, priusquam incidantur, stacten. ¶ Superfluo. Cic. de Clar. Orat. Is dedit operam, vt superfluentes iuuenili quadam dicendi impunitate, & licentia reprimeret. Plin. lib. 36. c. 13. Quæ superfluebant quotidiani vsus delicijs. ¶ Superfedeo. Cato de Re rust. c. 5. litibus familia superfedeat. Cic. 1. de Inu. Non minus rerum non neces-

furturum, quàm verborum multitudinem super sedendum est. Dativus etiam, & accusus, iungitur aliquando, ut ostensum est supra Scb. 13. ¶ Vaco pro Careo. Cic. pro Lig. Ligarius omni culpa vacat. Sic Vacare molestiâ, dolore, curâ, & negotio apud eundem. Cum præp. A, vel AB. Idem de Fin. 1. Vacare ab omni dolore, & molestiâ: & Tusc. 5. Ab omni concitatione animi semper vacare. Cum dativus etiâ copulari, dum Operam dare significat, dictum est supra Schol. 13. ¶ Vateo. Cic. Offic. 1. Alios videmus velocitate ad cursum, alios viribus ad lætandum valere. Idem 2. Offic. Est vehementer vitile, per hospites apud externos populos valere opibus, & gratiâ. ¶ Vescor. Cic. 2. de Fin. Cum vescamur ijs rebus, quæ dulcem mectum afferunt sensibus. Dicitur de rebus etiam liquidis. Cic. de Nat. deor. 2. Nec ijs vescis, aut potionibus vescuntur, &c. Liu. bel. Pun. 9. Hominum carne, ac lacte vescuntur, &c. Iustin. lib. 2. Lacte, & melle vescuntur. Accusativus copulatur interdum, ut ostendetur inferius. ¶ Vigeo. Cic. 2. de Orat. Soli, qui memoriâ vigent, sciunt, quid dicturi sunt. Quintil. lib. 7. c. 1. Perducunt, quo vixerunt, vsus. Solin. c. 65. de Manticora fera. Pedibus sic viget, &c. ¶ Vivo, id est Alor. Cic. pro Sext. Rosc. Prædia mea tu possides, ego aliena misericordiâ vivo. Idem Verr. 7. Dico reliquos stirpibus vixisse palmarum. Cas. bel. Gal. 4. Sueti lacte, atq; pecore vivunt. ¶ Vicitio. Plaut. Mostell. Vicitiam voluptuositati, & duritiâ. Idem Rud. — fisis vicitiam aridis. Solin. cap. 48. Palmis [Esseni] vicitiant. ¶ Vndo pro Abundo. Valer. Flac. 1. Argon. Iam pridem regio, &c. Vndat aquis, floretq; viris. — Claud. de Rapt. Proserp. lib. 5. Vndaret ne sylva sauis. — Participium Vndans frequentius est. Virg. 3. Georg. Atq; hic vndantem bello, magnamq; fluentem Nilum. — Valer. Flac. 3. Argon. Mens rapit vndantem curis. — Reperitur actiue positum pro Inundare. Stat. Abhill. 1. — Æacides tepido modò sanguine Teucros Vndabit campos. — ¶ Vtor exemplis non indiget. Additur aliquando dativus cum ablativo. Plin. lib. 16. c. 6. de Latifolia. Solidâ vntur carboni. Cum accusat. reperitur apud Caton. & Plaut, ut patebit Schol. seq.

## APPENDIX I.

¶ Rursum Egeo, Indigeo Patrium, Potiorq; resumunt.

**E** GEO, Indigeo, Potior etiam casum interrogandi admittunt. Cic. Att. lib. 7. Egeo consilij, quod optimum factu videbitur, facies. Idem in Anton. Phillip. 6. Hoc bellum indiget celeritatis. Idem Lentul. lib. 1. Qui potiuntur rerum, [otium] præstaturo videntur.

## APPENDIX II.

¶ His Potior, Vescor, Fungor, Pluit, adijce Quartum.

**P** OTIOR, Vescor, Fungor, Pluit non recusant accusandi casum. Cic. Tusc. 1. Ego doleam, si gentem aliquam verbè nostrâ potiturâ putè. Plin. lib. 10. c. 38. [Aves nonnullæ vescuntur ea, quæ rapere pedibus. Terent. Adelph. — neq; e b ni Neq; liberalis functus es officium viri. Liu. Dec. 4. lib. 10. In area Vulcani, & Concordiæ sanguinem pluit.

De verbis Egeo, Indigeo, Potior, Vescor, Fungor, Pluit. ¶ Sch. 21.

**E** GEO interdum admittere genitiuū ostensum est satis. Indigeo frequenter eodem casu gaudet. Cic. pro Sext. Rosc. Quid est in hoc casu quod defensionis indigeat. Sic idem sapius. ¶ Potior frequentissimè cum genitiuo iungitur, etiam pro Frui, Tenere, & interdum Vincere. Cic. ad Lentul. lib. 1. Si exploratum tibi sit, posse te illius regni potiri. Idem de Fin. 1. Nullas enim consequuntur voluptates: quarum potiundi spe inflammati multos labores, magnosq; susceperant. Sall. Iurg. Vt prius, quam legatos convenirent Adherbalis potiretur. Idem Catil. Cui satum foret Urbis potiri. Auctor ad Her. 4. At veniensium potiti sunt Spartiata. Crebra occurrunt exempla maximè apud Historicos. Cum genitiuo, Rerum elegantissimè copulatur, significatq; summâ imperij administrare. Cic. ad Att. 10. Existimat enim, qui mare teneat, eum necesse reperum potiri. Suet. in Vesp. c. 4. Percrebuerat esse in satis, ut eo tempore Iudea profecti rerum potirentur. ¶ Quatuor illa verba Potior, Vescor, Fungor, Pluit non raro accusat. adheret. ¶ Terent. Adelph. Ille alter sine labore patria potitur commoda. Ibid. — miseriam omnem ego capio, hic potitur gaudia. Cic. Phillip. 13. Vincamus odium, pacemq; potiamur. Legitur, & pace. Plaut. Asin. Fortiter malum, qui patitur, idem post potitur bonum. Actiua vsus est idem in Amph. — eum nunc potiuit pater Servitantis. — Hoc est seruum fecit. ¶ Vescor. Plin. 1. 8. c. 50. Si caprinum iecur vescantur. Idem 1. 6. c. 50. Ova vescentes. & lib. 11. c. 37. Qui abstinthium vescuntur. Tacit. in vita Agric. Eo ad extremum inopia venere, ut infirmissimos suorum mox sorte ductos vescerentur. ¶ Fungor. Terent. Heaut. — attende tute illorum officia fungere. Idem Phorm. — sanctus adolescentuli est Officiu liberalis. — Ibid. — hæc ego præcipio tibi, Hominis frugi, & temperantis sanctus officia. Tacit. 1. 3. Suprema erga memoriâ filij sui munera fungeretur. Ibid. lib. 4. Ego me Patres conscripti mortalem esse, & omnium officia fungi, & cetera meminisse posteros volo. ¶ Pluo. Liu. 9. bel. Mac. Sanguinem per biduum pluisse in area Concordiæ satis credebant Valer. Max. lib. 1. c. 6. Eiusdè generis monstra alio tumultu credita sunt in [foro] Piceno lapides pluisse. Iulius Obsequens de prodigijs, In area Vulcani per biduum, in area Concordiæ totidem diebus sanguinem pluit. ¶ Item Vtor apud prisicos. Plaut. Asin. Cetera, quæque volumus uti, Græca mercamur fide. Idè Pæn. Profecto uteris, ut voles, operam meam. — Sic idem sapius. Item Cato de Re rust. c. 123. Lucil. Satyr. 1. 14. Quem metuas sepe, interdum quem utare libenter. Gell. 1. 7. c. 15. Quod cui servandum datum est, si id vsus est, &c. Verba sunt Quæ scævola. Idem Ciceronis 2. de Orat. quod quidam affert, Si ararij corpus vtimur ad belli adiumenta. ubique sic legitur, Si ararij copijs, & ad belli adiumenta, & ad ornãmèta pacis vtimur veltigalibus serviamus. ¶ Abutor apud Comicos sepe accusativum habet. Prologo Andriæ, Nam in prologo scribundis operam abutitur. Plaut. Bacchi. Cum se excucurrisset illic frustra sciuerit Nosq; aurum abusos. — Idem Trinum. Me qui abusus sum tantam rem patriam. — Similiter Cato de re Rust. cap. 76. Linito vsque ad, donec omnem casum cum melle abusus fueris.

**S**æpe ablatiuum Partis Neutra lia sumunt:  
 Quem solet in Quartum Vates mutare frequenter.  
*Vt Pendes animo. Totus tremis ossa pauore.*

**N**EVtra sæpe ablatiuum admittunt significantem partem.  
*Cic. 2 de Orat. In principijs dicendi tota mente, atq; omnibus artibus contremisco.*

**H**oc genere loquendi frequentius vtuntur Poëta, qui ablatiuum etiam in accusatiuum mutare consueverunt.

*Horat. Epist. 1 ep. 6. — animoq; & corpore torpet.*

*Virg. Georg. 3. Stare loco nescit, micat auribus, & tremat artus.*

De Accusatiuo, & Ablatiuo Partis cum verbis Neutris. ¶ Sch. 22.

**P**LVra exēpla non solum apud Cic. verum etiā apud alios scriptores inuenies. *Idē Attic. 5. Scamus animis, & quia consilij, vt videmur, bonis vtimur, speramus etiam manu Idem Tusc. 4. Vt ipsum Hectorem toto pectore trementem prouocasse ad pugnam pœniteret. Cecin. ad Cic. lib. 6. Cum verò ad ipsius Caesaris nomen veni, toto corpore contremisco. Huc accedunt illa, Cadere, Conciderè animo. Item pendere animis. Cic. Tusc. 1. Quod si exspectando, & desiderando pendemus animis, cruciamur. Cum verò singulari numero vtimur, genitiuo locus est. Idem 1. de Leg. Ego animi pendere soleo, cum semel, quid orsus, traducor aliò. Cælius ad Cic. lib. 8. Ego quidē vehementer animi pendo. Sic Cic. Att. 8. 11. 12. Eodem planè sensu Terent. Adelp. dicit, — hoc scio Animus tibi pendet. — Mentis despere, dixit Plaut. Epid. Despiebam mentis, cum illas scriptas mittebam tibi.*

## DE CONSTRUCTIONE VERBI ACTIVI.

**O**MNia, quæ Quarto gaudent, Actiua vocentur,  
 Siue per actiua varientur tempora: voce  
 Siue ea passiuua flectantur: vt Augeo, lædo,  
 Noui, Odi, Iuuat, atq; Decet, Depascor, & Hortor.

**V**erbum Actiuū, vel potius Accusatiuum, cuiuscūq; id demum terminationis sit, post se accusandi casum postulat. Siue finiatur in O, vt Augeo, Lædo, Colo: siue in, Or, qualia sunt Communia, & complura Deponentia, vt Hortor, Imitor, Amplector: Consequor, Depascor, Admiror: siue in, I, vt Noui, Odi, Cœpi: siue in, T, qualia sunt Decet, Dedecet Iuuat, Delectat: vt Deū cole, Imitare diuos, Amplectere virtutē, Admiror ingenij acūm, Noui animi tuimoderationē, Non decet ingenuū puerū scurrilis iocus.

**V**erba etiam Neutra, cum rem verbi significant, vt Viuo vitam, Eo riam, pugno pugnam. Et quadam alia, vt Horreo crimen, Stomachor omnia.

*Cic. ad Attic. lib. 9. Ingrati animi crimen horreo.*

*Idem ad eund. 14. A maiorem me senectus facit, stomachor omnia.*

*Hæc postrema Viuo, Eo, Pugno, Horreo, Stomachor, & similia tantisper actiua censentur, dum accusandi casum sibi vendicant.*

De Natura verbi Actiui.

¶ Schol. r.

**N**IHL serè in tota constructionis ratione difficilius est, quam verbi Actiui naturam cognoscere. Ego, vt verum apertè, & ingenue confitear, nondum rationem inire potui, qua hanc præceptionem ita tyronibus proponerem, faciliè vt intelligi possèt. Nam illum tritum, & peruulgatum præceptum, Omne verbum significans actionem post se accusatiuum postulat, ne ij quidem, qui philosophia præceptis sunt imbuti, faciliè intelligent, neq; mirum. Cur enim Pugno, Dimico, Seruio, Noceo, Malefacio, Insidior, Aduersor, & sexcenta alia, non habeant accusandi casum, cum actionem significant? Nisi verò quis existimat minorem ibi esse actionem, vbi res ferro, & flammis agitur, quam vbi lingua, & calamo. Quid enim cause est, quamob: e  
 10 **L**ego, & Scribo actionem significant: Pugno, Dimico actionis sine expertia? Quid? Seruio, Noceo, Insidior otiosa erunt: Canto, Rideo actiua? Verum quoniam supra ex veterum grammaticorum sententia confirmauimus, hæc etiam actionem significare, neq; idem valere actionem significare, & actiuum esse verbum, nihil est cur his diutius immoremur. Nobis, quo ad constructionem attinet, illud erit verbum Actiuū,  
 20 **vel** potius Accusatiuum (sic enim velim appellare omne, id quod in accusatiuum trāsit) quod post se accusatiuum postulat, cuiuscūque positionis. Porro verborum omnium positiones, siue terminationes quinq; sunt, cum quinq; non amplius literis indicatio modo, vt placet Diomedij, finiuntur: O. R. T. M. I. vt Amo, Amor, Pudet, Possum, Noui. Diomedes, Phocas, Donatus, Priscianus ea demum appellat actiua, quæ,  
 25 **O**, litera finita, passiuua fieri possunt, R, litera apposita: quibus Facio, Calefacio, Volo, Noui, Odi, & reliqua omnia quantumuis accusandi casu gaudeant, neutra sunt, si, R, literam assumendi negetur facultas. Nobis tamen, vt puerorum imbecillitati consulamus, dabunt veniam veteres illi huius artis proceres, si omnia, quæ accusatiuum admittunt, cuiuscūque illa sint terminationis, Actiua appellauerimus. Horum quinq;  
 30 **sunt** genera, siue ordines. Primum genus transit in accusatiuum primæ, secundæ, & tertiæ personæ, vt Amo me, te, illum. Secundum in accusatiuum tertiæ personæ rei mutæ fertur, vt Aro campum, Colo agros. Tertium in accusatiuum significantem rem verbi, vt Viuo vitam, Curro cursum: aut in accusatiuum mēsuræ, qua rem ipsam metimur, vt Vixi duas ætates, Curro stadium. Senec. de Vita beata. cap. 5. Vides quam  
 35 **malam**, & noxiam seruitutem seruiturus sis. Ibid. c. 12. Hilarem insaniam insaniro. Plaut. Trinum. Semper ego — Tuis seruiui seruitutem imperijs, & præceptis pater. Res verbi interim ablatiuo effertur. Cælius ad Cic. lib. 8. Si Parthi vos nihil calfaciunt, nos hic frigore frigesimus. Cic. ad Quint. frat. 3. Patiāmur illum ire nostris itineribus. Idem de Fin. 1. Latamur amicorum leticia æquè, ac nostra, Quartum genus multa Deponentia amplectitur & Communia cum actionem significant, vt Sequor bonos, Amplector hospitem. Postremum genus amplectitur, nonnulla verba

*mutila, siue delectiva, cuiusmodi sunt Noui, Memini, Pudet, & cetera eiusmodi.*  
 ¶ *Item quæ Neutroactiua licet appellare, cuius generis sunt Anhele, Calleo, Contremisco, Crepo, Doleo, Edormio, Erubesco, Horreo, Abhorreo, Indignor, Ingemo, Inclamo, Lator, Manco, Mæreo, Oblupesco, Pauco, Propugno, Koro, Sono, Sudo, Stupco, Stomachor. Suet. in Aug. c. 84. Pûmilos abberrebat. Liu. lib. 4. ab Vrb. Abhorreere famam. Cic. in Catil. Orat. 2. Scelua anhelantem. Auf. ad Her. 4. Anhelare crudelitatem. Horat. 2. Ep. 1. — vineta crepat mera. Lucret. lib. 2. Es crepat antiquum genus, & c. Cic. Philip. 2. Edorui crapulâ istâ, & exhâlu. Plaut. Rud. — abeo hinc vt edormisca hanc crapulam Quâ potavi. — Terent. Adelp. Ego illius sensum pulchrè calleo. Senec. ep. 66. Non contremiscamus iniurias. Idè ep. 96. Grâmaticus non erubescit solâ sciunt, si sciens facit. Cic. Terent. l. 14. Eiusmodi casum mæreo. Idem pro Marcel. Obsupescunt posterieri imperia, prouincias, pugnas innumerabiles. Suet. in Iulio Cæsare cap. 23. Qui si pepigissent propugnare absentiam suam. Plin. l. 17. c. 10. Periculum eo tantum die est, si rorauerit quantulumcumq; imbrem. Idem l. 8. c. 54. Defectum siderum & cetera pauent quadrupes. Idem in Præf. Quanto tu ore patris laudes tonas. Cic. pro Arch. Corduba natis poetis pingue quiddam sonantibus, atque peregrinum. Idem 2. de Fin. Nos Varrones stupemus, tu videlicet tecum ipse rides.*

¶ *Conferamus, quæ diximus, in pauca. Verba, O, finita, quæ addita, R, litera sunt passiva, vt Laudo, Vitupero: item quæ ad res mutas pertinent, vt Sero, Colo, Planto, Rigo, Pâstino, Oco, Puto, Abluquo, Vindemio, Meto: præterea quibus res verbi, seu mensura rei additur, vt Viuo, viam, ætatem: Curro cursum, stadium: postremò Communia, cum actionem significant, accusatiuum exigunt. ¶ Deponencia cum latissimè pateant, nam quædam interrogandi, alia dandi, alia æcusandi, alia denique sexto casu gaudent, hac ratione, quæ accusatiuum petunt, deprehendes. Verbum Deponens aut Transitiuum, aut Intransitiuum est. De Intransitiuis satis dictum est. Transitiua, quæ genitiuum, datiuum, ablatiuum petunt, paulo antè commemorata sunt. Superest igitur, vt cetera æcusandi casum possint. Quod idem de his, quæ, O, litera finiuntur, dictum sit: nam si transitiua sunt, neq; aut interrogandi, aut dandi, aut sextum casum exigunt, actiua sunt. Quæ causa me impulit, vt prius de verbis Neutric, quàm de Actiuis agerè. Mutila, quæ æcusas, gaudet, pauca sunt, Memini, Odi, Noui, Cedo pro Da, Elle pro Edere, Pœnitet, Piget, Pudet, Miseret, Miserecit, Tædet. Neutroactiua legendis probatis scriptoribus obseruabis.*

## DEPONENTIA ET COMMVNIA.

*Abominor, Abutor, Adhortor, Adipiscor, Admetior, Admiror, Admolior, Adorior, Adueneror, Adûlor, Æmulor, Affâris, vel re, Aggredior, Alloquor, Amolior, Amplexor, Amplexor, Aneestor, Apiscor antiquum, Apprecor, Arbitror, Architector, Argumentor, Ariolor rarum, Asperror, Affector, Assentior, Assesor, Aucûpor, Auerfor, Auguror, Aûpiscor, Attestor. ¶ Calumnior, Cauillor, Canfor, Censeor rarum, Circumplector, Coasperror, Cohortor, Comitor, Commeditor, Cõmentor, Commercior, Commereor, Commetior, Comminiscor, Cõminar, Commiseror, Com-*

molior.

*molior, Complector, Compræcor, Confabricor, Confabulor, Consteor, Conor, Cõnqueror, Consecor, Cõsoler, Cõsticor, Cõstiter, Cõtucor, Criminator. ¶ Dedignor, Debortor, Delanctor, Demereor, Demetior, Demetor, Demiror, Demolior, Demorror, Deoscular, Depaciscor, Depascor, Depecular, Depepular, Deprador, Deprecor, Dequeror, Despicor rarum, Detestor, Dissiteor, Dimetior, Dissauior, Dignor, Dilargior, Dimetior, Disspartior. ¶ Eblandior, Effaris vel re, Eiacular, Elargior, Eloquor, Elucubrar maximè in præteritis: Ementior, Enereor, Emectior, Emodulor, Emolior, Enitor, Epulor, Exhortor, Exordior, Exoscular, Experior, Expiscor, Exsecor, Exsequor. ¶ Fabricor, Fabulor, Farris vel re, Fæneror, Frustror, Furor.*

10 ¶ *Gesticulor rarissimum, Gratificor, Gratulor, Grauar. ¶ Helluor, Hortor. ¶ Iaculor, Imaginor, Imitor, Impertior, Imprecor, Indignor, Indipiscor, Infisior, Insector, Insequor, Interminor, Interfarris vel re, Interpretor, Iutucor, Iocor, Ioculor rarissimum. ¶ Lamentor, Largior, Liceor, Loquor, Lactor, Ludificor. ¶ Machinor, Medicor, Meditor, Mentior pro Imitor, Mercor, Mereor, Metior.*

15 ¶ *Metor, Minitor, Minor, Miror, Miseror, Moderor, Modificor, Modulor, Mõlior, Morror, Muneror, Mutuor. ¶ Nanciscor, Nundinor, Nutricor. ¶ Obliuiscor, Oboliior, Obtestor, Oodrõr, Ominor, Operor rarum, Opperior, Ordior, Oscular, Opinor. ¶ Paciscor, Partior, Pascor, Patior, Percontor, Peregrinor, id est mente percurro rarum, Perclitor pro Experior, Permetior, Perpetior, Perpopular, Perscrutor, Persector rarum, Persequor, Pignoror, Polliceor, Pollicitor, Perpopular, Popular, Precor, Prador, Præfarris, vel præfare, Præloquor, Præmeditor, Præmercior, Præstolior, Profiteor, Prõloquor, Prõsequor, Punior. ¶ Queror, Ratiõcinor rarum, Recordor, Reordior, Remetior, Reminiscor, Remolior, Remorror, Remuneror, Re, equor, Reuereor, Rimor, Ructor, Rûncinor.*

25 ¶ *Sauior, Scitor, Sciscitor, Scrutor, Sequor, Sectior, Solor, Sortior, Subsortior, Specular, Stipular, Subsequor, Suppeditor, Suspiscor. ¶ Tector, Testificor, Trutinor, Tuor, Tutor. ¶ Vector, Vatuor, Venor, Veneror, Vereor, Vlscior, Vociferor. Ex his nonnulla illustrabimus exemplis.*

**A** *DMolior. Plans. Afri. — ubi sacro manus sis admolitus. ¶ Amolior. Plin. lib. 11. c. 10. [Apes] amoliuntur omnia è medio. Liu. bel. Pun. 4. Neque amoliri obiecta onera facile erat. ¶ Apiscor. Plaut. Epid. — sine me hominè apisci. Apprecor. Hor. Car. 4. od. 15. Rite deos prius apprecati. ¶ Arbitror. Cic. App. l. 3. Vires eos, qui ea vobis reliquissent, magnos arbitrabar Plaut. Capt. Ne arbitri dicta nostra arbitrari queant. Sic Plin. lib. 37. præm. ¶ Argumentor. Cic. pro Cluent. Atq; ego illa non argumentor, & c. Liu. bel. Mac. 10. Et nequid ipse aut criminose argumentari videretur, & c. Hodie verbum hoc plerumque Neutrorum sortitur constructionem: olim inter Communia etiam numerabatur. ¶ Ariolor. Terent. Adelp. — sed ego hoc ariolor. ¶ Assentior Cic. Acad. 7. Cum tam vitiosum esse cõstet assentiri quicquã, aut falsum, aut incognitum, & c. Sic idem sepius. ¶ Cavillor. Quintil. l. 1. c. 4. Qui hanc artem, vt tenuem, ac ieiunam cauillantur. Sic Tacit. lib. 1. ¶ Censeor. Ouid. de Pont. 4. eleg. 3. Est inter commites Martia censa suas. Cic. pro Slat. Censuræ es mancipia Amyntæ. ¶ Circumplector. Cæs.*



bel. G. l. 7. Erat à septemtrionibus collis. quem quia propter magnitudinem circuitus opere circumpleti non potuerant nostri, &c. ¶ **Coasprior.** Tacit. lib. 12. Severitas eius agebat coasprioris veterem disciplinam. ¶ **Commercior.** Sall. Jug. Arma, quae spe pacis amiserant, rescere, aut commercari. ¶ **Comminor.** Suet. in Cæs. c. 4. Manus equitum Rom. immoderatus perseveranti necem comminata est. ¶ **Commolior.** Lucret. lib. 6. Cum commoliri tempestas fulmina coepit. Item ibidem, Et monumenta virum commoliri, atque cedere. Eodem vsus est Gell. lib. 3. cap. 9. ¶ **Comprecior.** Terent. Adelph. Tu potius deos comprecare. Plin. ad Messum lib. 4. Senatus ei, qui scripsit, iratum principem est comprecatus. Senec. epist. 100. Mortem comprecatur sibi. ¶ **Confabricor.** Gell. lib. 3. c. 19. Nimis moleste confabricatus est originem vocabuli C. iste Bassus. ¶ **Confiteor.** Quintil. lib. 2. c. 4. Summam videbantur mihi infirmitatem de se confiteri. Hoc verbum ablativo cum De sepe commutat accusativum rei inanimatae. Cic. pro Ligar. Prius de vestro delicto confiteamini, necesse est. Sic idem sepius. Eadem præp. interveniente persona casus ferè exprimitur. Curt. lib. 6. Quid ceteri, quid de se confitebuntur? Iustin. lib. 18. Requirentibusque auctorem de domino consistetur. Sic & simplex Fateor. Liu. bel. Pun. 4. De se haud cunctanter fassus. ¶ **Copulor** rarum. Plaut. Aul. Adeunt, consistunt, copulantur dexteras. Sic idem in Epid. ¶ **Contestor.** Cic. pro Rosc. Com. Qui per se litem contestatur, sibi soli petit. Pandect. lib. 2. Si in iudicium venisset, litem cum eo contestari actor potuisset. ¶ **Criminor.** Suet. in Calig. c. 56. Nec cessavit criminari alterum alteri. ¶ **Dedignor.** Curt. lib. 6. Philippum dedignatur patrem? Idem lib. 8. Si dedignaretur affinitatem, &c. Senec. de Consolat. ad Albin. Dedignatur aliquis paupertatem? ¶ **Demereor.** Suet. in Claud. c. 40. Nihil habere se vociferatus est, quare eos demereatur. Senec. de Benef. lib. 5. c. 19. Qui agrum meum colit, non illum, sed me demereri vult. ¶ **Démoror.** Cæs. bel. Ciu. Conatur eos vallo, fossaque circumvenire, ut quam maximè repentinis eorum eruptiones demoretur. ¶ **Depascor.** Plin. lib. 9. c. 3. Exeunt, & quaedam beluae, quae depascuntur fata. Idem. l. 11. c. 19. Papilio ceras depascitur. Senec. Nat. q. l. 7. Et [te ignis] quo trahit materia, quam depascitur. ¶ **Deprædor.** Iustin. lib. 3. Totam Spartam deprædantur. ¶ **Déspicor.** Plin. de Vir. illust. c. 23. Nobilissimos senum primum, ut deos venerati: deinde, ut homines despiciati interfecere. ¶ **Disfiteor.** Ouid. Eleg. lib. 3. — pudor disfiteatur opus. ¶ **Eblandior.** Vitruv. lib. 7. c. 5. Cum aspectus eius scenæ blandiretur omnium visus, &c. ¶ **Elargior.** Pers. Saty. 3. — patriæ, carisque propinquis Quantum elargiri deceat. — Cic. ad Lent. lib. 1. Siquid de his rebus, quas tibi fortuna elargita est, &c. ¶ **Quintil.** lib. 4. proæm. Quale iudicium hominum emereret, &c. ¶ **Emodulor.** Ouid. lib. 1. Eleg. Musa per vndenos emodulanda pedes. ¶ **Epulor.** Senec. Thy. Epulatus ipse es impia natos dape. Sic & Plin. lib. 8. c. 43. ¶ **Exsecror.** Senec. de Vit. B. c. 2. Non ideo aliquem exsecrabor diem. Exsecratus [Annibal] in caput, regnumque Perusie &c. poculum exhaussit, dixit Liu. bel. Mac. 9. ¶ **Frustror.** Colum. lib. 11. c. 1. Ne diuturna cessatione [serui] frustrantur opera. ¶ **Gesticulor.** Suet. in Ner. c. 52. Super abundantissimam

nam cœnam iocularia in defectibus duces carno imo gesticulatus est. ¶ **Gratificor.** Sall. Jug. Potentia pauperum decet, & libertatem gratificant. Idem in Orat. ad Cæs. peruerjam gratiam gratificari dixit. Plin. lib. 34. cap. 6. Quedam pium Tiberinum gratificata esse ea populo. ¶ **Grauari** idest Aegre pati Plin. Paneg. Scis, non alijs esse principem gratiosem, quam qui maximè donum grauentur. Quintil. Decl. 5. Corpus, quod grauaretur assidentium sedulas manus, sicut inter vincula ¶ **Iaculor.** Ouid. in Ibin. Aëra si misso vacuum iaculante disco. Idem Eleg. lib. 3. Iuppiter igne suo lucos iaculatur, & arces. ¶ **Indipiscor.** Plaut. Epid. — armis, arte duellica Divitias magnas indeptum. — Idem Trinum. — multum in cogitando Dolere indipiscor. — Sic Liu. & alij. ¶ **Interfatis,** & are. Liu. bel. Mac. 1. Orsum eum dicere in Aëtolos maximè violenter, Phœneas interfatus, non in verbis rem verti, ait. ¶ **Iocor.** Senec. Controuers. lib. 6. Inter nuptias, se scenninos in crucem generi nostri iocabantur. Ouid. Trist. 2. Quid si scripsissem nimos obscœna iocantes. Sic Horat. & alij. ¶ **Ioculor.** Liu. ab Urb. 7. Inter carminum prope modum incôndita quadam militariter ioculantes Torquati cognomen auditum. ¶ **Loquor.** Cic. Attic. 9. Hi quidem mera scelera loquuntur. ¶ **Médicor.** Pallad. mens. Oct. Quibus moris est gypso vina medicari. ¶ **Mentior.** Horat. lib. 1. Epist. ep. 7. Spem mentita seges. — Mercor. Cæs. 1. bel. Gal. Non minorè laudem exercitus, quam ipse Imperator meritis esse videbatur. Plin. ad Trai. lib. 10. In eo obsequio [pronunciam] in ea erga te fide, quam de genere humano mereris, inueni. Mereri Bene, vel malè de aliquo, idest Commodare, vel Incommodare. Cic. ad Lentul. lib. 1. Erat infinitum bene de me meritos omnes nominare. Idem pro Mil. Amicissimi non malè loquendo de me meriti, sed semper optimè. Perniciosè de Rep. mereri, idem lib. 3. de Leg. Sic etiam Promereri, maximè in bonam partem. Voce actiua raro sic loquuntur auctores. Senec. de Consol. ad Mart. c. 1. Optimè meruisti de Romanis studijs. Idè de Prouid. c. 4. Malè de me Imperator meruit. ¶ **Metor.** Liu. ab Urb. 1. Templum his regionibus, quas modo animo metatus sum, dedico. ¶ **Modificor,** huc spectare ex verbis Cic. & Gellij conijci potest. Cic. 3. de Orat. Verba illa modificata esse debent. In Partit. Vocabula ab Oratore modificata, & inflexa quodam modo. Gell. lib. 1. c. 1. Comprehensa autem mensura Herculanis pedu [Pythagoras] secundum naturalem membrorum omnium inter se competentiam modificatus est. ¶ **Moror.** Liu. dec. 5. lib. 1. Ferunt citati signa, nec signiferos armati morantur. ¶ **Obiurgor.** Cæs. ad Cic. lib. 8. Hirtus Curionem non mediocriter obiurgatus. ¶ **Obmolior.** Curt. lib. 6. Ipsi arborum truncos, & saxa obmoluntur. ¶ **Operor.** Cic. de Fat. Ad quasdam res natura loci pertinet, & operatur aliquid. Pallad. lib. 1. Tit. 6. Si necessitas coges in falsa terra aliquid operari, &c. ¶ **Pabulor** ex illo Colum. lib. 5. c. 9. Fimo pabulandæ sunt oleæ: huc spectare colligi videtur. ¶ **Paciscor.** Liu. bel. Pun. 6. Hanc mercedem vnam pro eo munere paciscor, amicus populo Ro. sis. Idem bel. Mac. 10. Neganti Paulo nisi cum deditis pacisci se pacem, &c. ¶ **Pascor.** Curt. lib. 4. Fama est, animum greges aduolasse, & potentem esse passas. Virg. G. 4. — pascuntur, & arbusta passim. ¶ **Peregrinor.** Cic. 5. Tusc. Democritum luminibus amissis,

sis, infinitatem omnem perigrinabatur. ¶ Pollicitor. Plaut. Rud. Passillatius pollicitor pro capite argentum, vt sim liber. ¶ Populor. Plin. lib. 10. c. 15. Cum abundant etiam, quæ gula humana populatur. ¶ Puniōr. Cic. Tusc. 1. Cum multi inimicos etiam mortuos puniuntur. ¶ Queror. Ouid. Met. 9. — motura, duros Verba queror. — ¶ Ratiōcinor. Solin. c. 35. Qui fidem ad veram ratiocinati sunt, estimarunt. Vitru. lib. 5. Priuatorum autem edificiorum symmetrias in sequenti capite ratiocinabor. ¶ Remolior. Senec. Nat. 9. lib. 6. c. 13. Proxima quæ, remolitur, ac iactat. Stat. Theb. 10. — & ferrea sudant saxa remoliri. —

¶ Rescutor. Ouid. Met. 13. Nereis his contra rescuta Crateide natam est. Sic iterum Met. 6. ¶ Remetior. Senec. de Ira lib. 3. c. 36. Facta, ac dicta mea remetior. ¶ Rimor. Colum. lib. 7. c. 9. Vt paludem rimentur [sues.] ¶ Solor. Tacit. lib. 2. Cesar quamvis posthabitam decies sestertij doce solatus est. ¶ Sortior. Senec. de Traq. Vit. 1. 2. c. 15. Si vestri cū seruis ignominiosa officia fortitis iubebitur [sapientis] ¶ Subsortior. Cic. Verr. 3. Quos [iudices] in horum loco subfortitus es.

¶ Stipulor. Varro de Re rust. lib. 2. cap. 5. Qui ad cultrum bouem emunt, & qui ad altaria, hostie sanitatem non solent stipulari. Sic Neratius Pand. lib. 2. Et Modest. lib. 22. Pœnam pro vsuris stipulari nemo supra licitum modum vsurarum potest. Pecuniam abstipulari dicit Iulian. Pandect. lib. 4. Plin. ad Arrium lib. 2. itidem cum accusatio vsurpat hoc verbum. In stipulor videtur Plaut in Pseud. Hodie quas abs te inde stipulatus Pseudolus. Priscianus legit sine Tmesi, est instipulatus.

¶ Suppeditor. Cic. Attic. 14. Quod mihi suppeditatus es, gratissimum est. Sic Apulei. lib. 8. Plaut. Mercat. ¶ Vociferor. Liu. bel. Mac. 2. Cum hæc omnes vociferarentur, & c. Idem ab Urb. 4. Canuleius pauca in senatu vociferatus. Ita Cic. Verr. 4. & pro Flaec. ¶ Decet, Dēdecet, Cōndecet, Indecet, Iuuat, Delectat, modò nominatiuum habent apertè. Cic. in Brut. Decet hoc nescio quo modo illum. Senec. epist. 64. Fac, quod tua equitatem decet. ¶ Dēdecet. Idem. 2. de Ben. Vt te omnia nimia delectant. Vt omnia dēdecant. ¶ Cōndecet. Plaut. Pseud. — sed vide, ornatus hic satisne me cōndecet. ¶ Indecet. Plin. Epist. 3. Iuuenes adhuc confusa quadam, & quasi turbata non indecent. ¶ Iuuat. Plin. ad Arrian. lib. 4. Nescio quo pacto, vel magis homines iuuat gloria lata, quam magna. Plaut. Capt. Neque vnquam quidquam me iuuat, quod edo domi. ¶ Delectat. Cic. ad Lentul. lib. 1. Me status hic Reip. non delectat. Modò infinitum aut verbū cum suo casu loco nominatiui habent. Idem Tusc. 4. Oratorem verò irasci minimè decet, simulare non dēdecet. Plin. ad Sossium lib. 1. Iuuat me, quod vident studia. Cic. ad Q. f. 2. Teq. hilari animo esse valde me iuuat. Quint. lib. 1. c. 1. Tum præcipuè in epistolis secretis, & familiaribus delectabit, ne hoc quidem neglectum reliquisset. ¶ Decet etiam dandi casum habet. Terent. Adelph. — imò hercle ita nobis decet. Plaut. Amphit. Isti hic facinus; quod tu insimulas, nostro generi non decet. Sall. Hist. 1. Locum editiorem, quam victoribus decebat, capie. Gell. lib. 9. cap. 15. Adolescens præfatur arrogantiùs, quam etati ius decebat. Antiqui, inquit, Donatus, si addebant statim verbū, Nescis decet facere, Nos decet dicere: si non addebant, Nobis decet, dicebant. Cum præp. AB, esser-

tur. d. Salust. in Jug. Quæ ab optimo Imperatore decuerint, omnia suis prouisa.

¶ Verbum, Oportet, cum his, quæ modò commemorauimus, quidam coniungunt, quasi verò accusatiuum post se postulet: cum verbum sit absolutum, atq. intransitiuum: quod modò nominatiuum apertè habet. Terent. Heaut. Hæc facta ab illo oportebant Syre. Cic. pro Cornel. Est enim aliquid, quod non oporteat, etiam si licet. Modò membrum orationis loco nominatiui. Idem Philip. 7. Imitari Antonium non oportuit. Plaut. Milit. datiuum dedit huic verbo — nam homini seruo suos Domitos habere oportet oculos, & manus. Aut ἀπαράνομα est, aut, Homine seruum, scripsit Plautus, vt in libris correctissimis habetur.

## Genitiuus præter Accusatiuum.

**A**ccuso, Absoluo, Damno cum fratribus optant Criminis, aut Pœnæ Patrium superaddere Quarto.

Arguo te sceleris; Conuincō, Coarguo furti,  
Dicimus: Arcesso capitis; vel Defero Brutum;  
Incusō, Insimulo, Condemno, aut Postulo cadis:  
Criminis infamo, seu Adstringo vel Alligo furem.

**V**ERBA Accusandi, Absoluendi, Damnandi, potissimum Accuso, Arcesso, Arguo, &c. præter accusatiuum, genitiuum admittunt, quæ Pœnam, Crimenue certum, aut incertum significet.

Cic. pro C. Rab. An non intellegis quales viros summi sceleris arguas?  
Auct. ad Heren. lib. 2. C. Cælius iudex absoluit iniuriarum eum, quæ Lucilium pœtam in scena nominatim læserat.

Cic. pro C. Rab. T. Labienus Cinem R. capitis condemnari coëgit.  
Terent. Eunuch. — Hic furti se alligat.

De V. Accusandi, &c. cum genitiuo Pœnæ & Criminis, alijsq. nonnullis ab hoc ordine reiiciendis. ¶ Schol. 2.

**A**CCUSO. Liu. 5. bel. Pun. Aliquot matronas apud populum probri accusarunt. Accusare aliquem repetundarum, Suet. in Domit. c. 8. Accusare falsi. Vlpian. Pandect. lib. 5. ¶ Arcesso. Cic. pro Deiot. Non fisco crimine insectari, non capitis arcessere. Tacit. lib. 2. Apuleiam maiestatis delator arcessebat. ¶ Arguo. Cic. pro Cecin. Ne arguere illum rei capitalis vidērer. Curt. lib. 10. Orsinem modò auaritie, interdum etiam defectiōnis arguebat. Tacit. lib. 4. Erusum veneni in patrem arguens. ¶ Defero. Tacit. lib. 5. Albucilla defertur impietatis in principem. Idem lib. 14. A capitone maiestatis [Antistius] delatus est. ¶ Incuso. Plaut. Trucul. — quia qui Alterum incusat probri, ipsum se intueri oportet. Tacit. l. 12. Narcissum incusat cupidinis, ac prædarum. ¶ Infamo. Quint. Decl. 2. Vt peius infamaretur parricidij Cæcus. Senec. epistol. 22. Non est, quod quisquam illos apud te temeritatis infamet. ¶ Insimulo. Cic. 2. Philip. Probri insimulasti pudicissimam fœminam. Liu. bel. Pun. 5. Cannensem verò quisquam exercitum fugæ, aut pauoris insimulare potest. ¶ Postulo. Suet. in Cesare. Dictat. cap. 3. Cornelium Dolabellam repetundarum

*repetundarum postulare.* ¶ Absoluo. Cic. pro Cluente. *Malesialis absoluti sumi multi.* ¶ Damno. Idem lib. 4. *Maiores nostri si quam vnius peccati mulierem damnabant, simplici iudicio multorum malefactorum conuictam putabant.* Liu. bel. Pun. 6. *Quos nec sua conscientia, nec victoris ira capitis damnaueris.*

¶ Condemno. Senec. de Benef. lib. 2. c. 35. *Eum, qui rem aliquam stulto surripuerit, furti condemnabimus.* Cic. 3. in Catil. *Sed iam me ipsum inertia, nequitiaq; condemnno.* ¶ Conuinceo. Idem 2. Philip. *At ego non nego: teq; in isto ipso conuinceo non inhumanitatis solum, sed etiam amentie.* ¶ Adstringo. Plaut. Pænul. *Homo furti se adstringit.* Sic idem in Rud. ¶ Genitiuus Pœnæ. Vlpian. l. 47. Pand. *Dupli nihilominus condemnatus est.* Cic. 5. Verr. *Cupio dupli damnari Apionum.* Liu. 5. ab Vrb. *Se collaturos, quanti damnatus esset.* Ibid. lib. 8. *Noxæ damnatus [Fabius].* Idem dec. 3. lib. 2. *Prætor capitalis pœnæ absenteis eos decreto damnat.* Vitruu. *ablatiuo vsus est lib. 7. Proæm. Non solum reprehendendi, sed quia impio more vixerunt, pœna damnandi.*

¶ Rogabis fortasse cur hæc potissimum verba subiecerim: ne si verborum turbam concesso, ansam rudibus præbere errandi, nec enim Corripio, Reprehendo, Vitupero, Culpo, Castigo, Punio, Plecto, Multo, Excuso cum genitiuo iunguntur. Certè, Reprehendo te avaritia, Culpo te pertinacia, Multo te exilijs, atq; alia eodem modo non ausim sine alicuius probati auctoris testimonio dicere.

¶ Captare impudicitia dixit Plaut. in Amph. *Tu, inquit, si me impudicitia captas, non potes capere.* ¶ Ago te iniuriarum, furti, de mentia, non puto apud idoneos auctores inueniri: sed Ago tecum iniuriarum, furti, de mentia: est namq; verbum neutrum, cum ad crimen refertur. Cic. pro Cicerone. *Deinde aliquando cum seruo Habitii furti agit.* Idem 2. de Inu. *Agit is, cui manus præcisa est. iniuriarum.* Auctor ad Her. lib. 1. *Cum eo Atilius iniuriarum agit.* Ibid. *Possit dicere secum furti agi non peculatus oportere.* Senec. de Benef. lib. 5. cap. 8. *Cecidit se: iniuriarum cum quo agat, non habet.* Vlpian. lib. 47. Pand. *Cum utroque nostrum iniuriarum agi potest.* ¶ Ablatiuus hic interdum omittitur. Vlpian. ibid. *Qui agit iniuriarum, certum dicat, quid iniuria factum sit.* Quintil. lib. 9. c. 2. *Agit cum eo de mentia.* Idem lib. 8. c. 4. *Agentem cum eo talionis.* ¶ Iudicari pecuniæ. Liu. bel. Pun. 5. *Quib; pecunia iudicati in vinculis essent.* ¶ Sugillare aliquem parsimonie, Taxare ambitionis, Traducere luxurie, video quibusdam placere, nihil tamen simile apud ceteros, quod meminerim, legi. *Quare interim dum hæc inuigilantur dicam potius Culpare, Reprehendere, Sugillare, Taxare, alicuius parsimoniam, ambitionem, luxuriam, &c.* Senec. lib. 10. Epist. epist. 1. *Cum cæperat voluptates nostras traducere, laudare castum, &c.* ¶ Peccas parricidij, quod quidam afferunt, nondum potui reperire apud Quintil. Declam. 6. *In 8. est, In utroq; parricidium consumis, non verò, Parricidij peccas: neque infamias parricidij, apud eund. 8. Declam. Quamuis posterius bene Latine dicatur, vt pauld antè ex Seneca docuimus.* ¶ Purgo me apud aliquem, seu alicui de aliqua re, vsitatus est, quàm alicuius rei. Cic. ad Attic. lib. 10. *De alitero si me purgavi.* Plaut. Amph. *Et id hoc reuerti, vt me de hoc*

purgarem

*purgarem tibi.* Liu. lib. 7. dec. 4. *genitiuo vsus est. Quibus, inquit, purgantibus ciuitatem omnis facti, dictiq; hostilis aduersus Romanos, &c. Purgatus eund. causam habet.* Horat. Serm. 2. Saty. 3. *Et morbi miror purgatum te illius.* — Pers. Saty. 2. *Somnia pituitæ qui purgatissima mittunt.* ¶ Interrogare, & Vrgere apud Tacit. *huius ordinis sunt lib. 13. Sanè pepigerat Pallas, ne cuius facti in præteritum interrogaretur.* & l. 16. *Capitonem repetundarum interrogant.* Idè l. 5. *Quia male administrata præuincia, aliorumq; criminum vrgebatur.* ¶ Increpo apud Suet. *In Calig. cap. 39. Auaritie singulos increpans, &c. Idem in Galb. cap. 15. Tigillino etiam scuitia populum edicto increpuit.* Sil. item lib. 8. *Ergo alacer, Fabiumq; more increpitare professus.* ¶ Noto item apud Gell. lib. 4. c. 12. *Si quis eques Romanus equum habere gracilentum, aut parum nitidum visus erat, in politica notabatur.* Cic. tamen, *Arrogantiam alicuius increpare, Improbritatem notare, non, Aliquem arrogantia increpare, Notare improbitatis, dicere solet.* ¶ Queror apud Senec. Contr. l. 9. *Contr. 4. genitiuū criminis admittit. Tecū fili inconsiderate pietatis queror.* ¶ Libentius etiā cū Cic. pro Mil. dicat, *Inuidiosè potentiam alicuius criminari, quàm, Aliquem potentia criminari.* ¶ Postremò illud, *Teneo te mendacij, quod quidam Plauti testimonio confirmant, non facit ad rem. Plauti locus in Truc. ita habet, Manifestam mendacij mala te teneo — Mendacij, à nomine Manifestam regitur.* Sic Sallust. in Jug. *Manifestus tanti sceleris.* Tacit. lib. 14. *Supremis testamenti verbis ambitionis manifestus.* ¶ Teneri rote passua. Senec. Controu. lib. 9. *An quis quis gratiam non retulit, cum ipse posset, ingrati teneatur.* Tacit. lib. 11. *Capiendis pecunijs posuit modum vsq; ad dena festertia, quæ egressi repetundarum tenerentur.* Teneri furti, dani, comodati, depositi, credi dicunt Iurisperiti, qua de re pauld post. ¶ Quibusdam persuasissimum est, verba Accusandi, Absoluenti, Damnandi ablatiuum sine præpositione poscere, si nomen criminis sit incertum, cuiusmodi est Peccatum, Maleficium, Scelus, Facinus, & cætera, cum hæc genitiuus efferantur, quemadmodum, quæ certum crimen significant. Cic. Tusc. 3. *Peccati se insimulant, quod dolere intermiserint.* Auctor ad Her. lib. 4. *Maiores nostri si quam vnius peccati mulierem damnabant.* &c. Cic. Verr. 7. *In conuictos maleficij seruos [supplicia] constituta.* Auctor ad Her. lib. 4. *Multorum malefactorum conuictam putabant.* ¶ Victus maleficij, pro Conuictus dixit Paulus lib. Pand. 50. *Simulatq; victus quis est eius maleficij, cuius pœna est statuta, statim ea debetur.* ¶ Condemno. Cic. ad Terent. lib. 14. *Adiuuat etiam P. Iso, quod ab Vrbe discedit, & sceleris condemnat generum suum.* Idem pro Rab. Perd. reo. *Caïum Marium, sceleris atq; parricidij nefarij, mortuum condemnabimus?* Sic est in libris correctis, non *Criminis nefarij, quod etiam nobiscum facit.* & ibid. *An non intelligis quales viros mortuos summi sceleris arguas?* Sic est in emendatis. *Laurentius legit Criminis, quod non minus ad rem facit.* ¶ Arguo. Liu. 5. ab Vrb. *Camillus patrum sceleris plebem arguere.* ¶ Coarguo. Plin. lib. 11. cap. 37. *Exstat oratio Vitellij, qua reum Pisonem eius sceleris coarguit.* ¶ Conuinceo. Sallust. Catil. *Quid apud acerbum, aut nimis graue est in hominis tanti facinoris conuictos?* ¶ Absoluerè,

*Cic. Verr. 3. In quo video Neronis iudicio non te absolutum esse improbatum, sed illos damnatos esse cædis. Ipsum etiam vocabulum Criminis aliquando genitiuum effertur. Postulo. Papin. lib. 46. Pandectar. Reo criminis postulato interrim prohibet rectè pecuniam à debitoribus solui. Iustin. lib. 9. Apud quos cum potèntissimi quique rei eius ipsius criminis postularentur, &c. Quæ cum ita sint, non video cur non dicatur bene Latine, Hunc accusare potes vel furti, vel sacrilegij, vel vtriusque maleficij, aut criminis, aut sceleris. Item Accusasti ne cum vniuersis peccati, an multorum maleficiorum? Condemnatus ne es furti, an sacrilegij, an alterius tantum? Credo te vtriusque sceleris, facinoris condemnatum iri. Vel subaudiit substantiuo, Credo te vtriusque accusatum iri. Suet. in Ner. c. 21. nomen criminis incertum in ablatiuo posuit sine præp. Etiam, inquit, scelere conuictos non nisi ad opus damnari præceperat. Sed hoc rarum est. Quidam docet ex Plinio, Homicidio conuictus, Latine dici: sed locum non citat. Præpositionem ipsum adhibuisse inuenio lib. 18. c. 3. Necari, inquit, iubebant grauius, quam in homicidio conuictum. Sicut & Suet. in Vesp. c. 9. Duos patricij generis conuictos in affectatione imperij, nihil amplius, quam ut desisterent, monuit. Et in Claud. c. 14. In maiore fraude conuictos ad bestias clamauit. Reuictus in maleficio dixit Gell. lib. 6. c. 2.*

## APPENDIX I.

**C**RIMINIS in Sextum cum, DE, gradus ille rogandus  
Vertitur in paucis. De cæde accuso Milonem,  
Apello, Absoluo dices, ac Defero, Damno,  
Arguo, Condemno: De criminè postulo Verrem.

**G**ENITIUIUS Criminis maximè cum his verbis Accuso, Arguo, Defero, &c.  
in ablatiuum cum præpositione, DE, mutari potest.

*Cic. ad Att. lib. 1. Non committam post hac, ut me accusare de epistolarum negligentia possis.*

*Liu. bel. Pun. 6. Blaetius de prodicione Dasium appellabat.*

De verb. Accuso, Absoluo, &c. cum præposit. DE. Schol. 3.

**V**ERBA hæc eleganter ablatiuum admittunt cum præpositione. Accuso. Cic. pro Rosc. Amer. Iam, quos nemo propter ignobilitatem nominat, sexcenti sunt, qui inter scarios, & de veneficijs accusabant. Arguo. Idem 2. de Inu. Negare oportebit de vita eius, & moribus queri: sed de eo crimine, quo de arguatur. Defero. Idem pro Sexto, Rosc. Nomina filiorum de parricidio delata sunt. Postulo. Idem ad Q. frat. lib. 2. Sextius ab iudice de ambitu est postulatus, & eadem die à quodam M. Tullio de vi. Absoluo. Ibid. Quo die hæc scripsi, Drusus erat de præuaricatione à Tribunis ararijs absolutus.

Damno. Idem Verr. 2. Quod in M. Attilio, qui de maiestate damnatus est, hoc planum factum est, eos pecuniam ob rem iudicandam accepisse. Condemno. Idem Philip. 2. Licinium de alea condemnatum restituit. Ibid. Cuius etiam familiares de vi condemnati sunt, quod tui nominis studiosi fuissent.

Exceptio.

## EXCEPTIO.

**O**MNIBUS hoc nomen sine, DE, licet addere CRimen:  
Et, CAPut, in Sexto cum Plectere, PVnio, DAMno.

**H**OCC tamen nomen, Crimen, ablatiuo sine præposit. plerumque effertur.  
*Cic. ad Cur. 1. 2. Si iniquus es in me iudex, condemnabo eod. ego te crimine.*

**D**ICIMUS etiam, Capite aliquem damnare, punire, plectere.  
*Auct. ad Heren. lib. 4. Eum vos iurati capite damnastis.*

*Suet. in Otho. c. 1. Ausus est milites quosdam capite punire.*

*Marcell. Pandect. 48. Capite plecti debent, aut in insulam deportari.*

De ablatiuo Criminis, & alijs nonnullis. Schol. 4.

**V**OCABULUM Criminis videtur Grammaticis occasionem dedisse iungendi etiam  
am cætera nomina ablatiuo casui sine præpositione cum verbis Accusandi,  
Absoluendi, Damnandiq;. Præcipiunt enim in vniuersum omnia hæc posse genitiuum,  
vel ablatiuum admittere, vt Accuso te furti, vel furto: Arguo te auaritia, vel  
auaritia, atq; eodem modo cætera, quod nullis Veterum testimonijs probant.

Damnare repetundis, fateor dixisse Suet. in Otho. c. 2. & Tacitum, Postulare  
repetundis, lib. 3. Si modo libri vacant mendo. Certè malim cum Cælio ad Cic. lib. 8.  
De repetundis dicere. Pilius inquit de repetundis cum postulauit. Idem ibid. Ipse  
de pecunijs repetundis est postulatus. Quintil. lib. 5. c. 13. Heres eras, & pauper, &  
magna pecunia appellaberis à creditoribus. Cicero præpositionem adiunxit Phil. 2.  
Appellatus es de pecunia, quam pro domo, pro hortis, pro sectione debebas. Plaut.  
Mercat. Istæ de re argutus es, vt par pari respondeas. Illud Solini. c. 66. Quod si  
etiam ipsi peccato aliquo argutus sit, ac reuictus, morte multatur: non me magno  
pere monet, cum in correctis libris adhibeatur præpositio, IN. Postertor lectio propi  
or vero est, nam verba hæc interdum præpositionem IN, admittunt. Cic. 2. de Inu.  
Quare vitam eius, quem arguit, ex ante factis accusator improbare debet, & ostē  
dere, si quo in pari ante peccato conuictus sit. Idem ad Q. fr. 2. Primum me tibi excu  
so in eo ipso, in quo te accuso. Damnare votis dixit Virg. Ecl. 3. — damnasti  
tu quoq; votis. Liu. bel. Pun. 7. Damnarenturq; ipsi votorum. Idem ab Vrb. 10. Bis  
eiusdem voti dānata Resp. Sic idē sæpius. Titin. item, Eius voti condemnatus est. Tur  
pil. in Leucadia, Voti condemnata est. Ablatiuum Capite cū verbis Damno, Pu  
nio, Plecto, Luō coniungitur. Cic. 1. Tusc. Capite damnatos morte multant.

Punio. Liu. ab Vrb. 3. Plebesq; sciuit, qui magistratum sine provocacione creas  
sent, tergo ac capite punirentur. Plin. lib. 11. c. 10. [Apes] cessantiu inertiam puniunt  
morte. Multo. Liu. ab Vrb. 4. Decem viros bonis, ex filio, capite multatos. Luō.  
Suet. in Catig. c. 37. Mors culpa capite lueretur. Curt. 1. 3. Neminem stolidū con  
siliū capite luere debere. Liu. bel. P. 10. Quod temeritate temeritate alia luerit, le  
niter castigat. Sancio cum eodem casu copulatur. Cic. pro Planc. Noli obseruanti  
am sancire pœna. & 2. de Leg. Incestum Pontifices supremo supplicio sanciant.  
Ibid. 3. Honoris cupiditas ignominia sancitur. Damno, Condemno, cum per  
sancio

ciuent ad pœnam, datiuum sibi asiscunt. Stat. Theb. 6. Damnaus flamme torus, & puerile feretrum Textur. — Virg. Æn. 4. — stygiog; caput damnauerat Orco. In metallum damnari, in pœnam vel pœnas dedit Plin. Epist. lib. 2. 9. & 10. Porc. Latro in Caril. Non ita visum Karthaginē sibus accepimus in Hamone suo morti condemnato. ¶ Anquirere de aliquo, hoc est Quærere seu Inquirere. Liu. ab Vrb. 6. Sunt, qui Duūmuros, qui de perduellione anquirent, creatos, auctores sint. Tacit. l. 13. Apud iudices de morte eius anquiritur. Anquirete capite id est Accusare, & Capitis arcessere, apud Liu. inuenies.

APPENDIX II.

**A**BSOLUO, Adstringo, cum Libero, & Alligo Multo, Obligo, & Obstringo tibi nudum adiungere Sextum, Sicut & in reliquis, ita Pœnæ, & Criminis, optant.

**A**BSOLUO, Adstringo, &c. quemadmodum suapte natura ablatiuū petunt, ita & ablatiuum significantem pœnam, crimēne sine præp. admittunt, Liu. ab Vrb. 1. Ego me etsi peccato absoluo, supplicio non libero, Cic. de Or. lib. 1. Vitia hominum, atq; fraudes damnis, ignominijs, vinculis, verberibus, exilijs, mortis multantur.

De verbis Absoluo Adstringo, & cæteris cum ablatiuo sine præp. vel genitiuo Criminis aut Pœnæ.

**H**ÆC extra crimen, ablatiuum, vt perspicuum est omnibus, exigunt; exempla, ne molesti simus, præmittimus, veniamus ad crimen. ¶ Absoluo. Liu. 2. ab Vrb. Latæ deinde leges, quæ regni suspicione consulē ab soluerent. Hoc verbum etiam ablatiuum cum præpositione, vt paulo ante diximus, recipit. ¶ Libero. Senec. de Benef. lib. 4. c. 27. Nec audacem quidem timoris absoluiimus, nec prodigum quidem auaricia liberamus. Cic. pro Cælio, Præuaricatione est Ascitius liberatus. ¶ Alligo. Idem pro Flac. Ne Flaccus se scelere alliget, cum iam testem illū effugere non possit, ¶ Adstringo. Idem Philip. 4. Quem si consulē illa prouincia putaret, neq; cum reciperet, magno scelere se adstringeret. ¶ Damno cum pro Multo accipitur, eod. modo constructur, Vnde Tacit. in lib. de Germ. Damnare tributis, dixit. Et Senec. lib. 15. Epist. Damnare morbis virilibus. ¶ Multo. Plin. Panegy. Vt tarditatem soluēdi dupli, vel quadrupli interrogatione multaret. ¶ Obligo. Cic. de Arusp. Nihil te igitur permouit, quo minùs castissimos ludos scelere obligares? ¶ Obstringo. Idem Officior. lib. 3. Num igitur se obstrinxit scelere, si quis tyrannum occidit, quamuis familiarem? ¶ Quædam ex his cum genitiuo reperiuntur, vt Libero. Liu. lib. 1. dec. 5. Senatus nec liberauit eius culpæ regem, neque arguit. Hoc rarissimum est. ¶ Absoluo seplissime cum genitiuo copulatur, de quo supra Schol. 2. Alligo, Adstringo supra cum interrogadi casu vidisti. Vide nunc Obligo, Obstringo. Gell. l. 7. c. 15. Quod cui seruandum datum est, siue quod vtendum acceperit, ad aliam rem, atq; accepit, vsus est, furti se obligauit. Verba sunt Q. Scauolæ. Caius l. 47. Pand. Eum, qui quid vtendum accepit, si ipse alij commodauerit, furti obligari responsum est.

est. Sic Vlp. ibid. qui etiã eod. l. ablat vsus est, Ne furto sis obligatus. ¶ Obstringo. Idem eod. l. Qui alienū quid iacens lucri faciendi causa fusiulit, furti obstringitur. ¶ Tenet. r passiuum verbum etiam ad crimen spectat. Idem ibid. Ipse patri non tenebitur furti. Caius ibid. Si pignore creditor vtatur, furti tenetur. Pompon. ibid. Debitori iste tenetur furti. Caius. Pand. lib. 2. Tanti fideiussorem teneri dicemus, quanti res esse intelligemus. Modestian. Pand. 48. Infans vel furiosus si hominem occiderit L. Cornelia non tenetur. In eod. lib. Pand. l. 47. inuenies, Teneri damni, Commodati, depositi, iniuriarum: quæ locutio figurata est. Nam deest ablatiuus Actio ne, Crimine, vel similis, quem Iurisperiti aliquando adhibent. Papin. Ibid. Obpecunia ciuitati subtracta, actione furti non crimine peulatus tenetur. Paul. ibid. Furti actione tenebitur. Vlpian. Dicendum teneri eum furti iudicio. Ibidem Furti actione non tenebor. Idem lib. 9. ad L. Aquiliam, Qui idoneum parietem sustulit, damni iniuria domino eius tenetur. Paulus Pand. l. 45. Culpæ huius nomine tenetur possessor. Vlpianus Pand. l. 19. in Lege Iulianus: Empti iudicio teneri. Idem Pand. l. 13. Puberes commodati actione non tenentur. Sic, Legerepetundarum teneri apud Plin. Vrs. lib. 4. & Tacit. l. 11. Idem lib. 1. Permotus his, pœnitentia patiens tulit absolui reum criminibus maiestatis. & lib. 23. Cura [tribuni] damnata veneficij nomine. ¶ Quæ cū ita sint, non video, cur non dicatur bene Latine? Si quis furetur rem sacram de profano, Teneturne sacrilegij, an furti, an vtriusq; Cur enim non audiat ablatiuus Actio ne, vel iudicio? Eod. modo, Qui sustulerit rem suam de sacro furtine tenetur, an sacrilegij, an neutrius? Perinde est ac si dicat. Furtine actione tenetur, an sacrilegij, an neutrius? Qui hæc, & similia nomina tantum ablatiuo offerenda esse docent, veterū testimonijs cõfirmant. ¶ Dicitur præterea aliquis furti conueniri, vel actione furti. Item Condici furti: & Manifesti, vel iniuriarū conueniri, quo pacto loquitur Vlp. l. eod. ¶ Quædã consilio, & cogitatio prætermissus, cuiusmodi sunt, Prehendi furti, & furto apud Gell. lib. 11. c. 18. Perdere aliquem capitis, mendacij apud Plaut. & cætera eiusdem generis. ¶ Sunt qui Laudandi verba, & his contraria adiungant, vt Laudo, Commendo, Probe te parsimonie, Admior te iustitie. Tu, si vis Latine, & oratoriè loqui dicito, Laudo tuam Parsimoniam, Admior tuam iustitiam. Nam illud Siliij l. 4. Laudabas leti inuenem. — Item lib. 5. — laudande laborum Quisquis es — & lib. 1. Felix heu nemorum, & vita laudandus opacæ. Item Virgilianum illud. 11. Vir Troiano quibus calo te laudibus æquem. Iustitiene prius mirer, belline laborum? ad Hellenismum spectat. ¶ Neque Excusandi verba huius loci videtur esse. Nolim enim dicere, Excuso me tibi tarditatis, sed cum Cicerone, Excuso tibi tarditatem meã. aut Affero excusationem tarditatis meæ. Sic ille ad Att. lib. 15. Varroni memineris excusare tarditatem literarum mearum. Plancus ad Cic. l. 10. Præteriti temporis excusatione affero. ¶ Reum facere rei capitalis, alienæ culpæ, de ambitu, de vi ad nominis substantiuū constructionem spectant. Nam REUS interrogadi, vel auferendi casu cum præp. DE gaudet. Cic. pro Flac. Reus auaritia. Idem Att. 2. Nuncreus erat apud Crassum: Diuitem de vi.

**C**OMmonet, Admoneo cum Commonefecit habent  
Cum Quarto Patrium. ¶ Pudet & Miserefcit eisdem  
Pœnitent, atq; Piget, Tædet, Miserefcq; fruuntur.

**A**Dmoneo, Commoneo, Commonefacio genitiuum habent cum accusatiuo.  
Quintil. lib. 1. c. 5. Grammaticos officij sui commonemus.  
Auct. ad Her. l. 4. Cum ipse te veteris amicitia cōmonefaceret, cōmotus es?

**I**tem Miserefc, Miserefcit, &c. Cic. 1. de Diu. Eos, qui secus, quàm decuit,  
vixerunt, peccatorū suorū maximè pœnitent. Plaut. Trin. Miserefc te aliorū,  
tui te nec miserefc, nec pudet. Terent. Heaut. — inopis te nūc miserefcit mei.  
Idem Adelph. — fratris me quidem Pudet, pigetq;.

Cic. Att. lib. 5. Quid quaris? tædet omnium nos vitæ.

De verbo Moneo, & compositis.

¶ Schol. 6.

**A**Dmoneo, Liu. bel. Mac. 5. Qui admonerent eum sæderis Romani.  
¶ Commoneo. Plaut. Rud. — mearum me absens miseriarum cōmmones.  
Plin. ad Tiron. lib. 6. Ipsa loca, in quibus esse vnā solemus, acrius me tui cōmmonent.  
¶ Commonefacio. Cic. Verr. 7. Nemo est, quin tui sceleris, & crudelitatis ex illa  
oratione commonefiat. Sic, Commonefacere aliquem beneficij sui, apud Sall. in Jug.  
¶ Moneo cum genitiuo rarè coniungitur. Valer. lib. 6. cap. 5. Ab eo, qui proximè  
constiterat, solutus à se legis sue monitus. ¶ Admoneo, & Commoneo, pro ge-  
nitiuo possunt, & ablatiuum cum præpositione, DE, admittere. Cic. pro Leg. Manil.  
De quo vos pauld antè inuitus admonui. Idem ad Q. fr. lib. 2. Quod me admones de  
non curantia, &c. Idem 7. Verr. Te neque præsens filius de liberorum caritate, ne-  
que absens pater de indulgentia patria commonebat. Sic Præmoneo. Plin. l. 18.  
c. 33. De ipsa regionis eius hora præmonuisse conueniet. Cic. de Arusp. Reperietis nos  
de istius scelere, ac furore, ac de impendentibus periculis maximè præmoneri.

De verborum Impersonalium constructione.

¶ Schol. 7.

**V**ERbis Impersonalibus, quæ adhuc locum se se obstruunt, facillè nominandi  
casum apertè, vel obscurè tribuimus. Hæc, quæ in manibus habemus, non ita  
facillè antecedit nominatiuus, Dabimus tamen operam, vt in lucem prodeat tandem  
aliquando. Primum omnium, hæc prisca illis temporibus integra fuisse, omnibusq;  
personis, numerisq; absoluta, docent non obscura vestigia. Ennius Hecub. Miserefc  
manus, date ferrum, qui me anima priuem. Virg. 8. — Arcadij, queso, mise-  
rescite regis. Plaut. Menech. Adolefcens loquere tuum mihi nomen, nisi piges.  
Quintil. lib. 9. c. 3. Ed vsque processum est, vt Non poniturum, pro Non acturum pœ-  
nitentiam dixerit Sallust. Cic. Tusc. 4. Vix à se manus abstinuit, tanta fuit vis pœni-  
tendi. Pacuuius apud Non. Nunc pœnitebunt, libant liberi grato ex loco. Plaut.  
Casin. Ita nunc pudet, atque ita nunc pauco. Gell. lib. 1. c. 2. Has ille inanes cum  
flaret glorias, iamq; omnes finem cuperent, verbisq; eius defatigati pertædiissent.  
¶ Nominatiuum apertè simul cum accusatiuo nunc accipe. Terent. Adelph. Non  
hæc te pudet? Lucan. lib. 8. — semper metuet, quem seua pudebunt. Terent.

Phorm.

**Phorm.** — obsecro, Ne plus minusue saxit, quod nos postea pigeat. Idem  
**Adelph.** — quem neq; pudet quicquam, neque metuit quemquam. Plaut. in Sil-  
ebo; Et me quidem hæc conditio nunc non pœnitent. ¶ Hæc loca apertè docent ver-  
ba hæc figuratè genitiuum habere pro nominatiuo. Nam iusta, & recta constructio  
est hæc Plautina, Hæc conditio pœnitent me: figurata verò Pœnitent me huius conditi-  
onis. Sic, Non hæc te pudet? iusta est. Non. horum te pudet? figurata. Iusta tamen  
exoleuit, atque in eius locum figurata successit. Huic locutioni similis est illa, Venit  
mibi in mentem Pompeij, vel Pompeij. Cic. de Fin. 5. Venit enim mihi Pla-  
tonis in mentem, quem accepimus hîc disputare solitum. Idem pro Rosc. Amer. Ve-  
nit enim mihi in mentem oris tui. Atticifmus est, vt docet Prisc. lib. 18. vbi Græcè  
cum Latinis confert. Bud. in Comment. ling. G. etiam docet esse Hellenifmum. Nam  
Iusta oratio est, cum nominatiuus verbum Venit, antecedit. Cic. Att. lib. 12. Num-  
quam ea res tibi tam bellè in mentem venire potuisset. ¶ Quinque hæc verba vi-  
dentur quondam fuisse deponentia, cui rei argumento est carmen Turpilij apud  
Non. Quam matris, nunc patris me miserefc magis. Quadrigar. apud Gell. lib.  
20. c. 5. Cai Mari, ecquando te nostrum, & Reipublica miserefcitur? Cic. 1. de Inuent.  
Commune est, quod omnes vulgò probarunt, & sequuti sunt: huiusmodi, Vt maiori-  
bus assurgatur, vt supplicum miserefcatur. Vnde adhuc illa exstant, Misertum est, vel  
Misertum est, Pigitum est, Puditum est, Pertæsum est. Plaut. Trinum.  
¶ Nam nunc eum vidi miserum, & me eius miseritum est. Terent. in Heaut. Ita me-  
dij amabunt, vt tuarum miseritum est. Menedème fortunarum. — Huius item  
compositum. Gell. lib. 16. c. 19. de Arione, Nautas precum eius harum commiseritum  
esse. Sil. lib. 7. Nec pigitum, paruosq; lares, humilesq; subire. Limina cælicolam  
tedi. — Plaut. Bacch. Neq; mei, neq; te tui intus puditum est factis, que facis.  
¶ Cic. ad Q. frat. lib. 1. Pertæsum enim leuitatis asentationis animorum, non offi-  
cijs, sed temporibus seruientium. Suet. in Cæs. cap. 7. Et quasi pertæsum ignauiam su-  
am, quod nihil dum à se memorabile actum esset. ¶ Aliquando omittitur accusati-  
uus. Virg. 4. En. Si non pertæsum thalami, tædèq; fuisset. Cic. vt modo diximus,  
Pertæsum est enim leuitatis. Id quod sæpe numero actiuus vsu venit. Idem. Attic. 2.  
Prorsus vitæ tædet. Idem ad eund. 5. Diata curari cupio, chirurgicæ tædet. Plaut.  
Asin. — tædet sermonis tui. Sall. Jug. Boccho, quoniam pœnitent delicti, grati-  
am facit. Liu. bel. Pun. 8. Si erroris pœnitent, &c. Curt. lib. 10. Pœnitentat, modò con-  
siliij, modò pœnitentia ipsius. Terent. Andr. Nunc cogitat, quid dicat? num facti pi-  
get? Illud Cic. pro Lig. Cai Cæsar, caue te fratrum pro fratris salute obsecratum  
miserefcatur. In libris correctis legitur Miserefcatur. Prisc. tamen lib. 8. Miserefcatur, legit.  
Et, vt demus ita à Cic. fuisse scriptum, non video, cur passiuum verbum sit appellan-  
dum, cum passiuæ accusatiuum minimè regant. Quare si que huius generis, reperiun-  
tur, Deponentia videntur potius appellanda: cuiusmodi est Vereor apud Pacuū &  
Acium, vt mox videbis: quo Cic. non personaliter vsus est, vt ex Gellio initio huius  
libri ostendimus. Prisc. lib. 8. docet ex Apollonio in ipsis verbis nominatiuum latè-  
re, verbi causa, Pudet me tui, hoc est, Pudor me habet tui, Miserefc me tui miseratio  
me habet

PPP

me habet

me habet tui. *Mibi magis placet Plautina resoluendi ratio. Possunt enim Imperfonalia duobus modis recipere casum nominandi. Altero cum genitiuus mutatur in nominatiuum, ut Me quide huius conditionis nunc non poenitet. Plaut. Stich. Et me quidem hęc conditio nunc non poenitet. Et, Non te horum pudeat? Terent. Adelph. Non te hęc pudens? Altero cum accusandi casus in casum nominandi vertitur. Accusatus apud Non. Marcel. Si tui veretur te progenitoris, cedo. Pacuuius apud eund. Nihilne te populi veretur, qui vociferare in via? Pro Si tu vereris tui progenitoris, hoc est tuum progenitorem (nam priusci, ut hic docet Nonius, Veror genitiuus adiungebant) & Nihilne tu vereris populi? &c. Habent quemadmodum & cetera Imperfonalia nonnunquam Infinitum, aut membrum orationis loco nominatiui. Cic. ad Qu. frat. lib. 2. Non me hoc dicere pudebit. Idem 4. Acad. Poenitet eum, illa sensisse. Idem ad Att. 11. Quod te offenderim, me poenitet.*

Verba Aestimandi.

**A**estimo, Duceo, Habeo, Facio, Puto, Pendo licebit  
Cum Quarto Patrio etiam superaddere casus,  
Quos Minor, & Magnus, Paruus, Plus, Maximus, atq;  
Plurimus, & Tantus, Quantus, Minimusq; creauerunt.  
His Quanticumque, & Tantidem addenda memento.  
¶ SVM quoque, vim retinens verbi Aestimo, ambit eosdem.

**V**erba aestimandi, praesertim Aestimo, Duceo, &c. praeter accusatiuum  
hos ferē genitiuos assumunt, Magni, Maximi, Pluris, Plurimi, Parui,  
Minoris, Minimi, Tanti, Tantidem, Quanti, Quanticumque.  
Terent. Andr. Merito te sen per maximū feci Chreme.  
Idem Heaut. Tu illum, nunquam ostendisti, quanti ponderes.

**S**Vm, pro Aestimo, genitiuos Magni, Maximi, ceterosq; admittit. Cic. pro Sest.  
Quis Chartaginensium pluris fuit Annibale, consilio, virtute, rebus gestis.

De Verbis Aestimandi cum genitiuis Magni, Parui, &c. ¶ Sch. 3.

**C**ic. 2. de Fin. Magni aestimabat pecuniam. Idem ad Cass. lib. 13. Magni erunt  
mibi tuē literē. Idē pro Flanc. Quis ositū est, honores sum magni non putemus, ser-  
uire populo. Liu. ab Urb. 2. alios obsides haud magni facere. ¶ Pluris. Cic. Att. 7.  
Pluris mea erga te officia duxit, quam omnem pecuniam. & lib. 8. Ego pro Pompeio  
libenter emori possum, facio pluris omnium hominum neminem. Idem Offic. 3. Pluris  
putare, quod vile videatur, quam quod honestum, turpissimum est. Sall. Jug. Nunc  
vos existimate facta, an dicta pluris sint. ¶ Plurimi. Plaut. Mostell. — vnicē vnū  
plurimi pendit. Cic. de Fin. 3. Sapientia quoque vsus longissimus quisque sit plurimi.  
¶ Parui. Cic. Attic. 15. Sed sint ista parui, quin & maiora contemnimus. Idem de  
Fin. 2. Sed quia parui id duceret. ¶ Minoris. Plaut. Mostell. — id tu mihi ne  
suadeas, ut illum minoris pendam. Senec. de Clem. lib. 1. cum humilibus eō modera-  
tius agere dūm est, quo minoris est affixisse eos. ¶ Minimi. Cic. ad Lept. lib. 1. Quis

tamen a me minimi putabantur. ¶ Tanti. Idem pro Syll. Mibi cuiusquam salus saluti  
fuisse, ut eam negligerem? ¶ Quanti. Idem ad Qu. frat. lib. 1. Noli spectare quanti  
homo sit. Idem Somn. Scip. Quanti tandem ista est hominum gloria? Idem Verr. 6.  
Quanti is a ciuibus suis fieret, quanti auctoritas haberetur, ignorabas. ¶ Quidam  
genitiuum Maioris addunt, sed sine Veterum testimonijs. Addunt etiam verbum  
Curandi: sed Terentianus locus, quo id confirmant vitiose legitur: sic enim restitu-  
endus est. Heaut. Act. 4. Scen. 3. Tu fortasse quid me fiat parui pendis, dum illi con-  
sulas. Ne igitur, Parui curas, ut vulgo legitur, dixeris. ¶ Pluris arbitrari dicitur  
Plin. ad Genitorem lib. 3. Pluris amicos suos, quam sunt, arbitratur.

APPENDIX I.

**A**estimo dic magno, permagno; atq; Aestimo paruo:  
Et fixo adiuncto dices, Pretio aestimo magno.

**D**icimus etiam Magno, Permagno, Paruo: & Magno pretio aestimare.  
Cic. 3. de Fin. Ne ego istam gloriosam, memorabilemque virtutem magno  
magno aestimandam putem. Idem Verr. 6. Tu ista permagno aestimas.  
Senec. de Benef. 1. Nisi forte paruo te aestimas  
Valer. Max. lib. 5. c. 4. Magno ubique pretio virtus aestimatur.

APPENDIX II.

**N**ecte Assis, Nihili, atq; Pili Flocci, atq; Teruncij  
Cum Facio: cui etiam recte connectitur Huius.

**A**ssis, Flocci, Pili, Teruncij, Nihili, Huius cum verbo Facio iunguntur.  
Cic. de Fin. 2. Eum nihili facit.  
¶ DICimus etiam Tuas minas huius non facio... Flocci, Nihili  
tuis fortunis pendo. Non assis non flocci te aestimo.  
¶ PRO nihilo habeo, puto, duco diuitias omnes pra virtute.  
¶ NON nihilo bonam valetudinem aestimo.

SINGULARIA.

**A**equi boniq; vel Aequi boni facio, Boni consulo singularia sunt.  
Terent. Heaut. — equidem istuc Chreme. Aequi boni facio.  
Plin. ad Minut. lib. 7. Si feceris, boni consulam.

Cum quibus Verbis iungantur genitiui Assis, Nihili, &c. ¶ Schol. 9.  
**H**OS genitiuos separatim posuimus, quod non cum omnibus verbis Aestimandi  
coniungantur. ¶ Nihili facio. Plaut. Pseud. — ne nam est homo, qui  
nihili imperium heri Sui seruus facit. — & in Pers. Nihili facio scire. Si Cic.  
2. de Fin. ¶ Flocci. Idem Att. 13. Prorsus aequo scire, nec tamen flocci facio. & ibid.  
Remp flocci non facere. Plaut. Rud. Minacias ego istas flocci non facio tuas. & ibid.  
in prol. — flocci non fecit fidem. ¶ Pili. Catull. Prator nec faceret pili cohortem.  
¶ Assis. Idem, Non assis facit oblitum lupanar. Senec. epist. penult. Istos tristis,  
& superciliosos aliena vite censors assis ne feceris. ¶ Teruncij. Plaut. in Capt.  
Neque ridiculos iam teruncij facius. ¶ Huius. Terent. Adelph. Tu quid te

posterior purges iniuriam hanc mihi Nolle factam, huius non faciam.  
 ¶ Flocci pendo. Idem Eunuch. Inuidere omnes mihi, mordere clauculum; ego non flocci pendere. ¶ Nihili pendo. Ibid. Aut ego istuc abs te, factum nihili penderem? Plaut. Menach. Nisi quidem vos vestra crura, aut latera nihili pendis. is. ¶ Flocci aestimo. Idem Mostel. — neque, quod dixi flocci, aestimat.  
 ¶ Nauci Facio, Duco, Habeo. Cic. 1. de D. [quod ex Enn. sumptum est.] Non habeo nauci maris augurē. Bassus in Sat. Non nauci te factu, dixit. & [ut Fulgentius in lib. de prisco sermone refert] Navius in Tunicularia, Eius noctem nauci ducere.  
 ¶ Pro Nihilo, Pendo, Habeo, Puto, Duco. Pers. Saty. 1. Ten' cirratorum centum dictata fuisse Pro nihilo pendas? — Cic. pro D. sua, Dixi apud Pontifices istam adoptionem nullo decreto huius collegij probatam, pro nihilo esse habendam. Idem pro Cæcin. Hominum prudentium consilium hanc defensionem pro nihilo putet. Idem 4. Verr. Tu ausus es pro nihilo præ tua præda tot res sanctissimas ducere. Sic idem Tuscul. 5. ¶ Nihilo, Nonnihilo aestimare. Idem 4. de Fin. Non quia sit bonum valere, sed quia sit nonnihilo aestimandum. Senec. de Tranq. vit. lib. 2. Quo animo honores eorum nihilo aestimat, eodem parum honorifice facta. ¶ Penli habere, aut ducere, id est alicuius habere rationem. Senec. in Theb. act. 1. — pensi nihil Ducunt, ubi illos ira præcipites agat. Tacit. lib. 17. Neque modum oneris quisquam, neque genus questus pensi habebat. Sic idem 1. 13. Sall. Jug. Vastare omnia, nihil pensi, neque sancti habere. ¶ Lungitur etiam genitiuus Penli cum verbo, SVM, Liu. bel. M. 4. Sed illis neque quid dicerent, neque quid facerent, quidquam vnquam pensi fuisse. Hoc est, Neque dicti, neque facti rationem habuisse. ¶ Eo aestimare dixit Senec. epist. 77. Neminem aestimamus eo, quo est. ¶ Cum genitiui Aequi, boni; vel Aequi boni verbo Facio: aut Boni verbo Consulo adhibentur interdum accusatiuus. Cic. ad Attic. 7. Tranquillissimus animus meus totum istuc aequi boni facit. Senec. ep. 124. Hanc coqui, hanc pistoris moram boni consulo. Idem de Ben. 1. Hoc munus rogo qualecumq; est, boni consulus. Aliquando supprimitur. Liu. bel. M. 4. Ne serpat latius contagio eius mali, nos aequi boni facimus. Senec. de Ben. lib. 3. c. 17. Quantumcumque est boni consulo. Cell. 1. 10. c. 3. Ea ne fieri bonis bono genere natis boni consulis? Consulo duos accusat, habere posse ostendetur inferius.

### Datiuus cum Accusatiuo.

**E**XPLICO, Promitto, lungo, Do, Comparo, Reddo, Præfero, Postpono, Committo: & cætera sensus Consimilis gradui quarto iunxere Datiuui.

**V**ERba Declarandi, Promittendi, Dandi, Reddendi, lungendi, Antepondi, Postponendi, Committendi, Comparandi, præter accusatiuum datiuum exigunt, vt Aperio, Expono: Spondeo, Polliceor: Tribuo, Concedo: Soluo, Restituo: Copulo, Necto: Antefero, Præpono: Postfero, Posthabeo: Mando, Permitto: Cõsero, Adæquo, Terent. Andr. Facile omnes, cum valeamus, recta consilia ægrotis damus. Idem Eunuch. Ego me tue commendo, & committo fidei.

De V.

De V. Declarandi, & cæteris cum datiuo præter accus. ¶ Sch. 10.

**D**Eclarandi verba sunt Aperio, Declaro, Demonstratio, Dico, Edo, Explico, Expono, Indico, Loquor, Memoro, Narro, Nuncio, Ostendo, Refero, Significo.  
 ¶ Promittendi, Promitto, Polliceor, Profiteor, Spondeo, Despondeo, Vouco.  
 ¶ Dandi, vt Do, Dedo, Dono, Condono, Cõmodo, Cedo pro Do, Cõcedo, Defero, Erogo, Exhibeo, Fænero, Impedo, Impertio, Indulgeo, Largior, Ministro, Perhibeo, Præbeo, Suppedito, Remitto, Tribuo. ¶ Reddendi, Reddo, Restituo, Refero, Remunero, Pendo, Rependo, Remetior, Repono, Soluo. ¶ lungendi, lungo, Coagmento, Copulo, Cũnulo, Concilio, Continuo, Misceo, Necto, Pono, Colloco. ¶ Antepondi, Antepono, Antefero, Antehabeo, Præfero, Præopto, Præpono, Præuerto. ¶ Postponendi, Postpono, Postfero, Posthabeo. ¶ Committendi, Cõmitto, Permitto, Mando, Commendo, Credo, Concredo, Deligo, Manci po, Emanci po, Trado. ¶ Comparandi, Comparo, Cõsero, Aequo, Adæquo, Coæquo, Exæquo, Aequiparo, Compono, Contendo, Assimilo. Ex his nonnulla Veterũ exẽplis confirmabimus. ¶ Erogo. Val. 1. 9. Catilina noue maritæ orbitatẽ suam loco muneris erogauit. Datiuus hic potest in accus. mutari. Tac. 1. 16. Gradẽ pecuniã in Tigelliu erogabat. Sic in sumptu eroragere aliquid, apud Cic. Att. 8. ¶ Perhibeo. Plin. 1. 18. c. 11. Põderoissimo cuiq; critico præcipua salubritas perhibita sit. Sic apud eund. Auctoritatẽ, testimoniũ, palmã, honorẽ alicui perhibere. ¶ Condono. Sallust. Jug. Phileni scq; vitamq; suam Reip. condonauere. ¶ Fænero. Plin. lib. 2. c. 6. Sol sum lumen cæteris quoque sideribus fænerat. ¶ Indulgeo. Plin. Traianolib. 10. Ergo gratias domine, quod ciuitatem Romanam Harpocrati indulxisti. ¶ Emanci po. Valer. lib. 8. c. 6. Dissimulandi criminis gratia dimidia partem filio emancipauit. Plin. ep. 1. 7. Agrũ ex meis longẽ pluri actori publico emancipauit. ¶ Repõno. Plaut. Pers. — des mihi numes sexcentos, quos cõtinuo tibi reponã. Val. 1. 5. c. 1. Pompeius Tigranẽ diadema capiti reponere iussit. Liu. ab Vrb. 1. Pileum capiti apertẽ reponit. ¶ Simplex Põno eund casur postulat. Cæs. bel. G. 7. Cum ferẽ e regione castris castra poneret. Cæs. 1. 8. Tu Macædonas voluisti genua tibi ponere, venerariq; vt deũ. Iuuenal. Saty. 8. — pone tre fremam modumq; Põne & auaritic. — ¶ Remittere supplicium alicui, decimam, & similia, id est Condonare, nota sunt. Repudium alicui remittere pro Repudiare, Terent. Phor. In eod. sensu Nuncium uxori remittere dixit Cic. in Top. & lib. 1. de Orat. Item ad Att. 1. 15. Virtuti nuncium remisisti delinens illecebris voluptatis.  
 ¶ Permitto. Liu. ab Vrb. 7. Nos ipsos, nostraq; omnia cognitã permitimus fidei. Sall. Jug. Agendarũ rerum, & quocumque modo belli componendi licentiam illis ipsis permittit. ¶ Manci po. Senec. de Ben. lib. 4. c. 2. Ipsam voluptatem, cui me emancipauit, improbo, & damno. ¶ Copulo. Liu. ab V. 4. Illi remittendo de summo quib; iuris medijs copularent concordia. ¶ Continuo. Idẽ ab Vrb. 2. Paci externe continuatur discordia. Idẽ ab Vrb. 5. Ples continuare latõribus legis tribunatum.  
 ¶ Cũnulo. Idẽ bel. Pũn. 6. Pater, & patruus, vt aliud super aliud cumularetur familia nostræ funus, interfecti sunt. ¶ Colloco. Idẽ ab Vrb. 3. Equites item sue cuique pari post principia collocat. Senec. de Benef. lib. 4. cap. 27. Male filius consulit,

Ppp 3

qui



qui illam contumelioso, & sepe repudiato collocavit. Ita Suet. in Aug. c. 64. Quod aliter expressit Plant. Trinum. — nisi expectare vis Ut eam sine dote frater nuptum collocet. Sic & Cæs. bel. Gall. i. At Valer. Max. Filiam nuptum dare, eodem sensu, quo alij nuptum dare alicui filiam dixit lib. 4. c. 4. Taceo (inquit) quod princeps civitatis filiam ei nuptum dedit. & Milceo. Plin. lib. 4. c. 8. Pœnales aquas, dirisq; genit. as [Pinus fluvius] suis argenteis misceri recusans. & lib. 14. cap. 8. Cui [rino] marinam aquam largiorem miscuit. & Antepono Valer. lib. 5. c. 2. Præsentisq; periculo respectum pristini beneficij anteposuit. Tacitus lib. 17. Anteposuerit tribuni, centurionesq; præsentia dubijs, & honestis. & Antefero. Cic. in Part. Ista sua studia vel maximis meis occupationibus anteferrem libenter. Plin. ad Canin. lib. 7. Oportet privatis utilitatibus publicis, mortalibus æternis anteferre.

& Præfero. Liu. ab Vrb. 8. Nec facile est auctorem auctori præferre. & Antehabeo. Tacit. lib. 1. Vetera novis antehabeo. Idem lib. 4. Peteremq; ab ijs, ne incredibilia veris antehabeant. & Præuerto. Cic. de Div. i. Si vacas animo, neq; habes aliquid, quod huic sermoni præuertendum putes, & c. Gell. lib. 4. c. 3. Corbillus traditur iurifurandi religionem animo, atq; amori præuertisse, quod iurare à Censoribus coactus esset. Plaut. Pseud. Sed quonia pietatem amori video tuo præuortere. Auditur, Te. Idem Amph. dativum commutavit ablativo cum præpos. PRÆ. Nunc ne legio persentiscat, clam illuc redeundum est mihi; Ne me uxorem præuortisse dicant præ Repub. & Præopto. Liu. dec. 5. lib. 4. Urbanum oculum militiæ laboribus præoptat. Sic idem sepius. Dativus ille conjunctione, Quam, interueniente in membrum orationis migrat. Idem bel. Mac. 9. Certam etsi non speciosam pacem, quam incerta belli præoptantes. Sic iterum bel. Pun. 8. & Quintil. lib. 8. cap. 3. Quod genus etiã per infinitum verbu enunciatur Iustin. lib. 11. Contra Perse inori, quã vinci præoptabant. & Postfero. Liu. ab Vrb. 3. Non semper Consules fore, qui libertati plebis suas opes postferrent. Sic Curt. lib. 7. Plin. item lib. 3. c. 4. Agrorum cultu, virorum, morumq; dignatione, amplitudine opum [Narbonensis prouincia] nulli prouinciarum postferenda. & Posthabeo Liu. ab Vrb. 8. Manliana imperia, & posthabita filij caritas publice utilitati iactabantur. & Postpono. Plin. l. 13. c. 19. Cyrenaica regio loton suo postposuit paliuro. & Comparo. Liu. bel. Mac. 7. Ego nulli omnium non ausim me comparare. & Confero. Cic. de Clar. Ut conferam parua magnis. & Aequo. Liu. bel. Mac. 3. Regium asciuit nomen, cuius magnitudini semper animu equauit. Idem bel. Pun. 7. Plerisque equantibus eos Campanorum noxæ, pœnæq;. Tacit. lib. 4. Aequari adolentes senectæ sue impatienter indoluit.

& Adæquo. Suet. in Domit. c. 2. Ut fratri se & operibus, & dignatione adæquaret. Liu. ab Vrb. 1. Omnia testa adæquat solo. Sil. lib. 12. — cum Martis adæquant Marcellum dæcori. — & Exæquo. Senec. de Ira. lib. 3. c. 27. Imbecillos valentissimis casus exæquavit. Hirc. de bel. Hisp. Tumulos tumulis exæquabant. Auct. ad Her. Qui complures erant paucis nobis exæquari non poterant. & Coæquo. Colum. lib. 4. c. 4. Meminerimus duabus gemmis super exstantibus terram coæquare. & Equiparo. Pallad. lib. 3. Tit. 26 Si spissa poma ramos onerabunt, interlegenda sunt,

sunt, ut alimentum ceteris succus equiparet. Liu. ab Vrb. 9. Iouis, solisq; equis equiparatum dictatorem in religionem etiam trabebant. & Compono. Virg. Georg. 1. — si parua licet componere magnis. Sil. lib. 10. Cuine viro mallem memet componere quam, qui, & c. Accius, amonioru iudicio. Quid est, cur componere ausis mihi te, aut me tibi? & Contendo. Lucil. Satyr. lib. 1. — ut contendere possem Thestias Leda, atq; Ixionas Archilochio. Hoc ceteris infrequentius est. & Comparo, & Equiparo, Contendo nonnunquam dativum in accusat. cum Ad, transferunt. Terent. Eun. Ne comparandus hic quidẽ ad illum est. Sic Liu. ab Vrb. 3. & Solin. c. 14. Plaut. Mil. — Mars haud ausit dicere Neq; equiparare suas virtutes ad tuas. Accius Telepho. Ut vim contendas tuam ad maiestatem viri.

& In his Dativus cum præp. CVM, interposita frequentius migrat in accusativum. Sallust. Iug. Vbi Metelli dicta cum factis composuit. Cocilius in Tychæ, Egon vitam meam, Atticam contendam cum ista rustica Syria? Cic. pro S. Rosc. Quidquid tu contradixeris, id cum defensione nostra contendito: ita facillimẽ causa Sexti Rosc. cu tua conferetur. & Siquis verba hæc memoriter ediscenda suis auditoribus exhibere malu erit, eod quod ex Dandi, Reddendi, verbisq; alijs generalibus imbecilla puorum ingenia difficulter eiusdem significationis verborum huc spectantium notitiam assequi posse compererit, hisce carminibus, alijs re facillioribus utatur.

& L. Argior, exhibeo, concedo, impendo, ministro, — Expono, tribuo, voueo, despondeo, narro, — Defero, continuo, præuerto, indulgeo, pendo, — Postfero, significo, refero, contendo, præopto, — Indico, posthabeo, dedo, equo, & nuncio, trado, — Equiparo, cumulo, præpono, & copulo, necto, — Exæquo, assmilo, profiteri, ac misceo, dono, — Concilio, antefero, compono, & confero, mando, — Commodo, concedo: his emanipo, præbeo, dico, — Spondeo, pollicor, delègo, impertio, pono, — Mancipo, suppedito, memoro, commendo, remitto, — Credo, aperire, loquor, demonstro, & adaque, rependo, — Erogo, restituo, declaro, remetior, edo, — Condoneo, antehabeo, ostendo, perhibere, Repono, — Cumq; coagmento, permitto, remunero, solio. —

## APPENDIX

**V**ERBUM MUTUO non est huius loci: non enim dicimus Mutuavi tibi pecunias: sed Dedi tibi pecunias mutuas, Deditis mihi mutuuum frumentum.

Cic. Att. 11. Is quoque in angustijs est, cui magnam dedimus pecuniam mutuam. Terent. Heaut. Huius drachmarum argenti mille dederat mutuuum.

De verbis MUTUO, MUTUOR, COMMODO.

Schol. 11.

**N**ONDUM, quod meminimus, verbum MUTUO pro Mutuum dare cum dativo post accusativum legi apud Veteres, imo verò ne ipsum quidem verbum, cum huius significationis aiunt. Grammatici esse: nam illud Plauti in Trinum, Siquis quid mutuauerit, sit pro proprio perditum. (quo quidam suam sententiã confirmant) nusquam est: sic enim habes Plantus. Si quis mutuuum quid dederit, sit pro proprio perditum.

dicum. Reperitur hoc verbum, sed alia significatione, nimirum cum aliquid mutuum sumere significat, postulatq; post accusandi casum, ablativum. Val. Max. lib. 6. c. 2. potius presidium a libertate, [extorsit,] quam ab innocentia mutuavit. Citatur, & Seneca epist. 82. sed depravate, Quanto hilarior est, qui soluit, quam qui mutatur, non mutatur. ¶ Mutuo cum datur; post accusativum pro Mutuo dare, reperitur apud Solin. c. 11. [Vleantia] aut mutuatur. Et in incendia, aut subministrant. ¶ Commodare interdum & de pecunia dicitur. Plaut. in Asin. Viginti argenti commolare minus dixit. Et Cic. pro Caelio. Si se aurum Caelio commodasse non dicit, &c. Itemq; Caius Pand. lib. 13. Saepe ad hoc commodantur pecunie, &c. Cum tamen id Iurifconsulti discrimen inter Commodare, & Mutuo dare, constituant, ut ea commodari dicantur, quae redduntur eadem ite singulari, qualia sunt vase, libri, vestes, & similia: mutuo vero dantur illa, pro quibus alia redduntur eiusdem generis, ut oleum, frumentum, & cetera, quae numero, pondere, & mensura sui conceduntur. Verum proposita exempla verbum Commodandi non solum de pecunia, sed etiam de critico, vino, oleo, & similibus eadem ratione dici posse confirmant.

## APPENDIX II.

**H**IS Ago cum Facio, Refero, Minor, Impero, Mitto, Suadeo, Praecipio, Minitor, Persuadeo, Scribo, Et Gero, Fert, Habeo, casus adhibentur ijdem,

**A**LIA praeterea superioribus adduntur, ut Ago vobis maximas gratias. Facio tibi injuriam, Facio tibi fidem, Habeo, Refero tibi gratiam, vel gratias. Minor, Minitor, tibi mortem, furmenta. Scribo, Mitto tibi, vel ad te literas. Voluntati tuae morem gero. Habeo tibi fidem, vel honorem. Vatin. ad Cic. lib. 5. Omnia mihi dura imperas. Cic. Att. 13. Tu, quod ipsi tibi suaseris, idem mihi persuasum putato.

De V. Facio, Ago, & alijs quibusd. cum datio praeter accus. ¶ Sch. 12.

**C**ONTUMELIAM facere alicui, licet & Cic. Philipp. 3. tanquam Latinis hominibus inauditum loquendi genus reprehendatur: apud idoneos tamen auctores aliquando reperitur. Plaut. Asin. Tu contumeliam alteri facias, tibi non dicatur? Terent. Phorm. Neque huius sis veritus faminae primariae. Nouo modo ei qui faceres contumelias. Sic idem in Hecyr. Quint. decl. 5. & Pacuan. Hermiona. Seneca vero frequentissime. Fit autem factio contumelia dicitur verbo. Plaut. Curcul. Qui alteri de nihilo audacter dicunt contumeliam. Sic idem in Bacchid. Terent. Phorm. — absenti tibi Te indignas, seq; dignas contumelias. Nunquam cessavit dicere hodie. ¶ Furtum alicui facere pro Furari apud Iurisc. Vlp. Pand. lib. 47. Si patri seruus furtum fecerit, &c. Sic idem iterum, & Pompon. ibidem. ¶ Gratiam alicuius rei facere, pro Remittere, Condonare, Ignoscere. Sueton. in Tib. c. 31. Equitis Romani sui randi gratiam fecit. Liu. decal. 3. lib. 2. Nisi temporis gratia Regi fieret, & ab Urb. 3. Omnium tibi, qui impit. ausus es gratiam facio. Sic apud Sall. Catil. Delictum vultum allatum fuerat. ¶ Fidem facere dicitur is, cui

fides

fides habetur. Plin. ad Sabin. lib. 9. Fleuit multum, fecis mihi fidem penitentis. Sic apud Liu. bel. Mac. 10. Litera fides criminibus sacerunt. & ab Urb. 7. Causa Dictatoris desiderium Senatus fecit. ¶ Gratiam, vel Gratias tibi habeo. Cic. Philip. 1. Quare Maximas gratias & habeo, & ago L. Pisoni. & 2. de Diu. Dabunt igitur mihi veniam mei ciues, vel gratiam potius habebunt. Plaut. Asinar. Perfidia laudes, gratiasq; habemus merito magnas. Tacit. lib. 1. Laudesq; & grates reuersis legionibus habentem. ¶ Gratias ago, frequentissime dicitur, Gratiam ago nondum inueni. Cic. pro Marcel. Maximas tibi omnes gratias agimus. C. Caesar, maiores etiam habemus. Gell. lib. 3. c. 7. Consul tribuno gratias laudesq; egit. ¶ Refero gratiam vel gratias. Plaut. in Rud. — te mihi benignè itidem addeceat Benemerenti referre gratiam. — Sic Plin. in Paneg. Liu. ab Urb. 5. Tibi Sexte Pompei diu gratias referant. Sic & Cic. Philipp. 3. & plures alij. ¶ Gratiam exsoluere. Liu. bel. Pun. 8. Suis rectè factis gratiam qui exsoluat non esse. ¶ Persoluerre gratiam. Cic. pro Planc. Qui sancti, nisi qui meritam dijs immortal. gratiam memoriamente persolunt? ¶ Tribuere gratiam. Idem 4. de Fin. Non satis magnam tribuunt inuentoribus gratiam. ¶ Scribere gratias. Gell. lib. 3. c. 8. Quadrigarius scripsit Regem populo Ro. laudes, atq; gratias scripsisse. ¶ Grates agere vel habere tum Poetae, tum Historici sapientis dicunt. Plaut. Trinum. — Neptuno, & Nereo. Latus, iubens laudes ago, & grates, gratiasq; habeo, & fluctibus falsis. Curt. lib. 9. Vobis quidem, inquit, o fidelissimi, pissimiq; ciuium atq; amicorum grates ago, habeoq; Liu. bel. Pun. 7. Dijs immortal. laud. s. gratesq;, inquit, ago. Sic idem ab Urb. 5. ¶ Honorem habere alicui satis vsitatum est. Plin. Paneg. Quem honorem dicendi magistris, quam dignitatem sapientia doctoribus habes? ¶ Habeo tibi fidem, id est, Credo, vsitatissimum est. Adhibeo tibi fidem, in eadem re minus vsitatum. Scacuola Pand. lib. 20. Tit. 1. Qui mihi tanquam honesto viro fidem adhibendam dixisti. In illo Cic. 7. de Diu. Quod si insanorum visis fides non est adhibenda, quod falsa sunt, &c. in multis exemplaribus. Habenda, legitur. ¶ Exhibere fidem, hoc est Fidelitatem prestare dixit Colum. lib. 11. c. 1. Multis experimentis inspicendus est villicus, an domino fidem, ac obedientiam exhibeat. ¶ Gerere morem alicui. Terent. Andr. Molestus certe ei fuero, atq; animo morem gessero. Cic. pro Quint. N. cui studio. & cupiditati morem gerunt. ¶ Mittere sanguinem alicui, id est Detrabere. Cels. lib. 5. c. 27. Cognoui medicos, qui ab scorpione ictis nihil aliud, quam ex brachio sanguinem miserunt. ¶ Remittere nuncium. Cic. 1. de Orat. Neque nuncium priori remisisset, mortuusq; esset intestat? ¶ Suadeo & Persuadeo. Idem Att. 14. Hoc velim tibi persuadeas. Ad eum d. lib. 10. Te tibi persuadere volo, mihi neminem esse te chartorem. ¶ Impero, Praecipio, Iubeo tibi hoc Latine dicitur. Cic. pro Rosc. Amer. Nonnunquam etiam puerum vocaret, credo cui cenam imperaret. ¶ Praecipio. Idem ad Trebat. 1. 7. Tibi haec amicissimo animo praecipio. Curt. lib. 9. Is vos rogo, qui nihil unquam vobis praecipi, quin primus me periculis obtulerim. ¶ Iubeo. Stat. lib. 7. — afficiam terras, pacemq; iubebo Omnibus. & lib. 10. —

iussit, silentiallo. Varr. de Re rust. l. 2. c. 2. de Oribus, His quacumque iubentur, rescuntur. Cic. Parad. 5. nulle mihi liber videatur, cui mulier imperat? cui prescribit, iubet, vetas, quod videtur? Verbum Iubeo pro Imperare seu Praecipere accusatum personae ferè respicit: quem saepe numero videtur habere, sed occultè aliunde pendet ut plurimum. Plaut. Aul. Aut si respexeris, donec ego te iussero. simul enim auditur Respicere. Terent. Heaut. Ch. Quin ego met tam ad eam referam. Sy. imo filium Iube potius. — subaudi, Deserre. Cic. Att. 6. Ut me iubet Acastus, confido te iam, ut volumus, valere. Interdum duos accusatum s videtur habere. Idem ad Sulpit. l. 13. Literas ad te à M. Lepido Conf. non quæ te aliquid iubent, sed quodam modo quasi commendaticias sumpsumus. Deest infinitivus Facere: Te, enim praecedit infinitivum suppressum, aliquid verò sequitur, ut & in multis id genus alijs.

¶ Diximus, ferè, quia accusatum personae recipere videtur interdum, ut in his. Plaut. Menach. — tu servos fac iube Hunc ad me ferant. — Idem Stich. — iube famulos rem diuinam mihi apparet. ¶ Impero itidem. Plaut. Menach. Sed scin? quid te amabo, ut facies, impero? ¶ Iubeo accusatum rei habet. Cic. 1. de L. Lex est ratio summa, insita in natura, quæ iubet ea, quæ facienda sunt, prohibetq; contraria. Hinc legimus passivum Iubeor, iubêris, iubetur, iubemur, iubebantur, iuberi, iussus, iubendus apud idoneos scriptores. Cum discernere, statuere, creare significat, non solum accusatum rei, sed etiam personae admittit. Cic. in Rull. 2. Hoc quia vos factum non iusseritis, veretur Hyempsal, ut, & c. Sallust. Jug. Incredibile est memoratu quantæ vi [plebs] rogationem iusserit, decreuerit, voluerit. Cic. Philip. 2. Cum primum Cæsar ostendisset se Dolabellam consulem esse iussurum. Iussurum id est creaturum.

## APPENDIX III.

**M**VLta ex Actiuis, & quinque sequentibus orta Particulis Ad, In, Ob, Præ, Sub, ne & tunc, ut illa Offero, Praecipio, Subduco, Admetior, Indo.

**M**VLta deniq; composita ex Actiuis, & præpositionibus Ad, In, Ob, Præ, Sub, præter dativum, etiam accusandi casu in postulant, cuiusmodi sunt Adimo, Admetior, Indo, Impono, Offero, Obijcio, Praecipio, Praescio, Subtraho, Subduco, ut Frumentum militibus admetiri, Indere nomen vrbi, Offerre se periculis, Praecipere palmam competitori, Morti subducere innocentem.

**C**ic. ad Attic. 13. Inimici mei mea mihi, non me ipsum ademerunt. Ad eundem lib. 10. Vereor, ne Pompeio quid oneris imponam. Idem in Anton. Philip. 3. [Antonius] ignobilitatem obijcit C. Cæsaris filio. Idem de Vniuers. Praefecit Deus animum, ut dominum, obedienti corperi. Idem pro Muren. Nolite mihi subtrahere vicarium meæ diligentia.

De V. Actiuis compositis ex præposit. Ad, In, Ob, & c. ¶ Schol. 13.

**N**ON omnia, quæ ex Actiuis verbis, & præposit. Ad, In, Ob, Præ, Sub, componuntur, huius sunt ordinis, sed quàm plurima, cuiusmodi sunt, Abscindo, Acquirō, Acclino, Addo, Addico, Adhibeo, Adigo, Adjicio, Adiudico, Adiungo, Admetior, Admisceo

**A**dmisceo, Admoueo, Adopto, Adscribo aducho, Aduerto, Aduoluo, Affingo, Affligo, Afflo, Africo, Affundo, aggero allino, Appello, is, applico, Appono, apprimo, arrogo, Aspergo, Assero, Astruo, Attempero, attero. ¶ Allido, illigo, illino, Impendo, Impingo, implico, Importo, Imprimo, Impuro, Incido, Includo, Inculco, Incutio, Indico, is, Indo, Induco, Infero, Infigo, Infrico, Infringo, Infringo, Ingero, Inijcio, Iniungo, Inscribo, Insculpo, Insero, Insupergo, Instilo, Intendo, Intento, Intexo, inucho, Inuoluo, Inuro, Irrogo. ¶ Obdo, Obduco obliigo, Obsiringo, Obtendo, Obuerto, Offero, Offundo, Oppono. ¶ Præcludo, Praefinio, Praeparo, Praecipio, Praescitio, Prætendo, Prætexo. ¶ Subdo, Subduco, Subijcio, Subiungo, Submitto, Subrogo, Subscribo, Subnecto, Substerno, Substrico, Subtexo, Sufficio, Suffigo, Suggero, Suppono, Suspecto. ¶ Huc etiam accedunt nonnulla, quæ cum Ab, Con, Circum, De, E, vel Ex, Inter, & Super, componuntur, ut Abscindo, Aufero, Circumdo, Circumfundo, Circumglobo, Circumligo, Circumsero, Circumspingo, Circumueho, Concoquo, Consero, Conflo, Confundo, Congero, Confisco, Conspingo, Concreto, Contexo, Decido, Deroquo, Détraho, Educo, Eripio, Excerpto, Excipio, Excutio, Exhaustio, Exime, Expendo, Exprimo, Extorqueo, Extraho, implico, Interclado, Interijcio, Interporo, Intersepio, Intersero, Superiatio, Superfundo Ex his nonnulla fulciemus. Vt terè exemplis. Plin. lib. 4. c. 2. Monte in Athon Xerxes rex Persarum continenti abscedit.

¶ Acclino. Stat. lib. 7. Saucia dilectis acclinant pectora muris. Sic idem Syll. lib. 3.

¶ Acquirō. Colum. lib. 4. c. 24. Quàm longissimam perennitatem [vini] stirpi acquirat. ¶ Addico. Curt. lib. 7. Aristandrum, cui credulitatem suam addixerat, explorare euentum rerum sacrificijs vulgaribus iubet. Valer. Max. lib. 7. c. 5. Eo quærente, quidnâ se immerentè capitali supplicio addiceret. ¶ Adigo. Hirc. de bel. Afr. Cui parti telum faciliè adigi posset. ¶ Admetior. Cato de Re rust. cap. 154. Vitium emporibus sine molestia hoc modo admetiri debet. Liu. bel. Mac. 5. Videretis regem nunc mendicantem propè frumentum ab Ætôis, quod militi admetiatur, nunc mutuas pecunias sœnore in stipendium quærentem. ¶ Adopto. Plin. lib. 37. cap. 10. Hoc sibi nomen adoptauit. Idem lib. 12. c. 1. Qui se potentia causa, Cæsaris libertis adoptasset. ¶ Aducho. Plin. lib. 36. c. 6. Ex quo [templo] Sylla Capitolinæ adibus aduexerat columnas. ¶ Aduerto. Colum. lib. 3. c. 12. In locis frigidis meridiano vineta subijciantur, tepedis orienti aduertantur. ¶ Aduoluo. Liu. ab Urb. 8. Ea multitudo genibus se omnium aduoluens. Prop. lib. 3. Nunc ô Bacche tujs humiles aduoluitur aris. ¶ Affingo. Cic. Tusc. 2. Quod idem affingimus huius agriculturæ, & c. Sic Liu. bel. Pun. 6. Affingere vana auditis. ¶ Affligo hoc est Prosterno. Sall. Hist. 2. Saxa, aut quid tale capiti affligebant. Hor. Serm. 2. Sat. 2. — quin corpus onustum Hesternis vitijs, animum quoq; prægrauat vna, Atq; affligit humo diuine particulam auræ. ¶ Africo. Senec. Epist. lib. 1. Malignus comes quamuis cædido, & simplici rubiginem suam affricuit. Plin. lib. 8. c. 27. Anguis maratbro herbe se affricans oculos inungit. ¶ Allino. Cic. Verr. 11. Nulla sordes videbantur huic sententiæ allini posse. ¶ Appello, is. Tacit. lib. 3. Nauem tumulo Cæsari appulerat. ¶ Apprimo. Plin. lib. 8. c. 36. Fætus rigentes opprimendo pectori sonent.

¶ **Affero.** Plin. ad Canin. epist. 3. *Quin te in alto isto, pinguiq; secessu studijs afferis.*  
 Plin. lib. 7. c. 43. *Vnus hominum felicit sibi cognomen afferuit L. Sylla. Id est arrogauit.* ¶ **Attempero.** Senec. epist. 30. *Gladiator timidissimus iugulum aduersario prestat, & errantem gladium sibi attemperat. Id est aptat, ac dirigit ad iugulum.*  
 ¶ **Attero.** Plin. lib. 10. c. 74. *Spineris enim se scabendi causa atterens, &c. Idem lib. 37. c. 10. Hematites coti madefacta attritus facultatem habet sanguine sistendi.*  
 ¶ **Circumfundo.** Liu. bel. Pun. 6. *Consuli Capuam pratereunti circumfusa multitudo Campanorum est.* & lib. 9. *Equites pugnando, ac sequendo fessis se circumfundere.* Senec. de Benef. lib. 3. c. 32. *Patri quoq; ingentem circumfundere famam.*  
 ¶ **Circumglobo.** Plinius lib. 9. cap. 47. *Et circumglobata esca sepe extrahuntur.*  
 ¶ **Circūligo.** Idē l. 21. c. 20. *Insantibus eā circūligari salutare est.* ¶ **Circūpergo.** Colum. l. 11. c. 2. *Magnis arboribus quater nos modios stercoreis caprini circūpergere.*  
 ¶ **Circūmucho.** Cels. Fel. Gal. 7. *Magnam vim iumentorum ex castris detrabi iubet, mulionesq; cum cassidibus equitum specie, ac simulatione collibus circūuehi iussit.*  
 ¶ **Circumuoluo.** Plin. lib. 16. c. 44. *Ipsis etiam spinis circumuolues se se.*  
 ¶ **Cóncoquo.** Plin. l. 31. c. 10. *Sal nitrum sulphuri concoctū in lapidem vertitur.*  
 ¶ **Confundo.** Curt. l. 9. *A meridie Acésines Hydaspis confunditur. Idē l. 8. Vbi verò reuerentia excessit animis, & summa imis cōfundimus, vi opus est, vt vim repellamus.*  
 ¶ **Congero.** Suet. in Ner. c. 19. *Primus rastello humum effodit, & cōrbula congestam humeris extulit.* ¶ **Contro.** Colum. lib. 6. c. 14. *Veteri lateri later conteritur, &c.* ¶ **Contexo.** Senec. de Ira lib. 1. c. 16. *Tibi insanabilis animus est, & sceleribus scelera contexens.* ¶ **Contraho.** Plin. lib. 11. c. 19. *Ipsc [apes] contrahunt mortis sibi causas.* ¶ **Corrigo.** Plin. lib. 7. c. 20. *Milonem athletam nemo vestigio educebat, malum tenenti nemo digitum corrigebat.* ¶ **Decido.** Tacit. de German. mor. *Sortium consuetudo, simplex, virgam frugiferam arbori decisam in surculos amputant.* ¶ **Depello.** Colum. l. 7. c. 6. *Annicula [capellae] censestim de pellenda soboles.*  
 ¶ **Dérogo.** Cels. lib. 1. proœm. *Neque auctoritati cuiusquam fidem derogare oportuisse.* ¶ **Detraho.** Senec. de Ben. 2. *Detraxit muneri suo pompam. Sic Curt. lib. 10.*  
 ¶ **Educo.** Senec. de Vit. be. c. 2. *Omnem operam dedi, vt me multitudini educrem.*  
 ¶ **Eripio.** Plin. ad Tiron. lib. 6. *Eripe me huic tormento.* ¶ **Excerpo.** Idem ep. 30. *Quid si nos hominum consuetudini cœperimus excerpere.* ¶ **Excipio.** Idem de Tranq. V. lib. 2. c. 9. *Fauemus huic proposito, dum sapiens iniurie excipitur. Hoc est, Eximitur.* ¶ **Excutio.** Curt. l. 5. *Omnē sensum territis fortuna penitus excusserat.*  
 ¶ **Eximo.** Plin. ad Seru. lib. 3. *Exime hunc mihi scrupulum.* Plin. lib. 3. cap. 1. *Zilis regum ditioni exempta. Eximere aliquem pœna, vel infamia. Tacit. lib. 14.*  
 ¶ **Expendo.** Lib. 2. Cod. Tit. 19. *Quod in uxorem tuā agram erogasti, non a sacro repetere, sed affectioni tue debes expendere.* ¶ **Exprimo.** Suet. in Tib. c. 19. *Cum trepidatione detecto tormentis expressa confessio est. Senec. de Ira lib. 3. c. 7. Generoso repulsa iram exprimet, languido inertiq; tristitiam. Idem epist. 11. Ruborem sibi exprimere non possint.* ¶ **Extraho.** Plin. lib. 10. cap. 3. *(Nasturtium,) panos discutit cum pice, extrahitq; corpori aculeos.* & l. 7. c. 2. *Venena extrahere corpori.*

¶ **Illido.** Valer. lib. 8. cap. 12. *Opus suum tabule illisit. & lib. 9. cap. 12. Lapidem [studium] illisit.* ¶ **Immulgeo.** Plin. lib. 11. c. 39. *Fabulosum arbitror de strigibus, vbera eas infantium labris immulgere.* ¶ **Impingo.** Senec. epist. 120. *Nulli venenum vxo impexit.* ¶ **Implico.** Colum. lib. 9. c. 2. *Cuilibet rei se implicent, noxamq; capiant.* ¶ **Imprimo.** Senec. de Benef. lib. 6. c. 6. *Siquis scriptis nostris alios supernè imprimat versus, &c.* ¶ **Includo.** Curt. lib. 9. *Qui se munita vrbicum magna manu popularum incluserat.* ¶ **Incutio.** Idem lib. 9. *Incutiebantur puppibus proza.* ¶ **Indo.** Plaut. Menach. — *qui fugitiuis seruis induunt compedes.* Idem Rud. — *ego vrbis Gripi indam nomen.* Liu. ab Vrb. 1. *Ab inopia Egerio inditum cognomen.* ¶ **Infrico.** Colum. lib. 6. c. 32. *Maximè proderit fuligo vlceri infricata.* ¶ **Infundo.** Curt. lib. 8. *Margaritas mare litoribus infundit.*  
 ¶ **Ingenero.** Valer. lib. 8. c. 9. *Vt multis voluntariae mortis appetendi cupiditatem ingeneraret.* ¶ **Inijcio.** Liu. bel. Pun. 8. *Medio incendio se iniecerunt. & ab Vrb. 2. Dextram accensam foculo injicit.* ¶ **Insero.** Cic. in Pison. *Huic populo ita fuerat libertas insita, vt emori potius, quam seruire prestatet.* Plin. lib. 16. cap. 5. *Quin & bodie per Hispanias secundis mensis glans inseritur.* ¶ **Insculpo.** Suet. in Claud. c. 1. *Nec contentus elogium tumulo eius verfitus compositis a se insculpsisse, &c.*  
 ¶ **Intercludo.** Liu. bel. M. 10. *Dicenti hæc lacryma simul spiritum, & vocem intercluderunt.* ¶ **Interpono.** Ibid. 5. *Qui suum consilium meo interponet, sciat sibi reditum ad penates non esse.* ¶ **Interseindo.** Senec. Nat. q. lib. 3. cap. 11. *Ruina interseindit cursum aquis.* ¶ **Inueho.** Liu. bel. P. 2. *Tantus fuit ardor animorum, vt eum motum terræ, qui mare fluminibus inuexit, nemo pugnantium senserit.* Curt. lib. 9. *Digni estis, qui opes, quæque illud mare litoribus inuehit, referatis domum.*  
 ¶ **Inuoluo.** Senec. Epist. 25. *Cuius [Epicuri] aliquam vocem huic epistole inuoluam.*  
 ¶ **Obduco.** Cic. ad Varr. lib. 9. *Consuetudo diuturna callum obduxit stomacho meo.* Plin. lib. 17. c. 4. *Ferrosq; omnis [terra] rubiginem obducit.* ¶ **Offero.** Animosos, & se acriter morti offerentes seruare cupimus. ¶ **Obligo.** Senec. de Tranq. V. lib. 2. cap. 7. *Venenum illud dando secleri se obligauit. Sic Colum. lib. 1. cap. 7. Colonum alicui rei obligare.* ¶ **Obtendo.** Plin. ad Montan. lib. 8. *Nec puduit rationem turpitudini obtendere.* ¶ **Præficio.** Cels. bel. G. 1. *Cæsar singulis legionibus singulos legatos præfecit.* ¶ **Præripio.** Cic. de Arusp. *Cui me præripere destinatam laudem valde est iniquum.* ¶ **Pratendo.** Plin. ad Valer. lib. 4. *Studeamus ergo ne desidia nostræ prætedamus alienam. Hoc est Obtendamus. Sic & Cic. & alij cōpures.*  
 ¶ **Pretego.** Quint. lib. 1. in extremo. *Difficultatis patrocina præteximus segetie.*  
 ¶ **Refundo.** Plin. Panegy. *Refundimus Nilo suas opes.* ¶ **Regero.** Plin. lib. 18. c. 28. *Interlunio omne lumen, quod a Sole accepit [Luna], scato regerit.*  
 ¶ **Subduco.** Cic. 2. Tusc. *Subduc cibū vnum diem ab h'etæ, ferre non posse clamabit.*  
 ¶ **Subtraho.** Cic. pro D. sua Nonne id agendū fuit, vt materiam subtraheremus furori tuo? ¶ **Sufficio.** Liu. ab V. 10. *Ipsis quinq; pesti dies alij suffecit. Ibid. 4. Hunc annū tribunis suffectos consules habuit. Iust. lib. 5. Conon Alcibiadi suffectus.* ¶ **Suffigo.** Senec. Contr. lib. 7. *Cum videret suffigi cruci seruos clamabat. Sic Cic. in Pisonem.*

¶ Suggesto. Item de Nat. 3. Atq; huic incredibili sententiae ratiunculas suggerit. Terent. Adelph. Cur potestur tu his rebus sumptus suggeris? ¶ Superfundo. Plin. lib. 12. c. 1. Gallus hanc primū habuisse causam superfundendi se Italia, &c. Pallad. lib. 1. Tit. 40. His superfundantur testacea pavimenta. ¶ Superiacio. Val. lib. 2. c. 1. Coniugis se flammis superiacit. Solin. c. 15. Herbarum semine ignibus superiecto. Idem c. 53. Phrygia Troadi superiecta est. ¶ Suspendo. Tacit. de Germ. Transugas arboribus suspendunt. Colum. lib. 11. c. 2. Ficulneis caprificum suspendere. Cic. pro C. Rab. Arbori infelici suspendito. Sic Liu. ab Urb. 1.

### Gemini dativi præter accusatiuum.

**D**O, Verto, Ducō, geminum retulere dativum  
Post Quartum: ceu, Grande scelus tibi ducis honor.

**S**VNT, quibus geminus dativus præter accusatiuum apponitur, Do tibi hoc laudi, vitio, culpæ, crimini pignori, fœnori. Vertis id mihi vitio, stultitiæ. Ducis honori, gloriæ, laudi, vitio, damno.

Cic. pro S. Rosc. Intelliges inopia criminum summam laudem S. Roscio vitio, & culpæ dedisse. Plaut. Epid. Quis erit, vitio qui id non vertat tibi.

Terent. Adelph. — tu nunc tibi Id laudi ducis, quod tum fecisti inopia.

De V Activis cum duobus dativis præter accusatiuum. ¶ Schol. 14.

**D**ARE laudi, crimini, fœnori, pignori, dono. Cic. pro Planc. Tu id in me reprehendis, quod Metello laudi datū est? Idem pro D. sua. Id, quod mihi crimini dabatur, non modo peccatum non erat, sed erat res post natos homines pulcherrima. Cic. Verr. 4. Idem pecuniam ijs, qui ab isto aliquid mercabantur, fœnori dabat. Plaut. Stich. — hoc mihi dono datum est. Sall. Jug. Quascumque vrbes manu ceperat, Regi dono dedit. Sic Virg. Eclog. 2. & Terent. Eunuch. ¶ Dices etiam, Do tibi aquam potui, carnem esui, &c. Cels. lib. 3. c. 12. Dare ei oportet potui tepidam aquam. Idem lib. 4. c. 9. Potui verd ieiuno dari debet absinthium incoctum. Ibid. Lienis hūbulus vtiliter esui datur. Sic idem scipius. & Colum. lib. 8. c. 5.

¶ Probō dare, nuptui, signum receptui, arrabōni. Gell. 1. 7. c. 17. Homini delicato id probō dedit. Plaut. Mostell. — quod [argentum] isti dedimus arrabōni. Valer. lib. 4. c. 4. Princeps civitatis filiam ei nuptui dedit. Liu. bel. Pun 4. Marcellus vincensibus suis signum receptui dedit. ¶ Ducere honori, gloriæ, vitio. Cic. in Sallust. Neque te tui piget homo leuissimè, cum ea culpæ, que in historijs mihi gloriæ ducis. Terent. Adelph. prol. — vos eritis iudices Laudin', an vitio duci factum oporteat. Plaut. Bacch. — minusq; id mihi damno ducam.

¶ Tribuere ignavia. Cic. ad Cæl. lib. 2. Hoc nostra laus erit illustrior, quod illi tribuebatur ignavia. ¶ Relinquere præsidio, arrabōni. Cæs. bel. G. 1. Cæsar præsidio impediens paucas cohortes relinquit. Terent. Heaut. Ea relicta huic arrabōni est pro argento. ¶ Offerre dono, vel muneri. Suet. in Cæs. c. 28. Alij captivorum millia dono offerens. Sic Gell. lib. 1. c. 14. Quintil. lib. 4. c. 2. Pastorem, quod is, aprū, quem ipsi muneri obtulerat, &c. in cruce susulit. ¶ Accipere numeri. Suet.

in Galb. c. 10. Muneri [servus] acceperat. ¶ Obijcere victui. Varr. de Re rust. 1. 3. c. 10. Cum [pulli] sunt inclusi in aras victui obijciunt his potentā hordeaceam. ¶ Dono addere, mittere, habere. Plaut. Epid. — fideis, Et qua accessere, tibi addam dono gratijs. Solin. c. 25. Legimus Alexandro a Rege Sibanie, dono duos [canes] missos. Idem cap. 32. Cum 13. milia librarum rex Germanie dono ei miserit. ¶ Plaut. Mil. Aurum atq; ornamenta dono habere sibi. ¶ Studio habere, despiciatui, odio, ludificatui. Terent. Adelph. Verum studio id sibi habet, an laudi putat Fore, si gnati perdidit? — Plaut. Men. cch. Benemerenti tibi habes despiciatui. Idē ibid. Quod viro esse odio videas, tute tibi odio habeas. Idē Pax. Tum profecto me sibi habento scurræ ludificatui. Idē Aul. Ne moræ, molestiq; imperiū herile habeat sibi. ¶ Habere quæstui, documento. Cic. Verr. 5. Erit quisquam tam stultus, qui non intelligat, istum sibi quæstui habuisse fortunas Oratorum? Idem in Rull. 1. Habeat me ipsam sibi documento. ¶ Apponere gratiæ. Terent. Andr. — ne utiquam officium esse liberi puto, Cum is nihil promereat, postulare id gratiæ apponi sibi. ¶ Assignare gloriæ. Gell. lib. 11. c. 9. Demosthenes non id postea concelavit, quin gloriæ quoque hoc sibi assignavit. ¶ Obligare pignori. Vlp. Pand. lib. 20. Si debitor res suas duobus simul pignori obligaverit, &c. ¶ Dicere doti. Terent. Heaut. Sed ista dictu opus est, si me vis saluum esse, & rem, & filium, Me mea omnia bona doti dixisse illi. Hoc est, ut ait Budæus, In dotem promississe.

20 ¶ In quibusdā alter dativus videtur audiendus. ¶ Dare potui. Cels. 1. 4. c. 4. Ouum dari potest potui. ¶ Accipere dono. Sallust. Jug. Sola [virtus] neque datur, dono, neque accipitur. ¶ Habere honori prædæ, voluptati, probro. Ibidem. Perinde quasi ea honori, non prædæ habeant. Ibidem. Quæd à pueritia duritiam, & alia, quæ ceteri miserias vocant, voluptati habuisset. Ibidem Catilin. Paupertas probro haberi cœpit. ¶ Habere curæ, cordi, memoriæ, derelictui, derisui.

25 Quintil. lib. 1. c. 3. Verborum proprietatis, ac differentia omnibus, qui sermonem curæ habent, communis esse debet. Gell. lib. 17. cap. 19. Si quis hæc duo verba cordi habeat, &c. Idem 1. 2. c. 29. Quos [versus] habere cordi, & memoriæ operæ pretium esse putato. Idem lib. 4. c. 2. Si quis arborem suam habuerat derelictui, non is sine pœna fuerit.

30 Idem lib. 20. c. 1. Neque petus vllum facinus asstimatum est, quàm si cui probaretur derisui habuisse. ¶ Irrisui habere, ludibrio, despiciatui. Plaut. Epid. — perdam potius, quàm sinam Me impundè irrisui esse habitum. Ibid. Satin? Ille homo ludibrio nec vetulus decrepitos duos Habet. — Id id. Aliā post hæc inuenito, quā tu habeas despiciatui. ¶ Habere religioni. Cic. Off. 2. Nec tamen habendum est religioni, nocentem aliquando, impiumq; defendere. ¶ Ducere despiciatui. Idem pro Flacc. Si quis despiciatui ducitur, Myrsorum vltimus esse dicitur.

35 ¶ Pignori ponere, vel opponere. Plaut. Capt. — meam esse vitam hic pro te positam pignori. Idem Pseud. Vix hodie opinor, si me opponam pignori. Terent. Phorm. Ager oppositus est pignori ob decem minas. ¶ Hypotheca, obligare, vel dare. Caius Pand. lib. 20. Sint hypotheca obligata. Idem in eod. Hypotheca dari possint. ¶ Pignori teneri, accipere. Martian. Ibid. Totus grex pignori teneri.

*s. nctur. Vlpian. ibid. Qui pignori plures res accepit, non cogitur vnam liberare. Sic ibid. s. p. Tacit. lib. 19. ¶ Præbere pœnz. Liu. bel. Pun. 9. Bona san-  
ctum, que publicari poterant pigneranda pœnz præbebant.*

### Geminus Accusatiuus post verbum

**Q**VÆdam accusandi geminum sibi sumere casum  
Verba queunt, Monco, Doceo cum Prole: Reposco  
Flagito, Posco Rogo: quibus adde Interrogo, Celo.

**M**ONCO, Doceo cum compositis. Item, Flagito, Posco, Reposco, Rogo, Inter-  
rogo, Celo, duos accusandi casus admittunt, vt Monco, Admoneo te rem  
iustam. Doceo, Edoceo discipulos artis præcepta. Flagito, Rogo amicos auxili-  
um. Interrogo te questionē satis difficilem. Ne me tuum consiliū celaueris.

Cic. 1. de Fin. Sapientia nos omnes docet vias, que ad tranquillitatē ferant.  
Idem Att. 14. Id ipsum quod me mones, quatrīduo ad te antē scripseram.  
Idem Verr. 5. Fortasse, quod vos lex commonet, id in hoc loco queretis.

De V. Actiuus duos accusatiuos exigentibus. ¶ Schol. 15.

**A**D Monco. Cic. ad Att. Illud me præclare admones, cum illum videro, &c.  
¶ Commoneo. Plaut. Pseud. — ita vos estis perditī, — Officium vestrum,  
vt vos malo cogatis commuerit. ¶ Præmoneo. Colum. l. 11. c. 2. Cuius [celi]  
varietatem si ex hoc commentario fuerit præmonitus villicus, &c. ¶ Doceo. Cic.  
1. de Leg. Nos cum ceteras res omnes (sapientia), tum quod est difficillimum, docuit,  
vt nosmet ipsos nosceremus. Sall. Iug. At illa multo optima Reip. doctus sum. &c.  
¶ Edoceo. Idem Catil. Iuuentutem multis modis facinora edocebat. Plaut. Tri-  
num. — ego istam volo me rationem edoceas ¶ Dedoceo. Cic. 1. de Fin. Si à Po-  
lyæno familiari suo Geometriam discere maluisset, quàm illam etiam ipsam dedo-  
cère. ¶ Perdoceo. Iustin. lib. 18. Nunciantes regem aliquem poscere, qui cultiores  
mores, vitiusq; perdoceat. ¶ Flagito. Cic. 2. de Orat. Hæc sunt illa, que me ludens  
Crasus flagitabat. ¶ Posco. Idem Verr. 3. Nummos magistratum Sicyonium po-  
poscit. ¶ Reposco. Idem 6. in eum. Ad Verrem adirent, & eum simulacrum Ce-  
reris, & victoriam reposcerent. ¶ Rogo. Anton. in Epist. ad Att. 14. Meo iure te hoc  
beneficium rogo. ¶ Interrogo. Cic. 5. Tusc. Non quemuis hoc idem interrogarem.  
¶ Celo. Terent. Adelp. Ea ne me celet, consueseci filium. Idem Hecy. — nescio  
quod magnum malum Profectus Parmeno me celauit. — Liu. bel. Mac. 10. Mortē  
regis omnes celauit. Plaut. Pœn. alteri accusatiuo præpos. Clam, adhibuit. Quia an-  
nos multos filios meos celauistis clam me. ¶ Consulo duos admittit accusatiuos.  
Plaut. Menach. Ibo & consulam hanc rem amicos. Curt. lib. 6. Retinete me in  
vinculis, dum consulitur Hammon arcanum, & occultum scelus. Præpositio, IN, an-  
te Arcanum à quibusdam præfigitur. At illa prior lectio magis apposita videtur.  
Cum accusatiuis Nihil, Id, inuenies apud Liu. bel. Pun. 2. Varro, nihil consulto colle-  
gi, siquam proposuit. & Cic. ad Octau. Libertate oppressa senatus nihil consulitur.

Itē

Item ad Att. 7. Nec te id consulo. ¶ Accusatiuus personæ omittitur aliquando. Liu-  
bel. Mac. 9. Idem [Cato] si ius consuleres, peritissimus. Id est Si cum de iure consule-  
res. Idem ab Urb. 2. Sed [rem] delatam consulere ordine non liquit. ¶ Peto cum  
duobus accusatiuis nondum, quod meminerm, apud Veteres inueni. Iura Cordubam  
petere, dixit Plin. lib. 3. c. 1. ea dicendi figura, qua Petere aliquid in Indos, in Ely-  
maos, in Carmanos, ad Seras ad Troglodytas, pro ab Indis, ab Elimais à Carmanis à  
Seribus, à Troglodytis. Vide lib. 12. cap. 7. 15. & 17. & proam. eiusdem lib. Sic Tacit.  
lib. 12. Experimentis cognitum est, barbaros malle Romani petere Reges, quàm ha-  
bere. Pro Roma, quomodo scriptum legi. Vterque tamen præpositionem subtraxit no-  
minibus proprijs. ¶ Repeto duos habuisse accus. intelligimus ex verbis Papin. Di-  
gest. Locati & Cond. Cum quidam [inquit] nauē amissa vecturam repeteretur.  
¶ Prisci dicebant Exiger pecunias, portorium Vnde videntur etiā dixisse Exi-  
go te pecunias, portorium: que seculum eruditius reiecit. Vide Gell. lib. 15. c. 4.  
¶ Erudio, Instituo, Informo, Instruo, Imbuo, quemuis sint verba docendi non  
tamen geminum accusatiuum habent, sed ablatiuum cum accusatiuo. ¶ Erudire  
aliquē artibus, institutis, præceptis, laboribus disciplinis, &c. ¶ Informare, Institue-  
re, Instruere aliquem ingenuis artibus, doctrina, literis Græcis. ¶ Imbuere bonis  
moribus, doctrina religione. ¶ Erudio apud Pœtas duos accus. admittit. Stat. 10.  
Theb. Et que te leges, præceptaq; sortia belli Erudijt genitrix, nimium didicisse  
queretur. Sic Qu. aliquoties. Gell. l. 2. c. 21. Tū quistia ex ijs qui Græcas res id erud-  
iti erant, &c.

### APPENDIX.

**P**ost Quartum Monco, Doceo connectere Sextum  
DE pariter comitante folent: hisq; Orta duobus  
Commonet, Admoneo, Edoceo: cum Interrogo Celo,  
Erudio. ¶ Celo maualt aliquando datiuum.

**M**ONCO, Admoneo, Commoneo, Doceo, Edoceo, Erudio te de hac re, id est  
Commonefacio, certiore facio. Interrogo item, & Celo.

Cic. Att. 11. Extremum est, quod te orem, cum Camillo cōmunicēs, vt Terentiā  
moneatis de testamento. Sall. Catil. Senatū edocet de itinere hostium.  
Cic. ad Treb. lib. 7. Bassus noster me de hoc libro celauit.  
¶ CELO etiam datiuo gaudet, maxime voce passiva.  
Hirc. de bel. Afr. Alij multo grauius extimescerent casum, quod celari  
Alexandrinis non possent in apparanda fuga.

De V. Admoneo, Comoneo, &c. cum præp. DE. ¶ Schol. 16.

**A**Dmoneo. Cic. ad Treb. l. 7. Vt ego quoque aliquid te admoneā de vestris cau-  
tionibus. ¶ Commoneo. Idem 3. de Or. De ijs te, si quis me forte locus ad-  
monuerit, commonebo. ¶ Doceo frequenter præp. DE, recipit. Cic. 2. de Orat.  
So'eo dare operam, vt de sua quisque re me ipse doceat. Idem pro D. sua. De reb; &  
diuinis collegium docere. ¶ Edoceo. Sall. Catil. Inssus à consule [L. Tarquini] s.  
que sciret edicere, eadem ferē, que Vulturinus, de cede bonorum Senatū edocet et.

Rrr

Celo.

¶ **Celo** frequentissime hoc modo constructur. Idē pro Deior. De armis, de ferro, de insidijs tecelare voluit. Et Verr. 6. Dixit Philarchus pro testimonio, se cupisse te celare de pbaleris. Hęc celata me sūt, pro Ego hęc celatus sū, videtur dixisse Plaut. Pseud. quod vel Archaismos est, vt Me pro Mihi dictum sit: aut accus. rei vocis actiue accusatiuo personę permutatus est in passiuā. Illud verò Terent. Phorm. Si hoc celetur patri in metū sum, frustra iactatur à Grāmaticis, cū datiuus Patri, eo loco non sit, sic enim ait Act. 5. scen. 4. Quin si hoc celetur in metū: sin patefit, in probro sim.

## Ablatiuus præter accusatiuum.

**Induo**, & **Inferno** cum **Calceo**, **Vestio**, **Cingo**,  
**Exluo**, **Sextum** adhibent **Quarto**: **Succingere**, & **Orno**  
**Præcingo**, cum **Exorno** **Tego**: iungatur **Amictus**.

**Induo**, **Inferno**, & cætera **ablatiuum præter accusatiuum** sibi **asciscunt**.  
Cic. 2. de Nat. Oculos natura membranis tenuissimis vestiuit, & sepsit. 11  
Ibid. 3. Diligentius vrbem religione, quàm ipsi mœnibus cingitis.  
De V. **Induo**, **Exluo**, & **limbibus**, præter **accusatiuum**,

exigentibus **ablatiuum** ¶ Schol. 17.

**Induo**. Auct. ad Her. 4. Cum citharædus prodierit palla inaurata indutus. Liu.  
bel. Pun. 7. Nec antè abscissum est, quàm castris quoque exsuerunt hostem. 11  
**Induo præter accus.** datiuum etiā admitterit, vel **ablatiuum**, de quibus infra Sch. 22.  
¶ **Inferno**. Plin. lib. 8. cap. 42. Neminem hic alium, quàm Alexandrum, regio in-  
stratus ornatu, recepit in seicem. ¶ **Calceo**. Idem lib. 7. cap. 20. Nos quo-  
que vidimus Athanæum nomine, prodigiose ostentationis, quingenario thorace  
plumbeo indutum, cothurnis quingentorum pondō calceatum, per scenam in-  
gredi. ¶ **Cingo**. Liu. ab Vrb. 7. Hispanico cingitur gladio. ¶ His similia, sunt  
**Conuestio**, **Amicio**, **Orno**, **Tego**, **Accingo**, **Præcingo**, **Succingo**. Cic. pro  
D. sua, Ergo eius domum euersam, duobus lucis conuesti: a videtis. ¶ **Amicio**. Idem  
Philip. 2. Sedebat in Rostris collega tuus, amictus toga purpurea. ¶ **Succingo**. Plin.  
Paneg. Frustrā se terrore succinxerit, qui septus cbaritate non fuerit. Liu. bel. Pun. 30  
3. Toga reiecta ab humero latus succinctū gladio nudat. ¶ **Præcingo**. Ou. Trist. 2. Et  
latro, & cautus præcingitur ens viator. Incingo Idē M. 7. Has vbi verbenis, syluamq;  
incinxit agresti ¶ **Nondum hæc verba**, quod meminere, legi apud Veteres cum du-  
obus accusatiuis iuncta voce actiua: passiuā quidem apud Historicos maximè, & Poë-  
tas reperiuntur. ¶ **Induo**. Curt. lib. 10. Itaque reuocatus, vestem fratris eam ipsam, 31  
quæ in sella erat, induitur. Suet. in Ner. c. 51. Plerumque synthesim indutus. Virg. 2.  
Æn. Androgei galeam, clypei que insigne decorum Induitur. — Senec. Herc. Oer.  
Nondum teneras vestite genas. Quid si hæc more Græcorū dicta sunt: cuiusmodi  
est illud Virg. 2. Æn. Perfusus sanie vittas, atroq; veneno. Nisi forte quis di-  
cat, apud priscos geminum accusatiuum etiā habuisse. ¶ **Excalceo**, **Discalceo**,  
**Discalcingo**, **nondum** cum **accusatiuo**, & **ablatiuo** iuncta inueni.

Impleo,

**Impleo**, siue **Onero**, seu **Libero**: verbaq; sensus  
**Huius**, & oppositi. Priuandi plurima **Sextum**  
Cum **Quarto** accipiunt vt **Pellere** finibus hostem:

¶ **Item verba Implendi, Onerandi, Liberandi & his contraria vt Impleo, Com-  
pleo, Euerto, Exhaurio: Onero, Opprimo, Releuo, Exonero: Libero. Soluo, Im-  
plico, Illaqueo. ¶ Multa præterea Priuandi, vt Priuo, Prohibeo, Fraudo.  
Liu. bel. Mac. 6. Nicander impleuit expectatione noua multitudinem.  
Cic. Philip. 2. Omnibus eum contumelijs onerasti.  
Idem in Catil. 1. Magno me metu liberabis, dummodo inter me atq; te murus  
interfit. Idem in Verr. 6. Appollonium omni argento spoliasti.  
Idem ad Attic. lib. 9. Aegritudo me somno priuat.**

De verbis **Implendi, Onerandi, & alijs.** ¶ Schol. 18.

**Huius classis sunt Impleo, Compleo, Expleo, Oppleo, Repleo, Suppleo, Satio,  
Saturio, Farcio, Cúmulo, Augeo, Doto, Dito, Locupletio, Obruo.**  
¶ **Onero, Grauo, Preme, Opprimo, Leuo, Releuo, Laxo, Relaxo, Desolo, Exonero,  
Exhaurio, Exinatio, Exarmo, Desero, Destituo, Nudo, Compilo, Spolio, Exspolio, Va-  
cuesfacio, Vasto, Orbo, Euerto. ¶ Libero, Soluo, Exsoluo, Expedio, Alligo,  
Obligo, Afringo, Obstringo, Impedio, Implico, Irretio, Illaqueo. ¶ Priuo, Absti-  
neo, Fraudo, Defraudo, Prohibeo, Vello, Abdico. ¶ Item Afficio, Muneror, Remune-  
ro, vel Remuneror, Dignor, Prosequor. ¶ Quoniam verò non facile tyrones, que sint  
Implendi, Onerandi, Liberandi, & Contraria: nec itidē que Priuandi sint verba per-  
cipiunt, si tantisper à significatione cōmuni cuiusque propositi verbi significatio de-  
flectit, rursus & hic discipulorum imbecillitati, si Ludimagistro videbitur, his carmi-  
nibus subueniendum. ¶ Sic Repleo, satio, cúmulo, premo, farcio, soluo, —  
Exonero, viduo, Saturio, priuo, obruo, fraudo. — Oppleo, desituo, prohibeo, irretio,  
multo — Alligo, & impedio, cum absoluo exhaurio, nudo, — Alleuo, & exspolio,  
locup'eto, refarcio, doto, — Opprimo, defraudo, spolio, laxo, arguo pello, —  
Abstineo, euerto, illaqueo, doto, expleo, vasto, — Obligo, & adstringo, releuo,  
grauat, implicat, orbo, — Abdico, desolo, exbrædo, emurgo, relaxo, —  
¶ **Suppleo, & Obstringo: natum Ex, & Inantio verbum, — Vindico, Participo,  
communio, muto, repenso, — Permutuo, afficio, compenso, remunero, dignor, —  
Muneror, & penso, commuto, & prosequor: vltra, — Complex cum Quarto Pa-  
triu, velut, Impleo, sumpsit. —**  
¶ **Expleo**. Cic. de Vitiuer. vite, Cum constituisset Deus bonis omnibus expleri mun-  
dum, mali nihil admiscere quo ad natura pateretur. ¶ **Oppleo**. Sueton. in Vesp.  
cap. 5. Cum Æthiæ, propter curam verrendis vijs non adhibitam, tuto iussisset op-  
pleri, &c. ¶ **Dito**. Colum. l. 3. c. 9. Natura quasque terras numeribus proprijs di-  
tauit. ¶ **Desero**. Liu. ad Vrb. 3. Cum per omnia non modo præsidijs deserta, sed  
etiam cultu agresti transirent. Sil. lib. 8. Iliaco postquam deserta est hospite Dido.  
Sic Liu. loqui videtur bel. Pun. 8. Ad hæc nos etiam deserti ab socijs, viribus nostris**

inlute Romano stetit. ¶ Desolo. Sueton. in Calig. Desolata, desolataq; praesidijs  
 aula. Stat. Theb. 9. — desolatumq; magistro Agmen. — Idem lib. 10. — ma-  
 gnis loca desolata tuentur Regibus haud lati. — Cum genit. effertur hoc parti-  
 cipium à Sil. lib. 8. — desolataq; virorum Eridani gentis. — Desoluto.  
 Colum. lib. 3. cap. 12. Rursus inuitiam siccitatem destituere plantas dicit naturali ali-  
 mento. Curt. l. 4. praepositionem addidit. Non tamen desecere animis Tyrj, quamquã  
 ab ingenti spe destituti erant. ¶ Exinaurio. Cic. in Pis. Quae ciuitates non solum bonis  
 sunt exhaustae, sed etiam contumelias subierunt. Stat. Sylu. 3. — flammae diri  
 Montis hiems trepidas exhaustis ciuibus vrbes. Sic Lucret. lib. 6. — exhaustis ci-  
 uibus vrbes. ¶ Exinanio. Senec. epist. 109. Corpus exinanire sudoribus. Hirc.  
 bel. Afr. Regione in exinanire frumento. Sic Plin. lib. 18. c. 22. ¶ Exarimo. Sil. l. 1.  
 Nec non serpentes diro exarmare veneno Doctus Atyr. — ¶ Emungo. Terent.  
 Phorm. Emunxi argento senes. ¶ Exheredo. Gell. l. 1. c. 6. Parentes, si pergunt  
 liberi errare, bonis exheredant. ¶ Vacuefacio. Valer. M. lib. 2. c. 2. Hac turpis sen-  
 tina vacuefactus exercitus. Sic idem lib. 4. c. 1. Hirc. bel. Gall. 8. Proximum sua di-  
 gnitatis esse ducebat, adeo fines eius vastare ciuibus, edificijs, pecore, &c. Vrbẽ defen-  
 soribus vastare, Liu. bel. Pun. 3. Virg. Æn. 8. — latos vastant cultoribus agros.  
 ¶ Exonero. Liu. ab V. 2. Exonera ciuitate vano forsitan metu. Ibid. 10. Pari te cura  
 exonerat senatũ Consul is litera. ¶ Compilo. Idem dec. 5. l. 3. Tẽpla omnibus orna-  
 mentis copilata, spoliataq;. ¶ Libero. Cic. in Catil. 1. Magno me metu liberabis,  
 &c. Senec. 6. de Ben. c. 13. Nihil detebis mihi, cum te à seruitute, ac vinculis libera-  
 uero? ¶ Obstringo. Cic. 2. Off. Numquid se obstringit scelere, si quis tyrannum oc-  
 cidit? ¶ Soluo. Plin. Paneg. Nerua sanxit, vt in paternis bonis liberi necessitate vi-  
 gesime soluerentur. Naues è portu soluere, reperies apud idoneos auctores. Admit-  
 tit etiam praepositionem A, vel Ab, sicut & Exsoluo, Expedio, Abstineo, Nu-  
 do. ¶ Vindico. Cic. ad Att. 16. Non modo versura, verum etiam venditione, si ita  
 res coget, nos vindicabis. Hoc est Liberabis. Curt. lib. 9. Itaque fame dumtaxat vin-  
 dicatus exercitus, &c. Idem lib. 3. Populator terrae, quam populationibus vindicare  
 debuerat, &c. Hoc loco praepositionem, A, quibusdam libris antepositam video,  
 quam etiam admittit interdum. ¶ Abdico me pratura, consulatu, magistra-  
 tu, passim inuenias. Abdicare se à diuitijs, dixit Solin. c. 44. Nullus ibi habendi  
 amor, adiuuans paupertate se abdicarent voluntaria. ¶ Vita abdicare. Plin. l. 33. c. 1.  
 Vtinam possit è vita in totum abdicari aurum, sacra famas, vt celeberrimi auctores  
 dixerunt. ¶ Fraudo. Idem l. 25. c. 1. Fraudare vitam alienis bonis. Val. l. 1. c. 1. Religi-  
 osi animi laude fraudandus non est. ¶ Priuo cum ablatiuo sine praepositione fre-  
 quens est, eamq; semper aspernatur. ¶ Prohibere obsidione patriam, Liu. bel.  
 Pun. 6. Prohibeo te aditu, domo, commeatu, fuga, &c. trita sunt. Cum datiuo:  
 Plant. Curcul. — Obsecro parentes ne meos mihi prohibeas. Sic idem in Mil.  
 Vlpian. Pandectar. 47. Vis ei prohibenda non est. Hirc. bel. Afr. Aditum aduersarijs  
 prohibebant. Cels. lib. 5. cap. 26. Si varicula intus est, quae his [vulcerum oris] sanari  
 prohibeat, excelsa est. ¶ Huc videtur spectare Circumuenio. Cic. pro Cluent.

Innocentia

Innocentem pecunia circumuentum. ¶ Superiobus addi possunt quaedam alia.  
 ¶ Afficio. Curt. lib. 4. Quos captiuos Perja vario suppliciorum modo affecerant.  
 Meli. lib. 3. c. 7. Immanes & serpentes aliqui, vt deprautes morfu, atq; ambitu affi-  
 ciant. ¶ Penso. Curt. lib. 8. Exiguã thuris in pensa tanta beneficia pensaturi.  
 lib. 5. Partaq; cum amissis impensa pensabant. Sic Colum. lib. 8. c. 8. Oblectan-  
 tiam graui aere, & argento pensare. Quid item Met 5. — pensa; hoc vulne-  
 re vulnus. & Trist. 3. — vt munus munere penset. Adhibetur etiam praep.  
 Colum. lib. 1. praem. Industria dominorum cum ignorantia detrimentis multa pen-  
 saret. Sic Claud. in 6. Honorij Consulatu, — laudem cum crimine pensat.  
 ¶ Compenso. Valer. lib. 1. c. 2. Lento gradu ad vendictam sui diuina pro-  
 cedit ira: tarditatemq; supplicij grauitate compestat. Varr. de Re rust. lib. 3.  
 c. 9. Breuitate reliqua compenso. Sic apud Cic. 5. de Fin. Curis & laboribus com-  
 pensare voluptatem, quae capitur ex discendo. ¶ Repenso. Colum. lib. 3. c. 2. In-  
 commodum repensant ruarum multitudine. ¶ Participo. Cic. 1. de Leg. Sequitur  
 igitur ad participandum alium alio, communicandumq; inter omnes, iustos esse fa-  
 ctos. Italegendum complures affirmant. Plaut. Milit. — non potuit, quia sermo-  
 ne suo aliquem familiarium participauerit. — Cum genitiuo in Cistell. continxit.  
 Seruum sui participabat censiliij. Praep. DE, post ablatiuum adhibuit idem in Mil.  
 Liu. praep. CVM, ab Vrb. 3. Lucritius Consul anni prioris suas laudes participare cum  
 Caesone, &c. Sic Iustin. c. 34. Participato cum eo regno, &c. ¶ Communico. Plaut.  
 Mil. Communicabo te semper mensa mea. Adhibita praep. CVM, frequentius effertur.  
 Cic. pro Cluent. Illo ipso tempore, illis Censoribus erant iudicia cum aequis i ordi-  
 ne communicata. Idem Verr. 2. Quae (crin. ina) cum his ciuitatibus Ferri communi-  
 cata sunt. In his datiuus communis videtur: aliquando verò videtur esse proprius. Caes.  
 bel. G. 7. Neque ijs petentibus ius redditur, neq; honos vllus comunicatur. Liu. bel. P.  
 2. Sibi comunicatum cum illo, sed non ademptum imperium est. ¶ Muto. Sall. Catil.  
 Nemo nisi victor pacis bellum mutauit. Plin. ad Fabat. lib. 8. Hunc nostrum dolorem  
 gaudio mutent. ¶ Comutato. Cic. pro Cluent. Qui ad perniciem innocentis fide-  
 dem suam pecunia conmutarit. Iustin. lib. 5. Tanta desperatio erat, vt Alcibiadem  
 duce Cãnone duce conmutarent. ¶ Permutare aliquid precio, aere, merce, &c. Plin.  
 l. 6. c. 31. Vt equos incolae talentis auri permutarent. Sic Curt. l. 4. ¶ Remuneror.  
 Colum. lib. 2. c. 2. Impensam coloni, laboremq; magno factu [solum pingue] remune-  
 ratur. Sic Munero, vel Muneror. Macrobi. l. 1. Satur. c. 7. Ianus, cum Saturnũ ex-  
 cepisset hospitio, regni eum societate muneravit. Cic. 2. de Inu. Aliud alij comodi ali-  
 quo adiucto incommodo muneratus est. Hor. Epod. ed. 11. Certantẽ & vnam purpure,  
 Qua muneretur te. — Reliquorũ exẽpla, quoniam vbiq; se se offerunt, praetermitti-  
 mus. ¶ Impleo etiã genit. adimitur. Cic. ad Papyr. Pat. l. 9. Ollam denariorum im-  
 plere. Liu. 1. ab Vrb. Adulescentem suae temeritatis implet. Idem l. 5. Multitudinem,  
 quae semper ferè regenti est similis, religionis iusta impleuit. Frequenter sic loquitur  
 Liu. sed ablatiuus resistatior est. Interdum ablatiuum habet cum praepositione  
 DE. Cic. Acadam. 2. Res ians vniversas profundam, de quibus vniciua impleta  
 sunt



sent, non à nostris solum, sed etiam à Crisippo. Mart. lib. 14. Hos nisi de sulua locu-  
lis implere moneta Non deset. — Nec hic Laurentij discrimen videtur locum  
habere. ¶ Compleo etiam cum genit. reperitur. Plaut. Menech. Parasitus, qui  
me complevit flagitij, & formidinis. Sic idem sepius. Cic. Verr. 7. Cum completus  
in mercatorum carcer esset, &c. Sil. l. 4. Atq; vrbe complet mæsti clamoris Imilce.

**Ablatiuus cum præpositione A, vel Ab,  
præter Accusatiuum.**

**P**ERcontandi Sextum habeant, & verba Petendi  
A, vel Ab, adiunctis post Quartum: Effragito, Quæso,  
Deprecor, Exposco, Rogo, Sciscitor, Oro, Requiro,  
Flagito, & Imploro, Scitor, Precor, Exigo, Posco,  
Obsecro, & Exoro, Repeto, Contendo, Reposco,  
Postulo, & Exquiro, Percontor, & Expeto, Quæro

**V**ERba Petendi & Percontandi, præter accusatiuum, serè ablatiuium  
cum præposit. A, vel Ab, postulant, vt Posco, Reposco, Peto, &c.  
Cic. ad Figul. lib. 4. Quid acta vita, quid studia à te flagitent, videbis.  
Idem in Verr. lib. 1. Nihil est minus ferendum, quam rationem ab altero  
vite reposcere eum, qui non possit sue reddere. Idem 2. de Orat.  
Quò facilius id à te exigam quod peto, nihil tibi à me postulati recusabo.  
Idem pro Sylla, Quam multorum vitam hic est à L. Sylla deprecatus?  
Auct. ad Her. l. 2. Ab aduersarijs percontabitur acusator, quid futurum sit.

**E**X etiam Percontor amat superaddere Sexto,  
Sciscitor, Exquiro, Scitor, Peto, Quæro, Requiro.

**F**X his Quæro, Requiro, Exquiro, Peto, Sciscitor, Percontor, præpositi-  
onem, Ex, etiam admittunt.  
Cic. in Vatin. Quæro illud etiam ex te, quod priuatus admisisti.  
Idem de Nat. deor. 1. Epicuri ex Velleio sciscisabatur sententiam.

De verbis Petendi, & Percontandi ¶ Schol. 19.

**V**ERba Petendi, Percontandi accusatiuum cum ablatiuium possunt: nonnulla eti-  
am duos accusatiuos admittunt, vt supra diximus. ¶ Posco. Cic. 6. in Verr.  
Non debebam ego abs te has literas poscere. ¶ Reposco. In eund. 5. Legem sibi ipsi  
indicunt, qui ab altero rationem vite reposcunt. ¶ Exposco. Liu. ab Vrb. 9. Mil-  
ites in prætorium opem ab ducibus exposcunt. Hirc. de bel. Alex. Nec verò fuit quis-  
quam, quin precibus, & votis victoriam à dijs immortal. non exposceret. ¶ Flagito.  
Cic. in Verr. 7. Flagitat abs te filiū. ¶ Effragito. In eund. 3. Accidit, cum iste à Cn.  
Dolabella Effragitasset vt se ad regem Nicomèdem mitteret. ¶ Postulo Idem ad  
App. lib. 3. Omnia volo à me & postules, & expectes. ¶ Deprecor. Idem pro Mut.  
Quæ deprecatus sum à dijs immortalibus, eadem precor ab istis dijs.

¶ Peto.

¶ Peto. Cic. ad Philip. lib. 13. A te autem pro veterere nostra necessitudine etiam atq;  
etiam peto, vt eius filius, qui in tua potestate sunt, mihi condoncs. Quidam sublata  
præp. locum hunc deprauarunt. Te autem pro veterere nostra necessitudine etiam atq;  
etiam peto, &c. Idem in Orat. Quæ quidem ipsa [iuris prudentia] auxilium ab elo-  
quentia sæpe peteret. ¶ Sic interdū Expeto, Repeto. Idem Verr. 1. Als te festeritū  
milles ex lege repeto. Terent. Phorin. Adolescens primū abs te hoc bona venia  
expeto. &c. ¶ Peto ex te etiam dicitur. Cic. ad Cn. lib. 15. Tantum ex te peto, quod  
amicissimè scribis, vt &c. Peto de te rarissimum. Plaut. Epid. Malè morigerus mihi  
est danista, qui de me argentum non petit. ¶ Contendo. Cic. ad Cass. lib. 15. Hoc  
à te ita contendo, vt in eo fortunæ meas positas putem. ¶ Exigo. Idem de Leg. 1.  
Faciunt imperitè, qui in isto opusculo non vt à Pœta, sed vt à teste veritatem exi-  
gant. Sic legentium, non vt quidam iuniores detracta præpositione legunt.  
¶ Rogo etiam habet ablat. Idem ad Mem. lib. 13. Nunc à te illud primū rogabo,  
nequid inuitus mea causa facias. Sall. Jug. Ab Metello, petendi gratia, missionè rogat.  
¶ Interrogo à te non meminisse legis. Interrogo de te, dixit Quint. lib. 11. c. 3. Flau.  
Virginis interrogauit de quodam suo antiophiste, quot millia passuum declamasset.  
¶ Oro. Plaut. in prolog. Amph. Nunc hoc me orare à vobis iussit Iupiter  
¶ Obsecro. Idem in Bacch. Nunc si me fas est, obsecrare abs te pater. ¶ Exoro.  
Idem Trinum. — res quædam est, quam rolo Egomet abs te exorare. —  
¶ Supplico datiuum habet, vt suo loco diximus. ¶ Quæro. Cic. pro S. Rusc. Non  
quæro abs te, quare patrem Sex. Roscius occiderit. ¶ Requiro. Idem pro D. sua.  
Illud à te homine furioso requiro. Idem pro Cæl. Ex quibus requiram quoniam mo-  
do latuerint. ¶ Exquiro. Idem Att. lib. 7. Sed hæc non nimis exquiro à Grecis.  
Cum DE. Idem ad eund. lib. 13. De Varrone non sine causa tam diligenter exquiro.  
¶ Cum EX. Plaut. Capt. — si ex his quæ volo exquisiuero. Idem Stich. At ego ex te  
exquiro, atq; ex ista tua sorore. Cic. de Diu. l. 2. Cum ex te causam vniscuiusque  
diuinationis exquirere. ¶ Sciscitor. Idem 1. de Nat. Ab vtroque autem sciscitor,  
cur mandati adificatores repente exstiterint. Idem Att. 12. Quod ex ipso velim scisci-  
rere. ¶ Percontor. Cic. Acad. 1. Cum totum iter consumpsisset partim in percon-  
tando à peritis, &c. Idem de Clar. Cum Theophrastus percontaretur ex anicula:  
quædam, quanti illud venderet. ¶ Scitor eiusdem est nature. Ouid. 10. Metam.  
— scitatur ab ipsa, Nominibus dielis, cuius velit esse mariti. Horat. 1. Epist.  
Scitari libet ex ipso quodcūque refers. — Plaut. Capt. Secede huc, nā sunt quæ ex  
te solo scitari volo. ¶ Hæc quatuor Quæro, Scitor, Sciscitor, Percontor, cum  
ablat. habent personæ, serè membrum orationis loco accusatiui habent. ¶ Quæso  
ablat. etiam habet cum præp. A, vel Ab. Cic. Sulpitio lib. 11. Magnopere à te quæso  
vt eam voluntatem, &c. Idem pro Arch. Quæso à vobis vt in hac causa mihi detis  
hanc veniam. Qui casus vicissim migrat in accusatiuum. Cic. pro S. Rusc. Te quoque  
magnopere M. Fanniquæso, vt &c. ¶ Nonnulla huius classis, præter ea, quæ supra  
commemorauimus, interdum duplicem accusandi casum admittunt. ¶ Oro. Cic.  
ad Q. frat. lib. 1. Illud extremum te oro, & hortor. ¶ Hortor. Idem in Epist.  
ad Brutum

ad Brutum. Hortare idem per literas Cassium. Idem 3. de Orat. Aliud quiddam ma-  
 ius ingenia me hortantur vestra. ¶ Cohortor. Sallust. Jug. Pautā pro tempore,  
 milites cohortatus. ¶ Deprecor. Valer. Flac. lib. 8. — hoc superos, hoc te quoque  
 deprecor hospes. Seneca Nat. q. 1. 2. c. 33. Tertia pars expectat ad propitiandos deos,  
 quos bona rogare oportet, mala de precari. ¶ Percontor. Hor. Epist. 1. Forte me-  
 um si quis te percontabitur eum. Curt. 1. 5. Darius percontari Patrona causam  
 consilij cepit. ¶ Precor. Liu. bel. P. 6. Nihil iam maius precatus deos, quam ut, &c.  
 ¶ Oro. Ibid. lib. 8. Omnes auxilia regem orabant. Terent. Eun. — unum etiam  
 hoc vos oro, ut me in vestrum gregem recipiatis. Cic. Verr. 7. Idē postremum paren-  
 tes suos liberi orabant, ut &c. Suet. in Vesp. c. 16. Negata libertate, quam imperi-  
 um adeptum [bulbulcus] orabat. ¶ Exoro. Plaut. Capt. Vnum exorare vos finite  
 nos. Idem in Bacch. Hanc veniam illis te exorem sine. Ibid. — Satin' affir-  
 matum Quod mihi erat, id me exorat. Terent. Andr. Sine te hoc exorem. Ibid.  
 — iam me hoc voles patrē exorare. ¶ Obsecro. Idem Heaut. — nunc hoc te obse-  
 cro. Cic. pro Quint. Itaque te hoc obsecrat, ut &c. ¶ Percontor. Plaut. Pseud.  
 Sunt que te volumus percontari. Idē Aulul. Quæso, quod te percontabor, ne te id  
 pigeat proloqui. Liu. bel. M. 9. Dinócrates dicente esse, quæ percontari eum magi-  
 stratus vellent. ¶ Non statim existimabimus, si qua verba præter proprium accus.  
 admittant hos, Hoc, Illud, Istud, Id, idem, Quid, Quod, Aliquid, Nihil,  
 Multa, Vnum, atque ceteros id genus, posse etiam quosuis alios amittere: nā his  
 multo liberius, quā ceteris utuntur auctores. ¶ Terent. Heaut. Ego domi ero, si quid  
 me voles. ¶ Cic. Att. 6. Non quo me aliquid iuuare posses. ¶ Idem Eunuch. Id amabo  
 adīta me. ¶ Cels. lib. 6. c. 7. Iris quoque cum melle idem proficit. ¶ Liu. ab Vrb.  
 3. Consules nihil & plebis causa inclinati, otium domi, ac foris habuere. Item bel.  
 Mac. 7. Non gloriabor, eo quod nihil in vos deliquerim. ¶ & l. 9. Galli oppidum edifi-  
 cabant: id eos ut prohiberent, prætori mandatum est. ¶ Senec. de Ira lib. 3. c. 22. Cum  
 multa in deformitatem Antigonis iocarentur, &c. Cæcin. ad Cic. lib. 6. Qui multa  
 deos venerati sint contra eius salutem. ¶ Oro, Exoro, Obsecro, Obtestor, post  
 accusatum personæ, serē subiuuatum postulant, intercedente, ut. Cic. Attic. 11.  
 Itaque, ut facias, te obtestor atq; obsecro. Idē pro Mil. Quid restat, nisi ut orem, ob-  
 testorq; vos iudices, ut eam misericordiam tribuatis fortissimo viro, &c. Idem 2. de  
 Orat. Frater exorauit me ipsum, ut huc secum venire m. Ibid. Te exorabo profectū,  
 ut mihi tue suauitatis aliquid impertias.

**A** Vfero, & Accipio, Abstineo, Remouere, Latinos  
**A**, vel **Ab**, appositis post Quartum assumite casus.  
 ¶ Quos & multa volunt similes imitantia sensus.

**M** Vta præterea Auferendi, Accipiendi, Abstinenti, Remouendi, præter  
 accusatum, ablatiuum etiam cum præp. **A**, vel **Ab**, admittunt, ut Au-  
 fero, Abduco: Accipio, Reporto: Abstineo, Cobibeo, Amoueo, Remoueo.  
 Cic. pro D. sus, Clodius pecunias consulares à senatu abstulit.

Idem pro Flac. Præclarum à maioribus morem accepimus.

Idem de Fin. 2. Abstinet se ab iniuria.

Idem pro Mil. Clodij furorē hac dextra à ceruicibus vestris repuli.

**D** Cicimus etiam Fœneror, MVtuor abs te pecuniam.

Cic. Tusc. 2. A viris virtus est nomen mutuata.

De Verbis Auferendi, Accipiendi, & reliquis. ¶ Schol. 20.

- A** Vferendi verba sunt Aufero, Abduco, Abripio, Abstraho, Alieno, Abalieno,  
 Abrado, Auello, auoco, Decerpo, Deduco, Dehortor, Detraho, Distrabo, Diuel-  
 lo, Eripio, Furor, Haurio, Secerno, Surripio, Tollo. ¶ Accipiendi Accipio, Audio,  
 10 Colligo, Conduco, Emo, Fero, Mercor, Mutuor, Redimo, Reporto, Sumo.  
 ¶ Abstinenti, Abstineo, Cobibeo, Contineo, Prohibeo, Refreno. ¶ Remouendi  
 Amoueo, Absterreo, Arceo, Auerto, Deterreo, Dimoueo, Remoueo, Repello.  
 ¶ Quicarnine verba hæc auditoribus ediscenda tradiderit, ea post duos huius præ-  
 ceptionis versiculos apponat, & his, alijs ve magis appositis utatur.  
 15 ¶ His datur Auello, redimo, sumo, abstraho, furor, — Haurio, decerpo, reuoco,  
 secerno, reporto, — Fœneror, abripio, deterreo, distrabo, pello, —  
 Detraho, surripio, deduco, alieno, dehortor, — Eripio, abrado, cum abduco,  
 auerto, repello, — Audio, de pello, amoueo, cobibere, refreno, —  
 20 Auoco, dimoueo, conduco, absterreo; tollo, — Mutuor, atq; fero, diuello pio,  
 colligo, mercor, — Arceo, contineo. DE mercor, & audio rursum, —  
 Haurio, emo, accipio, redimo, remouere capessunt. —  
 ¶ Abalieno. Cic. Philip. 2. Gn. Pompeij voluntatem à me abalienabat oratio mea.  
 Liu. ab Vrb. 2. Quam [dextram] cum velut alienato ab sensu torreret animo.  
 ¶ Abduco. Cic. pro Flac. Hominem ab negotio abducere noluisse.  
 25 ¶ Abrado. Idem pro Cæc. Videt nihil se ab A. Cæc. posse abraderē. Hoc est per vim  
 auferre. ¶ Abripio. Idē de Or. 3. Repente te quasi quidam æstus ingenij tui procul à  
 terra abripuit. ¶ Absterreo. Idem Verr. 4. A pecunijs capiendis homines absterre-  
 re. Liu. ab Vrb. 2. Absterrendo singulos à concionibus consilijsq;  
 ¶ Abstineo. Cic. Philip. 2. Quale autem beneficium est, quod te abstineris à nefa-  
 30 rio scelere. Idem 1. de Orat. Ab alienis manus abstinete. ¶ Abstraho. Idem de Se-  
 nec. A rebus gerendis senectus abstrahit. ¶ Accipio. Plaut. Pseud. Ab eo argen-  
 tum accipies. Cæs. bel. Gall. 5. Respondit non esse consuetudinem P. R. ab hoste ar-  
 mato conditionem accipere. ¶ Alieno. Cic. ad Att. 1. Mirum in modum omnes à se  
 bonos alienauit. ¶ Amoueo. Idem de Arusp. R. Quæstorem à sua procuracione Se-  
 35 natus amouit. Liu. ab Vrb. 4. Non ab se magis emixē amouens culpam.  
 ¶ Arceo. Cic. Philip. 11. Brutus Antonium in Galliam inuadentem à progressu ar-  
 cuit. Idem Parad. 3. Quæ vis enim, quæ magis arceat homines ab impietate?  
 ¶ Audio. Idem de Senec. Sæpe à maioribus natu audiui. ¶ Auello. Terent. Eun.  
 Credo ei placere [ris] hoc sperat se à me auellere. ¶ Auerto. Cæs. bel. Ciu. 1. Pō-  
 peius totum se ab amicitia eius auerterat. Cic. 1. de Nat. Ites auerterunt pestem ab  
 Ægypto. ¶ Aufero. Terent. Phorm. Ego minus triginta per fallacia ab illo

abstuli. *Auferre responsum ab alio, Cic. 1. de Orat. & Auoco. Idem 1. de Div. Rarum est genus eorum, qui se à corpore auocent. & Cohibeo Plaut. Trin. Qui ab alieno Faciliè cohiberent manus. — Cic. pro L. Man. Se à pecunijs sociorum cohibere. & Co. Itgo Liu. bel. Mac. 8. Stipem à tyrannus colligens. Auct. ad Heren. Ab auditorum persona beneuolentia colligetur. & Conduco. Digest. lib. 19 Tit. de Locato & Cond. L. 8. Tantumdemq; consequatur, quantum p. estare debeat is, qui à se conduxit. Sic Labeo ibid. L. 60. & Contineo. Cic. in Verr. 7. à presentis supplicio tuo se continuit populus Ro. Idem 1. Catil. Quorum ego vix abs te man. ac tela contineo. & Deduco. Idem Verr. 6. Videamus, quanta ista pecunia sit quæ potuerit Heium ab humanitate, à pietate, ab religione deducere. & Dehortor. pro Dissuadeo. Auct. ad Her. 3. Partes sunt virtutis amplificandæ si suadetim; attenuandæ, si ab his dehortabimur. Subaudi populum, vel quid simile. Cum eadem præp legitur apud Sall. & Depello. Liu. ab V. 6. Vidistis in vincula duci eum, qui à singulis vobis vincula depulerim. & Deterreo. Cic. ad Brut. Nulla re deterreni à proposito potest. & apud eumd. Deterrene ab studijs, à scribendo, à bello faciendo, & similia. & Detraho Idè de Arusp. R. Sacerdotè ab aris detraxisti. Detrahre aliq; ab inuidia, apud eumd. ad Metell. lib. 5. & Dimoueo. Idem pro Dom. sua. Similis à Rep. labe in posterum dimouebatur. Plin. lib. 36. c. 10. Tellure à suo centro dimota. & Distraho. Cn. Pomp. in Ep. ad Att. 8. Antequam copia, quas constituit Caesar contrahere, nos à nobis distrabant. Sic Terent. in Hecyra. & Diuello. Cic. pro Planc. Nemo erit, qui à me mei seruatorem capitis diuellat. Sic idem lib. 1. de Fin. & Emo. Vlpian. ff. lib. 5. Si à furioso emero, pro possessore possideo. & Eripio. Idem ad Dol. lib. 9. Eripere se à miseria. Filium à morte eripere, idem 2. de Div. Sic Hor. 4. Carm. od. 8. & Fero. Cic. in Catil. Cum à me quoque, id responsum tulisses, &c. & Furor apud eundem ad Astic. lib. 11. inuenies cum præpositione Abs. & Haurio Cic. Acad. 1. Ea potius à fontibus haurians, quam riuiulos consectentur. & Mercor. Idem Off. 1. Sordidi putantur, qui mercantur à mercatoribus, quod statim vendant. & Mutuor. Cic. de Fat. Orator subtilitatem ab Academia mutuatur. Papin. Pandect. lib. 14. Seruus alienus numos à Titio mutuatus mihi dedit. Sic Mutuo apud Valer. M. lib. 6. c. 2. de quo supra, Schol. 11. & Prohibeo. Sall. Jug. Ita prohibendo à delictis magis, quam vindicando exercitum confirmant. & Redimo. Plaut. sin. Redime istoc beneficio te ab hoc. & Cic. pro Mil. Pecunia se palam [Clodius] à iudicibus redemerat. & Refreno. Idem Philip. 11. Brutus Antonium à reditu refrenauit. Idem pro Cæl. Magno ingenio adolescentes refrenandi potius à gloria, quam incitandi fuerunt. & Remoueo. Cic. 1. Offic. Multi à negotijs publicis se remouerunt. Ab alio se remouere, Hoc est Alienare apud eumd. ad Astic. 4. & Repello. Idem ad Brut. Seruitutem à cernicibus tuis repulisti. Apud eumd. pro D. sua. Homines audaces à templi aditu repellere. & Reporto Cic. pro L. Manil. Ita vestri eum illo rege contenderunt Imperatores, vt ab illo insignia victoriae, non victori in reportarent. & Reuoco. Idem 2. de Leg. Quam multos supplicij necis à scelere reuocari. & Secerno. Idem in Catil. 1. Secedant improbi, secernant se à bonis.*

bonis. Sic idem Tusc. 1. & Sumo. Terent. Adelp. A me argentum, quanti est, sumo. Sic Plaut. in Pseud. & Surripio. Idem Menach. Surripit hoie ab Hypolita futeingulum. & Sollo. Cic. pro Quint. Tollitur ab atrijs Licinij, atq; à præconum consessu Nauis. Idem Tusc. 5. Vites neque se tollere à terra alius possint. Virg. 8. — solio se tollit ab alto. & Quadam etiam præpositionem DE, Ex, & E, admittunt. & Accipio. Cic. Att. 1. Quas [res] dolo malo mancipio acceptij de Varro diceret. & Audio. Idem lib. 3. de Or. Equidem sepe hoc audiui de patre, & socio ro meo. & Mercor. Idem pro Flac. Is fundum Romæ mercatus est de pupillo. & Emo. Idem pro Sex. Rosc. Bona huius de L. Sylla duobus millibus nummum se se emisse dicit Chryzogonus. & Redimo. Idem de Clar. Or. Qua [societas] pecuaria de censoribus redemisset. & Conduco. Idem de Diuin. l. 2. Keen prior, qui caluantiã illam de Torquato conduxerat faciendam, &c. & Haurio. Idem de Clar. Orat. Si is portare vellet, de dolio sibi hauriendum putet. & Remoueo. Idem Verr. 4. Remouendas de medio literas censuerunt.

**E**X adhibere potest post Quartum Intelligo: iunges  
Coniicio cum Agnosco, Scio, Cognoscere, Disco.

**I**ntelligendi verba præpositionem, Ex, recipiunt, vt Intelligo Cognosco, &c.  
Quæ interdum imitantur nonnulla ex ijs, quæ modo commemorauimus, vt  
Auello, Expello, Eijcio, Eripio.

Cic. ad Cæl. lib. 2. Ea certissima putabo, quæ ex te cognouero.  
Idem de Senect. Poma ex arboribus, si cruda sunt, vi auelluntur.

De V. Intelligendi cum præposit. DE, & quibusdam alijs  
cum præposit. Ex. Schol. 21.

**I**ntelligendi quædam alijs etiam præp. copulantur. & Cognosco. Cic. de Fin. 4.  
35 Qui [Stoici] sentirent ea, quæ ab hoc Polémone Zeno cognouerat. Idem Att. 12.  
Id de Marcello sciri potest. & Disco. Idem 1. de Orat. Te hominem peritissimum  
in ijs rebus, quas abs te didiceris, discendi arte superabit. Plaut. Pænul. — de te  
quidem hæc didici omnia. Terent. Eun. — cepit me obsecrare, vt sibi liceret discere  
id de me. & Ex ijs, quæ modo commemorauimus, maximè quæ à præpositione,  
40 Ex, vel E, vel DE, componuntur, vt Exhaurio, Exigo, Expello, Extraho, Eijcio,  
Emitto, Eripio, Deduco, Detraho, præpositionem ipsam repetunt.  
& Exhaurio. Cic. in Catil. 1. Exhaurietur ex Vrbe tuorum comitum perniciofa sentina  
Reip. & Exigo. Idem 1. de Orat. Neq; reges ex hac ciuitate exigì potuisse.  
& Expello. In Kull. 2. Expelli pletem ex agris. & Repello. Idem pro Flac. Qui  
45 Catilinam ex Vrbe repulit. & Extraho. Terent. Hecy. — nescis Pärmeno  
— ex quanta arumna me extraxeris. & Eijcio. Pro Sest. Ciues à ciuitate eijciebantur.  
& Emitto. Ibid. Sicarijs à carcere emissis. & Eripio Philip. 9. Sulpitius  
subito ereptus à causa totam legationem orbam reliquit. & Deduco, Deijcio.  
Verr. 2. Fecit, vt cuius diuitie me de fide deducere non potuissent, ne eiusdem pecunijs  
de honore deiceret. & Detraho. Acad. 2. Ne quid de opera publica detrahatur.

## Varia constructio.

**A** Vello, Eripio cum Surripit, Aufero, Furor  
A, vel ab, & Sextum, vel Ternum adiungite Quarto.

**Q**Uædam modo datiuum, modo ablatiuum cum præpositione habent,  
præter accusatiuum, vt Furor Abalieno, &c.  
† Cic. Att. 2. Ego si tuum [librum], antè legissem, furatum me abs te esse diceres.  
cuius Idem Offic. 2. Qui eorum, qui vna latrocinantur, furatur aliquid, aut clam  
eripit, ne in latrocinio quidem sibi locum relinquit.

**I** Nduo, Conspergo, Intercludo, Impertio, Dono,  
Et Spargo, Aspergo post Quartum adiuncta videbis  
Aut Terno, aut nudo gradui coniuncta Latino.

**I** Nduo, Dono, & cæ. datiuum, vel ablatiuum sine præpositione habent.  
Cic. pro Rosc. Non pauca suis adiutoribus largè, effuseq; donabat.  
Cæs. bel. Ciu. 3. Cohortem duplici stipendio donauit.

De verbis variæ constructionis.

¶ Schol. 21.

**I** Nduo, sæpissimè cum datiuo coniungitur. Cic. 2. de Fin. Ex eius spolijs sibi & cor-  
quem, & cognomen induit. Liu. 3. ab V. Nouum sibi ingenium induerat. Sic Plin.  
lib. 33. c. 1. & 11. Idem lib. 7. c. 20. Vidimus Athanatum thorace plumbeo indutum.  
¶ Exluo interdum eumd. casum habet. Ouid. M. 7. — iam dudum vincula pug-  
nat Exsuere ipse sibi. — Idem Epist. 13. Exsuet & reduci galeam. —  
¶ Impertio. Cic. pro Plan. Oneris mei partem nemini impertio, glorie bonis om-  
nibus. Liu. bel. Pun. 7. Alijs impertiebat gaudium suum. Terent. Adelph. Sed cesso  
beram hoc malo impertire. ¶ Spargo. Cic. Philip. 3. Numos populo spargere sole-  
bat. Horat. Car. 3. od. 15. — stellis nebulam spargere. Valer. l. 1. c. 1. Extæ sarre  
sparguntur. Plin. lib. 13. c. 3. Spargi parietes vnguento. ¶ Aspergo. Cic. pro Mur.  
Si illius comitatem, & facilitatem tuæ grauitati, seueritatiq; asperferis. Idem pro  
Planc. Hunc tuæ vitæ splendorem maculis aspergis istis. ¶ Conspergo. Ibid. Cum  
hic in me incidit complexus est. consperisitq; lacrymis. Colum. lib. 8. cap. 7. Recente  
aqua farinam conspergunt. Et lib. 6. c. 17. Aquamulsa triticeæ farinæ conspergitur.  
¶ Inspergo. Cato. c. 65. Eam oleam si voles, sale inspergito. Plin. lib. 12. c. 17. Folia  
[brutæ arboris] inspergere potionibus. ¶ Intercludo. Cæs. l. bel. Gal. Eo consilio,  
vri frumento, commeatuq; Casarem intercluderet. Liu. bel. Pun. 6. Spem commeatus  
quoq; hostibus interclusuri. Additur aliquando præp. A, vel Ab. Cic. Attic. 7. Ille à  
commeatu, & reliquis copijs intercludendus. Cæs. bel. Ciuil. 1. Ab oppido, & ponte,  
& cōmeatu omni se interclusurum aduersarios confidebat. ¶ Superioribus accedunt  
Abalieno Alieno. Assuefacio, Circumdo, Defendo, Auerto, Arceo. ¶ Abalieno  
præpositionem repetere ostensum est Schol. 20. Datiuo odiuinxit. Liu. ab Vrb. 3. Insi-  
dos colonos Romanis abalienauit. ¶ Alieno cum præp. A, vel Ab, frequētius dicitur.  
Cum datiuo Vlp. l. 2. Quoties, de Hæred. inst. Auberi adire ab eo potest, cui alienatus

est.

¶ Justin. lib. 6. Regem Tyssaferni alienatum horatur. ¶ Assuefacio. Liu. bel.  
Mac. 1. Assuefacite ijs terris legiones. Plin. lib. 10. c. 43. Is [cornus] maturè sermone  
assuefactus. Tiberium nominatim salutabat. Sic Valer. lib. 8. cap. 7. & Tacit. lib. 12.  
Datius hic effertur etiam per ablatiuum. Cic. de Orat. lib. 3. Quorum sermone as-  
suefacti, quierunt, &c. Cæs. bel. Ciuil. Genere quodam pugne assuefacti.  
¶ Circumdo. Liu. dec. 5. lib. 1. Murum circumdatum vrbi est pollicitus. Idem ab  
Vrb. 1. Aggere, & fossis, & muro Vrbem circumdat. Suet. in Vitel. c. 16. Zona se au-  
reorum plena circumdedit. ¶ Defendo. Virg. eclog. 7. Huc mihi dum teneras de-  
fendo à frigore myrtos. Sic Colum. lib. 11. c. 2. Prata à pecore sunt defendenda.  
¶ Pall. l. 3. Tit. 16. Gregem à frigore defendere. Gell. lib. 9. c. 1. Milites à pinnis bo-  
stes defendebant. id est, Arcebant, & propulsabant. Cum datiuo. Plaut. Mostel. Heus  
ecquis hic est, maximam qui his iniuriam Foribus defendat? — Horat. Car. 1.  
od. 17. — & igneam Defendit æstatem capellis. Virg. Eclog. 7. Solstitium  
pecori defendite: iam venit æstas Torrida. — ¶ Auerto. Colum. lib. 6. c. 37. Ne  
ascendenti auertere se possit. Virg. Æneid. 9. Quis deus ò Musa tam sua incendia  
Teucris Auertit? — Sil. lib. 9. — auerte populis Laurentibus arma. Sic Stat.  
Syl. lib. 5. — timidèq; auertere Cerberon vmbra. Cum ablat. & præp. A, vel Ab,  
crebrum est. Detrahta præp figuratè vsurpatur à Pœtis. Virg. Æn. 1. Nec posse  
Italia Teucrorum auertere gentem? ¶ Arceo cum ablat. & præp. A, vel Ab,  
frequens est, vt Pœnis Arcere homines ab iniuria, Arcere hostem à manibus vrbis,  
&c. De quo iam supra Sch. 20. Et sine præp. vt Arcere aliquem aditu, reditu, sacris  
progressu. Aut cum solo accusatiuo, vt Arcere vim, aquam, pluiuiam, &c. Additur, &  
datiu. cū accus. sed rarè. Virg. 3. G. Hunc quoq; (nam medijs feruoribus acrior instat)  
Arcebis grauido pecori. — ¶ vsurpantur itidem Metuo, Timeo, Horreo in eod.  
sensu: & si qua sunt eorum similia. ¶ Caueo. Cato de Re rust. c. 5. Scabiem pecori,  
& iumentis caneo. Plin. lib. 18. c. 33. Hunc ventum caueat insitor calamis, gemmisq;  
inoculator. ¶ Metuo. Plaut. Asin. Profectò nemo est, quem iam dehinc metuam  
mibi. Colum. l. 9. c. 7. Omnè motū imbecillis cereis operibus suis [apes] tamquam ru-  
inum metuunt. Plin. l. 18. c. 29. Tria tempora fructibus metuebant. Sic Auct. ad Her.  
A quo sibi periculū metuebat. & Virg. G. 4. Vtraque ris apibus pariter metueda. —  
¶ Timeo. Liu. ab V. 4. Famè cultoribus agrorū timentes, &c. Plin. l. 14. c. 16. Dant  
egris, quibus vini noxiam timent. Iuuen. Sat. 6. — cum famè nemo timeret Cau-  
libus, aut pomis, & apertor viueret horto. ¶ Horreo. Plin. Pan. Nemo iam parens  
filio nisi fragilitatis humana vices horret. Virg. G. 3. Nocturnū surem stabulis horre-  
re, dixit. ¶ Vereor variè vsurpatur. Terent. Phorm. Neg. huius sis veritus sæminæ  
primariæ. Pacu. teste Non. Nihil te populi veretur? Accius, Si tui veretur te proge-  
nitoris, cedo. Hes. omisso interrogandi casu, imitatus est Cic. 2. de Fin. Quos (inquit)  
non est veritum in ea voluptate summū bonum ponere. Cum dat. etiā coniungi pro-  
batū est supra de Neut. Verb. Constr. Schol. 13. Annona caritatem vereri apud Cæs.  
Inuentes. Ab aliquo supplicium vereri. Auct. ad Her. lib. 2. Illa vereor ne, vel vt ne,  
&c. ad Coniunctionis constructionem reijcimus.

## Verbum passiuum.

**A**, vel **Ab**, adijciunt Sexto Passiua fluendi  
Ex Recto Verbi, vnde fuit Partientis origo.

¶ **SEX**tus hic in dandi casum conuertitur aptè.

¶ **Migrat** & in Quartum, si **PER** sociantur eisdem.

**V**ERbum passiuum ablatiuum cum præpositione **A**, vel **Ab**, postulat post se, qui ex nominatio verbi actiui fit. Ante se nominatiuum, qui fit ex accusatiuo, vt Ego diligenter lego tuum librum.

Cic. ad Cæcin. lib. 6. Liber tuus legitur à me diligenter.

¶ **At** in ijs, quæ duos habent accusatiuos, is tantum, qui personam significat, permutatur, vt Doceo te Grammaticam, Tu doceris à me Grammaticam.

**D**AN di casum pro ablatiuo etiam admittit.

Cic. Verr. 6. Res mihi tota præuisa, & præcauta est.

¶ **Interdum** accusatiuum addita præpositione **Per**.

Cic. ad Seruil. lib. 13. Sic fit, vt multi per me velint commendari.

De verb. Passiuorum constructione.

¶ Schol. r.

**V**ERba passiuæ nonnunquam dandi casum pro auferendi, more Græcorum admittunt: idq. frequentius apud Poetas Ouid. 3. de Pont. Quum toties eadem dicam vix audior vlti. Huc etiam spectat illud Ciceronis Tusc. 4. Cui non sunt audite Demosthenis vigiliae. & Acad. 2. Quibus de rebus, & alias sepe nobis & disputata sunt, &c. Idem de Clar. Orat. Auditis est nobis Læliæ Caij siue sepe sermo. In Catil. 2. Mihi, vt vrbis satis esset presidij, consultum atq. prouisum est. De Off. 3. Honesti enim bonis viris, non occulta queruntur. Idem Somn. Scip. Omnis enim terra, quæ colitur vobis, parua quedam insula est. Liu. ab Vrb. 1. Inde ad manum cantari histrionibus ceptum. Plin. lib. 32. c. 4. Articularios morbos sentientibus [succus testudinum] bibitur. Lib. 18. Proxim. Operæ nobis maior, quam fama gratia expetitur. Lib. 28. c. 29. Bibitur [lac bibulum] ab imbecillitate vires recolligentibus. Lib. 31. c. 10. Suffrisiosis in prisana sumitur. Lib. 6. cap. 19. Vita multis populis Indorum multipartita degitur. ¶ Interdum accusatiuum addita præpositione, **PER**. Colum. lib. 8. c. 2. Rustica per aucupem decipitur. Cic. ad Figul. lib. 4. Per me quondam, te socio, defensa Respub. Idem Attic. l. 9. Id assequetur, si per prætores consules creantur. Ad eund. 14. Nostri autem, quod per se ipsos confici potuit, gloriosissime consecerunt. Ad eund. l. 4. per me ista pedibus trahitur. Idem pro Clu. vtramque præconiunxit. Numquid aliud in illis iudicijs versatum est, præter hæc insidias Habito ab Oppiniaco per Fabricios factas. ¶ Cum actiua passiuæ permutantur, accusatiuus in nominatiuum migrat, vt Legi librum tuum, Liber tuus lectus est à me. Si verbum geminum accusatiuum postulet, mutabitur in nominatiuum, qui præstantior est: hoc est, qui personam significat, altero permanente. Doceo Antonium literas, Antonius decetur à me literas. Si verò vterque accusatiuus ad eand. rem spectet,

vterque

vterque in nominatiuum mutabitur, vt Creco Cæsarem consulem, Cæsar creatur à me consul. Nero vocatur Senecam magistrum, Seneca vocatur à Nerone magister.

¶ **Cæteri** casus integri manent. Cic. 6. in Verr. Quanti is à suis civibus fieret, quanti auctoritas eius haberetur, ignorabas. Cic. pro Cluent. Maiestatis absoluti sunt multi.

¶ **Idem** ad Octau. Nulla remedia, quæ vulnibus adhibentur, &c. Plin. lib. 33. c. 3. Etiam ne pedibus [curum] induitur? Plin. Cereali lib. 2. A te enim ratio exigitur. Cic. pro Rab. Posth. Demetrium affide ad corpus admetta, vitâ priuatum esse. Munes

isaque genitiuus, datiuus, ablatiuus verbi actiui, vt vides, nisi perturbetur sensus: quod fit, cum verbum actiuum ablatiuum adrectit personæ, vt Exigo à te rationem, aufero à te vestem, Accipio à te literas, Multa à te audiui, Peto à te veniam. Nam si dicas

Ratio exigitur à me à te, Vestis aufertur à me à te, Literæ accipiuntur à me à te, Multa audita sunt à me à te, Venia petitur à me à te: incertum est, quid tibi velis.

Quare in his, & similibus ita facienda est conuersio, vt ambiguitas tollatur. Per me vestis aufertur à te, vel tibi. Literæ mihi accipiuntur à te: vel Literæ tuæ accipiuntur à me. Multa mihi audita sunt à te. ¶ **Datiuum** verbi **INTER** dico mutans in accus.

¶ **Q**. Metellus apud Gell. lib. 17. c. 2. Illi verò omni iure, atq. honestate interdicti. Is verò Metellus castè, & purè locutus fuisse dicitur. Sic & ipse Gell. lib. 15. c. 11. Philo-

sophi, Domitiano imperante, Vrbe, & Italia interdicti sunt. ¶ **Præpositionem** **EX**, pro **A**, positam inuenies aliquando. Plaut. Bacch. Ex me quidem hodie nunquam fiet certior. Quint. lib. 6. c. 2. Ex pedagogo se vellicari respondit. **Adverbium** **VND**e,

vicè præpositionis interdum substituitur. Sall. Jug. Quamquam tibi immaturo, & vnde minimè decuit, vita erepta est. Cic. pro Mur. Quid in tam loquaciter litigioso responderet? vnde petebatur, non habebat. Et Verr. 3. Cum posita esset [pecunia] apud eas societates, vnde erat attributa. Id est, à quibus. ¶ **Ipsa** autem præpositio non-

nunquam omittitur. Ouid. epist. 10. Nam pater, & tellus in storo regnata parente.

¶ **Mela** lib. 3. c. 6. In Lusitania Erythia, quam Eryone habitata accepimus. Vide plura in Figurata Syntaxi, Schol. 6. vbi de participijs Genitiuus, Creatuus, &c. agitur.

¶ **Verba** impersonalia passiuæ.

## Verba Impersonalia passiuæ.

**V**ERba quibus tantum persona est tertia, leges

Passiuæ vocis retinent, & casus vterque

Nonnunquam manifestus ad est; & per se late siletur.

**S**YNT verba passiuæ, quæ tertia persona contenta sunt. Hæc passiuorum naturam imitantur: possunt enim ante se habere nominatiuum, vt Etas viuuntur, Prælium pugnatur. Ouid. Met. 12. — nunc tertia viuuntur ætas.

**P**ost se ablatiuum cum præp. **A**, vel **Ab**, vel datiuum pro ablatiuo seu accusatiuum cum præpositione, **Per**, exigunt. Cic. ad Amp. lib. 6. Nihil est à me in seruitutem temporis causa. Plaut. Amph. Illi est pugnata pugna.

Cic. Verr. 4. Confirmaat is curatiuum se ne quid per filium suum noceretur.

¶ **Interdum** vterque casus apparet, antecedens nuntiuum, & subsequens.

Sall. Jug. Prælium malè pugnatum ab suis regem terrebat.

Mars. lib. 13. — tota mihi dormitur hiems.

NONnunquam nominatiuus solum exprimitur. Hor. in Epod. od. 1. Libenter hoc, & omne militabitur Bellum in tua spem gratia.

39 Terque casus sepe numero tacetur. Plaut. in Pseud. Quid agitur? Statu hic ad hanc modum. Idem in Pers. Quid agitur? uiuitur. —

De verbis passiuis Impersonalibus. ¶ Schol. 2.

QVÆ Grammatici vocant, verba Impersonalia passiuæ vocis, appellat Varro Species declinatum, quæ tempora habent sine personis: cuius verba subiiciemus, quo res omnis perficiat fit. Quæ verba [inquit] tempora habent, neq; casus, sed habent personas, eorum declinatum species sunt sex, vna quæ dicitur Temporalis, vt Legebam, Gemebam, Lego, Meto: altera, Personarum vt Sero, Meto, Seris, Metis: tertia Rogandi, vt, Scribonè? Legonè? Scribisnè? Legisnè? quarta Respondendi, vt Ringo, Pingo, fingis, pingis: quinta optandi, vt dicerem, facerem, dicam, faciam: sexta Imperandi, vt Cape, Rape, Capito, Rapito. Vides, quemadmodum Varro appellet verba, quæ habent tempora, & personas, quæ hodie appellamus Personalia? Vides itidem, quemadmodum prima, & secunde personæ dumtaxat meminerit, propterea, quod propriè personæ dicantur? Audi, quæ sequuntur. Item sunt declinatum species quatuor, quæ tempora habent sine personis in rogando, vt Seritur ne? Ab respondendi specie eadem figura fiunt extremis syllabis demptis. Optandi species, vt Viuitur, Ametur, Viueretur, Amaretur. Imperandi declinatus sint ne, habet dubitationem: & earum sit ne hæc ratio, Paretur, Pugnetur. Et infiniti modi Parari, Pugnari.

¶ Quis non videt Varronem hominem suæ ætatis doctissimum, quæ hodie Impersonalia vocis passiuæ dicimus, appellasse declinationum species, seu verba, quæ habent tempora sine personis? Quis vnquam Sero, viuo, pugno, sereris, viueris, pugnaris dixit? Apollantur ergo verba, quæ habent tempora sine personis, siue [vt Iuniores loquuntur] Impersonalia, non quod sine patientibus personis à fronte expressis ferè legantur, sed quia personis priuantur. Cum audis personas, intellige, quæ principatum tenent. Idem sensit Phocas clarus Grammaticus. Sunt [inquit] verba, quæ in personis deficiunt, & Impersonalia dicuntur, vt Pudet, Tadet, &c. Neq; Donatus ab hac sententiâ alienus fuit, sum [inquit] quæ in T, literam exeunt, & Impersonalia dicuntur, vt Pudet, Tadet, Pœnitet, Libet, Oportet Sed hæc, & similia defectiua existimanda sunt. Merito hæc defectiua, siue mutila existimanda esse censet Donatus, vt pote quibus præcipue personæ deficiant. ¶ Ex hoc Varronis loco multa efficiuntur: primo, Actiua ista, quæ transeunt in accusatiuum tertiæ dumtaxat personæ, vt Sero, Meto, Passino, Aror, Rigo, & cetera eiusdem generis, cum passiuæ fiunt, esse huius ordinis: nisi quis rebus mutis vocem tribuat: vt si terra de agricolis conquesta dicat, Aror ab ingratis agricolis: si agricola terram sic alloquatur, Terra parens nostrum omnium, quam sepe à nobis araris? sed ad rem redeamus. Plaut. Epid. Mibi istic ne que seritur, neque mœsitur. Plin. lib. 18. cap. 3. Actus (vocabatur, in quo boues agerentur, vt cum aratur vno impetu iusto. Cic. Philip. 2. Ab hora tertiâ bibebatur, Indebatur,

Indebatur, vomebatur. Horum nominatiuus facile intelligi potest. Frumentum, Ager, Vinum Ludes. Ludere ludum, apud Terentium legitur. ¶ Deinde ab Amo, & similibus verbis, quæ in omnes personas transeunt, fieri Personalia, quod Veterum auctoritate probari potest. Plaut. Pseud. Quid agitur, Calidore? Ps. amatur, atq; egetur acriter. Hoc est dicere, Quid agis? amo, atque egeo. ¶ Ceterum ab his verbis tum demum fiunt Impersonalia, cum voce actiua absolutè ponuntur: quod verbis, Amo, Turbo, potissimum accidit. Terent. Adelph. Cur perdis adolescentem nobis? cur amat? Idem Andr. Meum gnatum rumor est amare. Ibidem, Omnes, qui amant, grauitè sibi dari uxorem serunt. Tacit. lib. 3. Si vna, altera ve ciuitas turbet. Idem 4. Cum repente turbare fortuna cœpit. Hic passiuum fit. Idem l. 1. Postquam turbatum in castris accepere, vexilla conuellunt. Terent. Eunucl. Nescio quid profectò, absente nobis, turbatum est domi. Ne te moueat nomen, Quid: ponitur enim hic, vt apud Cic. Philip. 2. Nescio quid conturbatus mihi esse videris. ¶ Verum, vt ad Plautum redeamus, dices, vbi est nominandi casus, vt riusque verbi

15 Amandi, & Egendi? Verbi Amandi, honestius tacetur, quàm exprimitur. Egendi, atq; ceterorum, quæ primo aspectu prorsus videntur absoluta, vsitatius, ornatiusq; supprimitur, quàm explicatur, vt in illo Mart. versiculo lib. 2. Non bene (crede mihi) seruo seruitur amico. Seruitus elegantius omittitur, quàm adhibetur, quàmuis aliquando actiuo adiungatur. Plaut. Milit. Nam ego iam diu apud hunc seruitutem seruo. Sic à Cic. cum in Verr. 7. dixit, Curritur ad prætorium; nominatiuus, Cursus, neglectus est, quàmuis verbo actiuo addiderit contra Rull. 2. Cur non eosdem cursus hoc tempore, quos L. Cotta, L. Torquato consulibus cucurrerunt? ¶ Vrges, Egendi verbum non eiusdem esse generis, nec enim dicimus, Egeo egestatem, vt Noceo noxam, Seruo seruitutem; qui enim diuitiarum flagrant cupidinè, non egent egestate, sed pecunia. Venit in mentem illud Quintilian, quo tibi satisfaciam: Ex quo mihi [inquit] inter virtutes Grammatici habebitur, aliqua nescire. ¶ Multa, quæ hodie sunt absoluta, aut neutra, apud priores fuere actiua. Turpilius apud Non: Meos parentes careo: Afranius apud eund. Malè merentur de nobis heri, qui nos tantopere indulgent in pueritia. Terent. Eunucl. Eijciunda hercle hæc mollities animi, nimis me indulgeo. Plaut. Stich. Posticam partem magis vtuntur ædium.

30 Idem Amph. Hominem ne congregiamur quæso. Ibid. Ante auspiciam commoratum est. Idem Pseud. Me nunc commoror, cum has fores non serio. Sic idem in Mercat. Colloquor ab eod. sepius accusandi casu vsurpatur. Iuuenal. Saty. 6. Græde Sophocleo carmen bacchamur hiatu. Stat. Theb. 3. — magnos cunctamur nata paratus. Valer. Flac. lib. 2. — cunctantem poplite gressus. Sic Gell. lib. 12. c. 5. Plin. lib. 29. c. 1. de Medicis, Nec dubium est istos animas nostras negociari. Idem lib. 11. c. 28. Paruosq; in ijs vermiculos foetus nidulantur. id est in nidulis pariunt.

31 ¶ Sic Euigilo, Festino, Propero, Appropero, Depropero, Propinquo, etiâ apud posteros. Ouid. 1. Trist. Aspicias illic positos ex ordine fratres, Quos studium cunctos euigilauit idè. Idem Met. 11. — tam, quas niduat ille, Festinat vestes. — Tacit. lib. 4. Mortem in se festinavit, & lib. 12. Cedet, patibula festinabant. Item

*Virg. Æn. 6. — eum iussa Sibylla, Nec mora, festinant. — Plaut. Pœn. Quicquid agit, properat omnia. Sall. Jug. Alia, quæ vsui forent, properare. Ibid. Properandi itineris causa. Tacit. lib. 2. Nisi voluntariam mortem properauisset. Idem lib. 16. In tercessis venis mortem approperauit. Sil. lib. 2. Deproperat munus. — Ibid. — mortem licet arma propinquent. ¶ Unde passiva etiam fiunt. Tacit. de Morib. Germ. Nec virgines festinantur. Idem Annal. lib. 5. Cuncta nuncijs apud legatos festinantur. & lib. 20. Festinatum temerè bellum deservit. Sall. Jug. Animo cupienti nihil satis festinatur. Plin. Paneg. Hinc porticus, inde delubra occultà celeritate properantur. Cic. Att. 9. At quàm honesta, at quàm expedita tua consilia, quàm cuiuslibet tuis cogitationibus. Liu. ab Urb. 3. Rursum novus de integro exsudatur lator. ¶ Verisimile est (ut eò se referat oratio, unde egressa est) Egeo, ut Careo, ut Indulgeo, ut Noceo, prisca illa etate etiam accusatiuum admisisse. Egetur pecunia, vel quid simile, quod hodie neque apponitur, neque opus est. Factitatum hoc fuisse prisca illis seculis, argumento est illud M. Catonis apud Gell. lib. 10. c. 14. Contumelia mihi factum itur. Vides, quemadmodum Contumelia precedat verbum, Itur, quod monstri simile est hac etate. ¶ Cum persona non potest casu anteriore desiniri, posteriore definienda est: exempli causa, Reclamatum est, Inseruitum est, Pugnatum est, Descensum est, Prouisum est, Concessum est, Acclamatur, additis ablatiuis desiniuntur. Cic. ad Lentul. lib. 1. Eius orationi vehementer ab omnibus reclamatum est. Idem Ampio lib. 6. Nihil est à me inseruitum temporis causa. Liu. ab Vrb. 4. Sunt qui malè pugnatum ab his Consulibus in Alcido auctores sint. Idem ab Urb. 9. Extemplo ad pedes descensum est ab Romanis. Cæs. bel. G. 3. Cui rei parum diligenter ab his erat prouisum. Sall. Jug. Itaq; Sylla, cuius sacundia non etati à Manlio concessum est, pauca verba huiusmodi locutus. Senec. lib. Epist. 15. Acclamatur, Recita, recita, ab ijs qui illum obmutescere illico cupiunt. ¶ Non video cur verba hæc interim non habeant, si opus erit, tertiam personam multitudinis. Cur enim non dicant glires, Totæ nobis dormiuntur hiemes? Nec desunt Veterum testimonia, quibus id confirmamus. Ouid. Epist. Noctes vigilantur amare. Quod etiam actiua voce dixit Lucret. lib. 1. — inducit noctes vigilare serenas. Tacit. l. 17. Neque enim hic, ut in cæteris gentibus, quæ regnantur, certa dominorum domus. Idem de German. Trans Lygios Gothones regnantur. Cic. 1. de Or. Attamen ista, quæ abs te breuiter decursa sunt, audire cupimus. Idem pro Quins. Septingenta millia passuum vis esse decursa biduo? Idem Offic. 1. Quo in genere etiam multa in Rep. peccantur. ¶ Postremo docemur ex iisdem verbis Varronis, verba Impersonalia omnes modos habere: id quod nonnulli Veterum, ut refert Diomedes, negarunt. Unde hæc, non verba Impersonalia sed modum impersonalem appellarunt. Hinc factum est, ut ipse Diomedes non progrediatur vitra Indicatiuum, cum Impersonalia inscctis. Verum cæterorum modorum exempla etiam apud Veteres inueniuntur. Ouid. Ponite iam gladios bebetes, pugnetur acutis. Cæs. 3. bel. G. Cum iam amplius horis sex. continenter pugnaretur. Cic. Appio, lib. 13. Si rationibus veris prouisum à te intellexero. Idem Attic. lib. 10. Hic maneri diutius non potest. Terent. Hecy. Trepidari sentio, cur sari rursum, prorsum.*

¶ Hæc

¶ Hæc verba passiuorum constructionem omnino sequuntur, nam modo ablatiuum habent. Cic. pro D. sua Ab vniuerso senatu reclamantum est. Idem Verr. 6. Non est ab isto perseveratum. Senec. Contr. 2. contr. 1. In banc ego domum ibo, in qua auctoties insanitur à patre, aut toties peccatur in patrem? Terent. Hecy. — si quid est peccatum à nobis, profer. Sæpe sine casu, ut diximus. Senec. de V. be. Ne pecorū ritu sequamur antecedentium gregem, pergentes non quo eundem est, sed quo itur. Modo datiuum. Maro. lib. 13. Tota mihi dormitur hiems: Modo accusatiuum cum præpositione PER. Cic. 4. in Verr. Confirmabat, is, curaturum se esse, ne quid ei per filium suum noceretur. Item seruantur casus actiui. Idem 2. Offic. Occurritur autem nobis, & quidem à doctis, & eruditis. Diom. lib. 1. ait verba hæc habere significationem agentis, Ut puta, inquit ille, Legitur, Scribitur, hoc est, Omnes legunt, Omnes scribunt. Quæ interpretatio in causa fuit, ut quidam crediderint, ea generalitatem (ut vocant) significare, atq; ablatiuum tantum multitudinis admittere. Idem tamen Diomedes alio in loco, vbi accuratius agit de Impersonalibus, docet Impersonalia infiniti modi passionè significare: adducitq; illud Cic. in Cat. Or. 3. Mibi quidem ipsi nihil iam ab istis noceri potest. Item illud Sall. in Jug. Cum Gallis de salute, non de gloria certari. Ibid. docet hæc admittere ablat. singularem. Tertiam (inquit) personam admittunt passiuam, & declinantur passiuam declinatione more impersonali, quasi, Pugnatur à me, à te, ab illo. Mirum est existimasse Diomedem modum infinitum passionem significare, cætera verò actionem. Potuisset idem illo suo argumento docere, verba, quæ maximè passiuam sunt, actionem significare. Socrates laudatur ab omnibus, Omnes laudant Socratem. Legitur Cicero ab omnibus, Omnes legunt Ciceronem. Sed hæc hæc. Deuoranda fuit tandem aliquando toties repetita crumbe.

## Verba Communia.

PARTibus his etiam Communia verba fruuntur  
A, vel Ab, & casu passiuè accepta Latino.  
¶ ET veluti Passiuam adhibent aliquando datiuam.

Qualia sunt Tueor, Populor, Contestor, & Hortor,  
Fertior, Vlciſcor, Comitor, Complector, & illis  
Testor, & Aggredior, Dilargior, atq; Paciscor,  
Metior adde: Imitor, Dimetior: his Adipiscor.  
Aſsequor, Enitor, Conſolor, Abominor: istis  
Tutor, & Experior: cum Interpretor adyce Dignor.

¶ VERba Communia Passiuam significatione passiuorum more sextum casum interduum admittunt cum præpositione A, vel Ab, qualia sunt Aggredior, Dimetior, Depopulor, Tueor, Experior, Abominor, Aſpexior, &c.  
Cic. ad Nepot. Hoc restiterat, ut à te fieri aggrederet domus.  
Idem de Senect. Mirari se diligentia eiu, à quo essent illa dirimensa, atq; deſcripta.  
Liu. d. c. 4. lib. 7. Omnis orationis ista à te hoc de populo accit.

Idem dec. 3. lib. 5. Anicum ab ipso per tot casu expertum,

Senec. Epist. 91. Infimiores a valioribus tuebantur.

Verrus Flac. \* Scititiaq. eorum abominaretur ab omnibus.

Hirc. de bel. Afr. Canis Vergi ius intellexit Regem ab omnibus asseruari.

2 ¶ Nonnunquam Dativum pro ablativo habent.

Terent. Phorm. Meditata mihi sunt omnia mea incommoda.

De Verborum Communium constructione. ¶ Schol. 3.

**D**E verbis Communibus agit Gell. lib. 15. c. 13. & Prisc. lib. 8. ubi multa enumerat, quæ etiam in Præsenti tempore, & Imperfecto sunt Communia. Pauca tamen reperiuntur hodie, quæ his duobus temporibus in utramque partem dicantur. Participia præteriti temporis, & quæ inde nascuntur, hoc est, Præteritum perfectum, Plusquam perfectum, Futurum perfectum vltiora sunt. Quare admonendi sunt tyrones, ut ijs temporibus à verbis Communibus significatione passiva, quibus Veteres vti non sunt, quoad fieri poterit, abstineant. Adducta enim exempla, & quæ subijcimus, non tam eorum causa, quam in veteranorum gratiam allata sunt, quibus pro sua prudentia, & eruditione, an sit utendum, iudicabunt. ¶ Abominor, Abominatus. Plin. l. 10. c. 12. Bubo funebris, & maxime abominatus publicis præcipue assidens deserta incolit. Præter. imperf. vsus est Verr. Flacc. ¶ Abutor, Abusus. Varro, Vitale utamur potius, quàm ab rege abutamur. Q. Hort. apud Prisc. Abusus iam omnibus locis. ¶ Adipiscor, Adeptus. Plaut. T. Non atate verum ingenio adipiscitur sapientia. Tacit. l. 1. Adepto principatu dixit. Suet. in Tib. c. 38. Adeptum imperium. Ovi. 4. de Trist. elag. 7. Palmas adeptas. ¶ Amolior. Plaut. Most. — iube hæc omnia hinc amolier. ¶ Amplecti passivè dixit Pallad. lib. 3. Tit. 10. Fit ex vimine parva corbicula, quæ mensurâ pedis, vel aliquando minus circini spatium possit amplecti. ¶ Arbitratus. Gell. l. 1. c. 13. Anceps quaestio, & in utramque partem à prudentibus viris arbitrata est. ¶ Aspernor. Cic. ad Nepot. Qui habet vltro appetitur, qui est pauper, aspernatur. Sic Hirc. de bel. Afr. ¶ Assensus. Cic. Acad. 2. Multa sequitur probabilia, non comprehensa, neq. percepta, neq. assensa. Hoc participium vel ab Assentio activo vel ab Assentior emanare crediderim. ¶ Allequor. Cic. Verr. 4. Ut hac diligentia nihil horum investigari, nihil assequi potuerit. ¶ Blanditus. Ferrus apud Prisc. Blanditusq. labor molli curabitur arte. In activa tamen significatio coniungitur, non accusativo, ut cetera Communia. ¶ Circummetior. Vitruv. lib. 4. c. 5. Si duæ columnæ æquæ crassæ lineis circummetientur, &c. ¶ Comitator, Comitatus. Cic. in Catil. 2. Illud moleste fero, quod ex Urbe parum comitatus exierit. Item apud Virg. l. 1. Æneid. — vno graditur comitatus Achate. aliosq. poetæ frequenter. Tempore præsentis vsus est Plin. lib. 8. c. 42. Itaq. in grege prioris anni sororelibentius etiam, quam matre equa comitatur. Est etiam Comitator, as, activum apud Ovid. ¶ Complector, Complexus. Cic. pro Rosc. Amer. Quo vno maleficio scelera omnia complexa esse videantur. Idem 2. de Leg. Illa quidè, quæ solebant quondam complexi severitate incunda Liuvianis, & Neuvianis modis,

nunc eadem, &c. Idem apud Prisc. lib. 8. Cupio cum tam invidiosa fortuna complecti. Scæv. lib. 45. Pand. Et. de Verb. oblig. Nam & sicut ipsius rim, & baredis capit, ita ipsius vis vel sapiens facta complectitur. ¶ Confessus. Cic. Verr. 3. Ut omnes intelligant, quam confessam rem pecunia redimere contentur. Quint. lib. 5. c. 4. Est & assumptio interim confessa, &c. ¶ Consolor, Consolatus. Asinius Polio, Sed tum ob ea, quæ speraveram, dolebam: consolabar ob ea, quæ timui. Iust. l. 22. Consolatis militibus, &c. ¶ Contestatus. Vlp. Pand. l. 5. Si iam de inofficioso iudicium contestatum est. Ceterum si non contestetur. Idem lib. 7. Et aliter lite contestata amiserit vsus fructum. ¶ Demensus. Plaut. Menach. — argentum vobis demensum dabo. Idem Stich. Vos meministis quot Kalendis petere demensum cibum. Cic. in Orat. Verba verbis quasi demensa, & paria respondeant. ¶ Demetatus. Idem 2. de Nat. Atq. ita demetata signa sunt, ut in tantis descriptionibus diuina solertia appareat. ¶ Depopulatus passivè est apud Liu. dec. 4. lib. 7. Depopulo, as, activè dixit Hirc. de bell. Hisp. Provincia depopulavit. & Sil. l. 4. — hunc Typhônides Harpyie, ira Tonantis, Depopulant. — Vnde Depopulo in passiva significatio liberius vsurpare licebit siue commune verbum esse quis dixerit, siue passivum à Depopulo activo derivatum. ¶ Dignor. Cic. 2. de Inuent. Observantia est, per quam homines aliqua dignitate antecedentes cultu quodam, & honore dignantur. & 3. de Or. Quæ tamen simili laude dignentur. ¶ Dilargitus Sall. l. Hist. apud Prisc. lib. 8. Igitur renditis proscriptorum bonis, atq. dilargitis. ¶ Dimentior, Dimentus. Cæs. bel. G. 2. Legiones seu opere dimenso, castra munire cæperunt. Eodem participio passivè vsus est. Cic. in lib. de Senect. Vitruv. lib. 3. c. 3. Ut frons coronæ ab extremis cimatibus tecta dimetiatur in partes novem. ¶ Dominor, Nigidius, novem pecus indomitum habet quiddam in se ferum, sed tamen ea natura est, ut curari, & dominari possit. Cic. Off. 1. O domus antiqua, heu quam diffari dominaris domino. Cum accusativo tamen in activa significatio nonnumquam inveni. Quod notandum est ne quis putet omnia Communia cum accusativo posse coniungi in activa significatio. ¶ Eblandior, Eblanditus. Colum. l. 8. c. 11. Quibus [voluptatibus] solitudines ruris eblandiantur. Idem Mittores fiant. Plin. Paneg. Eblanditas preces allegare, dixit. ¶ Ementitus. Idem ad Tacit. l. 6. Nec defuerunt, qui scilicet, ementitibusq. terroribus vera pericula auerunt. Cic. 2. Phil. Quem ipse ementitis auspicijs vitiosum fecerat. ¶ Enixus ab Enitor, pro Pario. Iust. l. 43. Martius pueros fuisse. Siue, quod in luco Martis enixi sunt, &c. Val. l. 8. c. 14. Clodia quindecim filiis antea enixis quintum decimum, & centesimum explevit annum. ¶ Exorsus. Plaut. Bacch. Exorsa hæc tela non male est omnino mihi. ¶ Expertus. Liu. ab V. 5. Creant [Liciniū] moderationis experta virū. Sic ab V. 1. Si peniteat, tutum receptū ad expertam dementiam fore. Gell. l. 15. c. 7. Observatum in multa hominum memoria, expertumq. ¶ Exsequutus. Iust. l. 7. Breui tempore exsequuto regis imperio. ¶ Faris, vel re. Suet. 8. Prætorū Fasti dies sunt, in quibus ius fatum. ¶ Hortor. Tacit. l. 12. Pollutione inducunt sententiam expromere, qua hortaretur, &c. Sic Varro apud Prisc. 8. Gell. l. 15. c. 13. Hortor, & Consolor communia verba sunt, &c.



**Imitatus.** Cic. de Vniuers. Imitata, & effecta simulacra. **Interpretatus.** Cic. 1. de Diu. Malè coniecta, maleq; interpretata falsa sunt. Gell. lib. 13. c. 13. Testor quoque, & Interpretor significatione reciproca dicuntur. **Lamentatus.** Sil. 1. 13. — quàm sunt tua facta per urbem Lamentata diu. — **Meditatus passiuè** Terent. in Phorm. vsus est, cuius verba iam supra retulimus. **Metior, Menius.** Cic. 2. de Nat. Qui [lunæ cursus,] quia mensa spatia conficiunt, menses nominantur. **Curs.** lib. 3. Ducen[us] [denarijs] pedestrium stipendium mensum est. **Plin.** lib. 18. c. 22. Quaterna cubita eius soli in quadratum, nec ut porrectis metiantur digitis, sed in pugnum contractis, quaternis denarijs venundantur. **Metatus.** Liu. dec. 5. lib. 4. Metata castra dixit. **Hirc.** bel. Gall. 8. Castris eo loco metatis, muniri iubet castra. **Modificatus.** Cic. in Pars. Vocabula ab Oratore modificata. Sic idem iterum in 3. de Orat. Membra modificata esse debent. **Modificor,** quo vsus est Gell. lib. 1. c. 1. **Comprehensa mensurâ** Herculani pedis modificatus est. **Oblitus.** Virg. Eclog. 9. Nunc oblita mihi tot carmina. — **Opinatus.** Cic. 4. Tusc. Ægritudo, & metus in malis opinatis versantur. Idem Acad. 1. Improvisa hæc, nec opinata nobis propter obscuritatem, ignorantiamq; causarum. **Pactus.** Senec. ep. 120. Id pactum est ab illo mundi conditore, qui nobis visendi iura descripsit, ut salui essemus, non delicati. **Ouid. epist.** 10. Quodq; magis memini, quæ tibi pacta fui. **Partior.** Cic. in Orat. Pes enim, qui habetur ad numeros, partitur in tria. **Periclitatus.** Cic. de Amic. Aliqua parte periclitatis moribus amicorū. **Citatur** Cas. 2. bel. Ciu. à quodam vitiose, Pecunias, quæ erant in publicum Varroni à ciuibus Romanis pollicite, remittit. Sic enim restituendus est, Pecunias, quas erant in publicū Varroni ciues Ro. polliciti, remittit. Solet hic auctor quamplurima loca diminuta asferre, vide ne decipiari. **Populor, Populatus.** Liu. bel. Pun. 4. Perusti, populatiq; latè agri. Cic. 3. Verr. Electos aratores esse dico, populatam, vexatamq; prouinciam. **Populo,** as, actiuum est: vnde Populor, & populatus rite deduci possunt, & passiuè vsurpari. **Perpopulatus.** Liu. bel. Pun. 2. Inde cum perpopulato agro urbem oppugnare adortus esset. **Præfatus.** Quintil. lib. 8. c. 3. In præfata videmur incidere. **Professus.** Ouid. Fast. 2. Sumunt gentiles arma professa manus. **Sector.** Varro de Re rust. lib. 2. c. 7. Qui vellet se à cane sectari. **Tectatus.** Cic. 4. Verr. Ut res quàm maximè testata esse posset. Hoc participium tum à Cic. frequenter, tum ab alijs passiuè vsurpatur. Vnde Gell. hoc verbum, Testor commune videri posse colligit lib. 13. cap. 13. **Transgressus.** Liu. ab Vrb. 10. Tra. gressu Apœnino dixit. **Tueor.** Varro de Re rust. lib. 3. c. 1. Et in pace à rusticis Romanis alebantur, & in bello ab his tuebantur. **Varru.** lib. 5. c. 12. Quibus rationibus tueantur naues in his portibus ab tempestatibus, explicandum. Idem lib. 1. cap. 7. Cum religione, castè, sanctisq; meribus is locus debet tueri. Sic idem lib. 6. in proœm. **Tutor.** Plaut. Amph. Pueria, & prognati tutantur, seruantur. **Veneratus.** Virg. Æn. 3. — cursusq; dabit venerata secundos. **Vereor, & Vtor.** Gell. lib. 13. c. 13. de verbis communibus agens, Vtor [inquis] & Vereor. communia verba sunt, ac dici vtroque verbum possunt, Vereor te, & vereor abs te id est Tu me vereris; Vtor te, & Vtor abs te: id est

id est Tu me vereris. Hæc ille. In his duobus tamen à significatione passiuæ tutis abstinentum puto. **Vlcior.** Liu. ab Vrb. 2. Iras grauitè vltas, dixit. **Inuenies præterea** apud Prisc. Exorsus, Adortus, Adul. tus, Auxiliatus, Adhortatus, Exsecratus, Admuniculatus, Machinatus, Consecutus, Detestatus, quorum pleraque exoleuerunt. Dicit fortasse aliquis hæc potius censenda verba passiuæ ab actiuis, Consolo, Coplecto, Amplecto. Non eo infatius quamplurima apud priscos etiam suis se actiuæ, quæ modo ferè Deponetia, aut Communia sunt, cuiusmodi sūt Amplecto, Amplexo, Accupo, Coplecto, Còsòlo, Contèplo, Crimino, Digno, Largio, & alia quamplurima, quæ apud Prisc. l. 8. & Non. Marc. De contrarijs generibus verborū inuenies.

## Neutropassiuæ.

**IVNgito** passiuus tria, Veneo, Vapulo, Fio.

**HÆC** tria, vt passionem significant, ita passiuorum more construuntur. **Quint.** 1. 12. c. 1. [Fabricius] respondit, à ciue se spoliari male, quam ab hoste venire. Malo à parentibus vapulare, quàm assentatoribus aures patefacere. **Cic. ad Tiron.** lib. 16. Quantam diligentiam in valetudinem tuam contuleris, tanti me fieri à te iudicabo.

De verbis Neutropassiuis

¶ Schol. 4.

**QVInque** à Grammaticis hoc loco numerantur, Vapulo, Veneo, Fio, Exulo, Liceo. quorum duo postrema prætermisimus, quod nondum ea cum ablatiuo personæ agentis legerimus. Ceterorum exempla accipe. **Vapulo.** Quintil. lib. 9. c. 2. Testis in reum rogatus, an ab reo fustibus vapulasset. **Veneo.** Valer. lib. 6. c. 11. de Crasso, Bona eius à creditoribus, quia solidum præstare non poterat, venierunt. **Fio.** Cic. Att. lib. 1. A senatu quantifiam, minimè me pœnitet.

## APPENDIX.

**PRO** vario sensu, FIO, vel habere datiuum: Vel sine, DE, Sextum: vel, DE, sociante requirit. **Totq;** modos variat FAcio, totidemq; FVturus.

**FIO,** eleganter ablatiuo iungitur tam cum præpositione, quàm sine illa: vel datiuo, sed alia significatione. Terent. Andr. — nunc primum audis Quid illo factum sit. Vel, quid de illo; aut, illi factum sit.

**FACIO,** & participium, FVTVRVS, eodem sensu eisdem casu postulant.

Cic. Verr. 3. Quid hoc homine faciatis? Vel, de hoc homine; vel huic homini.

**Idè** Phil. 2. Vide quæso Antoni, quid tibi futurū sit. Vel, quid te; vel, de te futurū sit.

De varia verborū FIO, FAcio, & participij FVTurus constr. ¶ Sch. 5.

**CON**structio hæc figurata est, deest enim præpositio DE. Cic. Att. 6. Quid illo fiet, quem reliquero? quid de me autem, si non citò decedo? Idem pro Cluuent. Quid istis hominibus factum est? Plaut. Most. Quid eo argento factum est. **Ad**ditur etiam, vt diximus, præpositio. Terent. Adelp. — de fratre quid fiet?

Cic. ad Terent. lib. 14. Quid de Tulliola mea fiet? Liu. ab Vrb. 8. Quid placet de innoxia malitudine fieri? Et cum dandi casu nonnunquam. Senec. Epist. lib. 3. Quid fiet huic turba familiarium? Ouid. in Epist. Quid fiet fonti, cum realaudis agar? Plaut. Mof. — quid mihi fiet tertio, Qui solus facio facinora immortalia. ¶ Verbum FACIO eod. modo vsus patur. Plaut. Truc. — quid eo fecisti puero. Sic apud eund. & Terent. sepius. Cic. pro S. Quid hoc homine facias? ¶ Adiungitur aliquando prepositio. Terent. Hecy. — de vxore, incertus sum, etiã quid sim facturus. Cum dandi casu sepe numero inuenies. Terent. Andr. Quid facias illi, qui dederit damnum? Cic. pro Cæcin. Quid huic tu homini facias? Idem 4. Acad. Quid enim faceret huic conclusioni? Si lucet, lucet: lucet autem, lucet igitur. Senec. lib. 1. Contr. Quid faciam mulieri in crimina sua delitescenti? ¶ Verbum AGO, in eodem sensu vix cum datiuo, raro absq. prepositione DE, inuenies. Plaut. Pseud. Sed quid illo es acturus? Ab alijs crebro adhibetur. Cic. ad Q. fr. lib. 3. Quæris, quid de illis libris egerim, &c. Sic Terent. Eunuch. Liu. bel. Mac. 6. Curt. lib. 3. ¶ Participium FUTURUS interdum cum prepositione reperitur. Cic. ad Pætum lib. 9. Non tu homo ridiculus es, qui ex me quæras quid de istis municipijs futurum putem? Cum dandi casu frequentius. Idem Verr. 6. Quid tandem tuis statuis fore arbitrare? Liu. bel. Mac. 4. Quid futurum nobis est? Sic Plaut. in Trucul. & Senec. lib. 1. Epist.

## COMMUNES OMNIUM VERBORUM CONSTRUCTIONES.

**H**ACTenus de propria, atque priuata verborum constructione dictum sit. Deinceps de communi omnibus dicendum erit.

### Genitiuus communis.

**P**ROpria Pagorum: tum quæ Castella, vel Vrbes significant, ad VBI, in Patrio reddenda locantur. Seu primo fuerint, siue ordine flexa secundo. Ut, Modo sum Romæ: cupio tecum esse Corinthi.

**P**ROpria Pagorũ, Castellorũ, Vrbũ prima, vel secunda declinationis ponuntur in genitiuo post quoduis verbũ, si interrogatio fiat per aduerbium VBI: vt si quispiã roget, Vbi celebratur conciliũ? responderẽdũ erit, Romæ, vel Tridenti: aut interrogatione prætermissa dices, Conciliũ celebratur Romæ, vel Tridenti. Cic. Ast. 16. Veteranos, qui qui Casilini, & Calatiæ sunt, perduxit ad suã sententiã.

**M**ILITIA, Belli, Domi, Humi, prædicta sequuntur Propria: sexq. Domi appositis non amplius hæret.

**P**ROpria sequuntur appellatiua quatuor Humi, Belli, Militiæ, Domi, quorum postremo adiungi possunt adiectiua, Mæ, Tæ, Sæ, Nostre, Vestre, Aliene. Plin. lib. 19. c. 3. Melopéponas vocant. Non pendent hi, sed humi rotundantur. Cic. 2. Off. Quibuscumque rebz vel belli, vel domi poterunt Remp. augeant. Gall. in Catil. Domi, militiæq. boni mores colebantur.

Cic. ad Marcel. 4. Nonne maus sine periculo domi tua esse, quam cõ periculo alienæ Qui casus ad quæstionem VBI reddantur. ¶ Schol. 1.

**C**IC. ad Q. fr. lib. 2. Accepiliteras tuas datas Placentiæ. Idem Att. lib. 4. Egratius Romæ est. Idem pro Cluent. Cum alter eius filius Pappiã natus, Tbeanĩ Apuli apud matrem educaretur. Senec. de Tranq. v. c. 9. Quadringenta milia librorum Alexandria arserunt. ¶ Genitiuus hic transit in ablatiuum. Iustin lib. 20. Eo Corinto, & Athenis, & Lacedæmone nunciata est victoria. Cæs. bel. Ciuil. 1. Quem paucis diebus ante Corfinio captum ipse dimiserat. Es lib. 3. Cæuisus præsidij Calydõne, & Naupecto relicto, omni Italia potitus est. Ibid. Ad eum Pompeius misit, vt pro hospitio & amicitia patris Alexandria reciperetur. Cic. Att. lib. 3. Cassio, quĩ Antiochiã tenebatur, animus accessit. Hoc tamen loquendi genus cum verbo, Teneo, per genitiuum sepius effertur. Liu. bel. P. 4. Marcellum valetudo aduersa Nole tenuit. Idem ab V. 2. Multos Romæ bespitum, Vrbisq. charitas tenuit. Cic. Tyronĩ lib. 16. Septimum iam diem Corcyre tenebatur. Participio, RECEPTUS, eundem casum adiunxit lib. 15. ad Att. Pompeium (inquit) Carthæe receptum scribis. ¶ Appellatiua quedam ablatiuo etiam exprimuntur. Idem Verr. 4. Veniat nunc: tecto recipiet nemo. Idem in Rull. 2. Capua opportunissimam se nobis præbuit ad exercitus ornandos, ac suis sedibus recipiendos. ¶ Bello pro Belli est apud Liu. ab Vrb. 1. Vt publicis pariter, ac priuatis consilijs, bello, domiq. interesset. Ouid de Pont. 2. — iuuenum bellõ ne togæue. Pro belli, togæq. ¶ Humi iungitur interdum cum verbis significantibus motum. Plin. lib. 9. c. 13. Pinnis, quibus in mari vtuntur, humi vice quoque pedum serpunt. Virg. 1. Æn. Nec prius abssit, quã septem ingentis victor Corpora fundat humi. — Plin. lib. 8. c. 8. Intentos ingentis arcu designunt humi. Colum. lib. 2. c. 12. Vt latius se frutex humi diffundat. Ouid. 3. Met. Spargere humi iussos mortalia semina dentes. Ibid. Is sua tecti humi monitu Tritonidos arma. ¶ Casus hic maxime à Poëtis ablatiuo permutatur. Idem Met. 4. Et iacuit resupinus humo. — Ibid. — nocte, dieq. Sedit humo. — Met. 10. Et requieuit humo. — Fast. 3. Fessa resedit humo. — Hoc nomen adiectiuum admittit in ablatiuo, quamuis in genitiuo recuset. Ouid. 3. de Pont. Veq. latens ima vipera serpit humo. Stat. Theb. 10. Stratus humo gelida. — ¶ Domi etiam cum substantiuis copulatur. Cic. ad Att. 1. Te credo audiuisse Clodium deprebensum domi Cæsaris. & Philip. 2. Qui tibi venit in mentem, te domi P. Lentuli esse educatum? Idem Att. 2. prepositionem addidit. Cum in domo Cæsaris quondam vnus vir fuerit, nunc, &c. Rursus eam detraxit Post red. in Sen. Cum (inquit) propter metum domo se teneret. At pro D. sua genitiuo vsus est cum eodem verbo. Ego verò domi me tenui. Colum. lib. 7. c. 7. Cum verò singula domo laborabunt eadem remedia, que etiam ouibus, adhibebimus. Varro de Re rust. lib. 1. c. 8. Hæc vbi domo nascuntur, vinea non metuit sumptum. Ablatiuus DOMO cum adiectiuis copulatur interdum, quamuis Domi vix alios quam enumeratos adiectiuorum casus recipiat. Senec. Hipol. — scq. multiplici timens domo recondit. Idem Agam. — epule regia instructa domo. Illud Iustini, Paternæ Daphnæ se claudit. cuius argumento, Paternæ domi, dicitur.

dici posse videbitur alicui, rarum est, Daphne autem more Græco, vel Daphnia Latino proprium nomen est inter pagorum nomina reponendum. Vide Strab. l. 16. ¶ Genitium Terræ, Logæ pro Humi, Domi, raro apud alios, quam Pœtus inuenies. Liu. ab Urb. 3. Alia terræ celauimus, alia in finitimas vrbes amouimus. Virg. 13. Sternitur & toto proiectus corpore terræ. Stat. Theb. 7. Sternuntur terræ Menaleus, &c. Sil. lib. 6. — par ingenium castrisq; togæq; & lib. 8. — prauusq; togæ, sic debilis arte Belligera. — ¶ Genitium Vicinix more priorum vsus est Plaut. Bacch. Ut istuc est lepidum, proxima vicinix Habitat. — ¶ Quidam solent dubitare, dicendum ne sit, Marcellus natus est Romæ, nobilis vrbis, an nobili vrbe. Quibus respondeat Cic. pro Arch. Primum [inquit] Antiochie, nam ibi natus est loco nobili, & celebri quondam vrbe. Idem pro Rab. Posth. Neapoli in celeberrimo oppido, &c. Idem Philip. 4. Albe constiterunt, in vrbe opportuna. Idem in Rull. 2. Capuæ, in domicilio superbix, collocati Idem pro Font. Quam [generis claritatem] Tusculo ex clarissimo municipio profectam videmus. Liu. ab Urb. 6. Emporijs, vrbe Græca, copius exposuit. Hic, vt vides, præpositionem omisit Liuius. & Tacit. lib. 20. Vt commeatus nostros Pontico mari, & Trapezunte oppido aduenientes interciperet. Plin. serè ablatiuo vtitur addita præpositione. Lib. 2. c. 73. Constatq; in Berenice vrbe Troglodytarum, &c. Ibid. c. 96. In Nea oppido Troadis. Ibid. In Taurorum peninsula, in ciuitate Parasino terra est, qua sanantur omnia vulnera. Eod. lib. c. 97. Eadem natura in Hispali oppido vni puteo, ceteris vulgaris. ¶ Hoc serè loquendi genus etiam in accusandi casibus vsurpatur. Liu. bel. Mac. 7. Partem nauium ad comitatus accersendos Halicarnassum, partem Samum ad vrbem misit. Idem bel. P. 8. Emporias, in vrbem sociorum, classem appulisti. Idem ab V. 3. C. Claudius Regillum, antiquâ in patriâ se contulerat. Ibid. lib. 5. Vt multò maior pars Veijs, in hostium vrbem, quam Romam fugerent. Plin. lib. 12. c. 1. Dionysius Regium in vrbem [platanos] transtulit. Hirc. tel. Afr. Eo die castra posuit ad oppidum Ryspinam. Inde mox, & peruënit ad oppidum Leptim, liberam ciuitatem. Hic, vt vides, Hircii proprio nomen commune præposuit.

**N**omina si Ternæ, vel sunt pluralia Sextum Poscit VBI: vt, Natus Kartagine, Doctus Athenis.

**S**i propria fuerint tertia declinationis, vel pluralis numeri, sexto casu vtendum est. Cic. 1. de Diu. Babylone paucis post diebus Alexander est mortuus. Idem Attic. 16. Malo cum timore domi esse, quam sine timore Athenis tuis.

Ad eund. lib. 9. Lensulum nostrum scis Puteolis esse.

Idem pro Cornel. Vnum obicitur natum esse Gadibus, quod nemo negat.

Tertia declinationis Propria non datiuo, sed ablatiuo ad quaestionem Vbi efferenda.

¶ Schol. 2.

**S**EPTuaginta septem testimonia paraueram, quibus planum facerem nomina tertia declinationis ablatiuo efferri, cum huius sunt loci, non datiuo, vt nonnullis per se sum est: cuius sententia laudans auctorem Seruium, qui vsque ad in ea fuit, vt

existimauerit illud Virgili, — Tyria Kartagine, qui nunc Exspectat, — metri necessitate dictum esse: Ciceronem verò Antipösin fecisse, cum dixit in Philip. An su Narbone in mensas hospitium cum vomeris? Verum, ne tibi pariam fastidium, multis omissis, ostendam, neg. Virg. necessitate coactum ablatiuo vsus est, neg. Ciceronem, v. ille ut, Antipösin fecisse Cic. ad Attic. 16. Sextum nuntiauit cum vna solium legione fuisse Kartagine. Hunc locum videntur Grammatici ad normam Seruii correxisse: sed in correctis libris sic legitur. Liu. 1. bel. P. Annibal Sagunto capto Kartagine nouam in hiberna concesserat, ibiq; auditis, que Romæ, queque Kartagine acta; decretaq; forent, &c. Etiam hic locus vitiose citatur. Ibid. lib. 4. Hippocrates, & Epicles nati Kartagine sed oriundi ab Syracusis. Ibid. l. 6. 7. 8. & bel. Mac. 3. & 4. ac dec. 1. lib. 5. vicies eodem ablatiuo vtitur. Plin. item lib. 13. c. 18. & Suet. in Galb. Nulla necessitate compulsi omnes hi, quos citauimus, ablatiuo vsi sunt.

¶ Non iniurias eo, aliquoties apud Plautum datiuum pro ablatiuo reperiri, Kartagine, Sicyoni, pro Kartagine, Sicyone: sed suspicor Grammaticorum diligentia id factum esse. Iam verò illud Ciceronis, quod circumfertur, Arbitrabantur Corintho, & Kartagini non de fore, qui illa restituerent: non est huius loci. Corintho, enim, & Kartagini non sunt casus communes, sed proprii verbi sustulissent, vt ex eod. loco facile percipitur. ¶ Quod ad Antipösin attinet, si Cicero cum, Narbone, dixit, figuratè locutus est, vt placet Seruio, anteposenda est Tulliana Antipösis Seruii præceptioni, cum non aliter Cicero loquatur 2. Philip. Vide que so Anroni quid tibi futurum sit, quem & Narbone hoc consilium cum C. Trebonio cepisse notissimum est.

Ad Att. 8. Cn. Pompeij epist. Partim Albe, partim Sulmone collocauit. Ibid. Cic. Sulmone C. Actium Pelignum aperuisse Antonio portas. Idem 3. de Nat. Quos Homerus, sepultos esse dicit Lacedæmone. Idem de Senect. Dicere aiunt solitum, Lacedæmone esse honestissimum domicilium senectutis. Sic idem 3. de Leg. de Senect. pro Deiot. Tarracone dixit. Sic Liu. Corbione, Crotone, Frusino, Lacedæmone, Chalcide, Demetriade, Medeone. Plin. Sulamine, Celophone, Tarracone, Babylone, Chalchide, Ancone, Leucade. Sic Iust. Suet. Horat. Virg. Ouid. Silius. ¶ Tyburi, fateor esse apud Cic. ad Attic. 16. Nunc demum rescribo ijs literis, quas mihi misisti, conuento Antonio Tyburi. Item apud Suet. in Calig. c. 8. Liu. verò lib. 10. bel. P. Tybure dixit, Tybure haud ita multò ante mortuus, quò ab Alba traductus fuerat. Idem 5. ab Urb.

Anxuri dixit: Neglectum Anxuri presidium, &c. Fortè nomen Tybur, & Anxur, apud Veteres, & E, & I, literis, ablatiuus terminabatur: vel Seruio blanditi sunt librarij, cuius præceptionem inuenies in. Edit. 2. Donati. Nobiscum facit Diom. l. 1. Etia [inquit] nomina ciuitatù in aduerbia redigi possunt, & corù quidè, que genitiuo casu I, vel Ae, literis finiuntur, quando in ipsis ciuitatibus sumus, vel illic aliquid agimus ipso genitiuo casu vti debemus, vt Romæ sum, Romæ studui, Arimini versor, Arimini moror. Quando autem ad ipsas ciuitates pergimus, aduerbiù facimus ad locum casu accusatiuo, vt, Romam vado, Ariminum pergo. Si verò inde digredimur, septimo casu vtendum est, vt, Romam venio: Arimino discedo. Ea verò nomina ciuitatum, que genitiuum in, is, syllabam mistunt, in vna tantum parte dissentiunt à superiori-

*bus: nam & aduerbium loci in loco septimo casu seruariamus, ut Narbone sum, quia facit huius Narbônis: Babylone sum, quia facit huius Babylonis. Idem docet Prisc. lib. 15. multo copiosius.*

## APPENDIX.

**C**VM proprijs Ternæ Ruri, vel Rure iugabis:  
Vt, Ruri, vel Rure iuuat traducere vitam.

**D**ATIuo Ruri, vel ablatiuo Rure utimur, cum huius est loci.  
Plaut. Bacchid. Si illi sunt virgæ ruri, at mihi tergum domi est.  
Liu. dec. 4. lib. 8. Morientem rure eo ipso loco se peliri se iussisse serunt.

Schol. 3.

**R**Vri, & Rure ad questionem Vbi redduntur, ut propria tertiæ declinationis.  
Terent. Phorm. — ruri serè se continebat. — Plaut. Cistell. — pater apud villam desinuit me hos sex dies Ruri continuos. — Idem Mercat. Nimum scis sapere, ruri quæ non manseris. Idem Casin. Rure incubabo vsquæ in præfectura mea. Liu. ab Vrb. 7. Ruri agere vitam constituit. Ibid. Secundum sex locus tenuit, nullis domi militibus, ad conciliandam gratiam meritis, ut qui rure, & procul a: tu hominum inuentam egisset. Quid si, Ruri, priscus est ablatiuus? maxime cum Iust. ub. 1. dixeris, Igitur antelucano tempore ruri iter ingressus okiuum habuit: ieruum de erg. stulo, & cas. Nonnunquam additur adiectiuum. Horat. 1. Epist. — interdum nugaris rure paterno. Iuuen. Saty. 6. Magna tamen fama est cuiuscum rure paterno Viuentis. —

**Q**VÆstio si fiat per, QVO, responsa dabuntur

In Quarto: Quo vadis? Eo Romam, Hispal, Athenas, Brundulium: RVs, atq; DOMVM, ceu propria, reddes.

**S**I verò per aduerbium, QVO, fiat interrogatio, accusandi casu efferuntur, cuiuscumque sint declinationis, ac numeri: ut, Quo vs? Romam, Brundusiu, Carthagine, Athenas, Delphos, Gades, rus, domum.

Cic. Att. 16. Epistolas Catinæ, Taurominiu, Syracusis comodiùs mittere potero.  
Plin. 1. 7. c. 16. Sæssam Pometiam illa tempestate florentissimam deportata est.  
Terent. Adelph. — Is, quam ob rem huc veneram, Rus abiit. Idem Heaut. Domum reuertor mæstus. Cic. pro Arch. Eum domum suam receperunt.

Qui casus reddantur, quando motus ad locum significatur.

Schol. 4.

**C**IC. Att. lib. 8. Seruum à pedibus meum Romam misi. Brutus in Epist. ad Cic. Scripsi ad eum, ut mihi Heraclæam occurreret. Iustin. lib. 26. Cum secundante vento Cyrenas aduolasset. Liu. bel. Mac. 4. Athenas primùm, inde Chalcidem, inde in Thessaliâ ire. Idè bel. P. 1. Gadeis profectus Herculti vota soluit. Ibid. lib. 6. Fuluius exsulatu Tarquinius abiit. Idè ab V. 1. Delphos mittere statuit. Plaut. Amph. — domum Laudis copos reuenit. — Idè Mil. Hic postquâ in ades me ad se reducit domum. Liu. bel. P. 6. Cû de foro se domum reciperet. In eod. Alij domos digressi sunt. Ibid. 1. 9. Cõsules iubet magistratus ire domos. Bel. M. 4. Omnes benignè domos demisit.

st. Bel. P. 2. Ministeriu restituentoru domos ob sidu de posco. Curt. 1. 7. Qui remissi domos erant, fide continere populares. Verba Nunciandi, Dandi, latentè motu ad significant interdum. Cic. 4. in Verr. Res ab omni conuentu cognita celeriter domum nunciatur. Idem ad Brut. lib. 10. Ita Romam erat nunciatum. Liu. bel. Pun. 9. Missi, qui Carthagine ingens gaudium nunciarent. Idem bel. Mac. 7. Que postea quam Samum sunt nunciata. Cic. 3. Verr. Statim Mesianam literas dedit. Idem ad Cass. 1. 15. Cum dabis posthac aliquid domum, memineris. & c. Propria item Rus, & Domus, maxime numero multitudinis, etiam adiectiua sine præpositione admittunt. Liu. bel. Pun. 3. Inde Capuam flectit iter luxuriantem longa felicitate. Ibid. 1. 9. Syracusas nondum ex magnis motibus satis tranquillas venit. Iust. 1. 31. Appropinquante vespere, equum conscendit, & rus urbanum contendit. Gell. præpos. adandis lib. 19. c. 5. In Tiburte rus concesseramus. Sall. Iug. Aurum, argentum, & alia domum regiam comportant. Cic. in Pison. Cn. Pompeium domum suam compulsiis. Verr. 5. Tuam domum piratas abducere ausus est? Liu. 2. ab Vrb. Tantus terror Tarquinium atq; Hetruscos incessit, ut ambo exercitus suas quisque abirent domos. Plaut. Pæn. Domos abeamus nostras sultis nunc iam. Rus numero multitudinis nondum legi sine præpositione. Liu. lib. 9. dec. 4. Iam ubi vos dilapsi domos, & in rura vestra eritis. Cic. Tusc. 5. Cum in sua rura venerint. Prisc. addit Humum, Militiam, quod tamen nullis testimonijs docet. Illa, Conueniunt legati Romam, vel Domum, vel in locum aliquem vscatissima sunt: hæc verò Conueniunt Romæ, domo, vel in loco, rarè vsurpata. Plin. lib. 6. c. 28. Arra oppidum, in quo omnis negotiatio conuenit. Iust. 1. 26. Conuocatos domi fidissimos amicorum in vindictâ patriæ hortatur. Idem 1. 31. Itaque legati cum Epebi conuenissent, & c. Solin. c. 53. Cremutius auctor est, has easdem anno quinto in Æthiopia cateruatim coire. Idem 25. c. 40. Externos in ea regione plurimos conuuisse argumentum dabimus.

**R**ESponde in Sexto, si QVA? siue VNDE? rogaris.  
Vnde venis Corydon? & quæ tibi ducis eundem?  
Rurc, Domo, Delphis, Epheso, Kartagine, Romæ.

**S**I per Vnde, vel Quæ, fiat interrogatio, ablatiuo utemur. Vnde redis? Romæ, Carthagine, Athenis, Delphis, Gadibus, rure, domo. Quæ iter fecisti? Romæ, Brundusio, & c. Cic. Att. lib. 5. Accepi Romæ sine epistola tua fasciculum literarum. Terent. Eunuch. Video rure redeuntem senem. Cic. Verr. 5. Adest legatus domo missus. Idem Attic. lib. 5. Iter Laodicæ faciebam, cum has literas dabam in castra.

**P**ROpria, præcipuè si QVO, siue VNDE, rogamur,  
Appositas per sepe audent admittere voces.

**P**ROpria, maxime si quæstio sit per VNDE, aut QVO, sepe præpositiones  
A, vel Ab, Ad, In, & Per accipiunt.

Cic. Attic. lib. 9. A Brundusio nulla adhuc fama venerat.

Idem de Senect. Adolescentulus miles profectus sum ad Capuam.

Cæs. bel. Ciu. 2. Complures præterea naves longas in Hispani faciendas curauit. Liu. bel. Pun. 2. Reçto itinere per Umbriam vsque ad Spoletum venit.

Propria frequenter, nomen Domus interdū præp. admittere. ¶ Sch. 5.

**Q**uoniam de Suis in Alexandriam. Cic. Att. se per literas purgat, à quo fuerat reprehensus, quod, in Piræa, scripisset: ait enim, se, Idem, non ut oppido præposuisset, sed ut loco: existimauerat enim Piræeum locum esse, non oppidum. Rem totā subijcimus, quo facilius intelligatur. Scripserat Cic. ad Att. lib. 6. his verbis, In Piræa cum exissem pridie Idus Octobris, accepi ab Acasto seruo meo statim tuas literas. Eum accusauerat Atticus in quadam epistola solæcismi, quod præpositionem addidisset. Cui Cic. ita respondit lib. 7. Venio ad Piræa, in quo magis reprehendendus sum, quod homo Romanus Piræa scripserim, non Piræeum (sic enim omnes nostri locuti sunt) quā quiddam, In, addiderim: non enim hoc ut oppido præposui, sed ut loco. Et tamen Dionysius noster, qui nobiscum est, & Nicias Cōs non rebatur oppidum esse Piræa. Sed de re videro. Nostrum quidem si est peccatum, in eo est, quod, non ut de oppido locutus sum, sed ut de loco. Sequutusque sum, non dico Cæciliam, Mane ut ex portu in Piræeum, (malus enim auctor Latinitatis est) sed Terentium cuius sabella, propter elegantiam sermonis putabantur à C. Lælio scribi.

Hæc aliquot adolescentuli cōmuni in Piræeum:

Et idem Mercator hoc addebat captum è Sunio.

Quod si Aulus, oppida volumus esse, tam est oppidum Sunium, quā Piræeum. Sed, quoniam Grammaticus es, si hoc mihi sitim per solueris, magna me molestia liberaris. Hactenus ille: apud quem nihilominus frequenter leges præpositionem proprijs additam, ut ad Att. l. 8. Navis & in Caieta parata est nobis, & Brundusij. Ibid. Ego autem, cum esset incertum iter Cæsaris, quod vel ad Capuam, vel ad Lucceriam iurus putabatur, Leptam ad Pompeium misi, & literas: ipse, ne quo incidere, reuertenti Formias. 7. Verr. Ne ratibus coniunctis freto fugitiui ad Messanam transire possent. Ibid. Accedere incipiunt ad Syracusam. Idem Philip. 13. Ut cum suis copijs iret ad Mütinam. Idem Philip. 12. Profectus ad Mütinam est. Idem 2. Offic. Quā cum in Sicyonem attulisset. Ibid. lib. 3. Si, exempli causa, vir bonus ab Alexandria profectus. Ibid. Si idem sciat complures mercatores ab Alexandria soluisse. Idem Philip. 12. Ne si à Mütina quidem recesserit, audiemus Antonium? Ibidem, Recedit igitur à Mütina Plin. item lib. 36. c. 8. Primus omnium id instituit Mitrès, qui in solis vrbe regnauit. Idem lib. 21. c. 1. Laudatissimum in Antiochia, & Laudicæa Syriæ [lilium,] mox in Phaselide. ¶ Sed quid opus pluribus testimonijs? Liuius tertio quoque verbo præpositionem solet addere, maxime ablatiuo, cum motus è loco significatur. Lib. 1. bel. Pun. Legati Romani à Karthagine in Hispaniam traiecerunt. Ibid. Ab Roma legatos venisse nunciatum est. Ab Vrb. 7. Ab Tybure profecti ad urbem Romam venerunt. bel. Mac. 2. Attalus ab Argis Sicyonem est profectus. bel. Mac. 7. Inde per Thyatiram Sardeis venit. Idem sepe, Ad, præpositionem etiam adhibet. bel. Pun. 1.

In Lucanos ad Grumentum venit. Ibid. 10. Procedentibus ad Tunicem nunciatus alit. Ab Vrb. 5. Inde ad Veios exercitus ductus. Ibidem, Cum exercitibus nec opinato ad Veios accessere. ¶ Dicit hic fortasse aliquis, Ad, h. propinquitatem adsignificare. Audi eundem. Liu. sublata præpositione, idem prorsus significat. Ibid. Voluntarius ductus exercitus Veios. Ibid. Sen. Veies, seu quod aliud ducere velint. Vides ut ita significatur addita, vel detracta præpositione. Si, Ad, propinquitatem adsignificaret, non dixisset Cic. pro Planc. Brundusium veni, vel potius ad mania accessi: satis enim esset ad Brundusium veni. Plinius frequentissime præpositiones addit, maxime cum motus è loco significatur: interdum etiam cum quies. Lib. 31. c. 2. Aquarum culpa in Trezene omnium pedes vitia sentiunt. Lib. 36. cap. 12. Duæ pyramides in Memphis. Lib. 37. c. 7. Inueniuntur compluribus alijs locis, sicut in Ephra, & Asso. Lege Cæsarem, Curtium, apud quos eandem loquendi rationem inuenies. ¶ Quid ergo, inquit, non constat sibi M. Tullius? Si paulo attentius quæ dixerit, consideres, planè intelliges non esse sui dissimilem. Primum, non confessus est aperte peccatum; vitiumque esse præpositionem addere. Nostrum [inquit] quidem si est peccatum: deinde ait se Terentium elegantie studiosissimum, optimūque Latinitatis auctorem secutum. Ad extremū questionem soluendam; nodumque explicandum reliquit Attico, tamquam Grammatico: porinde ac si dice: et: qui ad Grammaticorum normam loquuntur, præpositionem declinare: qui verò Orationis ornatui, & elegantie seruiunt, eam manivè reformidare. ¶ Domus nonnunquam etiam præpositiones admittit. Plin. ad Fabat. l. 7. Ego in villas eius sæpe fecessi, ille in domo mea sæpe conualuit. Liu. ab Vrb. 1. Puerum in domo à patre educatum. bel. Pun. 4. Ab domo venerunt. Idem bel. Mac. 10. Profectus à domo, &c. Idem dec. 3. lib. 5. Ex domo exiit. Cic. 2. Philip. Ad quem è domo Cæsaris tam multa delata sunt. Idem 3. Tusc. Socrates autem primus philosophiam denocauit è caelo, & in vrbe collocavit, & in domos etiam introduxit. Plin. lib. 9. c. 29. Omnia in domum comportat. Liu. dec. 5. lib. 4. Rex in domum se recepit. Cic. Verr. 6. Iulio [scyphos] ad prætoris domum ferri. Senec. lib. 2. Contr. contr. 1. Ego in domum vestram intrabo. Ibid. Dabo operam, quod in tua domo facillimum est, ut abdicet. Ibid. Aliquid in domo locupletis non agendum, agam. ¶ Non solum verba, sed etiam nomina interdum casus communes habent. Cæs. bel. Gall. 1. Frumentum omne comburunt, ut, domum reditionis spe sublata, paratiores ad omnia pericula subeunda essent. Cic. Philip. 2. Qui verò reditis inde Romam? Ibid. 4. Cum capitalem, & pestiferum Brundusio M. Antonij reditum timeremus. Idem pro Plancio. Iter à Vibone Brundusium terra petere contendi. Idem 1. de Diu. Rhodiiorum classi propinquum reditum, ac domum itionem dari.

Insula, seu Regio; Prouincia; cuncta locorum;  
Nomina præpositas gaudent adiungere partes.

Nomina Insularum, Regionum, Prouinciarum, cæterorum denique locorum præpositionem ferè desiderant.

Cic. Verr. 4. Ex Sicilia in Africam gradus imperij factus est Romanis.

*Idem ad Att. 9. Promitto tibi, si valebit, regulam illum in Italia nullam reli-*  
*rum. Ad eund. 14. Nonis Quintilis veni in Patrolanum.*  
*Idem ad eund. lib. 13. Ego in Tusculano te expecto.*

APPENDIX I.

**I**nterdum pars nulla quidem maioribus hæret  
 Præpositiua locis. Perhibent exempla Poëtæ  
 Sæpius. Historici ritus imitantur eorum.

**P**roprijs maiorum locorū, qualia sunt Insularum, vt Cyprus, Sardinia; & Re-  
 gionum, vt Ægyptus, Italia; interdum detrahitur præpositio, præcipuè à Po-  
 ètis & Historicis. Virg. Æn. 3. Ibitis Italiam, portusq; intrare licebit.  
 Valer. Max. lib. 5. c. 3. Senectutem egypti profugus exegit [Solon.]  
 Idem l. 4. c. 1. Eibulus duos filios egregia indolis suos Ægypti occisos cognouit.  
 Cic. pro Dom. sua. M. Cato inuisus, quasi per beneficium, Cyprum relegatur.  
 Idem pro Leg. Man. Africam explorauit, inde Sardiniam venit. Tacit. lib. 2.  
 Germanicus Ægyptum proficiscitur. Ibid. Germanicus Ægypto remeans.

Propria Insularum & regionum aliquando sine præpo-  
 sitione reperiri.

¶ Schol 6

**C**æs. bel. Ciu. 3. Cogebantur Corcyra, atq; Acarnania pabulum supportare. Ta-  
 cit. lib. 3. Drusus rediens Illyrico. Mela. lib. 3. c. 9. Ossa pristini corporis inclusa  
 myrrhâ [phœnix] Ægyptum exportat. Cæs. bel. Ciu. 3. Cæsar cum audisset Pompe-  
 ium Cyprum visum, &c. Cic. de Nat. 1. Si Seriphi natus esses. Curt. lib. 4. Classis Cypro  
 aduenit. Plin. lib. 13. c. 1. Optimum [oleum fit] Sidone, mox Ægypto. ¶ Cum his atq;  
 alijs eiusdem generis nominibus detrahitur præpositio fieri solocissimum Detractione  
 vult Quint. l. 1. c. 5. vt Ægypto venio: quam tamen, vt vides, non solum Poëta & Hi-  
 storici, sed etiam Oratores interdum omittunt. Non pauca præterea testimonia asse-  
 runtur, quæ tamen non vrgent. Cic. ad Att. 5. Sexto die Delum Athenis venimus, &  
 paulo post. Ab Ceo iucundè, inde Gyarum, seu vento, non aduerso: hinc Scyrum, in-  
 de Delum &c. Itaq; erat in animo nihil festinare, Dolo nec me mouere. Eod. 1. Quo  
 mihi iam Sami præsto fuit. Idem in eod. Cum Corcyra epulati essemus. Colum. lib. 9.  
 c. 2. An Creta [nata sunt apes] Saturni temporibus. Varr. de Re rust. lib. 1. c. 7. Creta  
 ad Cortyniam dicitur Platanus esse, quæ folia in hyeme non amittat. Hæc inquam, &  
 similia non vrgent, cum Delos, Samos, Corcyra, Creta non solum insularum, sed eti-  
 am oppidorum sint nomina, vt Rhodos, Chaca, Tenedos, Melita. Cic. 3. Verr. Delum  
 oppidum appellat, & Samum: Tenedum urbem. Liu. bel. Mac. 7. Sæpius & Strabo  
 lib. 10. Samum urbem vocant. Melitam Cic. 6. Verr. etiam oppidum vocat. Insula est  
 Melita Iudices, &c. in qua est eodem nomine oppidum. Corcyram & urbem esse docet  
 Plin. lib. 4. c. 12. Credibile est & in cæteris insulis fuisse oppida iisdem nominibus.  
 Illud. Cæs. bel. Ciu. 2. Varro cum se se Italiani venturū promississet, &c. non facit ad  
 rem, cum inibi non Italiam, sed Italicam, quod est Bæticae provincie oppidum  
 legendum sit. Neq; illud Suetonij in Aug. Decedens Macedonia: neq; Ciceronis l. 9.

ad Att. Si Cn. Italia cedit, in urbem redeundum puto: vt rumque enim verbū ablati-  
 um sepe habet sine præpositione. Cic. pro Lig. Decedens Confidius provinciam.  
 Sic decedere viâ, iure suo, instituto suo, itinere, fide, &c. Idem ad Octau. Cedam vrbe,  
 quam per me conseruatam, vt esset libera, in seruitute videre non potero. Ad eund.  
 Cedam vitâ. Ibid. Cedere foro, curiâ. & pro Mil. Cedere possessione. Quid, si Sardi-  
 nia, & Cyprus aliquando etiam urbium nomina fuerunt? Terentius, cuius auctorita-  
 te se Cicero solet tueri, Cyprum in Adelphis bis dixit omissa præpositione. — te  
 aiunt proficisci Cyprum. Ibid. — & item hinc alia, quæ porto Cyprum. & Liu. l. 5.  
 dec. 5. Pars Cyprum nauigant. Ibid. Cyprum extemplo classem misit. Plaut. in Mer-  
 cat. tum addita, tum detracta præposit. dixit: In Cyprum recta: quandoquidem pa-  
 ter mihi exsilium parat. Ibid. iam Cyprum veni. Iust. quoque l. 6. Cypro exsulabat.  
 pro in Cypro, vel Cypri. Vitr. lib. 4. cap. 5. Si secundum flumina ades sacra fient, ita  
 vti Ægypto circa Nilum. ¶ Cum Petendi verbum pro Proficisci, Adire, adhibe-  
 tur, non est locus præpositioni. Liu. 1. bel. Pun. Dum ipse terrestri per Hispaniam,  
 Galliasq; itinere Italiam peteret. Plin. ad Fabatum lib. 7. Proconsul provinciam  
 Baticam per Ticinum est petiturus.

APPENDIX II.

**C**ERTA appellatiua gradu post verba Latino  
 Ire solent: vt, Bella mari, terraq; geruntur,  
 Ire viâ, Transire vado, Tota vrbe vagari.

**C**ERTO appellatiua ablatiuo sine præpositione eleganter efferuntur, quæ  
 alioquin accusatiuo cum præpositione, Per, efferenda essent.  
 Cic. Attic. lib. 5. Iter consciebamus astuosa, & puluerulenta viâ.  
 Idem Verr. 2. Multa mihi à C. Verre insidia terrâ, mariq; facta sunt.  
 Liu. bel. Mac. 8. Vado nusquam transitus erat.

**V**AGANDI verbum hanc in primis elegantiam sibi vendicat, vt Toto foro,  
 tota vrbe, tota Asia vagari.  
 Cic. Phil. 11. Nunc [Dolabella] tota Asia vagatur, volitat vt rex.  
 Ad Att. 14. Quem quidè ego spero iam tutè vel solum tota vrbe vagari posse;  
 Idem pro Font. Hi contra vagantur lati, atq; erecti passim toto foro.

Datiuus communis.

**O**Mnia Personæ superaddere verba Datiuum  
 Commoda cuius erunt, Incommoda, Gratia, possunt;  
 Vt Tibi aras, seris, atq; metis: tibi condis eidem.

**Q**UODUIS verbum admittit datiuum eius personæ, in cuius gratiam, commo-  
 dum, vel incommodum aliquid fit.  
 Sall. Ist. Iug. A multis illi mortalibus honestissima suffragatione consulatus per-  
 cebatur. Cic. ad Att. 2. Libros tuos nobis conserua.  
 Liu. ab Urb. 2. Magno illi ea curatio stetit.

De Datio communi Commodi, &amp;c.

¶ Schol. 7.

**P**llaut. Mercat. Tibi arus, tibi occas, tibi seris, tibi eidem metis. Idem Bacch. illum perisse duco, cui quidem perijt pudor. Terent. Heaut. Hic mihi nunc quantum plus sapit, quam egomet mihi. Cic. Verr. 7. Itaq, illi, cum sanguis os, oculos, compleisset, concidit. Liu. ab Urb. 4. Consulibus operæ erat, id negotium agere Senec. in Agam. Mentemq, tibimet ipsa pacifica tuam.

## Accusatiuus, &amp; ablatiuus communis

Temporis.

**Q**uamdiu amat Quartū, vel Sextum: vt Quattuor annos  
Æger auus pódagra iacuit: vel quattuor annis.

**T**empus accusatiuo, vel ablatiuo casu effertur, si per Quādiu fiat interrogatio, vt Quamdiu regnauit Romulus? Septem & triginta annos, vel annis. Sueton. in Calig. c. 59. Vixit annis viginti nouem, imperauit triennio, & decem mensibus, diebusq, octo.

**A**d, Quando, Sextus tantum respondet ubiq,;  
Vt, Quando fient comitia? Mense Decembri.

**S**in verò per quando fiat interrogatio ablatiuo vtendum est. Vt Quando datum est tibi hoc negocium? Anno superiore. Idem s. Tusc. Heroicis etiam etatibus Vlysem, & Nestorem accepimus & fuisse, & habitos esse sapientes.

De Accusatiuo, &amp; Ablatiuo Temporis omnibus verbis communi.

¶ Schol. 8.

**S**patium tēporis vocant, cum per aduerbium, Quādiu fit interrogatio, & tunc frequentius vtimur accusatiuo, quā ablatiuo. Liu. 1. bel. Mac. Ibi paucos dies sciēte Borea retenti. Idem ab Urb. 1. Romulus septem & triginta regnauit annos. Idem bel. Pun. 4. Syracusæq, cum breue tempus libertas affulisset in antiquam seruitutem reciderunt. Idem bel. P. 9. Ludi biduum instaurati. Sall. Iug. Quintum iam mensē socius, & amicus P. Rom. armis inclusus teneor. Cæs. bel. Ciuil. 1. Nec minimam partem temporis equitum cetrati sustinere potuerunt. Idem lib. 5. Corus magnam partem temporis in his locis stare consuevit. Cic. 5. Tusc. Duodequadraginta annos tyrannus Syracusanorum fuit Dionysius. Idem Verr. 4. Prouinciam triennium obtinuisti. Idem 2. de Leg. Censet habendas triduum ferias. Idem ad Caton. 1. 15. Biduum Laodicæ sui, deinde Apamææ quatruiduum, triduum Synnadis, totidem dies Phileméli. Sic ferè Cic. & Liu. loquuntur. ¶ Plin. sepe etiam ablatiuo vtitur. Lib. 5. 4. c. 12. Gens felix anno so degit duo. Lib. 7. cap. 48. Masinissam sexaginta annis regnasse indubitatū est. Ibid. c. 50. Xenophilum musicum centum & quinque annis vixisse sine vllō corporis incommodo. Lib. 14. c. 4. Durant adhuc vna ducentis ferè annis Item lib. 16. c. 44. Græcinus auctor est, sexagenis annis durasse vites. Lib. 30. c. 1. Eudoxus Zoroastrem hunc sex millibus annorum ante Platonis mortem fuisse prodit. Item Cic. de Clar. Mortuus est annis octoginta tribus ipsis ante me consulem.

Idem

Idem de Arusp. Negotium magistratibus est datum anno superiore. Idem Tusc. 2. Necessè est miseris esse eos, qui centum millibus annorum antè occiderunt. Idem Att. 4. Venerat duabus horis antè Cherippus. Idem ad Dolab. 1. 9. Breui tempore te sum visurus. Curt. lib. 4. Quatruiduo in eodem loco subsistit. ¶ Speciem temporis quidā appellat, cum per aduerbium, Quando, interrogamus. Hirc. de bello Afr. Mos ipsius, consuetudog, superioribus temporibus fuerat. Suet. in Cal. c. 48. Nono Kal. Febr. hora quasi septima &c. Colum. lib. 8. c. 7. [Auis] Prima lunā saginari cœpta, vigesima pergliscit. ¶ Ablatiuus interdum Intra significat, vt Paucis diebus, Biduo, Triduo, pro Intra paucos dies, Intra biduum, Intra triduum. Cæs. bel. Gall. 3. Neq, adhuc hominum memoria repertus est quisquam, &c. Cic. ad Q. fr. lib. 3. Quattuor tragœdias sexdecim diebus absoluisse cum scribas, &c. Idem Att. 4. Multis annis ciuis nemo erat mortuus. Ad eund. 9. Biduo sciemus. Idem pro Mil. Respondit Clodius triduo illum, ad summum quatruiduo periturum. Idem Philip. 13. Paucis diebus, & in domum & in hortos paternos immigrabit. Sall. Iug. Vti diebus decem Numidia decederet. ¶ Vlpian. Pandectar. lib. 2. Nummum quot annis, vel quot mensibus acciperet. Gell. lib. 6. cap. 5. Scriptum inuenitur, vt Karthaginienfes quot quot annis darent P. Romano certum pondus argenti.

## Accusatiuus, vel Ablatiuus

communis Spatij.

**V**lt Quartum, Sextum ue loci Distantia easum:  
Vt, Stadium distant: vel, centum passibus hostes.

**C**uius verbo apponi potest accusatiuus, vel ablatiuus, qui distantiam loci significet. Cic. ad Tiron. 16. Is locus est citra Lencadem stadia viginti. Idem ad Att. 13. Cubitum nullum assiduo cursu processit. Cæs. bel. Gall. 1. Millibus passuum sex à Cæsaris castris sub monte confedit. Plin. lib. 6. c. 30. Abesse à mari dicuntur dierum quinque itinere.

De Accusatiuo &amp; Ablatiuo communi Spatij.

¶ Schol. 9.

**S**patium loci multò frequentius accusatiuo effertur, quā ablatiuo. Cic. pro Deiot. Negat se à te pedem discessisse. Verr. 6. Neq, ab argento digitum discedere. Pro Sext. Edixit, vt ab Vrbe abesset millia passuum ducenta. Liu. bel. Mac. 7. Mille, & ducentos passus ibi latitudo patet. Ibid. duo millia ferme, & quingentos passus ab hoste posuerunt castra. Plin. lib. 2. cap. 21. Solem abesse à luna vnde viginti partes, quantum lunam ipsam à terra, prodiderunt. Cæs. bel. Gall. 1. Cum bidui viam processisset, &c. Ibid. Ab exploratoribus certior factus Ariouisti copias à nostris, millibus passuum quatuor & viginti, abesse. Colum. lib. 5. cap. 10. Ternas nuces in trigonum statuito, vt nux à nuce minimè palmo absit. ¶ Ipsum quoque Spatij nomen in vtroque casu adhibetur. Curt. lib. 5. Ædificia ferè spatium vnius iugeris a sunt. Liu. bel. Mac. 2. Quinque millium spatium progressus. Idem dec. 5. lib. 5. A Chalcide Aulidem trajicit trium millium spatio. Colum. lib. 11. cap. 3. Sulci litarum inter se distent semipedalis spatio.

## Ablatiuus Absolutus.

SExtus adh. refert verbo cuiumque solutus:  
SvT Rex egreditur procerum stipante caterua.

QVibuslibet verbis addi potest ablatiuus absolutè positus.

Cic. ad Att. 14. Scripsi hac ad te apposita secunda mensa.

Ad cumd. lib. 5. Quod auctore te, velle coepi, adiutore assequar.

Idem de Leg. 3. Nobilium vita, victuq; mutato, mores mutari ciuitatum puto.

Idem de Clar. Or. Ego cautiùs posthac historiam, te audiente, attingam.

## De Ablatiuo Absoluto.

CIC. Philipp. 11. Nemo erit, qui credat prouinciam, te inuito, tibi esse decretam.

Liu. ab Vrb. 1. Aucta ciuitate magnitudine vrbis formatis omnibus domi, &c.

Idem ab Vrb. 2. Tarquinius spe omni reditus incisa exsulatum ad generum abiit.

Liu. bel. Pun. 4. Ceteros non antè quàm bello confecto accepturos esse. Idem ab Vrb. 15

4. Negant se inde, priusquam capta vrbe hostium, redituros esse. Plin. lib. 7. c. 16. Ho-

minem, priusquam genito dente, cremari mos gentium non est. Suet. in Tib. c. 22. Ex-

cessum Augusti non priùs palam fecit, quàm Agrippa iuvene interempto. Idem in

Vitell. cap. 8. Non antè in prætorium redijt, quàm flagrante triclinio ex conce-

ptu camini. Aliquando absolutè ponitur Participium præteriti temporis sine no-

mine. Liu. 1. bel. Mac. Inde ad Pluuiam est progressus, nondum comperto, quam re-

gionem hostes petissent. Ibid. 1. 7. Ibi ex agrestibus cognito hostium naues ad Ætha-

liam stare. Tacit. lib. 2. Auditò castellum Luppiæ flumini appositum obsideri, sex legi-

ones eduxit. Idem lib. 15. Et, multum diceptato, Monobazus testis adhibetur. Iust.

1. 43. Petitoq; vt intrare vrhem liceret. Interdum ablatiuus, & nominatiuus ver-

bi eiusdem sunt personæ. Q. Cic. ad Tiron. lib. 16. Non potes effugere huius culpe

pœnam, te patrono. Senec. de Vit. be. c. 20. Populo spectante fieri credam, quidquid, me

conficio, faciam. Idem lib. 3. Epist. Acerbum est vri, quantò acerbius, si id, te faciente,

patiariis iuuen. Saty. 13. — prima hæc est vltio, quòd, se Iudice, nemo nocens ab-

soluitur. — Sedigitus apud Gell. lib. 15. cap. 24. Multos incertos certare hanc rem

vidimus. Palmam pœtæ comico cui deserant. Eum, me iudice, errorem dissol-

uam tibi. Sic Ouid. non rarò loquitur.

## Ablatiuus INSTRUMENTI, CAUSÆ,

## Modi actionis.

Sive INSTRUMENTI, seu CAUSÆ adiungere Sextum,

SSIue Modi, quo aliquid fiat, verba omnia possunt:

Vt, Gladio, equo animo occumbam, virtutis amore.

QVæuis verba ablatiuum admittunt significantem INSTRUMENTUM.

Terent. Adelph. Hisce oculis egomet vidi.

Cic. in Vatin. Cum illud iter Hispaniense pedibus ferè confici solet.

Idem

Idem Verr. 7. Sex lictores confidunt valentissimi, cadunt acerrime virgis.

Aut CAusam propter quam aliquid fit. Cic. ad Q. fr. Vestra culpa hæc ac-

ciderunt. Terent. Adelph. Dolore & miseria Tabescit. — Plin. 1. 10. c. 73.

In Africa magna pars ferarum æstate non bibunt inopiâ imbrium.

Ant MOdum quo aliquid fit. Cic. pro Mil. Quonam modo id ferret ciuitas.

Idem de Senect. Sapientissimus quisque æquissimo animo moritur, stultissi-

mus iniquissimo.

CVM solet interdum gradul Modus addere Sexto:

Vt, Cum febre domum redij, laterisq; dolore.

MOdus actionis præpositionem, CVM, interdum desiderat. Cic. de Off. 1.

Ira procul absit, cum qua nihil rectè fieri potest. Idem de Orat. 3.

Cum febre domum redij [Crassus] dieq; tertio est lateris dolore consumptus.

De Ablatiuis INSTRUMENTI, CAUSÆ, & Modi actionis. Schol. 11.

QVint. lib. 1. c. 4. existimat instrumenti casum non esse ablatiuum, sed septimum

casum. Quæret (inquit) etiam, sit ne apud Græcos vis quadam sexti casus: &

apud nos quoque, septimi: nam cum dico, Hastâ percussi, non vtor ablatiuum naturâ:

nec si idem Græcè dicam, datiuum τῷ δόξῃ. Hæc ille. Græca lingua ablatiuo instrumenti

præpositionem non addit: Latina rarò. Cato cap. 37. Summam [fornacem] cum luto

extrinsecus oblitio. Plin. lib. 13. c. 23. Conuerberatam faciem illinens sibi cum thure

cerâq; Lib. 31. c. 10. de Nitro. Ciet & sudorem cum oleo perunctis. Idem lib. 29. c. 6.

Vulturis cerebrum cum oleo cédriuo peruncto capite, & intus naribus illitis. Ibid.

Limâcis officulum per aurem cum ebore tractum. Cels. lib. 7. c. 27. Flumbum clo-

tum cum vino vngetur. Sil. lib. 8. Dat chlamydem, &c. — & cum qua diuinum liba-

rat ad aras Hasdrubal ex auro pateram. — Seren. Aut saba cum tepidis Bacchi

decocta fluentis. Casus Instrumenti proprius in accusat. eum præp. Per, non in

concinne traducitur. Cels. lib. 5. cap. 16. Dixi de ijs vulneribus, quæ maximè per tela

inferuntur. Sall. Iug. C. Manio per hostias dijs sacrificanti, &c. Idem Histor. lib. 2.

Exornatis edibus per aulae, & insignia. Ad CAusam propter quam, pertinent hæc

& similia, Ardere iracundiâ, dolore, irâ, studio, desiderio, amore alicuius rei. Flagra-

re, Inflammari cupiditate, amore. Terent. Adelph. Me miserum, vix sum compos

animi, ita ardeo iracundiâ. Cic. Tusc. 2. Si nulla est, quid exornamus philosophiâ,

aut quid eius nomine gloriosi sumus. Idem 2. de Diu. Medici numquam ægris dicunt,

illo morbo eos esse morituros. Plin. ad Arrian. lib. 2. Quamuis enim quiritis amore

excesseris insidet tamen animo tuo maiestatis publica cura. Hæc etiam fortassis

Lator, Gaudeo, Delector, Oblector, Tristor, de quibus supra egimus in con-

structione verbi neutri, Sch. 20. Ablatiuus CAUSÆ etiam præpositiones, A, vel Ab,

Cum, De, Ex, Præ, Pro, nonnunquam admittit. Terent. Hecy. Pueri inter sese

quàm pro leuibus causis iras gerunt. Liu. bel. Mac. 9. Iacentes hostes à verecundiâ,

memoriâq; meritorum, non secus quàm ducem suum attollunt. Plin. de Vir. Illustr.

Q. Fab. Max. vt verrucosus à verruca in labris, ira ouicula à clementia morum.



Cic. 2. de Orat. Proq; eo quod eius nomen erat magna apud omnes gloria inuitatus esse, ab hospitiis suis. Idem ad Q. fr. lib. 1. Certo scio te fecisse cum causa. Pro Cael. Seruis cum causa premium persolutum. Pro Sext. Rosc. Qui cum fide defendat. Plin. ad Fabat. lib. 7. Corelliam cum summa reuerentia diligo. Gell. lib. 9. c. 13. Silentio facto cum voce maxima inclamat. Cic. pro Sest. Nationes quibus Senatus de me gratias egit. Pro Planc. Nec loqui pre mœre potuit. Suet. in Galb. c. 20. Et quoniam pre caluitio arripere non poterat, in gremium abdidit. Sall. Jug. Timido, & ex conscientia sua dissidenti rebus suis persuadet, &c. Cic. ad Att. 1. Crassus ex eo, quod si suspicarentur homines ei consulatum meum placere, surrexit, &c. Liu. ab Vrb. 4. Discordia domi ex agrarijs legibus fuit. Iust. lib. 43. Puellam vinculis onerat, ex quorum inuidia decessit. ¶ Modum actionis cognoscemus interrogatione, Quo modo? Quomodo tulit iniuriam? Equo, iniquo animo. Cic. pro Flac. Pacem maritimam summa virtute, atq; incredibili celeritate consecit. Liu. bel. M. 4. Volo id quam mollissima via consequi. Sic clara suppressa, submissa voce dicere. ¶ Adhibetur etiã prepositio, Cum, que comes dicitur. Cic. pro Cluent. semper magno cum metu incipio dicere. Idem in Orat. Cum videret Oratores cum seueritate audiri, Poetas autem cum voluptate, tum dicitur numeros sequutus.

### Ablatius Excessus, & Pretij.

**E**Xcessus, Pretij ve adhibent verba omnia Sextum:  
Vt Licet exsuperes animo, stat languine palma.

**C**uius verbo apponi potest ablatiuus rei, qua Excessus significatur.  
Cic. de Clar. Orat. P. Scipio omnes sale, facetijsq; superabat.  
Idem de Orat. 2. Lepore, & humanitate omnibus prestitit Socrates.  
Terent. Phorm. Incredibile est quantum herum anteo sapientia.  
Sall. Jug. Cum omnes gloria anteret, omnibus tamen charus erat.

### ABLATIVVS PRETIJ.

**Q**uæ etiam verba ablatiuum admittunt significantem pretium: vt  
Senatus tritici modium tribus denarijs aestimavit.  
Magno has ædes edificavi. Donatus docet literas mina in singulos menses.  
Mina valet centum drachmis Atticis. Secalis modius proximo anno ternis  
sestertijs fuit, summum quaternis; Plin. lib. 7. c. 30. Viginti talentis  
vnam orationem Iocrates vendidit.

De verborum constructione cum ablat. Pretij. ¶ Schol. 11. 35

**N**on solum verba que aperte emptionem, venditionemq; significant, vt Emo, Cõemo, Redimo, Mercor, Vendo, Diuendo, Distrabo, Venumdo, Veneo, Sto, Consto, Valeo, Liceo, Licëor, Licitor, Addico, Loco, Conduco, Taxo, Aestimõ, pro Taxo, Sum, pro Valeo: sed etiam que eius alia huc spectant. Cic. Verr. 7. Hæc verò, que vel vita redimi rectè possunt, aestimare pecunia non quoc. Verr. 5. Docens oportet aliquo in loco Sicilia, Pratore Verre, ternis denarijs

rijs tritici modium fuisse. Plin. lib. 13. c. 15. Quarum [mensurarum] alteri pretium suis libris quindecim, alteri paulò minus. Liu. ab Vrb. 2. Multorum sanguine, ac vulneribus ea Pœnis victoria stetit. Idem bel. Pun. 3. Magno illi ea cunctatio stetit. Varr. 3. de Re rust. c. vlt. Primum enim [piscinæ] edificantur magno, & c. Senc. de Traj. 2. c. 13.  
5 Vitia magno coluntur. Horat. Ser. 2. Saty. 2. Quæ virtus, & quanta bonis sit viuere paruo Discite. — Plaut. Trucul. Iam hercle, iam magno tu vapulus. Liu. bel. Pun. 10. Magnam vim frumenti Aediles quaternis æris vicatim populo descripserunt. Plin. lib. 7. c. 37. Aristidis Thebani pictoris vnam tabulam centum talentis rex Attalus licitatus est. Idem lib. 35. c. 6. Solebant libra eius trecentis libris taxari.  
10 Idem lib. 10. c. 29. Scio sestertijs sex candidam [lusciniam] venisse. Quintil. decl. 9. Vna fingitur coniux, quæ iam perituri vitam mariti sicaria morte sua redemit.  
¶ Aestimo, cuius supra meminimus, cum parui, aut magni facere significat, genitiuo gaudet: cum verò estimationem habere, atque taxare huius est loci. Cic. 5. in Verr. Eodem tempore Antonius tribus denarijs aestimavit post messem summa in vilitate.  
15 Ibid. Idq; frumentum Senatus ita aestimasset quaternis sestertijs tritici modium, binis hordeu. ¶ Magno, Permagno, Paruo, Paululo, Minimo, Modico, Plurimo, Tanto, & si qua præterea sunt, sæpe sine substantiuis reperiuntur. Varr. de Re r. l. 3. c. 9. Veneunt propter pecuniam magno. Cic. 5. in Verr. Decumas agri Leontini vendidisti, si ex lege, magno: si, vt lex esset, tua libido, tunc paruo. Ibid. At permagno decumas eius agri vendidisti. Idem 2. in Rull. Emere agros, quam volent magno, poterunt. Idem pro Sext. Magno & tu tuam partem decide. Terent. in Eun. Quid agas? nisi vt te redimas captum, quam queas. Minimo? si nequeas paululo at quanti queas. Vlpian. Pandect. lib. 19. L. Tullianus. Quasi minimo valeret hereditas. & lib. 4. Finge venditorem modico vendidisse. Cic. 5. in Verr. Excogitare non poterat  
25 quemadmodum plurimo venderet. Plin. lib. 12. c. 18. Tanto nobis deliciae constant.  
¶ Interdum adiunguntur substantiua. Mart. lib. 6. Paruo cum pretio diu liceret: Plin. lib. 8. c. 23. India merces remittente, que apud nos centuplicato veneant. Quamquam hic aduerbium esse quidam opinantur. Idem lib. 9. c. 40. Qui ista mercantur immenso. Suet. in Calig. c. 38. Quidam immenso coacti quædam emere. Hor. Ser. 2. Saty. 3. Luscinias soliti impenso prandere coemptas. Quint. declam. 12. Duplo vendidi: ¶ Vili tamen, & Caro, non videntur substantiua admittere. Plaut. Epid. — quanti eam emit? TH. vili. Quint. decl. 9. Quid me admonetis supremarum amicis mei precum, quibus hæc alimenta caro empta inopi patris senectuti petita? Si tamen locus mendo caret: nam Cicerone, Carè solet dicere. & Quint. eadem declam.  
30 Tanti constat patri captiuitas mea, cum tam carè redemptus sim. Sic idem decl. 12. & Horat. lib. Epist. 2. Diomedes lib. 1. DE Aduerbio: Caro & Vili vocat Aestimationis aduerbia. ¶ Verbum Valeo ablatiuum, vel accus. amat. Plin. lib. 23. c. 2. Aureus nummus post annum sexagesimum secundum percussus est, quam argenteus, ita vt scrupulum valeret sestertijs vicenis. Varr. lib. 4. de ling. Lat. Denarij, quid denos æris valebant: quinarij, quod quinos. ¶ Huc etiam spectat SVM pro Valeo. Cic. 5. in Verr. Cum esset [frumentum] sestertijs binis, aut ternis, quibusuis locis prouincie,

cia, duodenos sestertios exegisti. Ibid. Cum in Sicilia sestertijs binis tritici modius esset, summum sestertijs ternis. Secale vulgus Centenum vocat. Siligo genus est tritici delicatissimi, neq; centenum significat, vt quidam arbitrantur.

## EXCEPTIO.

**Q**uanticumque tamen Tantidem à lege recedunt, Et Pluris, Tanti, Quanti: quibus adde Minoris.

**H**is tamen genitiuis exceptis, Tanti, Tantidē, Quanti, Quanticumq; Pluris, Minoris. Cic. de Off. 3. Emit homo cupidus tanti, quanti Pythius voluit.

Ibid. Vendo meum non pluris, quam ceteri: fortasse etiam minoris.

Idem Verr. 5. Quanti frumentum sit, considera: video esse binis sestertijs.

Senec. l. 5. Controu. Tantidem redēmi patrem, quanti à te redemptus sum.

De genitiuis Tanti, Quanti, Quanticumque, &c. Schol. 13.

**P**lin. l. 17. Proëm. Domitius grauiter increpuit, tanti Censorem habitare. Senec. de Consol. ad Mart. Tanti quodcumque malum est, quanti illud taxauimus.

Tantidem. Cic. Verr. 5. Quod quisque vehere iussus esset, vbi tantidem frumentum emeret, quanti domi vendidisset. ¶ Quanti. Cic. ad Att. 12. de Drusi hortis quanti licuisse tu scribis, id quoque ego audieram. Senec. epist. 82. Vni sapienti notum est,

quanti res queque taxanda sit. ¶ Quidam addunt Tantiuis, Quantiuis, Quantilibet sine Veterum testimonijs. Non video tamen, cur non ita loquamur, si opus

erit. ¶ Quanticumque, & Quantiquanti geminatum, idem valent. Iuuen. Saty. 7. Quanticumque domus [constet], &c. Cic. ad Att. 12. Sed quantiquanti bene emittur, quod necesse est. ¶ Maioris nusquam arbitror esse, pro quo Classici, Pluris,

stuntur. Varro de Re rust. c. 11. Magna enim tecta & edificamus pluris, & tuemur sumptu maiore. ¶ Minoris. Cic. Att. 13. Ambulatiuncula propè dimidio minoris

constabit isto loco. Plin. l. 35. c. 19. Docuit [Pamphilus pictor] neminem minoris talento annis decem. Minoris cum verbo Perco copulatum singulare est. Idem l. 7. cap. 7. Tu, qui te deum credis, tanti perire potuisti: atq; etiam hodie minoris potes,

quantulo serpentis actus dente.

## APPENDIX.

**S**ed Tanti, & Quanti, cum Quanticumque Minoris, Si Fixum addideris, per Sextum efferre licebit.

**G**enitiui Tanti, Quanti, Quanticumque, Minoris, in ablatiuum transeunt, si addantur substantiua. Liu. bel. Pun. 2. Hic miles magis placuit, cum pretio minori redimendi captiuos copia fieret.

Schol. 14.

**T**antidem ablatiuo caret. Laur. Vall. Pluri pretio, ausus est dicere: malim dicere, Maiori pretio, aut Carius. Liu. 2. bel. Pun. Octo milia seruorum audio armari, non minor numerus neq; et, nec maiori pretio redimi possumus, quam hi emuntur. Cic. pro Don. Emit domum propè dimidio carius, quam estimabat.

Aduerbia

**A**duerbia Carè, Cariùs, Carissimè, Bene, Meliùs, Optimè, Male, Peiùs, Viliùs, Vilissimè, cum verbis Emendi, Vendendiq; iunguntur. Cic. 7. Verr. Sit argumento tibi gratis constare nauem. Colum. lib. 12. c. 39. Hoc, vbi lignorum copia est, vilissimè constat. Suet. in Calig. c. 27. Cum ad saginam ferarum carius pedes compararentur, &c. Quint. de lam. 12. Non potest hic com meatu tam carè emi. Hor. 21. Epist. epist. 1. — poema Qui tam ridiculū tam carè prodigus emit. Cetera apud bonos auctores inuenies.

## CONSTRUCTIO VERBI INFINITI.

**V**erba Infiniti casus moderantur eisdem, Quos verba vnde fluunt: vt, Cingere moenibus urbem.

**V**erba Infinita eisdem post se casus postulant, quos Finita. Cic. ad Tiron. Malo te paulò post valentem, quam statim imbecillū videre. Idem ad Q. fr. lib. 3. Quod scribis, te à Casare quotidie plus diligi, immortaliter gaudeo. Idē Att. 7. Vellem à principio te audisse amicissimè monentē.

De verbo Infinito actiuo, & passiuo. Schol. 15.

**V**erba infiniti modi appellat Quint. lib. 9. c. 3. Verba infinita: Gell. lib. 1. c. 7. Indefinita: Grammatici Infinitiuua, quod neque personas, neque numeros definit, ant. Diom. lib. 1. Varijs nominibus ait appellatum esse Infinitiuum modum, Imperfonatiuum, Insignificatiuum, Perpetuum. Sed hæc, & similia sine vlla iactura omitti possunt. ¶ Presens, & Imperfectum tēpus tam actiuum, quam, passiuum vna voce explicatur, vt Amare, Amari: Perfectum, & Plusquamperfectum actiuum vna etiam voce continetur, vt Amauisse: passiuum ex participio prateriti temporis, & infinito Esse, vel Fuisse, suppletur mutatis numeris, & generibus pro re, de qua agitur. Cic. Philip. 2. P. Clodium meo consilio interfectum esse dixisti. Idem pro Cluent. Iniuriam ab huius familia factam esse dixisti. Verbum interdum omittitur. Idem pro Mil. Negant intueri lucem fas esse ei, qui à se hominem occisum fatetur.

## Futurum infinitum actiuum.

**I**n numero genus omne sibi, FORE, iungit vtroque.

¶ Par erat antiquis in, RVM, immutabile tempus:

Nunc habet, ESSE, vices in, RVS, comitante futuro.

¶ Sæpe tamen tacitè verbum, ESSE, subaudit Eclipsis.

**F**ORE, futurum infinitum tantum in vsu est, iungiturq; cum omnibus generibus, & vtroque numero.

Cic. ad Lent. lib. 1. Vehementer confidit his literis, se apud te gratiosum fore.

Ibid. ad eumd. Spero nobis hanc coniunctionem voluptati fore.

Idem Att. lib. 8. Nihil arbitror fore, quod reprehendas.

Ad eumd. l. 7. Dionysio, dum existimabam rages nos fore, nolui nō esse esse.

- 2 **C**Ætera, quibus præfixi sunt, iam exoleuerunt: pro quibus infinito, ESSE, vel FVISSE, prout oratio postulat, & participio in, RV'S, utimur. Cic. ad Attic. lib. 6. Illum eum futurum esse puto, quiesse debet. Idem Philipp. 8. Dixit aliam sententiam se dicturum fuisse. Idem Verr. 3. Non molestè sero me laboris mei, vos virtutis vestræ fructum esse laturos.
- 3 **I**nfiniitum, ESSE, frequenter desideratur. Cic. ad Att. 8. Ego bellum sædissimum futurum puto. Idem ad Terent. 14. Celerius opinione venturus dicitur. Idem ad Attic. lib. 9. Vix spero hunc mihi veniam daturum. Idem ad App. 3. Scribit meas literas maximum apud te pondus habituras.

De Futuris Infiniti modi obsoletis, pro quibus nunc, FORE, usurpatur, Participijsq; omnibus adiunctum reperitur. Sch. 2.

**F**uturum præfixis temporibus futurum infiniti modi, RV'M, syllabâ finitum, quod omnibus generibus, & vtrique numero, non secus, ac FORE, accommodabatur. C. Gracchus, Credo ego inimicos meos hoc dicturum. Valerius Antias, Aruspices dixerunt omnia ex sententiâ processurum. Labertus, Non putavi hoc eam facturum. Vides, ut omnibus generibus, & vtrique numero verba hæc attribuantur? Sic Cic. 3. Verr. Hanc sibi rem sperant præsidio futurum. Quem locum quidam existimantes esse corruptum, futuram, affirmabant legendum esse: cum, futurum, non participium, sed verbum sit infinitum, neque numeris, neque generibus præsertiens, sed liberum vndique, & impromiscuum, quod sine ulla vitij suspitione omnibus numeris, generibusq; sine discrimine attribuitur, ut Gell. l. 1. c. 7. docet: vnde hæc sumus mutati. Fut & aliud futurum præfixis vtitur, SSERE, syllabis terminatum. Plaut. Mil. — hercle credo te facile impetrassere. Sic enim in libris nuper excusis, summaq; diligentia correctis hæc dicitur: cum antea alij Impetratum ire, alij, iri, haberent. Idem Amphit. 25. Se se igitur summa vi, virtusq; eorum oppidum expugnassere. Idem Stich. Habe bonum animum: nam illum confido domum. In his diebus me reconciliassere. — Ibid. Gratiam à patre si petimus spero ab eo impetrassere. Id est, spero nos impetraturos. Quid si vox hæc etiam ad præsens Infiniti pertinet. Pacuv. in Medea: Possum ego istam capite cladem auerruncassere. Quasi prima positio sit Auerruncasso, ut Expugnasso, Petesso, pro Auerrunco, Expugno, Peto, & cæt. id genus apud Præfixos. Quorum ultimo vsus est Cic. Tusc. 2. Qui hanc (laudem) petessunt, nullum fugiunt dolorè & Idem de Diu. Mentèq; diuina calum, terrasq; petessit. Futurum hoc à supro coniunctiui modi Reconciassero, Expugnassero, Impetrassero fit: siquidem præfixi Latini etiam Amassero, Irritassero, Iudicassero, Monstrassero pro Amauero, Irritauero, & c. dicebant. Plaut. Amph. Si me irritassis, hodie lumbifragium hinc auferes. Idem Epid. Adole scens si istunc hominem, quem tu querissas, Tibi monstrassero, ecquam abs te inibo gratiam? Itaque, FORE, nunctantum vsitatum est, quod non raro etiam cum participijs in, RV, iungitur. Cic. Att. 3. Deinde addis te ad me fore venturum. Liu. 6. ab Vrb. Libenter facturos fore, ut Iudi maximi fierent. Porc. Latro in declam. in Catil. de cuius eloquentia Plin. l. 20. c. 14. & Quintil. l. 10. c. 5.

meminit,

meminit, sepe sic loquitur. Lucem namque, ait, nescio quam de domo Cornelia quondam proditura fore, & c. Ibid. Putate matronas Vrbis, ac liberos nostros ad genua vestra sese obuersaturos fore. Illud Liu. lib. Pun. 8. Et acturum se id per populum aperte ferret, si Senatus aduersaretur. quidam vitiose citat, Et acturum se per populum aperte fore, & c. ¶ Credo, Fore, etiam cum participijs præteriti, & futuri temporis in, RV, posse iungi. Cic. Bruto lib. 11. Quis spero brevi tempore societa & victoria tecum copulatos fore. Idem ad Lentul. lib. 1. Ut Rex intelligat, nisi per te sit restitutus, deseru se, atque abiectum fore. Idem ad App. l. 3. Quasi diuinarem fore mihi aliquando expetendum studium tuum. Porc. Latro. Statuebant afficiendos fore immortalibus donis. Idem, Credite item vim vniuersam flagitiose iuuentutis a hodierno Catilina supplicio simul sciendam fore, aut & c. Liu. lib. Mac. 6. Ed quoque mittendos fore legatos. Ibid. l. 4. Non id Cornelia magis familie, quam vrbis Romane fore erubescendū. ¶ Diceret fortasse Laurētius hæc potius nomina esse, quæ participia. Nescio cur id Laurentio tantopere displicuerit, cum futura cum futuris passim iungantur. Cic. l. de Inuent. Altera est, in qua rerum earum, de quibus erimus dicturi, breuiter expositio ponitur distributa. Idem pro Fonte Excitandus nobis erit ab inferis C. Marius, & c. Et præterita futuris miscentur, cum dicturum fuisse, Auditurum fuisse, & alia huius generis dicimus.

### Futurum infinitum passiuum.

20 **F**uturum passiuum ex infinito, Iri, & voce simili lupino in, VM, constat, ut Amatam iri, Doctum iri, Violatum iri, Occisum iri, omnibusq; generibus, atq; vtrique numero attribuitur.

25 Cic. ad Att. 2. Pompeius affirmat se prius occisum iri ab eo, quàm me violatū iri. Idem de Diu. lib. 1. Vaccinatus est madefactum iri Graciam sanguine. Terent. in prol. Hecyr. — interea rumor venit Datum iri gladiatores. — Quintil. lib. 9. c. 2. Reus parricidij damnatum iri videbitur. Plaut. in Rud. Mihi ista hæc videtur præda prædatum irier. Cic. ad Q. frat. lib. 2. Quæ tam antiquis hominibus attribuerem, ea visum iri facta esse.

30 Amatam iri, & c. futuri esse temporis: & ante se accusatiuum, post se ablatiuum exigere. Schol. 3.

35 **F**uturi Datam ire, Perditum ire, Interfectum ire, Seruatum ire, & alia eiusdem generis nihil aliud, quàm Dare, Perdere, Interficere, Seruare significant, atque præsentis sunt temporis; tamen Datum iri, Perditum iri, Interfectum iri, & quæ sunt generis eiusdem, futurum tempus adsignificant, ut allata exempla, atque alia multa docent. Cic. Att. 9. Quem tu locum Gracie non direptum iri putas? Ad eund. lib. 10. Quod scribis te ipsum putare me attractum iri, & c. Idem ad eund. lib. 7. Dederam equidem L. Sansonio literas, & c. sed, ut Philosophi ambulant, has tibi redditum iri putabam prius. Sunt qui putent hoc loquendi genere etiã tempus præsens adsignificari: fieri quidem potest, sed testimonia, quibus id docent, partim depra-

uata sunt, partim nobiscum faciunt. Videamus Plin. 2. Epist. Quæ absolutiora mihi videbantur, non fuit alienum iudicio tuo traditum iri. Apud Plin. lib. 2. epist. 5. ad Luperum, sic legitur, Interim quæ absolutiora mihi videbantur, non fuit alienum iudicio tuo tradi. Cic. 2. de Inuent. Si id concedatur, illud non concessum iri oportet. Oportet, nusquam est apud. Cic. Locus est non longè à principio. Laet. l. 1. Et Erithream se nominatum iri prælocuta est. apertissime futurum est. Sic Cic. 1. de Diu. Cum dixisset remigem uasincinatum, inadesactum iri minus triginta diebus Græciam sanguine. Itidem illud Plauti Rudent. act. 4. scen. vult. alias penult. Mihi istac videatur præda prædatum irier. Prædatum iri, futurum procul dubio est: timebat enim vehementer Gripus, qui hæc loquitur, ne herus vir bonus & iustus vidulum, quem cum multo auro, & argento rete traxerat, restitueret lenoni, qui naufragium fecerat, atq; ita tanta præda spoliaretur. ¶ Nunc ponamus aliquot exempla, quibus planè fiat Amatum ire, Datum ire, & alia huius generis præsens adsignificarc, quæ Diomedes, Donatus ceteriq; veteres Grammatici docent futuri infiniti esse circuitiones. Plaut. Pæn. Siccine oportet ire amicos homini amanti operam datum? Idè Cistel. Qui magis potueris mihi honorem ire habitum, Nescio. — Sall. Sug. Cui Rome omnia venum ire in animo hæserat. Liu. bel. Mac. 9. Vitricus ergo, inquit, tuus pudicitiam, famam, spem, vitamq; tuam perditum ire hoc facto properat? Gell lib. 14. c. 6. Homo nobis familiaris, Aditum, inquit, ornatumq; volo ire Noctes tuas. Quid quæso aliud Ire datum operam, Ire habitum honorem, Ire oppugnatum, Perditum ire, Ornatum ire, quàm Operam dare, Habere honorem, Oppugnare, Perdere, Ornare, Venire significat? Illud Plauti Mil. — hercle credo te facile impetratum ire: quo quidam conantur docere hæc futurum tempus adsignificare, longè aliter legitur, vt paulò antè diximus, — hercle credo te facile impetrassere. quod futurum infinitum est priscum, pro Impetratum esse. ¶ Infinita passiva Vitum iri, Occisum iri, & alia id genus, à verbis actiuis accusatiuum habent ante se more aliorum verborum Infiniti modi: neque enim à supino in, Vm, regitur, vt quidam volunt: post se verò ablatiuum habent etiam singularis numeri, vt allata exempla docent. Si fiant à verbis neutris etiam post se ablatiuum exigent, vt Credo à militibus Cæsaris fortissime pugnatum iri. Arbitror à nemine tibi nocitum iri: Cæs. 5. bel. Gal. Nocitum iri dixit: Ille appellatus respondit, si velit secum colloqui, licere, sperare à multitudine impetrari posse, quod ad militum salutem pertineat, ipsi verò nihil nocitum iri. ¶ Si quis roget an hæc etiam ante se accusandi casum habeant: ex his quæ supra de verbis impersonalibus diximus, facile intelliget. Cur enim non subaudiatur pugnam, & noxam? vt dicimus Pugnare pugnam, Nocere noxam? ¶ Vox quæ supino in, Vm, similis est, tam verba actiua, quam passiuæ declinationis comitatur. Liu. bel. Mac. 2. Neu pertinacia sua gentem vniuersam perditum irer. Teren. Andr. — cur te is perditum? Idem Heaut. — in mea vita tu tibi laudem is quesitum scelus? M. Cato apud Gell. lib. 10. c. 14. Atq; euenit ita Quirites, vii in hac contumelia, quæ mihi factum itur. Rei quoque publicæ mediussidius miserar. Vides, vt Cato dixerit Contumelia factum itur? quem locum sic idem Gellius explicat, Contumeliam factum iri significat

significat Iri ad contumeliam faciendam, idest, Operam duri, quod fiat contumelia. Hæc ille. Hoc tamen genus loquendi iam exoleuit, quod ad finita verba attinet: quod modus infinitus suo iure retinuit. ¶ Illud pene mihi exciderat, Ire, locum habere etiam cum verba sunt Deponentia, vel Communia. Sall. Iug. Vbi ira, & agritudo permista sunt cum maxima cura vltum ire iniurias festinat. Curt. lib. 10. Meleagri temeritatem [Macædones] armis vltum ire decreuerant. ¶ Circuitiōnem illam, quæ ex participio in, Dus, & infinito, Esse, constat, prætermisimus, propterea quod parum sit usitata Veteribus: non quod negem esse participium in, Dus, futuri temporis, cum id Quintilianus, omnesq; veteres grammatici doceant: sed quia hæc loquendi ratio officium, necessitatemq; potius quam futurum tempus adsignificare videatur. vt in illo Virg. 3. Æn. — socijs tunc arma capebant Edico: & dira bellum cum gente gerendum. vbi significat Æneas necessariò gerendum esse bellum cum Harpyis. & Cic. ad Cat. lib. 15. Admonendum potius te à me, quàm rogandum puto. quod sic exponi potest, Admoneri puto potius te à me, quàm rogari oportere. Sed hæc hætenus: nam in Rudimentis, cum de Participijs egimus, multa de eadem re dicta sunt Schol. 12.

### Ratio supplendi futurum infinitum, maximè

cum verba supinis carent.

**F**ore vt, Futurum vt, verbis Spero, Puto, Affirmo, Suspicio, & his similibus iuncta eleganter futurum infinitum tam agendi, quàm patendi modi suppleant. Cic. Tusc. 1. Spero fore vt contigat id nobis. Idem Att. 16. Nunquam putavi fore, vt ad te supplex venirem. Ad Lent. lib. 1. Valde suspicio fore, vt infringatur hominum improbitas. Senec. Proem. l. 2. Contr. Scio futurum, vt auditis eius sententijs, cupiatis multas audire. Ibid. Nunquam futurum putavi, vt pater meus liberos odisset.

¶ Hac circuitiōne subuenitur verbis quæ supinis carent: vt Puto fore, vt breui his incommodis medeare.

Affirmo fore vt paucis post diebus orationem pro Marcello ediscas.

Suspicio fore, vt iuri civili potius, quàm Philosophiæ studeas.

Polliceor fore, vt non multò post inimis sensibus angaris, quando saluterrimæ parentis consilia negligis.

### Circuitio ex præterito, & futuro

mixta.

**C**ircuitio illa, Futurum fuisse, ex præterito & futuro mixta non minimum orationi affert ornamentum. Cæs. bel. ciu. 3. Existimabant plerique futurum fuisse, vt oppidum amitteretur.

**H**æc quidem circuitio necessaria est, cum verba supinis desintuntur: vt Affirmabant omnes futurum fuisse, vt frater tuus breui literas Græcas disceret, nisi lateris dolore consumptus fuisset.

De circuitio[n]ibus mistis ex præter. &amp; futuro.

¶ Schol. 4.

**C**IC. pro Marcell. Omnes verebamur nimis iracundam futuram fuisse victoriam. Idem ad Macell. lib. 4. Eum magis communem censem in victoria futurum fuisse, quam incertis in rebus fuisse? Idem de Div. 2. An tu censes ullam animum tam delirantem futuram fuisse, ut somnijs crederet, nisi ista casu nonnunquam concurrerent? Illa circuitio ex præterito & participio in, Dns, an huc spectet peritiores iudicabunt. Credo Remp. à Catilina funditus evertendam fuisse, nisi Marcus Tullius eius nefarias conatus compressisset. Qui voces in syllabas, Dns, & Dum, exequentes necessitate, officiumq[ue] potius, quam futurum tempus ad significare docent, non facile id concedent, quorum sententiæ libenter accedimus interim, dum Veterum exempla non succurrunt. Quare dicam potius, Credo Catilinam Remp. funditus fuisse eversurum, nisi M. Tullius, &c.

## Infinita cum quibus verbis copulantur.

**D**Ebeo cum Soleo, Cupio, Infinita præire Verba solent, & plura quibus fit nota voluntas, Cumq[ue] alijs, quorum usus erit bonus ipse magister.

**V**erbis Cœpi, Debeo, Soleo, Cupio adduntur Infinita, multisq[ue] alijs maxime ijs, quibus voluntas explicari solet.

Cic. pro Rosc. Comæd. Qui mentiri solet, pejerare, consuevit.

Idem ad Tiron. 16. Omnes cupimus, ego in primis te videre.

Quibus verb. & nominibus adhæreant verba Infiniti modi. ¶ Sch. 5.

**M**ulta sunt verba, quibus Infinita adduntur, Cesso, Desino, Pergo, Incipio, Gaudeo, Lætor, Suadeo, Aggredior, Opto, Aueo, Gestio, Desidero, Volo, Malo, Paro, Cogo, Affirmo, Nego, Instituo, Censeo, Statuo, Decerno, Ostendo, Indico, Audeo, Timeo, Lûbeo, Disco, cum symonimis, ut Amat pro Solet, Est pro Licet. Plin. l. 35. c. 18. Quos enumerare non est, &c. Ibid. cap. 12. Ita, ut non sit aspectu discernere à verbis. Item Possum, Videor, quæque sunt de eodem genere. Præterea, quæ Proæretica vocant, id est, quæ ad voluntatem explicandam pertinent, de quibus iam egimus. Ab his præcipue tradunt Grammatici, verba infinita definiri, ac determinari: nam, cum infinitum verbum (ut vox ipsa declarat) incerti sit numeri, & personæ, beneficio verborum, quibus adiungitur, numerum, personamq[ue] certam habet: exempli gratia, Videre verbum est infinitum, neque enim scire potes, sit ne singularis, an pluralis numeri, primæ, secundæ, an tertiæ personæ: adde ei verbum, Cupio, sic, Cupio videre te beatum. subito ex infinito, & incerto, factum est finitum, certumq[ue] munere, ac beneficio verbi Cupiendi: est enim Videre primæ personæ, singularis numeri, quemadmodum Cupio, cui adheret. ¶ Solet, Incipit, Debet, Cœpit, Desinit, Potest, cum Infinitis verborum impersonalium adiunguntur, nominatiuum celant. Cic. l. de Fin. Qua præceptrice in tranquillitate viui potest, omnium cupiditatum ardore restincto. Idem Att. lib. 11. Hic maneri diutius non potest. ¶ Futurum Infiniti maxime his verbis gaudet, Auguror, Confido, Credo, Existimo, Puto, Audio, Video, Ominor, Suspicor, Opinor, Affirmo, Polliceor, Promitto: itemq[ue]

ceteris

ceteris eiusdem generis. Cic. Att. 8. Sin erit bellum, ut video fore, meæ partes non desiderabuntur. Idem pro Mil. In his singulis ita semper existimatis, viuo P. Clodio, nihil horum vos visuros fuisse. Quidam legunt, visuros fore. ¶ Infinita nonnunquam cum verbis motus, nominibusq[ue] substantiuis, moræ Græcorum, coniunguntur. Virg. l. 1. Æn. Non nos aut ferro Libycos populare penates Venimus, aut raptas ad littora vertere prædas. Terent. Hecy. — Voltisne eamvis visere? Ibid. — nostra illico ut visere. — Ibid. — filius introiit videre, ut venit, quid agat. Cic. in Top. Sed iam tempus est ad id, quod instituimus, accedere. Cas. 7. bell. Gal. Consilium capit omnem à se equitatum noctu dimittere. ¶ Adduntur & nominibus adiectiuis, maxime apud poetas: unde sunt illa Paratus respondere, cantare, certare. Certus ire, succurrere, mori. Doctus cantare, vincere. Peritus certare. Audax perpeti. Timidus mori, & cetera id genus. Paratus, Dignus etiam ab Oratoribus cum Infinito copulantur. Cic. pro Quint. Et, si qua in re, id quod parati sunt facere, falsum criminem quasi venenatum aliquod telum iecerint, medicina faciendæ locus non erit. Idem ad Caton. lib. 19. Mitto, quod invidiam, quod pericula, &c. si per me licuisset subire paratissimus fueris. Idem in Sall. Mihi multò minor est [res familiaris,] quam habere dignus sim. Plin. Paneg. Vterque optimus erat, dignusq[ue] alter elegi, alter eligere. Quint. l. 10. c. 1. Lyricorum idem Horatius ferè solus legi dignus Plin. lib. 31. c. 2: Carmen dignum ubique legi. Ouid. Sed puer est, ætas mollis & apta regis ¶ Adiectiuis neutris elegantèr adhærent Infinita ut, Equum, laudabile, piumq[ue] est miseris opem ferre. Cic. Att. 8. Pro patria, & in patria mori præclarum est. ¶ Verbi itidem substantiui interuentu nominibus substantiuis adherent. Terent. Phorm. Quantus metus est mihi venire huc saluum nunc paruum Getal! Liu. ab V. 8. Sententia fuit puberes verberatos necari. Cels. l. 3. c. 27. In mammis se reperisse, ciburgeticus Merges auctor est.

## APPENDIX.

**C**um manet Actiua structura in vocibus anceps, Fiet aperta gradu passiuè in uerba Latino.

**A**mphibolia, accusatiui geminatione facta, soluitur ablatiuo: ut, Milonem audiui occidisse Clodium, ambigua est oratio: dubium enim est, uter ab altero fuerit occisus. Muta alterum accusatiuum sic, A Milone audiui occisum esse Clodium: sublata est omnis dubitatio. ¶ Schol. 6.

**Q**uint. l. 7. c. 10. Accusatiui geminatione facta Amphibolia soluitur ablatiuo, ut illud, Lachetem audiui percussisse Democæ: fiat, A Lachete percussum Democæ.

## Gerundia.

**O**mnia Patris amant actiua gerundia casus. Ut, Tempus cohibendi iras, & pace fruendi.

**G**erundia, quæ passionem non significant, casus suorum verborum admittunt: ut Tempus obliuiscendi iniurias, ignoscendi inimicis, coercendi cupiditates, abstinendi maledictis.

De Gerundij, & Supini appellationibus, natura, & etymologia.

¶ Schol. 1.

**V**ETeres grammatici Gerundia vocant Modum verborum, Modum participialem, Participialia, Nomina participialia, Supina, & Gerundia. Quidam tam Gerundia, quam Supina Modum participialem appellarunt, quos Diomedes sequutus est, & utraque nunc Modum participiale, nunc Participialia, nunc Supina, nunc Gerundia vocat. Donatu Gerundia appellat, quae hodie Gerundia vocamus, caetera Supina more recepto. ¶ Ego, dicam enim quod sentio, sufficor Gerundia, & Supina verba esse Infiniti modi: nihil enim aliud, verbi causa, Dicendi, dicendo, dicendum, dictum, dictu, quam dicere, vel dici significant. Varius tamen harum vocum est usus, quae varietas, & vbertas solis Romanis contigit: nam Hebraei, Chaldaei, Syri, Graeci, ac serè caetera nationes solo, nudoq; Infinito fuerunt contenti: quod si quando illam Romanorum copiam imitari gestiunt, ad articulos, praepositionesq; confugiunt, quarum beneficio suae inopiae medentur, praefigentes nimirum vel articulos, vel praepositiones, vel utraque simul ipsis Infinitis. Romani, ut hanc ieiunitatem fugerent (neq; enim ferre poterant tam crebrum Infiniti usum, vel potius fastidium) exempli causa, Tempus est causam dicere, Philosophia necessaria est ad bene dicere, Consumpsisti tres horas in dicere causam, Haec causa difficilis est dici: ut hanc, inquam, ieiunitatem fugerent, participialia excogitauerunt, quibus Infiniti loco vterentur sic, Tempus est causam dicendi, Philosophia necessaria est ad bene dicendum, Consumpsisti tres horas in dicendo, Haec causa difficilis est ad dicendum, difficilis est cognitu.

¶ Nonnunquam etiam more exterarum gentium Infinito vtuntur. Liu. l. 10. Dec. 3. Tempus esse aut pacem componi, aut bellum nauiter geri. Stat. Sylu. 4. Forsitan Aufonius ibis frenare cohortes. Excogitarunt itaque Romani participialia verba, ad leniendam, molliendamq; orationem. Quae nomina non ideo censenda sunt, quod aliquando praepositiones admittant, quemadmodum neq; Hebraeorum, Graecorumq; Infinita verba. Certè Quint. lib. 1. cap. 4. de verbis agens, ea inter verba numerat. Quaedam inquit simile quiddam patiuntur, vocabulis in aduerbium transeuntibus: nam ut Noctu, & Diu, ita & Dictu, & Factu: sunt enim haec quoque verba participialia quidem, non tamen qualia dicto, factoque. Haec ille. Quod si Quintil. supina in V, quae aduerbij speciem pra se ferunt, neq; casus verborum postulant, ut Gerundia, verba appellat: existimabimus, cum gerundia fuisse nominibus annumeraturum, cum casus suorum verborum postulent, nec more participiorum declinentur? Nam Amandi, amando, amandum, amatum, amatu, exitus verborum sunt, non casus. Vndeultima more verborum anceps est, quae argumento Veteres, in quibus Seruius est, docent verba esse, non nomina. ¶ Et, si quis rem diligentius expendat, intelliget haec, ut ipsum verbum Infinitum numeros, & personas latentes habere, quae aliunde definiuntur, ut Sum peritus nauigandi, singularis est numeri, & primae personae: Sumus periti nauigandi, pluralis est numeri, primaeq; personae. Vnde sunt illae locutiones, Veni causa adhortandi vestri, Venerunt causa purgandi sui, ubi haec pluralis numeri sunt, de quibus infra Schol. 3. Sum de seffus docendo te, docendo vos, sunt haec verba infinita,

quorum

quorum numerus, & persona definitur à verbis, vel à nominibus precedentibus. Varro Gerundia solet appellare verba lib. 1. de Analog. Quae vocabula (inquit) dicuntur, à verbis fiunt, ut à scribendo scriptor, &c. ¶ Cerundia, quod ad etymon attinet, Participialia dicuntur, Modusq; Participialis, quod participijs vocis passivae, praeteriti, futuriq; temporis similia sint, cum in casus inclinantur, Amandi, amando, amandum, amatum. Vide Diom. lib. 1. Supina verò, quod (ut Prisciano placet) nascuntur à participijs passivis, quae Supina appellata sunt. Qui verò participia passivae Supina appellarunt, videntur situs rationem habuisse, nam ea infimo loco sita, totum coniugationis ordinem, molemq; sibi incumbentem veluti suspiciunt. Malleum dixisset Priscianus ita fuisse appellata, quod participijs similia essent, quae Supina fuissent à quibusdam dicta: non enim omnia Participialia à participijs passivis nasci possunt, cum sint quam plurima, quae à verbis neutris fiunt, ut Currendi, currendo, currendum, cursum. Quamquam ipse Prisc. lib. 2. Exercit. hunc nodum soluit, In Neutris, inquit, quae amvis non sint participia praeteriti, ad similitudinem tamen habentium proferimus. ¶ Probus ait Supina propterea dicta, quod nec certum habeant numerum, nec personam, nec significatiuam: nam & ad quamvis personam referuntur, & utriusque numeri sunt, & tam agentis, quam patientis significationem habent. Itaque quemadmodum supinos homines vocamus negligentis, ac dissolutos, nihil pensi, nihil certi habentes: ita haec participialia supina dicta sunt, quod omnia permista, confusaq; habeant. Gerundia cur sint dicta, non dicitur apud Veteres, quod meminere legi,

## Gerundia in Di.

**D**Infinita iube comitare. Gerundia nomen Gignendi casu gaudens: ut, Copia fandi, Gnarus adalandi, Cupidus, Studiosus habendi.

**G**erundia in Di adduntur substantiua, Tempus, Causa, Studium, Finis, & caetera eiusdem generis.

Cic. de Senect. Equidem efferor studio patres vestros, quos colui, & dilexi videndi.

Idem Att. lib. 10. Sit iam nobis aut finis omnino deplorandi, aut moderatio.

¶ Item nonnulla adiectiua, ut Peritus, Imperitus, Cupidus, Insuetus nauigandi, Ignarus dicendi. Cic. 2. de Orat. Sumi cupidus te audiendi.

A quibus nom. pendeant Gerundia genitiui: & utrum casum aliquem ante se habere possint.

¶ Schol. 2.

**P**ARTicipialia verba nullum ante se casum postulant, sed certis nominibus substantiuis adiunguntur, cuiusmodi sunt, Ratio, Facultas, Ars, Disciplina, Doctrina, Copia, Vbertas, Vltus Finis, Occasio, Gratia, &c. Cic. 3. de Orat. Dicendi facultatem veteres Graeci sapientiam nominabant. Quintil. lib. 10. c. 1. Demosthenes pene lex orandi fuit. Adiectiua pauciora sunt. Cic. lib. 1. de Orat. Nemo suaserit studiosis dicendi adolescentibus, in gestu dicendo histrionum more elaborare. Ibid. l. 2. Neque est ex multis res una, quae magis aratorem ab imperito dicendi, ab ignaroq;

Zzz

desinguat.

designat. 3. Offic. Hoc quidem sanè luculenter, vt ab homine perito definiendi. de Opt. Gen. Inscij facendi. de Fin. 5. Administrandi prudens oratio. de Inuent. 1. Hoc nec inops licentia sapientia perferere poterit. In Top. Magis tamen sunt propria narrandi. de Orat. Vnde spectandi cupidus. Cas. lib. 5. bell. Gall. Partim quod insuetus nauigandi mare timeret. Senec. de Clem. lib. 1. cap. 31. Dandi, auferendiq; vitam potens. Plin. lib. 10. cap. 9. Volandi potens. ¶ Fieri potest, vt priscis temporibus Gerundia casum aliquem ante se haberint, multa enim vsurparunt prisci Latini, quæ posteris inaudita fuerunt. Locus tamen Liuij lib. 9. dec. 3. qui à quodam afferatur, deprauatus est, Tum plures cæsi, quia equos conscendendi ab equitibus spatium non fuerat. Quo testimonio probat gerundiū, Conscendēdi, ante se accusandi casum habere. Germana, ac vera lectio sic habet, Tum plures cæsi, quia equos conscendendi equitibus spatium non fuerat. Si quando hic auctor aliquid noui attulerit, euoluēdi sunt diligētissimè libri, ne fortè decipiari. In illo Virg. 2. Æn. Fando aliquid si forte tuas peruenit ad aures. Belide nomen Palamedis. Aliquid, non nominādi, sed accusandi est casus, vt in illo eiusdem eod. l. — quis talia fando Myrmidonū, Dolopum ve, aut duri miles vlyss. Temperet à la. rymis. — Illud Liuij lib. 8. ab Vrb. Ibi in concilijs Numisus imperator eorum affirmando communem verè Martem belli vtramque aciem pari cæde prostrauisse, victoriāq; nomen tantum penes Romanos esse, & c. longa enim est periodus. Itaq; si videatur eis se ex Latinis, & ex Volsis populis inuentute properè excita, rediturū in festo exercitu Capuam esse: Romanosq; nihil tum minus, quàm prælium expectantes. nec opinato aduentu perculsurum. Numisus imperator, pēdet ex verbo subaudito Dixit, Pollicitus est, vel simili. Nōnne Latine dicemus, Cæsar imperator, affirmando Pompeium maximam eladem accepisse, tres regiones amisisse, à veteranis desertum esse, hortatus suos. milites est, ne tanta victoriæ. oblatam occasiōnē amitterent? APPENDIX.

**I**nterdum ex numero Patrium voluere secundo: Vt, Vestri ornandi causa consumplimus horam.

**G**erundia in, Di, interdum genitiuū multitudinis pro-accusatiuo admittunt. Cic. 2. de Diu. Doleo tantam Stoicos nostros Epicurēis irridendi sui facultatem dedisse. Plaut. Capt. Nominandi istorum tibi erit magis, quā. edundi copia.

De Gerundijs genitiui pluralis numeri. ¶ Schol. 3.

**C**IC. 2. de Nat. Tantam ingenuis animantibus conseruandi sui natura custodiam. Cæsar crebrò hoc genere loquendi vsitur, cum pronomen, Sui, pluralis numeri adhibetur. Lib. 6. bell. Gall. Vbi purgandi sui causa ad eum legatos mittunt. Ibid. l. 7. Legatos ad Cæsarem sui purgandi gratia mittunt. Liu. 1. bel. Pun. Non vereor, ne quis me hoc vestri ad hortandi causa magnificè loqui existimet. Suet. in Aug. c. 98. Iisdem etiam epulum in conspectu suo præbuit, permissa, in d. exacta iocandi licentia, deripendiq; pomorum. Terent. in prol. Heaut. Facite equi sitis: date crescendi copiam Nouarum qui spectandi faciunt copiam Sine vitijs. — Hoc est date copiam crescendi, Id est, maiorem famam, gloriāq; comparandi ijs, qui faciunt copi-

am videndi nouarum, pro Nouas comædias. Nouarum non iungitur cum parti: ipsiati verbo Crescendi, cum sit absolutum, sed cum Spectandi. Accipitur enim hic crescere, vt apud Cic. pro S. Rosc. Nam si mihi liberet, accusare possem crescere. Hoc est possem illasti ior fieri, maioraq; gloriā comparare. In his, & similibus locutionibus gerundium est pluralis numeri, passiuēq; significationis, neq; enim variatur, quod propriū est verbi Infiniti. generaq; omnia recipit, vt Infinitū Forē, vt Amatū iri: deniq; vt illa prisca in, RVM, de quibus supra egimus. Recipit masculinum, Vestri ad hortandi: neutrum, Deripiendi pomorum: fæmininum, Spectandi nouarum. Quod vò rō dixi, genitiuum pro accusatiuo poni, more ceterorum locutus sum.

In Dum:

**I**nter, Ad, Ob, verbis in, DVM, sociantur, & Ante, Et Propter, Circa: vt Sonipes ferus ante domandum.

**G**erundijs in, DVM, præponuntur præpositiones, Ad, Ob, Inter: quibus adduntur etiam Circa, Propter, & Ante, sed rariùs. Cic. Tusc. 3. Conturbatus animus non est aptus ad exsequendum manus suum. Idem in Verr. 4. Quantò illud indignius, eum, à quo pecuniam ob absoluendum acceperis, condemnare? Senec. epist. 67. Alius inter cœnandum solutus est, alterius continuata mors somno est. Virg. 3. Georg. Namque ante domandum, Ingentes tollunt animos.

De Gerundijs accusatiui cum præpositionibus præcedentibus & calibus subsequentibus ¶ Schol. 4.

**C**IC. pro Cæcin. Arma esse suis nominibus alia ad tegendum, alia ad nocendum. Quint. lib. 11. c. 2. Bibere, aut etiam esse inter agendum ab Oratore meo procul absit. Idem lib. 4. c. 5. Plus eloquentia circumuoluendum valet. Gell. l. 6. c. 14. Plato duas esse puniendi causas dicit, vnam propter corrigendum, alteram propter exemplum: meum. ¶ Præpositio, Ad, cum gerundio in, DVM, frequenter sequitur verba motus. Cic. de Clar. Orat. Is ad dicendum veniebat magis audacter, quàm paratè. Idem ad App. lib. 3. Quasi verò ad cognoscendum ego ad illos, non illi ad me venire debuerint. Liu. 2. ab Vrb. Brutus ad explorandum equitatu antecessit. Tacit. lib. 14.

**A**c si ad visendum venisset, & c. Item adiectiua Facilis, Difficilis, Paratus, Promptus, Expeditus, Idoneus, Aptus, Segnis, Vehemens, & similia. Idem lib. 1. de Fin. Neque me segniorem ad respondendum reddidisti. Idem pro L. Manil. Hic locus ad agendum amplissimus, ad dicendum ornatissimus est visus. ¶ Gerundia in Do, & Dum, quibus præpositio adiuncta est, quamuis rarò sequatur casus, nonnulla tamen subiiciemus exempla. Cic. ad Sest. lib. 5. Ego nullo loco deero, neque ad consolandum neque ad leuandum fortunam tuam. Liu. 3. ab Vrb. Libertati ea præsidia pētitis, non licentiæ ad impugnandum alies. Plin. lib. 7. c. 40. Vna mortalitas & ad circumscribendum se ipsam ingeniosa. Varr. de Re rust. lib. 3. c. 9. In supponendo oua obseruant, vt sint numero imparia. Cic. 3. Tusc. Ab inuidendo autem rectè inuidentiæ dici potest: quod verbum dictum est à nimis intuendo fortunam alterius. Idē de Clar. vt faciles essent in suum cuique tribuendo. Sunt & alia loca quæ ex libris correctis

intellecti de praua esse. Sed quid attinet de prauatis testimonijs chartas inserere? Qui et gaudet loqui, Ciceronem imitabitur, qui hoc loquendi genere se à abstinet. ¶ Alias prepositiones cum Gerundijs passiujs in, DVs, adiectiujs eleganter copulatas inueniunt. Liu. ab Vrb. 6. Vt tributo nouum foenus contraheretur in murum saxo quadrato faciendum. Idem bel. Maced. 9. Omni cura in augendis regni opes intentus fuerat. Cic. Philip. 10. Quicquid habuit virium, id in eorum libertatem defendendam contulit. Idem de Orat. 2. Omnem orationem conuerti in increpandam Cæpionis fugam. Gell. lib. 15. c. 2. Aduersum propulsandum vini violentiam.

## In Do.

**D**O, finita solent partes aliquando præire, Quæ Sextum antecunt: modo nulla: vt Fessus arando.

**G**erundia in, Do, modò sine præpositione in oratione adhibetur: modò præpositiones maximè A, Ab, In, De, assumunt. Cic. Att. l. 15. Plerando fessus sum. Ad eum d. lib. 2. A scribendo prorsus abhorret animus.

Idem 3. Tusc. Ab inuidendo autem inuidenti rectè di. i. potest.

Idem ad Curtion. lib. 2. Etenim quis est tam in scribiculo impiger, quàm ego? Cic. Att. lib. 9. Tu quid cogites de transeundo in Epirum, scire sanè velim.

¶ Nonnunquã E, vel Ex, Cum, Pro. Cic. 2. de Nat. Sunt dicti religiosi ex relegendo, vt elegantes ex eligendo. Quins. l. 1. c. 5. Scribendi ratio constituta cū loquendo est. Plaut. Aul. Heus senex pro rapulando herde ego abs te mercedem petam.

De constructione Gerundiorum in Do. ¶ Schol. 5.

**C**IC. Verr. 7. Homines maximè mediterraneos à nauigando, rebusq; maritimjs remotissimos. Idem ad Att. 4. Adest in disputando senex. Ad eum d. 13. Quintus de enendo nihil curat. Senec. de Benef. 1. Dignus est decipi, qui de recipiendo cogitauit, cum daret. Quintil. lib. 7. cap. 1. Hæc quidem de diuidendo in vniuersum præcipi possunt. Idem l. 2. c. 2. In emendando, quæ corrigenda erant, non acribus. Plaut. Capt. Vix ex gratulando miser iam eminebam. Cic. 5. de Fin. Nonne videmus eos cum maximis curis & laboribus compensare eam, quam ex discendo capiunt voluptatè. Gell. l. 1. c. 2. Hæc ego super irascendo sentio. Sine præpositione, Terent. Eun. Desessa iam sum misera de te ridendo. Curt. lib. 7. Sine arbitris singula animi consulta pensanda noctem vigilijs extraxit. Col. l. 1. c. 1. Illud verū est M. Catonis oraculū, Nihil agendo homines male agere discunt. ¶ Laurentius negat hoc gerundium cum verbis motus posse coniungi, vt Reuertor ab arando, Redeo à spectando: sed ab aratione, à spectaculis. Cic. tamen in lib. de Clar. Orat. non videtur tantopere id reformidasse, Idem [Stoici] traducti à disputando ad dicendum. Idem de Orat. 2. Pudore à dicendo refugisti. ¶ Exemplum, vbi, Ex, præcedit, est apud Terent. Adel. Id non fieri ex vera vita, neq; adeo ex æquo, & bono, Sed ex assentando, indulgendo, & largiendo. ¶ Gerundia in, Do, dandi casus actiuæ significationis raro reperiuntur. Plaut. Epid. vlt. scen. act. 4. Ego, relictis rebus, Epidicum operam querendo dabo. Idem Pœnul. Ec [ancille] nos lauando, & eluendo operâ dederunt.

Plin.

Plin. lib. 28. c. 2. Sed prodendo obstat ingens verecundia. Desessus sum querere, pro querendo dixit Plaut. Epid. & in Merc. Desessus sum vr: è totum perueniat.

## Gerundia passiuua.

**O**derunt omnes passiuua Gerundia casus.

**G**erundia, quæ passionem significant, nullum post se casum admittunt. Quintil. lib. 11. c. 2. Memoria excolendo, sicut alia omnia, augetur.

Plin. l. 34. c. 15. Rubens ferrum non est bibile tundendo. Sall. Jug. Pauca supra repeta quò ad cognoscendū omnia illustria magis, magisq; in aperto sint.

De vsu Gerundiorum in passiuua significatione. ¶ Schol. 6.

**G**ERundia quidam suspicantur dicta, quòd geminam significationem, actiuam nimirum, & passiuam gerant: post se casum non admittunt: neq; illud Gellij l. 1. c. 12. Amata inter capiendum à Pontifice Max. appellatur: ad rem videtur facere. Hic enim est sensus, Vestalis appellatur à Pontifice Max. Amata, inter capiendum.

¶ In Di, rariùs passionem significant. Iust. lib. 17. Athenas quoque erudiendi gratia missus. ¶ Do, Dum, finita frequentius; Cic. 2. de Nat. de Sue. Quæ pecude, quòd erat ad rescendum hominibus apta, nihil genuit natura facilius. Idem 2. Tusc. Res ad patiendum, tolerandumq; difficilis. Idem Verr. 6. Omnibus hæc ad visendum patebã quotidie. Cic. Philip. 2. Cum ipsius factum per se præclarum est, tum expositum ad

imitandum. Varr. de Re R. l. 2. c. 7. Cùm est eger ad medendum appositus. Gell. lib. 1. c. 26. Postremò vociferari inter rapulandum incipit. ¶ Do, finitum cum datiu, tum

ablatiu naturam imitatur. Plin. lib. 13. c. 2. Emporetica [charta] inutilis scribendo; &c. Idem lib. 21. c. 16. Radix eius [cardui] rescendo est, decocta. Vbi subaudiendum est, utilis, apta, vel quid simile. Idem lib. 31. c. 6. Bituminata, aut nitrosa utilis est bibendo.

¶ Ablatiuus aliquando præpositionem habet. Varr. de Re rust. lib. 2. Quàm paucissimos reliqueris, tam optimi in alendo sunt propter copiam lactis. Plin. lib. 22. cap. 23. Noxij erunt fungi, qui in coquendo duriores fiunt. Plaut. Aulul. Heus senex pro rapulando herde ego abs te mercedem petam: quod pauld antè adduximus, ostenderemus, Do, finita, præpositionem, Pro, etiam admittere.

## Ratio variandi gerundia.

**Q**uarto gaudent, velut adiectiuua ligantur:

Dum genus, & numerus Quarti, casusq; Gerundi

Permaneat: vt Homo pacem studiosus alendi:

Sic variatur, Homo pacis studiosus alendæ.

**G**erundia, quæ accusatiuo casu gaudent, serè elegantiùs more adiectiuorū ad hunc modū efferuntur. Pompeius studiosus fuit Remp. defendidi, ciuesq; seruandis: Pompeius studiosus fuit Reipub. defendenda, ciuiumq; seruandorum: ita, vt gerundij casus maneat, seruato tamen genere, ac numero accusatiui.

Cic. ad Curt. l. 2. Hoc quidquid attigi, non feci instamandi tui causa, sed testificandi amoris mei. Idem Philip. 4. Princeps vestra libertatis defendenda semper sui.



*Idē Tusc. 4. An delectationis, & otij consumandi causa locuti sumus? Liu. ab V. 2. In-  
 teriecto deinde haud magno spatio, quod vulneribus, curādis, supplēdoq; exercitui  
 jusū esset. Tacit. l. 3. Tiberius quasi firmandae valetudini in Campaniā concessit.  
 Cic. ad App. l. 3. Tuum promptum animū, & alacrem perspexi ad defendendā Remp.  
 Quint. l. 6. c. 2. Sūma circa mouēdos affectus in hoc posita est, vt moueamur & ipsi.  
 Liu. ab Vrb. 7. Praelia de occupando ponte crebra erant. Idem bel. Mac. 8. Valerius  
 Antius magis immodicus in numero augendo esse solet.  
 Cic. ad Trebon. l. 15. Omne desiderium literis accipiendis, mittendisq; leniam.  
 Gerundia passiuā in, Dus, post se casum non admittere: & à participijs,  
 nominibusq; eiusdem exitus esse distincta. Schol. 7.*

**Q**uidam ex Iunioribus haec Gerundia nomina vocant, alij Gerundia adiectiua,  
 alij Participialia adiectiua, Laurentius Gerundia, quibus rei administratio si-  
 gnificatur: ita tamen, vt suspicetur esse participia passiuā presentis temporis, quod  
 Linācer post affirmauit. Prisc. lib. 8. Nomina verbalia appellauit. Mihi (vt dicam quod  
 sentio) videntur gerundia passiuā in, Dus, quae ita nomino, vt distinguantur ab alijs  
 passiuis, quae in Di, Do, Dum exeunt. Itaque ab actiuis formantur duo genera: altera  
 quae exitu, atq; terminatione ab actiuis non separantur: altera verò quae Dus, Di,  
 Dum, finita more nominum flectuntur, quo pacto etiam Amatus, amata, amatū sēm,  
 sui, ero, & cetera id genus verba declinatur. Dicet aliquis si sunt verba passiuā: cur  
 ablatiuū post se cum praepositione more passiuorum respuunt? Quia, quemadmodum  
 actiua ante se nominatiuum habere non possunt, ita fieri non potest, vt post se passiuā  
 ablatiuum habeant, qui ex nominatiuo actiui nascitur. Vnde perspicuum est haec  
 participia non esse: nam participia passiuā ablatiuum more suorum verborum admittunt,  
 quod his participialibus verbis nunquam vsu venit. Neq; ex interpretatione cō-  
 firmare possumus haec participia esse presentis temporis. Cic. 1. Off. Orationem autem  
 Latinam profectō legendis nostris efficias pleniorē. Legendis nostris id est, Dum  
 leguntur: non satis firmum videtur hoc argumentum: eodem enim, qui vult, doce-  
 bit, gerundia passiuā in, DO, esse participia presentis temporis. Virg. 3. G. — alitur  
 vitium, viuūtq; tegendo. Id est, Dum tegitur. Quint. l. 11. c. 2. Memoria excolendo  
 augetur. Id est, Dum excolitur. Neque in his & similibus, quae adducam, ablatiuus est  
 cōsequentiē, siue Absolutus: vnde maximē nituntur probare quidam haec participia  
 esse. Cic. Trebonio lib. 15. Omne desiderium literis mittendis, accipiendisq; leniam.  
 Idem 1. Off. Orationem autem Latinam profectō legendis nostris efficias pleniorē.  
 Idem ibid. Quis est enim, qui nullis officij praeceptis tradendis, philosophum se au-  
 deat dicere? Non est, inquam, ablatiuus absolutus in passiuis, quemadmodum neque  
 in actiuis: nam vt actiua modo praepositionem respuunt, modō admittunt, ita & pas-  
 siua. Age, faciamus periculum permutemus passiuā actiuis sic, Omne desiderium  
 literis mittendo accipiendōq; leniam, Quis dixerit, Mittendo, accipiendōq; ablati-  
 uus esse absolutus? Nonne sic loquuntur etiam idonei auctores? Liu. 2. ab Vrb. Non  
 tribunos modo, sed plebem feroci oratione refutando, exprobrandoq; Titi Menenij  
 damnationem, mortemq; periculum audacia discussit. Conuerte in passiuum, Refu-  
 tandis

tandis tribunis, exprobrādāq; morte. Dices, Refutādus tribunis, exprobrādāq; mor-  
 te esse ablatiuus absolutus? Non puto. Nunc ponamus exempla, in quibus adhibetur  
 praepositio. Cic. pro Font. Plus ego in hac causa laboris, & operae consumo in poscē-  
 dis testibus, quā ceteri defensores in refutando. Idem 5. in Verr. Si veritas in per-  
 5 cipiendis fructibus fuit, sequitur veritas in vendendis. Vides quemadmodum in his  
 te, simonijs elucet veritas? Vides ablatiuum non suis viribus, sed praepositione nitentem? Nobis, si Graecorum more liceret loqui, infinitis passiuis vtendum esset. Arist.  
 Eth. l. 9. c. 3. ἡπιὸν ἢ ἰσχυροῦται τὰς φιλίας, ad verbum vtendum esset, De dissolui amicitias,  
 quod Latini hoc participiali verbo permutant, De dissoluendis amicitijs. Sic  
 10 Cic. 1. Offic. Regulus, cum de captiuis, commutandis Romā missus esset. &c. Prisc. l. 8.  
 docet, Romanos his participialibus vti pro Infinitis Graecorum: vt, Legendi Virgilij  
 causa vigilo, τὸ ἀναγινώσκουσαι δὲ ὑπερλίαν χάριν ἀγροπυῶ: quod fortassis non minimo  
 argumento est, haec gerundia esse passiuā, cum & passiuā, quae Di, Do, Dum, finiuntur,  
 eisdem Infinitis explicantur, quemadmodum actiua actiuis Graecorum: Quae de re  
 15 multa. Prisc. in eod. lib. cui hac in re habenda est fides, cum natione Graecus fuerit,  
 neque mediocriter exercitatus in lingua Latina. Ad exterrimū omnes veteres Grā-  
 matici negant, esse participium passiuum presentis temporis, neque ab eis dissentit  
 Varro. Nam verò quod ad modū, rationemq; significandi attinet, actiua gerundia ea,  
 à quibus sunt, sequuntur: nam si actiua officium, rei, administrationem, vel quiduis  
 20 aliud significant, idem prorsus passiuā significant: vt ubi causa, Torquet me cura ad-  
 ministrandi rempublicam, Torquet me cura administranda reipub. Tenet me cura  
 numerandi dotem, Tenet me cura numeranda dotis. Si verò roges, quo pacto  
 haec participialia à participijs in, Dus, separata sint, sic existimo, si in actiua Di, Do,  
 Dum, soluantur, gerundia passiuā censenda sunt, vt Animum tuum promptum, ala-  
 25 cremq; perspexi ad defendendam remp. rectē soluitur, Ad defendendum rempubli-  
 cam. Catilina cupidus est euertendae reipub. Catilina cupidus est euertendi reipub.  
 Cum consulatū inieris, torquebit te cura gubernanda reipub: Cum consulatū  
 inieris torquebit te cura gubernandi remp. Quod si nullo modo in actiua solui pos-  
 30 sint, iudicabis esse participia, & nomina in Dus. Cic. pro S. Rosc. Quo modo occidit?  
 ipse percussit, an abijs occidendum dedit? Prorsus, Occidendum, participium est, nisi  
 quis dicat, subadiiri praepositionem, Ad. Delectaris tam execranda crudelitate. Non  
 commotus es tam mirando factō. Haec, vt perspicuum est, in actiua gerundia non sol-  
 uuntur. Illa verò, Petenda est pax, Timenda sunt poenae aeternae, quoniam solui pos-  
 sunt, Petendum est pacem, Timendum est poenas aeternas, crediderim potius esse ge-  
 35 rundia passiuā in, Dus, nominandi casus. Illud. — voluenda dies en attulis vltro, &  
 similia, figurata esse suspicor: ponuntur enim participia pro adiectiuis, Voluendus, pro  
 Volubilis. Haec haecenus, quod ad nomen, rationemq; significandi attinet.

Gerundia passiuā à verbis Actiuis, Communibus, & Depon. oriri:

Nunc, à quibus haec sunt verbis, paucis dicendum est. Si passiuum significant, vt  
 re vera significant, necesse est, vt à verbis actiuis fiant. Quare eleganter quidem di-  
 ces, Non defuit mihi voluntas inseruendi tuis commodis, fallendi tuis liberis: at  
 inseruendis

inferuendis tuis commodis, fruendis tuis liberis, inauditum est, cum sit utrumque neutrum verbum. ¶ Hoc etiam à verbis Communibus & Deponentibus non raro nascuntur. Cic. 1. de Fin. Voluptates omittantur maiorum voluptatum adipiscendam gratia. Idem 1. de Leg. Intelliget quanta instrumenta habeat ad obtinendam, a lipiscendamq; sapientiam. Idem 2. de Orat. Sunt omnes in eodem veritatis imitandi genere versati. Idem 3. Off. Oris pulchritudo reliqui corporis imitandi spem auferrebat. Idem Philipp. 7. Quorum tanta studia cognoscuntur in decretis faciendis, militibus dandis, pecunijs pollicendis, &c. Paulo post, Qui principes pecunie pollicende fuerunt. Idem in Rull. 2. Primum permittitur infinita potestas pecunie conficiende de vestris vestigalibus non fruendis, sed alienandis. Idem de Nat. 2. Ad quos sensus persuendos, &c. Idē de Somn. Sci p. Quò sis alacrior ad tutandam Rem, sic habeto. Idem de Senect. In eo libro, qui est de tuenda re familiari. Liu. ab Vrb. 1. Per speciem fungende vicis opus suas firmavit. Bel. Pun. 4. Potiunde vrbis spe processit. Dec. 5. l. 2. Inter spem, & metum tantæ rei conanda. Muldè plura apud hos, aliosq; scriptores inuenies, quos non vereberis imitari. ¶ Illud simul in memoriam reuocabis quàm plurima Deponentia fuisse olim Actiua, & nonnulla, quæ sunt modò Neutra, prisca illis seculis fuisse Actiua: vnde sunt illa Ciceranis loca superius posita: Dixi, Ferè elegantius, quia quoties (inquit Laurentius) oportet loqui per Relatiuum, necesse est loqui per Gerundium in, Di, Equidem efferor studio patres vestros, quos colui, & dilexi videndi. Nam durum fuerat (vt idem ait) studio videndorum patrum vestrorum. ¶ Sunt præterea nonnulla, quæ commodius Actiuis gerundijs, quàm passiuis efferuntur: quale est illud Liu. ab Vrb. 2. Idem in vtroque laudator, cum concedendo illis laudes suas, ipse maximam partem earum ferret: intolerabile enim esset dicere, Concedendis illis laudibus suis. ¶ Exemplum Taciti supra positum, Firmande valetudini in Campaniam concessit. Itemq; Liu. Interiecto spatio, quod vulneribus curandis, supplendoq; exercitui satis esset: & lib. 10. bel. Pun. Ea modò, quæ restringendo igni forent, reportantes. Ibid. Pro se quisque, quæ diuinc obsidioni toleranda sunt, ex agris conuehebat. & lib. 4. ab Vrb. Non exercitum, non ducem scribendo exercitui esset. Ibid. Experiendam rem deniq; in vno, aut altero esse, sitne aliquis plebeus ferendo magno honori. Ouid. Met. 15. Cum dedit huic ætas vires, oneriq; ferendo est: & alia id genus apertissime docent passiuæ gerundia dandi casu in vsu fuisse. ¶ Deest aliquando substantiuum. Cic. Attic. 7. Cato scribendo affuit. Id est, Senatus consulto. Senec. ep. 119. Soluendo non eris. Quint. pro Gladiat. Pauperi soluendo non sumus. Vbi Debito, vel aliquid simile auditur, quod Liu. 1. bel. Mac. adlidit, Cum & priuati æquum postularent, nec tamen soluendo ære alieno Respublica esset. Vbi Budeus in Pandect. existimat, Æri alieno, legendum esse. In quibus exemplis deest nomen, Aptus, Idoneus; Par, vel aliquid simile, quod ab auctoribus aliquando exprimitur. Liu. bel. Pun. 1. Cum & vis venti: apta faciendus igni coorta esset. &c. Colum. lib. 1. c. 9. Dummodo perpetiundo labori sit idoneus. Cels. lib. 5. c. 28. Emplastrum quodlibet imponi debet puri mouendo accommodatum. Liu. bel. P. 9. Recogit mons bonus alendo erat. Senec. de Tranq. Vit. c. 6. Isocrates Ephorum manu

à foro

à foro subduxit, vtiliorem componendis monumentis historiarum fore ratus. Plin. l. 13. c. 12. Verbum, Sufficiebat, adiecit. Nimia quippe Augustæ tenuitas tolerandis non sufficebat calamis. Tacit. item lib. 3. Ed quod nemo è familia restaurando sufficeret. Intellige teatro. Et Senec. epist. 56. Riuus alendis piscibus sufficiens. Cic. de Orat. 2. Cui rei studere? patrimonio ne augendo? Idem de Arusp. Cui fœderi feriendo interfuit. Gell. lib. 5. c. 12. Augenda rei, & minuenda valet. Illud obiter notabis, quod dici solet, Non sum soluendo, Vitruu. lib. 10. c. 6. Ad soluendum non sum, dixisse.

## Participiale verbum in Dum.

10 PARTICIPIALE petit verbo, EST, comitante datiuum. ¶ Communem: & casus verbi fuit vnde propago. ¶ Vicendum est nobis hostem, aut Marte cadendum.

¶ Participiale per Synæresim, vt Scythianum, & similia.

15 VERBUM Participiale in, Dum, accedente verbo Substantiuo, datiuum postulat omnibus verbis communem. Liu. bel. Pun. 1. Hic vobis vincendum, aut moriendum, milites est.

PRÆTER datiuum communem, etiam casum sui verbi admittit. Cic. Tuscul. 2. Tuo tibi iudicio est vtendū. Tibi casus est cōmunis. Tuo iudicio, proprius est verbi. Liu. dec. 5. lib. 5. Sensit Perseu cuius nominis obliuiscendum victo esset.

20 PLAUT. CURC. — Linguae moderandū est mihi. Cic. 3. de Fin. Qui cōuenienter nature victurus sit, ei proficiscendū est ab omni mundo, & ab eius procuratione.

PARTICIPIALE in, Vm, potius esse Gerundium, quàm participiū, aut nomen: officiumq; & necessitatem significare. ¶ Schol. 1.

25 VARIÈ à Grammaticis appellatur hoc participiale. Prisc. lib. 8. putat esse gerundium in, Dum, sine præpositione. Idem ait l. 18. respondere aduerbio Acti- co, quod ἄνευ vocant, quod omnibus numeris, & personis adiungitur. Arist. Eth. 6. ἐν τῆντα πῶσι ἀποδύοιον, Non èadem omnibus tribuendum. Idem lib. 9. Ἐυδὸς διαδύοιον τὰς φιλίας, Statim dissoluendum amicitias. Seruius in illud Virg. 10. Cui Iuno Isacrymans, Quid, si quod voce grauaris, Mente daries? Modū gerundiū vocat. Valla existimat esse participium aut nomen. Participia certè hæc non videntur esse, cum fiant à

30 verbis omnibus maximè absolutis, vt Assurgendum est maioribus natu, Sudandum est tibi, si &c. Standum est tibi promissis, quis hæc dicat esse participia, nisi verò Assurgendus, Sudandus, Standus aliquando in vsu fuerint? ¶ Muldè minus videntur nomina, cum præter datiuum, omnium verborum communem genitiuum, datiuum, accusatiuum, ablatiuum, vt casus proprios, admittant. Obliuiscendum est tibi iniurie acceptæ, Seruendum est nobis Deo, Petendum est tibi pacem, Vtendum est nobis ratione.

35 ¶ Quare aut hæc gerundia sunt, aut ea summa necessitudine, atq; propinqua cognatione attingunt: nam casum ante se nullum postulant, post se suorum verborum. Hoc tamen ab alijs differunt, quòd datiuum communem omni verborum generi habent, & Substantiuo verbo niuntur aperte, vel occultè, præpositionesq; omnino respuunt, & cum accusatiuum petunt, passiuo potius efferuntur, quàm actiuo, vt mox dicemus.

dicemus. Quod verò ad significationem attinet, necessitatem, partes, officiumque significat, quod ex multis locis, tam precipue ex illo Ciceronis 3. de Fin. Qui conuenienter natura videtur sit, ei prescribendum est ab omni mundo, & ab eius procuratore. Itemque ex illo Liuij 8. ab Vr. perspicuum est, Me in eam necessitatem adduxisti, ut aut reipublice mihi, aut mei, meorumque obliuiscendum sit. Idem docet Dion. l. 1. Legendum tibi est, Necesse est ut legas. Iungitur & cum verbis presentis, preteriti, & futuri temporis. Parcus Larro in Catil. Scipioni de legibus dicendum erat. Cic. 4. Tusc. Quando alijs locis de virtute diximus, & saepe dicendum erit. Iungitur & cum infinito Fore; quod non minimum argumentum videbitur nonnullis, quod doceant non esse participium futuri temporis. Liu. 1. bel. Mac. Si quis ad eas leges addiderit, mutari uellet, rursus ab Senatu ei postulandum fore. Et illud Curt. lib. 4. Senescendum fore tantum terrarum vel sine praelio obeunti.

## APPENDIX.

**A**ctiua cum vocis erit gradus ordine quartus, Participiale licet passiuè inuertere uerbum: ut  
 Aeternas nobis pœnas in morte timendum:  
 Sunt pœna eterna nobis in morte timende.

**S**i tamen casus uerbi fuerit accusatiuus, mutabitur Participiale actiuum in passiuum, hoc modo, Petendum est tibi pacem, Petenda est tibi pax. Timendum est nobis pœnas æternas, Timende sunt nobis pœna eterna.

Actiuo etiam cum accusatiuo vsi sunt Auctores, sed rariùs. Virg. 11.  
 — alia arma Latinis. Quærenda, aut pacem Troiano ab rege petendum.  
 Colum. lib. 7. c. 5. Itaque referandum est, & ulcera medicamentis curandum.

De usu, nomine, & signific. Participialis actiui & passiu. Sch. 2.

**V**arro in lib. de Re R. crebrè utitur hoc Participiali lib. 3. c. 10. Singulis, ubi pariant, faciendam bars quadratas: eas substernendum palis. Idem. l. 2. c. 9. In fetura danulum potius bordeaceos, quam triticos panes. Idem. cap. 2. Faciendum quoque septa secreta ab alijs. Plin. ad Traian. lib. 10. Ipse enim sicut (arbitror non imprudenter, presertim ex solennibus causis) concedendum in his inuitationes, inuereor, &c. Senec. epist. 18. Verum nihil ex consuetudine mouendum, an & hilarius canandum, & exuendum togam. Cels. lib. 6. c. 7. Dimidio æruginis salis pondus duo adijciendum est, incoquendumque, & rotendum. Gell. lib. 3. c. 16. Sed & hic que differimus imaginandum, eiusdemque illius Neoptolemi consilio utendum est. Adducitur & illud Liu. bel. Mac. 7. Itaque bellum haud dubijs cum hostibus gerendum, domandumque, feroces animos ubi quidam, Domandos, legunt: sed prior lectio non displicet. Citatur & à multis etiam eruditissimis uiris illud Cic. ad Att. 14. & Tusc. 2. Iterandum eadem ista mihi, quod Cic. ab Ennio, uel Accio mutatus est, & 4. Acad. etiam adducit. Verum à quibusdam sic legitur, Age, ista dum eadem & ista mihi. Budæus in Prior Ann. in Pandect. hanc constructionem Græcam appellat, qua Græci ornant, & elegantè utuntur omittentes saepe uerbum substantiuum, quos nostri imitati sunt,

ut docent

ut docent exempla, quæ modo attulimus. Prisc. lib. 18. (ut pauld antè diximus) ait respondere ad uerbo Attico, Illi, inquit lex est tibi, pro oportet dicere, hinc Romani Supina, uel Gerundia inueniunt. Græci tamen ad uerbo suo accusatiuum elegantè tribuunt, quod eruditius seculum Romanorum frequentius suo participiali denegauit, maluitque passiuo uti, quàm actiuo. Liu. 1. bel. Mac. Itaque pacem illi prius petendâ à populo Rom. esse, quàm ut Rex sociusque, & amicus appelletur. Si actiue locutus esset, dixisset, Pacem illi prius petendum à populo Romano esse, quàm, &c. ablatiuus à populo Rom. casus est uerbi Actiui, Peto à te pacem. Neque hoc genus loquendi futurum potius tempus, quàm presens, aut preteritum adsignificat: liberum namque est à certo tempore, numero, genere, & persona, cum possit sine discrimine cum omnibus coniungi. Moriendum est mihi, tibi, illi, nobis, uobis, illis: & Moriendum fut: & Quasi diuinare, tibi moriendum fore, sic & cætera: quod idem lib. 18. docet Prisc. Frequentiſſimus est vsus huius Participialis. Terent. Eunuch. Eijciunda est hercle mollities hæc animi. Cic. 2. Off. Quamobrem nec ita claudenda est res familiaris, ut eam benignitas aperire non possit: nec ita referenda, ut pateat omnibus. Quantò elegantius, suauiusque hæc dicuntur, quàm si dictum esset, Eijciendum est hercle hanc mollitiem animi. Nec ita claudendâ est rem familiarem. Itidè Colendum est præceptores, Eoluendum est diligenter scripta Ciceronis, Fugiendum est improborum consuetudinem, fac participialia actiua genere, numero, casu consentiant cum substantiis sic, Colendi sunt præceptores, Eoluenda sunt diligenter scripta Ciceronis, Fugienda est improborum consuetudo, quantò hæc elegantius? Sed quod nomine hæc iniquis appellabimur? Si Seruio auscultare uelis, Participia. Mihi [dicam enim quod sentio, nec enim ea res est, propter quam deserendum sit uadimonium] ut actiua non uidentur participia, ita nec passiuia. Repete memoria, si non est molestum, quæ modo allata sunt exempla, tuum esto iudicium, considera etiam, atque etiâ, intelliges procul dubio, nullum futurum tempus adsignificare. Quid ergo cause est, cur ea Participia appellemus? nisi quis dicat, id quod alibi diximus, nimirum participia in, Dus, etiam si officium, necessitatemque adsignificent, non ideo participij nomen amittere: quemadmodum & uerba ipsa, quæ futuri cum sint temporis sine ulla dubitatione, saepe officium tamen necessitatemque adsignificant, ut si pater filium sic alloquatur, Non eijcies istam animi mollitiem, quæ te perdit? Ita ne rem familiarem claudes, ut eam benignitas aperire non possit? Non coles præceptores tuos, qui secundum parentes tibi diligendi sunt? Hæc uoces futuri sunt temporis: nihil minùs tamen, quàm futurum adsignificant. Huc spectant illa, & similia, Putau à te primo quoque tempore mittendos esse milites. Censeo non redimendos captiuos tanto pretio. Liu. 1. bel. Pun. Legatos mittendos in Africam censuerunt, &c. eum, si pax placeret, renouandum illis, & dedendum Pop. Romano esse. Quod si quis hæc nomina uerbalia existimet esse, non multâ aduersabor. Nam ut Actici à suo ad uerbo, τῶν, nomina in τῶν, τῆα, τῶν, formant, ut à Φιλῆτιον Amandum, Φιλῆτιος Amandus Φιλῆτια Amanda Φιλῆτιόν Amandum: sic nostri à participiali in, Dum, nomina in, Dus, da, dum formant. Quæ de re uide Prisc. lib. 8. & 11.

## Supina in Vm.

**P**rima Supina præit nullus: post addere patrum  
Casus cuncta solent: & motus verba sequuntur:  
Vt, Vado inuisum præise Capitolia Romæ.

**S**upina in Vm, amant verba, quæ motum adsignificant. Ante se nullum, post  
se suorum verborum casus habent.

Terent. Phorm. Percontatum ibo. Idem Heaut. Abi deambulatum.

Liu. ab Urb. 2. Coriolanus absens in Volscos exulatum abijt.

Cæs. bel. Gall. 1. Legatos ad Cæsarem mittunt rogatum auxilium.

De constructione Supinorum in Vm.

¶ Schol. 1.

**S**upina verborum, ex quibus derivantur, casus admittunt. Terent. Phorm. Me vi-  
tro accusatum aduenit. Idem Eun. Nutricem accersitum ijt. Lii. bel. M. 2.  
Diu obtestans filium ne pertinacia sua gentem vniuersam perditum iret. Val. lib. 2.  
c. 4. Quo latebras quæsitum venerat, ibi breuissimè summum adeptus est imperium.

¶ Aliquando occultè additur verbum motus. Plaut. Aulul. Coctum ego, non vapula-  
tum dudum conductus fui. Idem Menæch. — qui esum neque vocantur, neque  
vocant. Horat. in Art. Spectatum admissi, risum teneatis amici? Cic. de Senect.

Consurrexisse omnes, & senem sessum recepisse. Item illa, Do venum seruos, Do nu-  
ptum filiam; itemq; cætera, in quibus inest latens motus. Qui enim recipitur sessu,  
admittitur spectatum, vocatur esum, conducitur coctum, mouetur: atq; in cæteris  
eodem modo. ¶ Excipiunt quidam ea, quæ cum infinito, Iri, iunguntur. Cic. Att.

15. Brutum, vt scribis, visum iri à me puto. Existimant enim ablatiuum, à me, à supi-  
no, visum, regi. Ego verò arbitror regi simul à verbo, Iri, & voce Visum: vt enim  
hic, Liber tuus lectus est à me, ablatiuus non regitur à voce Lectus, nec à verbo Est,  
sed ab utroque simul in vnum verbum coalescente: sic Visum iri, Occisum iri, in  
vnum verbum passiuum coalescunt. Etenim Præsei, vt supra diximus, cum de futuro  
passiuo infiniti modi egimus, Verbum, Eo, etiam passiuè declinabant. Vnde Cato, Cõ-  
tumelia mihi factu itur, dixit. Itaque Passiuitas, vt cū Probo loquar, præcipuè ex Ver-  
bo, Iri, oritur. Quare crediderim potius ab infinito, Iri, potissimum ablatiuum regi.

## Supina in V.

**M**obilibus sine casu hærent extrema Supina:

Suntq; eadem passiuæ ferè: vt, Mirabile dictu.

**S**upina in V, ferè passiuæ significationis sunt sine casu, adherentq; nominibus  
adiectiuis. Cic. Att. 7. Quod optimum factu videbitur, facies.

Idem Philipp. 2. O rem non modo visu sedam, sed etiam auditu.

De constr. & significatione Supinorum in V.

¶ Sch. 2.

**P**lin. l. 11. c. 13. Plura aut genera nec dictu necessaria. Idem l. 36. c. 26. In salubris  
potus [Belus amnis]. Quint. l. 6. c. 5. Pudenda dictu, si plus litigatoribus presunt  
minores. Plin. ad Apoll. l. 5. Quæ & tibi, & mihi relatu iucunda erunt. ¶ Hæc tria

Fas,

Fas, Nefas, Opus, adiectiuorum more Supinis, V, finitis adduntur. Cic. Tusc. 5. Si hoc  
fas est dictu. Idem de Senect. Videtis nefas esse dictu. Sic Virg. Æn. 3. Ouid. Fast. 2. Ec-  
ce nefas visu. — &c. Terent. in Heaut. Sed ita dictu opus est. Cic. de Inuent. 1.  
Quod scitu opus est. ¶ Veteres Grammatici, præcipuè Diom. lib. 1. & Prisc. 8. docent  
Supina in V, etiam significare actionem: cum quibus faciunt nonnulli Iuniorum, ad-  
ducentes illud Plaut. Menæch. Obsonatu redeo. Item Catonis de Re rust. 15. Primus  
cubitu surgat, postremus cubitum eat. & Stat. Achill. 1. Quem isæpæ cubitu reditu-  
rum in limine primo Opperiens. — Mibi Veterum sententia non displicet, maxi-  
mè cum ea ætate quàm plurimi exstiterint scriptores, quorum nostræ memoriæ ue-  
10 nomina quidem exstant.

## Participia.

**Q**uæ casus, & tempus habent, moderamina sumunt  
A verbis, genus, vnde trahunt: velut, Vrbe potitus.

15 **P**articipia eosdem casus habent, quos verba, à quibus proficiuntur: vt Egens con-  
siliij, Petiturus veniæ, Nixus innocentia, Abijs, à quibus tuehdus fuerat, derelictus.  
Idem ab V. 5. Ancus ingenti præda potitus Romam redit. Cic. Att. 12. Quæ res  
forsitan sit refrectura vulnus meum. Idè in Pis. Abiectum, contemptu, despectu  
à cæteris, à te ipso desperatum, adulantem omnibus, videre te volui, vidi.

De significatione Participiorum.

¶ Schol. 1.

20 **P**articipia, quod ad significationem attinet, sua verba imitantur. Quæ ab actiuis,  
& Neutris nascuntur, actionem significant (Actionis vocabullu nunc paulò suffixus  
accipio) vt Docens, Docturus, Seruiens, Seruiturus, Dormiens, Dormiturus. A Passiuis  
passionem, vt Doctus, Docendus, Vapulans, Vapulaturus. A Communibus presentis, &  
futuri in, RVs, actionem, vt Complectens, Complecturus: in, DVs, passionem, vt Com-  
plectendus. Præteriti vtrumque, vt Complexus. Et à Deponentibus futuri in, DVs,  
passionem, vt Sequendus: cætera actionem, vt Sequens, Sequentus, Sequutus. Cœnatus,  
Pransus, Ausus, Gausius, Fesus, Solitus, Argutus, Cantus, Circumspectus, Cõsideratus,  
Contentus, Disertus, Falsus, Fluxus, Profusus, Scitus, Tacitus, Tutus, voce quidè Pas-  
30 sua imitantur, significatione verò Actiua.

## APPENDIX.

**P**ræteriti passiuæ etiam, & quæcumq; futuri,  
Nomina præcipuè iam facta: vt Notus, Amandus,

Sunt Dandi contenta gradu. ¶ Tria verò Perofus

Exofus, Pertasus amant adungere Quartum.

35 **P**articipia passiuæ præteriti, & futuri temporis, maximè cum sunt nomina,  
etiam datiuo gaudent. vt Notus omnibus, Nulli negligendus.

Cic. de Amic. Sperare videor Scipionis amicitiam & Laly notam posteritati fore.

Idem de Orat. Gerendus est tibi mos adolescentibus.

**E**xofus, Perofus, Pertasus accusatiuum petunt. Curt. lib. 8. Perfarum se  
vestis, & disciplina delectat, patrios mores exofus es.

Tac. l. 4. Plerique Partiorum superbiam perosi, datum à Romanis Regem malebant. Suet. in Cal. c. 7. Quasi pertasus ignaviam suam, quod nihil dum à se memorabile actum esset.

De Constr. Participiorum passiv. præteriti & futuri Sch. 2.

**P**articipia præteriti, & futuri temporis passivæ vocis non solum habere possunt casus, sed etiam à quibus derivantur, sed etiam dativum. Huius generis sunt Cognitus, Perspectus, Exploratus, Cōpertus, Dilectus, Probatus, Acceptus, Spectatus, Despectus, Contemptus, Neglectus. Composita, ut Incognitus, Inauditus, Inuisus, & alia cōplura, quorum exempla in constr. Nom. adiecit Schol. 15. posita sunt etiam dativum gaudent. Oratores tamen, quantum memini observasse, frequentius tribuunt participijs præteriti temporis ablativum, quam dativum, nisi transeant in nomina. Cic. pro Mil. Diu vexati à perditissimis civibus aliquando per vos, ac vestram fidem, virtutem, sapientiamq; recreemur. Quint. lib. 10. cap. 3. Qua de re memini narrasse mihi Iulium Secundum à me familiariter amatum. Cum Quintil. vir summa eruditione lib. 9. c. 3. nos doceat esse participia in, Dus, non video cur Saturnio potius, quam illi habenda sit fides. Vide que dicta sunt in Rudimentis, Scholio octavo. Cum dativum frequenter hæc participia copulantur. Colum. lib. 2. cap. 2. Hic ager colono est pœnitendus, ac tamquam pestilens refugiendus. Liu. bel. Pun. 2. Non alij unquam minus negligendi vobis, quam nos. Nunc exempla ponamus, quibus planum fiat participia in, DVS, ablativum post se more passivorum verborum habere. Sunt enim, qui ijs potius dativum tribuendum esse censeant. Cic. ad Marcell. lib. 15. Que mihi de Partibus nunciata sunt, quia non putabam à me nunc scribenda esse publicè, &c. In eod. ad Cat. Admonendum potius te à me, quam rogandum puto. Idem in Rull. 2. Hæc qui prespexerunt, non eos in deorum numero venerandos à nobis, & colendos putatis: Idem de Arusp. Ne ego vobis de opere publico tot Senatus exstare consulta, quot de mea domo; quam Senatus vnam, post hanc urbem constitutam, ex arario edificandam, à Pœtificibus liberandam, à magistratibus defendendam, à iudicibus puniendam putaret. Idem ad Cornif. lib. 12. Neque enim, que tu propter magnitudinem & animi, & ingenij moderatè fers, à te non vlciscenda sunt, etiam si non sint dolenda. At dicit aliquis hæc necessitatem, officiumque potius, quam futurum tempus adsignificare. Cui ego non modo non aduersor, sed etiam libentissimo animo assentior; ita tamen, ut Participij nomen non amittant: quemadmodum neque verba Futura, cum necessitatem, officiumq; adsignificant, aut verba, aut futuri temporis verba vocari desinunt, sicut supra diximus, cum de futuro infinito egimus Sch. 3. Participia itidem in, Rv, etiam si necessitatem, ac officium adsignificent, sicuti frequenter adsignificant, non itidem tamen Participij nomen amittunt: id quod etiam planum exemplis fecimus in RVdim. Sch. 12. ad verumque igitur locum te reijcimus; ne eadem ter scribamus.

De verbo Odi, quod olim videtur habuisse etiam Osum, ut Prandi, & Pransus sum, fufius lib. 1. dictum est, sub Despectuorum mentione Schol. 13. Participia Perosus, Exosus inde ducta in frequenti usu sunt, maxime apud poetas.

Perosus Virg. Æn. 6. — lucemq; perosi Projicere animas. — Sic Lucan. lib. 9.

lib. 9. Ovid. II. Met. & alibi sepius. Curt. lib. 5. Solitudinem perosus. Exosus, Virg. Æn. 12. Et iuvenem exosum ne quicquam bella Menæcen. Ita Sil. l. 6. — Stat. 2. l. Silu. Desertas exosus opes. — Curt. lib. 5. Bestiæ parricidiam exosi transfugerant. Pertasus. Suet. in Tiber. c. 66. Postremò semet ipse pertasus. &c. Gell. tamen lib. 2. c. 18. Exosus iunxit cum dativum pro Inuisus, Etia Epicteti etiam de se scripti duo versus feruntur, ex quibus latenter intelligas non omnes modo dijs exosos esse. Pertasus. Tacit. lib. 15. cum patrio casu iunxit, de Epithariæ femina. Ac postremò lenitudinis eorum pertasus, & in Campania agens, & cetera. Etenim verbo Pertasdet, eundem casum dedit Gell. lib. 15. c. 20. De Euripide, Quarum [inquit] matrimonij pertadebat. Admittunt participia præteriti temporis accusativum more Graecorum, ut Redimitus tempora lauro. Suet. in Aug. Dextrum genu lapide ictus. Liu. I. bel. Pun. Femur tragula graviter ictus. Sed de his in Figurata constructione.

### Participia facta nomina.

**N**omina cum fiunt Ans, Ens, finita, rogandi Sulcepere gradus, ut, Amans, Patiensq; laborum.

**P**articipia in, Ans, Ens, interrogandi casu gaudent, cum fiunt nomina: Amans patriæ, Patiens laboris, Fugitans litium, Negligens amicorum. Cic. Att. lib. 9. Boni civis amantes patriæ. Sall. in bel. Catil. Corpus patiens inedia, vigiliæ, algoris supra quam credibile est.

**T**emporis exacti Patrio quoque digna Profusus, Expertus, Consultus erunt, Miseratus habenda.

**N**onnulla etiam præteriti temporis, ut Profusus, Expertus, &c. Sallust. bell. Catil. Alieni appetens, sui profusus. Liu. bel. Mac. 10. Duos amicos expertos certaminum accersit. Cic. Philip. 9. Neque enim ille magis iuris consultus, quam iustitie fuit. Iustin. lib. 15. [Lyfimachus] miseratus tanti viri venenum ei in remedium dedit.

De Participijs præsentis, & præteriti cum genitivum Schol. 3.

**P**articipia in, Ans, Ens, cum vim suam retinent, casus verborum, unde fiunt, postulant. Cic. Att. 6. Homo semper amans te. Ad eund. l. 16. Ut me bercule paucos aequè observantes, atque amantes me existimem. Cum verò in naturam nominum transeunt, patrium casum exigunt. Terent. Phorm. Herus liberalis est, & fugitans litium. Cic. pro Rab. Postib. Studiosus, amans, observans sui. Idem de Fin. Ipsam etiam virtutem huentem esse volunt earum rerum, que secundum naturam sunt. Idem ad Q. fr. lib. 1. Homo sine dignitatis resinens. Plin. ad Prisc. lib. 6. Homo est alieni abstinentissimus, sui diligens. Mela lib. 2. c. 5. Atax ingenti aliòqui alui tenens, navigabilis est. Quint. l. 11. c. 1. Commoueatir ne quisquam eius fortuna, quem timidum, ac sui in tantè videat? Huius classis sunt Negotij bene gerens, Fugiens, aut Ferrens laboris, Sicitis virtutis, pecunia: Sciens regionum, Latina lingua: Negligens amicorum, Efficiens utilitatis: itemq; cetera eiusdem generis. Cic.

pro Quint. Eques Romanus locuples, sui negotij benegerens. Idem pro Planc. Deinde stitientem me virtutis tuae deseruisti, ac dereliquisti. *Cæs.* 1. *bel.* Ciuil. Nemo erat ad id tantis artibus fugiens laboris, quin, & cæc. *Tacit. lib. 21.* Corpora hominum salubria, & ferentia laborum. Idem *lib. 19.* Sanctus, inturbidus, nullius repentini honoris appetens. Huc accedunt, quæ participij speciem præferunt, Insolens, Intolerans, Impatiens, Incontinens. *Cic. Att. lib. 2.* Itaque ille amicus noster insolens infans. *Sall. Cat.* Animus insolens malarum artium. *Liu. 7. bel.* Pun. Intolerantissima laboris corpora. Idem *ab Vrb. 9.* Loquimur de Alexandro nondum merso secundis rebus, quarum nemo intolerantior fuit. *Plin. lib. 10. c. 62.* Ceteræ tarditatis impatientes percurrunt latera, occisa parente. *Senec. ad Seren. lib. 2. c. 14.* Nisi scientia accessit, & multa erudicio, ferè cupiditatum incontinens. ¶ Pauciora sunt præteriti temporis huius ordinis vstata. ¶ Consultus. *Liu. ab Vrb. 10.* Callidos, solertes, iuris, atq; eloquentia consultos. ¶ Compertus. *Ibid. 7.* Filium iuuenem nullius prædri compertum, & c. ¶ Expertus. Idem *bel. Pun. 4.* Seruitudinis, indignitatis, homines expertos. ¶ Abiectus. Idem *ab Vrb. 9.* Multo sibi maiiores, & abiectiones animi visos referrent. ¶ Territus. *Ibid. lib. 7.* Itaque Consulti territo animi, vide ne tu, inquit, s. *Corneli, & c.* ¶ Eruditus cum genit. nondum legi apud idoneos auctores, sed cum ablat. quem casum à suo verbo accepit. Poscit etiam accus. cū præp. *Ad. De quibus in Constr. N. adiect. Sch. 21.* ¶ Doctus verò genit. vel ablat. exigit. & Peritus, quod quidam à Perio prisco verbo deducunt, de quibus *ibid. Sch. 19. dictū est.* Hæc etiam duo præp. *Ad.* cum accus. admittunt. *Terent. Heec.* In eodem mihi videntur omnes ludo doctæ ad malitiam. *Cic. 1. de Or. Iuris consultum eum dicerem, qui legū, & consuetudinis ad agendū peritus esset.* Sic idem pro *Font.* Cum, DE, iunxit *Varr. de Re R. lib. 1. c. 2.* Virum omnibus virtutibus politum, qui de agricultura Romanus peritissimus existimatur. ¶ Genitiuum itidem petunt In doctus, Imperitus, Inluctus, quæ ex participijs sunt composita: de quibus in *Constr. N. adiect. Schol. 4. & 14.* Inuictus item apud *Liu. bel. Pun. 2.* Ad equestrem pugnam, qua parte virium inuictus erat, dirigit aciem. ¶ Desolat & virorū gentes, dixit *Sil. l. 8.* ¶ Illa verò Scitus vadorum, Scitus lyæ: Victus, Erectus, Falsus animi, partica sunt.

## APPENDIX I.

**P**RÆteritum, aut Præfens ad significantia tempus  
Distinctos genuere gradus, cum nomina fiunt:  
Sicut ab Observans Observantissimus exit.

**P**articipia præsentis, præteritiq; temporis, cum nominum naturam induunt, more eorum comparatiua gignunt, & superlatiua: Ve Amans, Amantior, Amantissimus; Commendatus, Commendatior, Commendatissimus.  
*Cic. ad Att. lib. 6.* Nihil illo regno spoliatus, nihil rege egentius.  
*Idem ad Q. fr. lib. 1.* Fert graviter homo, mei observantissimus se apud te neque amicitia, neque iure valuisse. *Ibid.* Si quem forte cognovisti tui amantior, quam temporis, hunc ad tuum numerū libenter adscribito. *Iac. ad Tir. l. 16.* Cum comode, & per valetudinem navigare poteris, ad nos amatissimos tui veni.

Compa-

Comparatiua & Superlatiua non fieri ab omnibus participijs, & rarò eorum casus retinere. ¶ *Schol. 4.*

**N**ON omnia Participia, maxime præteriti temporis, comparantur; nam Amantior Amatissimus, Amantior Audacissimus, & multa alia inaudita sunt. Quibus igitur utendum sit, assidua, ac diligens Veterum lectio te docebit. *Cic. pro Deiot.* Quis consideratior illo? quis tectior? In *Pison.* Quis te damnatior? *Philip. 2.* Quæ res unquam commendatior hominum memoria? *Ad Brut. lib. 13.* Causa communis ordinis mihi comendatissimè fecit amicitiam nostram firmiorem. Sic apud eund. pro *Mur.* Notior. pro *Sylla.* Notissimus. *Ad Ligar. lib. 6.* Iratior. *Philip. 8.* Iratissimus. *Verr. 10.* Profigatissimus, & Perditissimus. *Ad C. Mem. lib. 13.* Observantissimus. Observantior apud *Claudian. in Panegy.* Apud *Colum. l. 8. c. 17.* Indignantissimus. & *l. 11. c. 1.* Abstinentissimus. ¶ Participia rarò suum casum retinent, quando comparantur. *Cic. ad Cornif. lib. 12.* Habeas eos à me commendatissimos. *Colum. lib. 12. c. 4.* Rebus abstinentissimo dixit. & *l. 3. c. 8.* His exemplis admonemur curæ mortalium obsequentissimam esse Italiam.

## APPENDIX.

**C**ONuenit, aut DEbet verbo, EST, comitante futurum  
Significat: ccu, Classis erat mittenda Corinthum.

**P**articipijs futuri tēporis, addito verbo substantiuo, eleganter vrimur pro Debere, vel Oportere. Sum expectaturus fratrem, Expectandus est mihi frater. Eram habiturus heri orationem, Habenda mihi erat heri oratio. *Cic. pro Font.* Orandus est nobis amicus meus Pletorius, ut suos novos clientes à bello faciendo detercat. Participia futuri omnibus temporibus adiungit; & pro illis interdū verba Debeo, Oportet, Conuenit vsurpari. ¶ *Schol. 5.*

**V**TRumque participium non solum præfens & præteritum, sed etiam futurum verbum admittit. *Auct. ad Her. lib. 3.* Si vtrumque poterimus ostendere, vtrumque pollicebimur nos in dicendo demonstraturos esse: sin alterum demonstraturi erimus, simpliciter, quod dicturi sumus, ostendemus. *Cic. pro Font.* Excitandus nobis erit ab inferis Caius Marius, qui Induciam arò isti minaci, atque arroganti par in belligerando esse possit. ¶ Interdum vtuntur Auctores, Debendi, verbo. *Auctor ad Her. lib. 4.* Primum dicemus quibus in generibus semper omnis oratoria elocutio debeat esse: deinde ostendemus, quas res semper habere debeat. *Idem lib. 3.* multis locis docet Participiale in, Dus, infinito passiuo, & verbo, Oportere, posse explicari. *Ius ite partibus [inquit] vtetur.* & c. si ostendemus benemerentibus gratiam referri conuenire: si demonstrabimus vicisci malè meritis oportere: si fidem magnopere censebimus conseruandam, si leges & mores ciuitatis egregie dicemus seruari oportere: si societates, atque amicitias studiose dicemus coli conuenire: si hospitias, clientelas, cognationes, affinitates castè colendas esse dicemus. Vides id quod supra diximus, hæc participialia debitum officium, necessitatem: deniq; Conuenire, Oportere potius significare, quam futurum tempus?

Bbbb

CON-

# DE CONSTRUCTIONE CONSTRUCTIO TRANS- ITIVA PRONOMINIS.

## Genitiuus post Demonstratiua Pronomina.

**O**STensiu gerunt quoties Pronomina partes  
Fixorum Patrio, Velut Id rationis, adhaerent.

**P**ronomina Demonstratiua, cum substantiuè ponuntur patrium casum ad-  
mittunt, vt Hoc consilij, Id temporis, Eodem loci.

Cic. ad Cæl. l. 2. Hoc ad te literarum dedi. Idem 1. de Orat. Quoniam id tempo-  
ris est, surgendum censeo. Ad Att. 1. Res est eodem loci, quo reliquisti.

Pron. Demonstratiua genit. admittere: & Idem, etiam datiuum ¶ Sch. 1.

**D**istulimus Pronominum Syntaxim in hunc locum, tum quia sine aliarum par-  
tium cognitione non facile percipitur: tum præcipuè propter Reciproci obscu-  
ritatem. Huc spectant Hoc commodi, noui, noctis, temporis, moris, liberta-  
tis, rationis, causæ, iuris, æui, locorum. Cic. Att. lib. 11. Tantum vide, ne hoc  
temporis Terentiæ obesse aliquid possit. Idem Verr. 4. Hoc rationis habebant. Verr.  
7. Iste hoc causæ dicit. & Verr. 3. Hoc iuris constituere. Plin. ad Celsæ lib. 1. Habe-  
bat enim hoc moris. Senec. de Clem. l. 1. Cum hoc ætatis esset, quod tu nunc es. Sic Sall.  
Iug. Plin. l. 16. c. 40. Amplissima arborum ad hoc æui existimatur Romæ visa. Plaut.  
Pænul. Post id locorum tu mihi ignoscito. Sic Liu. bel. Pun. 2. Sallust. Iug. Neque  
post id locorū Iugurthæ dies, aut nox ulla quieta fuit. Sic ibid. iterum. In quibus locis.  
Id locorū pro Id temporis videtur usurpatū. Item Id ætatis, hominum, solitudi-  
nis, viriū, auctoritatis, honoris, loci, inopiæ. Idem viriū, iuris, ætatis. Illud  
rationis. Sall. Iug. Vbi ad id loci ventum. Sic Terent. Phor. Liu. bel. P. 3. Ad id ven-  
tū inopiæ est. Cic. ad Thoran. l. 6. Et iam id ætatis sumus. Liu. ab V. 1. Id quod tum ho-  
minū erat. Tac. l. 11. Id repente solitudinis erat. Idem l. 13. Nec id nobis virium erat.  
Idem l. 14. Nec bonis artibus idem virium erat. Curt. l. 8. Olinthio non idem iuris est.  
Cic. 7. Verr. Neque illud rationis habuisti. Suet. in Ner. c. 26. Næquam postea publi-  
co se illud horæ sine tribunis commisit. Plin. lib. 11. c. 37. Viris aurum gestare eo loci  
(id est in auribus) decus existimatur. Sic Vlpian. Pandect. lib. 9. Eo loci balnea extru-  
xit. ¶ Eodem loci res est. hic, Eodem, non est aduerbium, cum iungatur cum verbo qui-  
etis. Est. Si dicas Eodem loci, vel Eo loci profectus est, aduerbium erit. Terent. Heaut.  
Ego istuc ætatis non amori operam dabam. Sic Plaut. in Mil. & ibid. — illuc æta-  
tis qui sit, non inuenies alterum. Idem Pers. Scio ego, quid ætatis sim. ¶ Pronomen  
Idem cum datiuo reperitur. Traian. ad Plin. lib. 10. Interpretationi tuæ mi Secun-  
de carissime idem existimo. Horat. in Arte Poët. Inuitum qui. seruat idem facit occi-  
denti. Lucret. lib. 3. — quorum vnus Homerus. Sceptra politus eadē alijs so-  
pitus quiete est. Oratores verò sic loquuntur. Cic. 2. de Off. Peripatetici quondam  
ijdem erant, qui Academicis. Ex eod. in Orat. Sit igitur hoc cognitum oratoribus eod-  
dem

dem esse numeros, qui sunt poetici. Idem de Nat. 2. Dianam & lunam eandem esse  
putant. Hirc. de bel. Afr. Dicitur Iulia cum eo egisse non opertere illum eodem vti  
vestitu, atque ipse vteretur. ¶ Video multos ita loqui, Peripatetici quondam ijdem fu-  
erunt cum Academicis, Numeri oratorij ijdem sunt cum poeticiis. Velim potius, dum  
Veterum exempla desidero, cum Cicrone loqui, quemadmodum iam diximus. Idem  
2. de Fin. Num propterea idem voluptas est, quod, vt ita dicam, indolentia? Terent.  
Heaut. — vita est eadem, & animus te erga idem, ac fuit. Quint. lib. 7. c. 3. Res ma-  
nifesta est non idem esse occidere se, quod alium; non idem occidere tyrannum, quod  
compellere ad mortem; non idem carmina, ac mortiferam potionem.

## Genitiuus post possessiua.

**P**ossessiua loco graduum desumpta rogandi  
Mis, Tis, Sis, Nostrium, Vestrum, connexa venustè  
Cum substantiuis, Patrio sub iunte, vide bis:

Vt, Nemo tua scripta legit recitare timentis.

**C**um possessiua, Meus, Tuus, Suus, Noster, Vester loco genitiuorum Mis, Tis, Sis,  
quibus præsci vrebantur, & Nostrium, Vestrum, genitiuum postulant.

Liu. ab Vrb. 7. Quod meum factum, diuinae Consulis grauius, quam Tribuni  
audisti? Cic. Philip. 2. Tuum hominis simplicis peccus vidimus.

Idem Attic. 11. Minus debes mirari non posse me tanto dolori resistere: solius  
enim meum peccatum corrigi non potest.

Possessiua Meus, Tuus, &c. genitiuum substantiu, adiectiu, & participij  
admittere: poniq; pro genitiuis primitiuorum. ¶ Schol. 2.

**C**ic. ad Paul. l. 15. Molestè sero, ne consulem tuum studium adolescentis perspe-  
xisse, te meum, cum id ætatis sim, perspicere non posse. Idem 1. de Orat. Vereris,  
ne tua domus talis & viri, & ciuis deseratur? Idem pro Sest. Quem non tam admi-  
ror, quod meam legem contemnat hominis inimici. Horat. Serm. 1. Saty. 4. — cum  
mea nemo Scripta legat vulgo recitare timentis. — Quid Eleg. l. 1. — Saepe roga-  
bis Vt mea defunctæ molliter ossa cubent. Senec. Epist. 93. Meum in his propositum

seruantis in quaque re rationi conuenientem modum. Pomp. in L. Si iure. ff. de Legat-  
is. Videndum est, an mens mea hæc fuerit facientis postea testamētum. ¶ Ex allatis  
exemplis intelligimus possessiua genitiuum admittere nominis tum substantiu, tum  
adiiectiu, tum etiam participij. Verum quo res apertior fiat, addam plura Cic. 5. Verr.  
Ne tua quidem recentia proximi Pratoris vestigia persequi poterat. Cato ad Cic.  
lib. 15. Libenter facio, vt tuam virtutem cognitam in maximis rebus domi togati, ar-  
mati foris, pari industria administrare gaudeam. Plin. ad Mamil. lib. 9. Incipio ex  
hoc genere studiorum gloriam petere post iudicium tuum viri eruditissimi. Non dixit  
Plinius, post iudicium tuum, qui es vir eruditissimus. Neque Cato, virtutem tuam, cum  
esses domi togatus, nam Togatus nomen est, vt Palliatus. Neque Cicero Tua vestigia  
qui proximus Prator fuisti. Neque Peccus tuum, qui es homo simplex. Neque Studium  
tuum, qui es adolescens, vt Laurentius docet. Quod si Laurentius Lib. 3. ca. 92. vii

Plinio tantum tribuit, ut credat Latine dici, Memoriter tenere, si recte scriptum est apud eum. Plin. nos verebimur hoc modo loqui cum Plin. Caton. & Cicer. Quorsum hoc ut intelligamus possessiva non solum iungi cum genitiuis, Vnius, Solius, Iplius, Duorum, Trium, Paucorum, Omnium, Cuiusque: sed etiam cum alijs. Horum exempla accipe. Cic. in Pis. Iuravi hanc urbem mea vnus opera esse saluam. Idem pro Mur. Huius rei coniecturam de tuo ipsius studio, Serui, facillime ceperis. Bithynicus Ciceroni lib. 6. Itaque contentus ero nostra ipsorum amicitia. Liu. 8. ab V. Vis ne igitur tu ipse congrederi mecum, ut nostro duorum euentu cernatur, quantum eques Latinus Romano praestet? Idem l. 7. Quem nunc [inquit] Gallus Roma fortissimum virum habet procedat aedem ad pugnam, ut noster duorum euentus ostendat, vera gens bello sit melior. Idem dec. 1. 1. 3. Nostram ipsorum libertatem tentari patimur. Brutus Ciceroni in lib. Epist. ad Brut. Qui vestris paucorum respondeat laudibus. Terent. Adelph. act. 3. Sc. 2. — nostrum ne Aeschinum, Nostram vitam omnium, in quo nostrae spes, omnesque opes sitae Erant. — Liu. bel. Pun. 5. Cogor vestram omnium vicem vnus consolari. Hunc genitiuum, Omnium, raro cum possessiuis, sepius cum primitiuis inuenies. Illud verò Cic. 3. de Orat. Voluntati vestrae omnium parui, in omnibus libris legitur, Voluntati vestrum omnium parui. Sic Cic. in Catil. 1. Ad omnium vestrum vitam pertinet, non dixit vestra. Idem de Prouin. Conf. Illud tempus familiaritatis, quae mihi cum illo, quae C. Varroni consobrino nostro ab omnium nostrum adolescentia fuit, praetermitto. SVVS etiam genit. Cuiusque, admittit. Cic. 1. Off. Id enim quemque decet, quod est cuiusque suum maxime. Idem 5. de Fin. Sua cuiusque animantis natura est. Caes. bel. Gall. 7. Suas cuiusque eorum clientelas. Quod ad genitiuum participiorum attinet, eum Oratores ferè in Verbum cum relatiuo Qui, quae, quod, mutant. Cic. ad Terent. l. 14. Sed omnia sunt mea culpa commissa, qui ab ijs me amare putabam, qui inuidebant. Nam, Mea culpa putantis, durus erat. Quod idem sepe faciunt Poetae. Ou. 3. de Pont. Nec mea verba legis, qui sum summotus ad Istrum. Ter. Andr. Cum id mihi placebat, tum vno ore omnes omnia Bona dicere, & laudare fortunas meas, Qui gnatum haberem tali ingenio praeditum. Diximus Meus, Tuus, Suus, cum hoc spectant, poni pro genitiuis: Mis, Tis, Sis, ut Studium tuum adolescentis, pro Tis adolescentis; Meum solius peccatum, pro Mis. Nam pronomina Ego, Tui, Sui, ut nonnullis Grammaticis placet, prae se illis seculis, geminos genitiuos habuerunt, Mis, Tis, Sis, qui actionem siue possessionem significabant, in quorum locum successerunt possessiva Meus, Tuus, Suus: Mei vero Tui, Sui, passionem. Item numero multitudinis Nostrum, Vestrum, qui actionem seu possessionem significabant, pro quibus multis locis vtimur deriuatiuis Noster, Vester: Nostri verò & Vestri passionem. Genitiuus, SVI, pluralis numeri vna tantum terminatione fuit contentus, qui passionem significat, cuius loco vtimur deriuatiuo, Suus, cum actio, seu possessio significatur, ut Viri sapientes non fidunt sua ipsorum prudentiae. Gigantes suis ipsorum viribus freti inmania facinora commiserunt. Non, sui ipsorum prudentiae, viribus. Hec illi. Dicam etiam ego, si tibi molestum non est, quod sentio. Mis, Tis, Sis, dandi etiam casum, vel ablatiuum suspicor fuisse apud Priscianum

cos pro Meis, Tuis, Suis, duabus r. e. libus in vnam coeuntibus, quemadmodum Sas, pro Suas. Ennius apud Festum, Virgines nam sibi quisque domi Romanus habet Sas. Idem Postquam lumina sis oculis bonus Ancus reliquit. Sas, inquit Festus, pro Suas, & Sis, pro Suis. Si Donatus, Seruius, Priscianus, qui nobis genitiuos Mis, Tis, Sis, reliquerunt, legissent hunc locum Ennij, dixissent procul dubio etiam genitiuum, Sis, fuisse apud Veteres, quod Priscianus negat lib. 13. his verbis. Sui, quod debuit secundum analogiam esse Sui, vel Sis, quod dubitationis causa, ne verbum esse putetur, recusauerunt proferre. Donatus, & Seruius cum declinant pronom. Mei, vel Mis, Tui, vel Tis, solent dicere, nullam de Sis, facientes mentionem. Diomedes Grammaticorum (res creditur) coryphaeus, Mis, Tis, Sis, prorsus omisit, cum tamen apud Plaut. Mis, & Sis, reperiantur, in Trin. Quos penes mei potestas boni, misque foret. & in Mil. Quia tis egeat, quia te careat. Ne longior sum genitiui Mei, Tui, Sui, apud vetustissimos tum passionem, tum actionem significabant, loquebantur enim more Graecorum. Pater mei, tui, sui, pro Meus, Tuus, Suus, quae nondum inuenta erant, quibus inuentis exoleuit illa prisca locutio Pater mei, labor mei; in cuius locum successit haec Pater meus, labor meus; sed de hac re paulò post accuratius. Quod ad genitiuos multitudinis attinet, suspicor priscos illos Romanos primum Nostrorum, Vestrorum dixisse, nam hic exitus est omnium secundae inflexionis. Plaut. Most. — maxima pars vestrorum intelligit. Vestrorum pro Vestrum, positum est, ut Apollin. docet apud Gell. l. 2. c. 5. Deinde coeisa dictione arbitror fecisse Nostrum, Vestrum: vnde quidam nota circumflexi toni vltimas insigniunt, quibus Veteres passiuè, actiuè, ac possessiuè vsi sunt: vnde Gracchus, Misereri vestrum dixit. & Quadrigar. Cai Marii equando te nostrum, & Reip. miserebitur? Quae ibidem apud Gell. inuenies. Postremò ab illis facti sunt genitiui Nostri, Vestri, sed inuentis deriuatiuis Noster, Vester, credo placuisse eruditiori saeculo, vt Nostri, & Vestri in frequenti essent vsu, Nostrum, & Vestrum, cum certis tantum dictionibus iungerentur, de quibus mox dicemus. Diom. genit. Nostrum, Vestrum posuit, non Nostri, Vestri: fortasse, vt doceret hunc proprium esse genitiuum, id quod Apollin. etiam credidit, adde, vt affirmarit dicendum esse, Miserere nostrum, non nostri: qua tamen in re ei saeculò eruditius refragatur. Caper in libello de Orthographia, Nostri, inquit, Nostrorum, Nostrum, venit à Nos: Vestri, Vestrorum, Vestrum à Vos.

### Genitiui Mei, Tui, Sui, Nostri, Vestri.

APPositum, & VERBUM patrios moderantia casus, Quos tria in, I, faciunt pronomina prima, repositum, Vt, Vestri memores, Nostri miserescite ciues.

VERBA, Participia, & nomina adiectiua, quae patrium casum postulant, genitiuis Mei, Tui, Sui, Nostri, Vestri gaudent: vt Meorum nemo recordatur mei; Non sum oblitus tui absentis; Vnusquisque sui curam gerit. Cic. ad Att. 3. Te oro, vt quibus in rebus mei tui indigebunt, nostris miseris ne desis. Idem in Catil. orat. 4. Habetis duccem memorem vestri, oblitum sui. Caes. ad Cic. ad Att. 9. Nihil enim malo, quam & me mei similem esse, & illos sui.



Genit. Mei, Tui, &c. cum adiectiuis, & subst. posse coniungi. ¶ Sch. 3.  
**N**omine verborum intelliguntur etiam gerundia, & supina, si quando eorum usus incidit, ut Non est tempus obliuiscendi vestri, nostri, non vestrum, nostrum. Cum genitiuis Mei, Tui, Sui, Nostri, Vestri, copulari possunt Participia: ut Non sum oblitus tui absentis. Plancus Cic. lib. 10. Neque si facultas optabilis tui presentis si mihi esset, nunquam à tuis consilijs discreparem. Cic. Lent. lib. 1. Nostri si de omnes, amorem tui absentis presentes tui cognoscent. Item cum gerundijs, ut vocat, adiectiuis: ut Ignosce auia, non sicut mihi copia vidende tui. Cic. Curioni lib. 2. Hoc quidquid attigit non feci instammandi tui causa, sed testificandi amoris mei.

¶ Cum nominibus tam substantiuis, quam adiectiuis negat Laurentius posse hos genitiuos iungi, exceptis his, Vnius, Solius, Ipsius, ut Tui vnus non misereris? Vnusquisque sui ipsius curam gerit. Affert idem locum Terent. Heaut. — hem tot mei

Solius solliciti sunt causa? Vbi in omnibus libris, quos quidem viderim, Mea solius, legitur. Certè non video, cur non dicatur bene Latine, Pudet me tui hominis vanissimi. Non te miseret mei miseri, & infelicis? Sic Terent. Heaut. — inopis nunc te miserescat mei. Quod si pronomen ambiguam orationem efficiat, mutetur loquendi ratio, qualis esset, Miserere mei famuli inopis. Peto à te, ut mihi miserrimo famulo tuo subuenias. Sed in hoc loquendi genere ferè omittuntur hæc pronomina sic, Hæc miserere famuli, Pater memineris filij, Non te miseret huius calamitosis exulis?

EXCEPTIO I.

**I**nterit, Refertq; suis iunxere Latinis  
 Casibus hos etiam Patrios Cuiusque, Duorum,  
 Vnius & reliquos, qui possessiua sequuntur.  
 Ut, Vestra ipsorum refert componere mores.

**I**nterest tamen, & Refert ablatiuus Mea, Tua, Sua, Nostra, Vestra sibi redicantur: quibus ablatiuus addi possunt genitiui Vnius, Solius, Ipsius, ceteriq;, qui possessiuis adduntur: ut Mea vnus interest, Tua solius refert, Nostra ipsorum interest vitia extirpare, Tua Rempublicam administrantis interest semper vigilare.

De V. Interest & Refert cum ablat. & genitiuo. ¶ Schol. 4.

**H**ic nulla Veterum occurrunt testimonia. Dicemus etiam, Sua cuiusque interest rectè viuere, Nostra duorum refert Rempub. tueri. Item Vestra paucorum interest ciues conseruare: quia Vestris paucorum laudibus, legimus apud Brutum. At, Vestra, seu Nostra omnium interest bene viuere, tum dicam, cum apud idoneos auctores legero genitiuum, Omnium, possessiuus iunctum. Interim dicam, Interest omnium nostrum rectè viuere. Refert omnium vestrum ante actæ vitæ rationem reddere. In qua locutione genitiuus, Omnium, à verbis Refert, Interest, regitur: at genitiui Nostrum, Vestrum, à nomine Omnis, quod partitiuum est. Liu. bel. Mac. 1. Macædonum ferè omnibus, ut manerent, persuasit. Plin. l. 11. c. 37. Piscium omnibus ferrati sunt dentes, præter scarum. Qui verò Interest nostra omnium, dixerunt, sequuti sunt Laurentium, qui apud Cic. 3. de Orat. ut supra diximus, legit, Voluntati vestre

vestre omnium parui. Quo pacto frequentissime loquitur Cicero, ut mox dicemus. Quoniam paulò ante planum factum est, pronomina possessiua, cum substantiui, cum adiectiui nominis genitiuos admittere, Studiū tuum adolescentis, Pectus tuum hominis simplicis, quid igitur causa est, cur timeamus dicere, Interest tua Prætoris prouinciam à piratis defendere? Refert mea Consulis Rempublicam saluam, & incolumem seruare. Si tamen oratio durior videretur, qualis maxime est, cum propria adduntur, ut Interest mea Antonij discipulos in officio continere: vel omittantur propria, ut fecit Valer. M. l. 6. c. 2. de Theodoro philosopho loquens, Mea quidem nihil interest humi ne, an sublimè putrescam: aut omittatur pronomen ipsum, quod fecit. Cic. 1. Tusc. Theodori quidem nihil interest, humi ne, an sublimè putrescat. vbi de se loquitur ipse Theodorus. Denique si dicas interest tua Cæsaris victis ignoscere, grammaticè quidem, & more Græcorū loqueris; Vnde est illud. D. Pauli. ἡ ἀπαγωγὴ τῆς ἡμῶν χερὶ νόδου, Salutatio mea manu Pauli. Neque hoc solum è Græco sumptum est, ut Laurentius significat, sed ea, que supra ex Cicerone, Catone, Plinio, & ceteris attulimus. Lege Budæi Comm. Lingue Græcæ, inuenies nostros ab eis fuisse mutuatos hoc genus loquendi. Sed, ut ad rem redcam, elegantius dices, Tua ô Cæsaris interest victis ignoscere. Si ad Grammaticorum normam nobis loquendum est, non ponuntur ablatiui, Mea, Tua, Sua, Nostra, Vestra, pro genitiuis Mei, Tui, Sui, Nostri, Vestri, ut qui passionem significen: sed pro Mis, Tis, Sis, Nostrum, Vestrum, Nam cum dico, Interest mea rempub. gubernare, Mea, actionem significat. Sed de his fortasse plus nimio.

EXCEPTIO II.

**P**artitiua sibi, Numeralia nomina Vestrum  
 Ac Nostrum; Mediusq; gradus, Sumusq; requirunt.  
 Ut, Nostrum, aut Vestrum primus, minor, optimus, alter.

**N**omina Numeralia, Partitiua, Comparatiua, & Superlatiua genitiuos Nostrum, Vestrum exigunt. Curt. l. 8. Nolo singulos vestrum excitare. Cic. ad Q. fr. l. 2. Domus vtriusque nostrum adificatur frenuè. Idem contra Rull. 2. Omnibus vobis, & maiori vestrum parti. Maximus natu vestrum.

Genit. Nostrum, Vestrum vtendum cum additur Numeralia, &c. ¶ Sch. 5.

**S**i nominibus, verbis, ac participijs, que genitiuos Nostri, & Vestri ante admitterent, addantur Numeralia, Partitiua, Comparatiua, ac Superlatiua, Nostri, Vestri, in Nostrum, Vestrum, migrabunt. Rectè dicitur, Sum memor vestri: adde Singularum, Vtriusque, Omnium, Paucorum, Multorum: necessariò dices, Sum memor vestrum: singularum, vtriusque, omnium, paucorum, multorum: quia hæc, cum sint numeralia, aut partitiua, genitiuos Nostrum, Vestrum, non Nostri, Vestri, postulant. Nam cum dicimus, Sum memor vestrum vtriusque, genitiuus Vtriusque à nomine Memor regitur: at genitiuus pronominis, Vestrum, à partitio V terque. Ut enim dicimus, vterque vestrum est doctus, Sum præceptor vtriusque vestrum, Vtrique vestrum sum gratus, Vtrumque vestrum doceo. in quibus, Vestrum, semper regitur à partitio. Sic etiam dicimus, Sum memor vestrum vtriusque. Sic Misereor vestrum trium, Egeo vestrum.

vestrum singulorum, Oblicus est nostrum paucorum, Indigeo vestrum omnium, Intereff nostrum omnium te bene valere. Sic solet Cicero genitio, Omnium, adiungere Nostrum, Vestrum. Contra Rullum 2. Tunc contra hanc Romani communem patriam omnium nostrum, illa altera Roma quaeretur. Idem in Catil. 4. Video Patres Conscripti in me omnium vestrum ora, atque oculos esse conuersos. Idem Att. 11. Vnum omnium iudicio constitutum esset, omnium vestrum bona praedam esse illius victoria. Idem ad Cass. lib. 15. Tum ipsius causa gaudeo, tum me hercule etiam omnium nostrum. Idem 1. de Orat. Vel quia est patria parens omnium nostrum.

### Pronomia post Substantia.

**A**ctio cum datur, aut possessio, nomina fixis Possessiva suis, velut adiectiua, cohaerent: Et, Mea rura, Tuum studium, Sua cuique voluntas.

**P**ossessiva Meus, Tuus, Suus, Noster, Vester cohaerent cum Substantiuis genere, numero, casu, cum possessio, vel actio significatur: vt Liber meus, Ager tuus, Studium nostrum, Labor vester.

Quo modo genit. primitiuorum pro possessiuis accipiantur. ¶ Sch. 6.

**G**RÆci, cum possessio, vel actio significatur, sermè vtuntur genitiuis primitiuorum, πατήρ μου, pro πατήρ μου, pater meus; πατήρ μου, pater nostrum, vel nostri pro πατήρ μου, pater noster. Latini contra possessiuis vtuntur, cum actio, vel possessio significatur, Pater meus, non mei: Pater noster, non nostrum, aut nostri. Prisci tamen Romani antequam inuenta essent deriuatiua, videntur fuisse vsi genitiuis primitiuorum, Græcorum more, cuius rei exstant non obscura vestigia. Plaut. Pseud. Si ex te tacente fieri possem ego certior Here, quæ miseria te tam misere macerent.

Duorum labori ego hominum parissimè lubens Mei, rogandi: Et tui, respondendi mihi. Mei, inquit Apollinaris apud Gell. lib. 20. c. 5. Plautus non ab eo dixit, quod Meus, sed ab eo, quod est Ego. Itaque, inquit idem, si dicere velis Patrem mei pro Patrem meum, quo Græci modo τὸν πατέρα μου dicunt, inusitatè quidem, sed rectè profectò; eaq; ratione dices, qua Plautus dixit, Labori mei, pro Labori meo. Hæc ille. Cic. Att. 11. Quintus misit filium non solum sui deprecatorem, sed etiam accusatorem mei. Idem Lent. lib. 1. Is hac regia causa excepta, ceteris in rebus se acerrimum tui defensorem fore ostendit. Idem Curion. 1. 2. Eam rem vnius tui studio me assequi posse confido. Tacit. lib. 11. At conditor nostri Romulus tantum sapientia valuit, vt plerosque populos eodem die hostes, deinde ciues habuerit. ¶ Budæus illud. Cic. in Vatin. Ciuitatis salutem cum vnius mei salute esse coniunctam. sic legit, Ciuitatis salutem cum vnius mei salute esse coniunctam. vbi inquit, Si enim mea scripsisset, legeretur Mea vnius, non vnius mea. Quo loco significat Budæus vtendum nobis esse genitiuis Mei, Tui, Sui, cum præcedunt nomina vnius solius: vt Vnius mei opera seruata est Respub. Solius tui studio maximos honores adeptus sum. Vnius sui opera iuravit Cicero Remp. esse saluam. Contra, si nomina sequantur, possessiuis vtendū esse, vt Mea vnius opera seruata est Respub. Tuo solius studio maximos honores adeptus

per sum. Sua vnius opera iuravit Cicero Rempub. esse liberatam. Lin. 2. ab Urb. Vb sua vnia his [legibus] gratia esset, &c. Idem bel. M. 6. Censuerunt ergo. quos ludos ex sua vnius sententia vouisset, sua ipse impensâ faceret. Idem dec. 1. lib. 4. Eum qui de sua vnius sententia omnia gerat, superbum iudico magis, quam sapientem. Hæc Livij loca iccirco attuli, quod quidam vir, alioqui doctus, exestimauerit, semper, SVI, vtendum esse præcedente, vel sequente nomine. Neque id, quod modo ex Budæo diximus, semper est verum; nam Cic. Att. 11. cum nomen præposuisset pronomini, nihilominus vsus est possessiuo. Solius enim meum peccatum corrigi non potest. ¶ Alia præterea, vt ad rem redeamus, sunt testimonia, vbi primitiua pro deriuatiuis ponuntur. 10 Idem Philip. 4. Frequentia vestrum incredibilis, concioq; Quirites, &c. Idem pro Planc. Quare noli me ad contentionem vestrum reuocare Laterensis. Ibid. Possumus eripere orationi contentionem vestrum?

### EXCEPTIO.

**A**T cum significant generalem nomina partem Corporis, aut animi, Patrijs pulchrè vtimur illis, Quos tria in I, tantum pronomina prima creantur: Vt, Magna vir parte sui caret orbis amicis.

**A**T si substantiua significant partem aliquam generalem corporis, siue animi, cuiusmodi sunt Pars, Dimidium, Aliquid, genitiuis primitiuorum vtimur: vt Nullam partem mei amisit, hoc est, Non amisit manum, pedem, memoriam. Amisisti ne quicquam tui? Cic. 5. de Fin. Cui proposita est conseruatio sui, necesse est huic partes quoque sui cariores esse, quod perfectiones sint. Terent. Adel. Teiigi ne tui quicquam? Quint. lib. 7. c. 2. Minimam partem mei habent.

### APPENDIX.

**C**um tamen est anceps possessio, & actio, fixa Cum possessiuis, velut adiectiua, ligantur. Vt, Tua cura, Tuum studium, quibus omnia vincis.

**S**ubstantiua, quibus ambigua est significatio, vt Caritas, Amor, Memoria, Desiderium, Cura, itemq; cætera, si possessionem actionemue significant, possessiuis adhaerescunt: vt Amor meus, Desiderium meum, quo amo, desideroq;.

**P**assio nominibus cum significatur, eisdem, Quos tria in I, faciunt pronomina prima, ligamus: Vt, Me ingrata tui capient obliuia nunquam.

**S**In passionem significant, genitiuos Mei, Tui, Sui, Nostri, Vestri, flagitant: vt Amor mei, desiderium mei, quo amo, desideroq;.

**C**ic. Att. 1. 7. Dionysium flagrantem desiderio tui misit ad te. Idem ad Planc. 1. 10. Me impulsit tui caritas. Idem ad Q. fr. lib. 1. Nunc decedens relinque quæcunq; iucundissimam memoriam tui. Plin. lib. 12. c. 17. Nulla est voluptas, quæ non assiduitate sui fastidium pariat. Idem l. 2. c. 1. Quasi verò mensuram vlius rei possit agere, qui nesciat sui. Quint. declamat. 6. Postquam mei cura discesserat, &c.

**I**ngitur interdum pariter pronomem utrumque:  
Vt, Tua longa sui torquent obliuia matrem.

**A**liquando pronomem utrumque coniungitur, primitiuum, & possessiuum.  
Cic. Att. lib. 13. Nicias tua sui memoria delectatur.

Idem ad Cornif. lib. 12. Grata mihi uehementer est memoria nostri tua.

Non semper vsurpari genitiuos primitiuorum,  
cum ambigua est significatio. ¶ Schol. 7

**A**lia huius generis leges, maxime apud Senec. de Vit. be. c. 9. Virtus est pretium sui.  
Ibid. c. 5. Ignoratio sui. & cap. 10. Insolentia, & nimia estimatio sui. De Ben.  
lib. 2. c. 19. Ante des oportet mihi arbitrium mei, deinde beneficium. Senec. e pist. 122. 10  
Si omnia propter curam mei facio, ante omnia est mei cura. Curt. l. 7. Mei documenta  
uobis dedi. Plin. l. 1. pref. Sit enim hęc tui prefatio uerissima. Plin. Panegy. Quid  
quod duos pariter collegas tui sanctitate decorasti. ¶ Non in omnibus tamen, quibus  
anceps est significatio, hoc obseruatur. nam Conspectus meus, Crimen meum, Vultus  
meum, Iniuria mea dicitur etiam mihi allata. Senec. Nat. q. lib. 1. c. 16. At hercules  
scelera conspectum suum reformidans. Plin. Panegy. uisitatus extulit, Aegri medenti-  
um imperto ad conspectum tui, quasi ad salutem, sanitatemq; prorepere. Item Im-  
ago mea, tua, sua, nostra, uestra, non solum qua possidetur, sed etiam qua refert, & re-  
presentat. Plaut. Menecb. Tua est imago: tam conijmilia est, quam potest. Cic. pro  
Sext. Rosc. Vt effectos mores nostros in alienis personis, expressamq; imaginem no-  
stram uitę quotidianę uideremus. Idem ad Lucci. l. 5. Age silauis neque pictam, neque  
fictam imaginem suam passus est esse. Mart. l. 2. Vt digna speculo fiat imago tua.

¶ Pręterea Causa mea, tua, sua, nostra, uestra. Cic. ad Cass. lib. 15. Absesse te mea  
causa moleste sero, tua gaudeo. Idem Tironi lib. 16. Non tam mea causa, quam tua  
doleo te non ualere. Idem Att. 8. Si ma uellet sua, aut Reip. causa Luceriam venire, sic  
apud Cic. frequenter. Papinianus Causa mei, Vlpianus sui dixit. & Plaut. Most. Vr-  
bem exul linguat factus hic causa tui. Traianus ad Plin. lib. 10. Ad eosdem mei  
loco mittereris. Malim cum Cic. loqui. Terent. Phorm. Nam neque negligentia tua,  
neque id odio fecit tuo. Pro tui. Idem Heaut. — facile scires desiderio id fieri tuo.  
Pro tui. Apud Bud. in Com. Ling. Gręcę plura inuenies huius generis.

## Reciproca Sui, Sibi, Se.

**T**erna in se quoties persona reflectitur, ullo  
Abque errore, SVI, uoce utimur: ut, sibi mendax  
Lingua nocet. Se homini gladio succurre necanti.

**R**eciproco SVI, Sibi, Se, utimur, cum tertia persona transit in se ipsam; ut  
Cesar recordatur sui, indulget sibi, amat se, loquitur secum.  
Cic. in Catil. orat. 4. Habetis duces memorem uestri oblitum sui.  
Idem 5. de Fin. Eorum est hęc querela, qui sibi cari sunt, se seq; diligunt.  
Idem de Nat. deor. 1. Ipse sibi displices.

De

De Reciprocorum nomine, & usu.

¶ Schol. 8.

**R**eciprocate, ut inquit Varro lib. 6. de ling. Lat. ab Recipere fictum est, sive a  
Precare, quod poscere quondam significabat: unde Grammatici Reciproca ap-  
pellant, quod ad eandem personam se se recipiant, unde profecta sunt, eandemq;  
repositant. ¶ Utimur & SVI, Sibi, Se, cum intercedit obliquus tertia personę, ad  
quem refertur reciprocum. Video hominem cadentem se flagris. Audio auum tuum  
non esse compotem sui. Suspicio Ciceronem iniquo animo tulisse contemptum sui. Ca-  
sar ad Cic. Ep. 9. ad Att. Nihil enim malo, quam & me mei similem esse, & illos sui.  
Quint. 6. Declam. Tu filium primo docuisti sibi non parcere. ¶ Repertur interdum  
Reciprocum pronomem positum pro Demonstratiuis, Is, Ipse. Lucan. lib. 5. — que  
mox sibi proxima uenit In somnis. — Sibi pro Ei. Cic. 2. Philip. Non enim a te  
emis, sed prius, quam tu suum sibi uenderes, ipse possedit. Senec. ad Albinam de Con-  
solat. Ad tuum formetur arbitrium, multum sibi dederis, etiam si nihil dederis pre-  
ter exemplum. Quod Budęus in Com. ling. Gręc. docet fieri more Gręcorum.

**V**timur hoc itidem, uerbo accedente secundo:  
Vt, Sibi des ueniam supplex Malinilla precatur.

**E**T accedente altero uerbo: ut Marcellus te Cesar precatur, ut miserearis sui,  
ignoscas sibi, se in fidem tuam suscipias, ne se hostem existimes.

Cic. pro Sex. Rosc. Nunc sibi ex animo scrupulum, ut euellatis, postulat.

Idem Att. l. 5. Qui etiam a me petierit, ut secum, & apud se esset: quotidie  
Demonstratiua pro Reciprocis interdum vsurpari. ¶ Schol. 9.

**V**tuntur aliquando scriptores, accedente altero uerbo, demonstratiuis pro reci-  
procis. Quint. 3. declam. Neque ignorauit, que manerent eum pericula. Eum  
pro Se. Idem 1. declam. Quapropter non petit, ut illum miserum putetis, nisi & in-  
nocens fuerit. Illum pro Se. Curt. lib. 7. Illi nec de fide, nec de potentia regis ipsos du-  
bitare respondent. Pro Se. Ibid. Rex propius ipsum considerare amicos iubet. Idem lib.  
9. Cui Alexander nunciari iussit, si grauaretur ad se venire, ipsum ad eum esse uen-  
turum. Ipsum pro Se ipsum. Idem lib. 8. Rex equite premissis, qui reuertit eos iubet,  
oppeririq; presentiam ipsius, superuenit. Ipsus idest Suam. Ibid. Iram quidē tenuit,  
sed dixit inuidos homines nihil aliud, quam ipsorum esse tormenta. Pro Sui ipsorum.

## Reciprocum Spus.

**P**ersona in rem possessam cum tertia transit,  
Voce, SVVS, res ipsa potest possessa notari:  
Vt, Quęcumque suos nutrit fera bestia partus.

**R**eciproco, SVVS, utimur, cum tertia persona transit in rem a se possessam, ut  
Cicero recordatur Tironis liberti sui, indulget liberis suis, defendit suos  
clientes, scripsit hanc epistolam manu sua.  
Cic. Ferr. 3. Aiebat multa sibi opus esse, multa canibus suis. Idem de Or. 2. Si fera  
partus suos diligunt, qua nos in liberos nostros indulgentia esse debemus?

Cccc 2

Duobus

Duobus vel tribus personis cui nam reddatur recipi. Suus. Sch. 10.

**V** Timur etiam SVVS, cum additur alter obliquus tertiae personae, ad quem refertur possessio, ut Percussisti illum gladio suo. Relinqua legentibus iudicium suum. Vidi Pompeium spoliatum ornamentis suis. Percontatus sum illum de regno suo. Alloquutus sum Caesarem ante domum suam. Cepi columbam cum pullis suis in nido suo, extra, prope nidum suum. Cepi lupam, & carules eius, non suos, quia intercedit coniunctio. Cic. Somn. Scip. Ego illum de regno suo, ille me de nostra Rep. percontatus est. Ter. Adel. Suo siti hunc gladio iugulo Cic. Att. lib. 6. Tum praesens non desisti petere mea causa, suadere, & hortari sua. Vbi, illum, vel eum, subauditur, ad quod refertur possessio. Laurentius bis locis potius Eius, Illius, Ipsorum, Ipsius, dixisset: maxime ubi intercedunt praepositiones, nisi addatur nomen adiectivum, participium, aut verbum, ad quae refertur possessio. Vt, Inveni leonem iratum ob amissam praedam suam. Video columbam tristem in periculo suorum pullorum. Sentio hominem ambulante per domum suam. Scio illum dolere fortunam suam. Si tamen oratio fuerit ambigua, quod fit, cum tres sunt personae, & possessio ad secundo loco positam refertur, tunc utemur genitiuis Eius, Illius, Ipsius, ut Vulpes cepit gallinam cum pullis eius. Si vero possessio referatur ad primo loco positam, SVVS, viciniam erit: Vt, Deus tuetur hominem propter clementiam suam. At vero cum duae priores tertiae personae fuerint in Recto ad priorem pronomen demonstrativum, ad postertorem, Reciprocum, Suus, refertur. Cicero petit, ut Caesar ignoscat consanguineis eius. id est, Ciceronis: suis id est Caesaris. Invenitur interdum SVVS pro Eius, Ipsius, Illius. Cic. 4. Philipp. Quod autem erat praesidium salutis, libertatisque vestrae, si C. Caesaris, fortissimorumque sui patris militum exercitus non fuisset. Idem ad Att. 4. Memmius candidatus praetorem in senatu recitavit, quam ipse suus competitor Domitius cum Cons. fecisset.

**V**ls eadem remanet Verbo accedente secundo: Vt, Caesar te Marce rogat, sua signa sequaris.

## APPENDIX.

**V**tere voce SVVS, cum res possessa refertur in possessorem: ut Feriunt tua tela nocentem.

**E**T accedente altero verbo: ut Timet Pompeius ne a suis veteranis deseratur.

**V** Timur praeterea reciproco, SVVS, cum res possessa in possessorem transit. Cic. ad Att. 9. Illum vlciscuntur mores sui. Idem de Arusp. Sua concio risit hominem. Idem pro Sest. Hunc sui civis e civitate eiecerunt. Ibid. Summum quemque scelus agitat, suae cogitationes, conscientiaeque, animi terrent. Ad Att. 10. Indulget illi quidem suus pater semper. Plin. lib. 12. c. 1. Indos suae arbores vestiant.

Pro SVVS substantivè sumpto non poni pron. demonstr. Sch. 11.

**C**um Suus est substantivum, nemo ferè loco eius vitiat genitiuis Illius, Ipsius, Eius: ut, Reperi eum cum suis, suae inter suos. Cic. de Fin. lib. 2. Quaesivit, saluus ne esset Clypeus: cum saluum esse scientes sui respondissent, rogavit. &c. Item cum ponitur pro Proprius, ut De hac re dixi suo loco. Referam hac omnia suis locis.

DE PRÆPOSITIONVM  
CONSTRUCTIONE.

**N**utra quibus regimen casus natura negavit, Praepositivae vi partis habent moderamina casus: Vt, Sedeo in cathedra, Vado, Proficiscor in Urbem.

**V**erba Absoluta, & Intransitiva praepositionum beneficio in casus transeunt: ut, Venire in curiam, Sedere apud regem, Incedere magnificè per ora hominum. Cic. de Orat. 2. Cum ad me in Tusculanum venisset Caesar de Tusculano suo. Idem Attic. lib. 5. Ego cum triduum cum Pompeio, & apud Pompeium fuisset, proficiscebatur Brundisium ad 13. Kal. Iun.

**O**mnia verba gradus proprios moderantia partes Appositas adhibere suis cum casibus optant.

**T**ransitiva, praeter proprium casum, etiam praepositiones cum suis casibus admittunt. Cic. de Amicit. Nihil est amabilius virtute, nihil quod magis alliciat homines ad diligendum; quippe cum propter virtutem, & probitatem eos etiam, quos nunquam vidimus, quodam modo diligamus.

**C**omposito dat saepe suum pars iuncta regendum Praepositiva gradum: velut Hostem invadere ferro.

**V**erba composita saepe casum praepositionis habent: ut Adire iudicem, Innuadere urbem. Cic. 5. de Fin. Cur ipsi Pythagoras Persarum Magos adiit? Liu. bel. Pun. 4. Non diffidebant urbem aliqua parte se inuasores.

**C**ompositas repetunt partes Composita frequenter: Amoueo, Connuo, Adeo restantur, & Absum, Eijcio, Intueor, Detrudo, Expello. Injurgantur Plurima praepositivae his octo e vocibus orta.

**F**repetita praepositione: ut Adire ad iudicem, Adspirare ad laudem, Innuadere in urbem. Cic. Philipp. 11. In Galliam inuasit Antonius.

**Q**uam repetitionem amant multa verba composita ex praepositionibus A, Ab, Ad, Con, De, E, Ex, In, ut Amoueo, Auerto, Abduco, Absum, &c. Avertere cogitationem a miseris, Abducere se ab omni cura. & sic in caeteris.

**C**ic. pro Rab. Porcia lex virgas ab omnium civium Rom. corpore amovit. Plaut. Amph. Misisti ad eum Sofiam, ut bodie tecum conuenerem. Cic. Verr. 3. Caeteri heredes adeunt ad Verrem. Ad Att. 3. Ego illum puto ab isto scelere absuisse. De Senect. Inuitus quidem feci, ut L. Flaminius e Senatu eiceretur. Idem de Or. Mihi quidem in summos homines intueni querendum esse visum est, &c. Pro Quincto Quinctius de saltu, agroque, communi a servis communibus videtur dicitur. Pro Mil. Hac tanta virtus ex hac urbe expelletur, exterminabitur, rejectur?

De Verbo. compositis præpositiones repetentibus,  
aut earum casus postulantibus. ¶ Schol. 1.

**H**uius generis sunt complura: quorum aliqua tantum illustrabimus exemplis.  
¶ **Adspirandi verbes elegans est vsus, cum conatum quendam, contentionemq;**  
aliquid perueniendi, atque alicuius rei adipiscendæ ad significat; efferturq; negatione,  
aut interrogatione. Cic. in Brat. Ex bellica laude adspirare ad Africanam nemo pos-  
sist. Idem Tusc. 5. Omnes aditus tuos interclusi, ut ad me adspirare non posses. Idem 3.  
Verr. Quid enim quisquam ad meam pecuniam, me inuito, adspirat? ¶ **Admitto.**  
Cic. Verr. 1. Mibi quàm multis custoditus opus erit, si te senel ad meas captas admi-  
sero. ¶ **Aduolo.** Plin. lib. 10. c. 70. Culices acida petunt, ad dulcia non aduolant. 10  
¶ **Ailico.** Cic. 2. Off. Oratore benigna multitudinis animos ad benevolentiam alli-  
ciant. ¶ **Applico.** Ibid. Ss alij ad philosophiam, alij ad ius civile, alij ad eloquenti-  
am applicant. ¶ **Colludo.** Idem Verr. 4. Inimicus homo esset, nisi tecum colluisset.  
¶ **Comparo.** Idem de Senect. Quæ sunt igitur voluptates corporum cum auctori-  
tatis præmijs comparanda. ¶ **Confero.** Cic. pro Syll. Conferre nunc cum illius vita vi-  
tam P. Syllæ. ¶ **Congruo.** Idem de Amic. Si aliquem nacti sumus, cuius cum mori-  
bus, & natura congruamus, &c. ¶ **Consentio.** Idem pro Mur. Precor, ut vestra  
mentes, atque sententiæ cum Populi R. voluntate consentiant. ¶ **Deiicio.** Cic.  
Off. 1. Fortis animi est non perturbari rebus asperis, nec tumultuantē de gradu deiici.  
¶ **Depello.** Idem pro Lig. Quem de suscepta causa, propositaq; sententiæ nulla vis  
posset depellere. ¶ **Detraho.** Terent. Heaut. — de digito anulum detraho.  
¶ **Deturbo.** Cic. in Pis. Sua quemque fraus, suū facinus de sanitate, ac mente detur-  
bat. ¶ **Edūco.** Idem 2. de Inuent. Gladium ē vagina educit. ¶ **Egredior.** Idem ad  
Att. 13. Pedem ē villa adhuc egressi non sumus. ¶ **Emergo.** Idem pro Cæl. Emergisse  
tam ē vadis videtur oratio mea. ¶ **Emigro.** Idem de Leg. 2. Ad vicem eius, qui ē  
vita emigravit, propius accedat. ¶ **Emineo.** Idem Tusc. q. 1. 1. Videmus speciem pri-  
mum, candoremq; cæli: tum globum terræ eminentem ē mari. ¶ **Emitto.** Ibid.  
Pareamus, emittiq; nos ē custodia arbitremur. ¶ **Euoco.** Idem ad Att. 8. Vagamur  
egentes, non expulsi, sed euocati ē patria. ¶ **Excedo.** Terent. Hecy. — cura ex-  
torde excessit. ¶ **Excio.** Liu. ab V. 1. Clamor Dictatorem quoque ex somno exciuit.  
¶ **Exeo.** Cic. de Clar. Orat. Nihil non consideratum exibat ex ore. ¶ **Exturbo.**  
Idem pro Quint. Is ex numero viuorum exturbatur. ¶ **Incido.** Idem de Amic.  
Memini in eum sermonem illum incidere. ¶ **Incutio.** Liu. ab Vrb. 5. Gallo barbam  
suam permultenti scipione eburneo in caput incusso iram mouisse. ¶ **Incurro.** Cic.  
pro Planc. Non desino incurere in crimen hominis nimium memoris. ¶ **Ineo.** 11  
Liu. bel. Pun. 3. In urbem non inerat. ¶ **Ingredior.** Philipp. 7. Magna spe ingre-  
dior in reliquam orationem P. C. ¶ **Iniicio.** Pro Cluent. In hanc flammam C. Lu-  
cium iniectum esse memini. ¶ **Innitōr.** De Arusp. resp. Hec vix vnquam innixa in  
omnium nostrum humeris cohærebunt. Plin. lib. 7. cap. 53. C. Seruilius in P. panjam  
fratrem innixus [exspirauit.] ¶ **Irruo.** Cic. Verr. 2. Sunt homines, qui quasi de  
industria in odium, offensioemq; populi R. irruere videntur. Idem pro D. sua. In  
quem

quem quisque per homines concitatos irruerit, &c. ¶ **Repëtitur etiam, IN, cum qui-**  
es significatur. ¶ **Insum.** Idem de Amic. Digni sunt amicitia, quibus in ipsis inest  
causa, cur diligantur. ¶ **Inlideo.** Idem pro Detor. In exulcerato animo facili ficti  
crimen insideres. ¶ **Nonnulla ex his etiam datiuū postulant, quemadmodum suo loco**  
dictum est. ¶ **Complura tum Actiua, tum Neutra casum præpositionis admittunt.**  
¶ **Abscindo.** Cic. Philip. 12. Cum verborum contumelijs optimum virum incepto ore  
lacerasset, post autem cervicibus caput abscidit. ¶ **Abduco.** Senec. epist. 79. Nihil  
agere sensit morbus, qui me omnibus abduxit officijs. ¶ **Abstineo.** Curt. l. 8. Cir-  
cumfidere tantum eos, & abstineri cadibus iussit. Plaut Rud. — potin' vt me absti-  
neas menum? Colum. lib. 6. c. 7. Quæ cum accidit, vos primo die cibo abstinen-  
dus. ¶ **Deiicio.** Liu. bel. Mac. 9. Consenserat candidati omnes ad deiiciendum ho-  
nore eum. Idem ab Vrb. 2. Prohibuit sæda tempestas eum grandine, ac tonitribus cæ-  
lo deiecta. ¶ **Excio.** Idem ab Vrb. 7. Ea litera per forum ad tribunal Prætoris  
lata senatum curiæ exciuerunt. ¶ **Excito.** Senec. epist. 20. Protinus excitandus  
somo, & vellicardus est animus. ¶ **Eripio.** Tacit. lib. 6. Vt se tanto discrimine eri-  
peret, orabant. Senec. de Benefic. lib. 6. cap. 36. Vt captiuitate patrem eripiat.  
¶ **Circumduco.** Plaut. Mostel. Eho istum puer circumduce hæcæ adis, & conclauia.  
¶ **Coniunctus.** Cic. ad Lucei. lib. 5. Declarat enim summam benevolentiam con-  
iunctam pari prudentia. Sic idem alibi. Non tamen extra participium verbi Con-  
iungor. ¶ **Demuto.** Tacit. lib. 4. Igitur, tractatis religionibus, placitum instituta  
Flaminium nihil demutari. ¶ **Edo.** Liu. ab Vrb. 6. Vox horrenda edita templo cum  
tristibus minis. ¶ **Eximo.** Idem bel. Mac. 4. Præbuerunt speciem triumpho capti-  
bus rasis secuti, qui seruitute exempti fuerant. Idem ab Vrb. 6. Crimine reum exi-  
mere. ¶ **Exigo.** Tacit. lib. 12. Tarquinius tamen curiæ exactus est. ¶ **Exprimo.**  
25 Gell. lib. 3. c. 14. Conceptamq; sanie vulnere intimo expressi. ¶ **Extermino.** Cic.  
in Pison. Dólopes, finitimiq; montani oppidis, atque agris exterminati. ¶ **Inuehor.**  
Liu. ab Vrb. 2. Dictator triumphans urbem inuebitur. ¶ **Ex Neutris itidem non pau-**  
ca. ¶ **Abeo.** Sall. Iug. Deinde Volucem castris abire iubet. Tacit. l. 5. Ne nunc incepto  
longius abierim. Ibid. Mansere insens, ac minitantes, donec magistratu abirent.  
30 Plaut. Merc. Cedo, si hac vrbe abis, amorem te hic relicturum putas? ¶ **Abhorreo.**  
Curt. l. 6. Lubebantur canere inconditum, & abhorrens peregrinis auribus carmen.  
¶ **Absum.** Idem Acad. 1. Paululumq; cum eius villa abessemus. ¶ **Abstio.** Liu. bel.  
Pun. 5. Consul abstendum temerario incepto ait. ¶ **Accedo.** Sall. Iug. Postquam  
id frustra fuit, Iugurtham placandi gratia accedit. Cic. Attic. 16. Hæc scripsi nau-  
igans, cum Pompeianum accederem. ¶ **Aduolo.** ad eund. l. 1. Hic tibi rostra Cato  
35 aduolat, conuicium Pisoni mirificum facit. ¶ **Adiaceo.** Liu. ab Vrb. 7. Fines Roma-  
nos, maxime qua ex parte Hæturiam adiacent, peragrauerit. ¶ **Anteco.** Idem bel.  
Maced. 4. Semper vos etatem meam honoribus vestris antestis. ¶ **Anteuenio.**  
Sall. Iug. Homines noui, qui antea per virtutem solliciti erant nobilitate anteuenire.  
¶ **Circumfluo.** Curt. l. 10. Secundis rebus, quæ circumfluunt vos, insanire cepistis.  
¶ **Circumsido.** Liu. ab Vrb. 9. Ipsi socios Romanorum, vt patrem dolorem hosti  
redderent,

redderent, circumstant. ¶ Circumuenio. Colum. lib. 5. c. 9. Optimum est etiam, constitutas plantas circumuenire caueis. Sall. Jug. Vallo fossaq; mania circumuenit. ¶ Circumsto. Plin. Paneg. Hec me difficultas sola circumstat. ¶ Declino. Curt. lib. 3. Cum hoc agmine Darius paulum declinauit via militari. Huius simplice Clino, as, quod iam à consuetudine recessit, vetur Cic. in Arato. Et elinata magis paulo est Aquilonis ad auras. ¶ Decro. Quintil. l. 10. c. 3. Fortuita hec cogitatio praestat, vt itinere decreremus. ¶ Descendo. Sall. Jug. Sicuti monte descenderas. Liu. bel. Pun. 3. Descendit e quo, &c. Valer. M. l. 1. c. 1. Suis, vt plaustro descenderent, imperauit. Idem alibi dicit Descendere templo, celo, equo, sella, &c. Idem auctor accusatiuo in eod. lib. & cap. copulauit. Cluuius [inquit] qui ducit ad Ianiculum, descendere incipientes, & cetera. Sic etiam Iuuenal. Saty. 14. — quiq; solent rectum descendere funem. Et Plin. lib. 2. cap. 16. Altitudo descenditur, dixit. ¶ Diffugio. Cels. bel. Ciu. 1. Videri pralio diffugisse magnum detrimentum afferebat. ¶ Detulio. Idem bel. Gall. 5. Legiones itinere desistere iubet. ¶ Emergo. Cic. Att. lib. 1. Incommoda valetudo, qua iam emerferam, &c. Plin. lib. 11. c. 51. Infantis in nascendo nulla [vox] auditur, antequam totus emergat vtero. ¶ Excio. Liu. ab Vr. b. 1. Hercules somno excitus. Ibid. 5. Pavor cubilibus suis excitos quosdam in ipsum hostem improvidos intulit. ¶ Impendo. Terent. Phorm. Ita nunc imperatum, subito tanta te impendent mala. ¶ Incedo. Senec. Controu. lib. 10. Diues, & pauper eadem vestigia incessimus. Tacit. lib. 1. Incedunt maestes locos, visuq; ac memoria deformes. ¶ Influo. Plin. lib. 6. c. 4. Oceanum, qui influit, Azanium appellant. ¶ Inlideo. Idem lib. 5. c. 13. Ioppe insidet collem. Liu. bel. Pun. 6. Quingentis militibus arcem insederunt. Idem bel. Mac. 5. Saltum, qua transeundum erat Romanis, insederunt. ¶ Inlilio. Suet. in Vesp. c. 2. Qui feros tauros per spacia Circi agunt, insiliuntq; desessos. ¶ Inlillo. Cic. 3. de Orat. Quoniam modo tantum munus insistemus. Cels. bel. Gall. 3. Neque satis Bruto constabat, quam rationem pugna insisterent. Plant. Milit. Insistite hoc negotium sapienter. ¶ Inlto. Idem Asinar. — rectam insilias viam. ¶ Irrumpo. Suet. in Vesp. c. 5. Bos arator, decusso iugo, triclinium irrupit. ¶ Obtrepo. Virg. in Culice, Et quamquam geminas auium vox obstreperit aures. Vnde & Cic. pro Marcel. Passiue dicit, Eiusmodi res obstrepi clamore militum videntur. On. quoque Fast. 6. — secretus ab omni Poce locus, si non obstreperetur aquis. ¶ Occumbo. Liu. bel. Pun. 6. Qui pro patria pugnares mortem occubuerunt. Sic idem bel. Mac. 1. & Suet. in Aug. ¶ Peruenio. Liu. bel. Mac. 7. Ingressus rursus iter per Chersonesum, Hell-spantum perueniunt. Ouid. Met. 3. Verba referi aures non peruenientia nostras. ¶ Subrepro. Sil. lib. 15. — egra periculis Pectora subrepro terior. — ¶ Succedo. Sall. Histor. lib. 3. Muros successerant. Liu. bel. Pun. 2. Prima leuis armatura Romanorum praoccupatum inferiore loco succedens tumulu. ¶ Egredior, Elabor, Eluctor, Emico, Emigro, Emineo, Enitor, Euado, Excedo, Exeo, Exlilio, Exlto, & quae sunt de eodem genere, quia cum praepositionibus Extra, vel Ex, componuntur, idcirco proprios earum casus vicissim exigunt. ¶ Egredior. Tacit. lib. 3. Clementiam maiorum, suasq; ipse leges egrediebatur.

Plin. ad Tac. l. 9. Egredi veritatem. Sic Liu. bel. P. 2. Cels. bel. Gall. 4. Nanibus egredi. Valer. lib. 1. c. 4. Ianua egressus. Terent. Phorm. Nes nostro officio nihil egressor esse. ¶ Elabor. Stat. lib. 1. Theb. 1. medium rapido Boreamq; elabere saltu. Cic. Verr. 3. Satis te elapsurum omni suspitione arbitrare. ¶ Eluctor. Sil. l. 13. — perruptis molibus Alpes Eluctatus adest. — Sic & Stat. Achill. 1. ¶ Emitto. Plin. l. 2. c. 103. Aquae dulces fistulis emicantes. ¶ Emigro. Idem l. 6. c. 17. Indi prope gentium soli nunquam emigrare sinibus suis. Simplex, Migro, cum eodem casu reperitur, vt supra docuimus, De V. Neutris Sch. 20. & cum accusat. Id quod huic minime euenire comperio, haud repugnante natura compositionis. ¶ Eminco. Curt. lib. 4. Iamq; paululum moles aquam eminebat. Quint. lib. 8. c. 3. de Ornatu. Nec fuco eminentem colorem amet. ¶ Enitor. Col. l. 2. c. 2. Vt spe cessandi totum spatium bos agilius enitatur. Idem lib. 8. c. 11. Pavones enituntur oua. ¶ Euado. Tacit. lib. 1. Primi agminis copia euasere sylvas. Sallust. Jug. At i Marius signa inferre, atque euadere oppido properauisset. ¶ Excedo. Curt. lib. 8. Ipse Porus humanae magnitudinis propemodum exposserrat formam. Cels. l. 3. c. 123. Quos [40. dies] vbi morbus excessit, acui vim deposuit. Liu. bel. Maced. 1. Captus nemo, quia non excedunt temere ordinibus suis. Vtra fidem veri excedere, dixit Val. lib. 3. c. 13. ¶ Exeo. Terent. Hecyr. Mater consequitur, iam vt limen exiret, ad genua accidit. Valer. lib. 9. c. 12. Quanam ratione vita exeat querentes. Plin. lib. 18. c. 3. Priusquam frumenta vaginis exeat. Cic. post redit. in Senat. L. Lamiam consul imperiosus exire vrbe iussit. Plin. ad Neq. pot. lib. 3. Dum hec dicit, exsiliunt catbedram. Cum ablat. vtitur Lucan. & Ouid. Plaut. Merc. — vt venis, nauis exsilit. ¶ Exlto. Stat. Sylu. 1. — quamquam egomet Nercedas exlto. Horat. Epod. qd. 5. Cum prominere ore, quantum exstant aqua suspensa mento corpora. ¶ Huc deniq; spectare videntur nonnulla, quibus (vt opinari licet) praepositio Praeter, decisa tamen posteriore syllaba, imponitur: cuiusmodi sunt Praecedo, Praecello, Praecuro, Praeco, Praefluo, Praegredior, Praiaceo, Praelabor, Praemineo, & Praemineo, Praenato, Praenaugo, Praelideo, Praeflo, Praechor, Praefetor, Praeuenio; & siqua sunt de eodem genere. Accipe igitur quorundam exempla. ¶ Praecello. Tacit. lib. 2. Agrippina saecunditate, ac fama Liuiam uxorem Drusi praecellebat. ¶ Praefluo. Plin. l. 5. c. 23. Arius amnis, qui praefluit Alexandriam. Idem lib. 5. c. 30. Perganum praefluit Cetiis [amnis] profusus Pindaso monte. ¶ Praegredior. Liu. bel. Pun. 8. Non solum nuncios, sed etiam famam aduentus sui praegressus, & cetera. Sic Stat. Sylu. 4. ¶ Praiaceo. Tac. l. 12. Stetere in armis praetoria cohortes capo, qui castra praiaacet. ¶ Praelabor. Solin. c. 50. Deinde [Euphrates] praelabens plurimas gentes. Senec. Natural. quae. lib. 4. cap. 2. Hanc [vrbem] Nilus praelabitur. Valer. Flac. lib. 2. Littoraq; & veteres tumulos praelabitur, Ili. ¶ Praemineo. Tacit. lib. 3. de Augusto. Tamen appellatione aliqua cetera imperia praemineret. Idem l. 12. Castus ceteros praeminebat pericia legum. ¶ Praenato. Virg. Aen. 6. Letheumq; domos placidas, qui praenatas amnem. ¶ Praenaugo. Senec. de ira, lib. 3. c. 22. Startem [villam] praenaugaba-

proximum exercitum praesidebat. Idem lib. 4. Proximum Gallie litus rostrat & naves praesidebat. ¶ Praeueho. Idem l. 2. Seruat nomen, & violentiam cursus, qua Germaniam prauebitur. id est & henus. Idem lib. 20. Paulum moræ in ascensu, dum missilia hostium preuebantur. Mel. lib. 2. c. 2. Eius tractum legentibus, prauectus h; Mastusiam, & cas. Liu. ab Urb. 5. Tantum pauoris Faliscis iniectum est, ut effusa fuga castra sua, qua propiora erant, prelati, urbem peterent. ¶ Praeuenio. Ibid. l. 8. Vt beneficio praeuirent desiderium plebis. Cic. off. 3. Eiusmodi igitur credo res Pannitium persecuturum fuisse, nisi aliquis casus consilium eius prauectisset.

¶ Progredior. Valer. lib. 2. c. 2. Sua sponte praesidio progressus. Tacit. lib. 1. Progrediuntur contubernijs. ¶ Prorumpo. Idem l. 13. Quæstu incensus cubiculo prorupit. ¶ Procedo. Sil. l. 7. Quem postquam rapidum vidit procedere castris. ¶ Prosilio. Idem lib. 17. Namque ubi prosiluit castris, &c.

### Casus præpositionum.

**A**ccusatio seruiunt Ad, Apud, & cætera, quæ cum his numerantur in Rudimentis.

**C**ic. in Brut. In pratulo propter Platonis statuam confedimus. Idem ad Attic. l. 12. Secundum te nihil est mihi amicus solitudine.

Idem Verr. 4. Erant acceptæ pecuniæ à C. Verrutio, sic tamen, ut vsque alterum, R, literæ constarent integre, reliquæ essent in litura.

De præp. Insuper, Desuper, Secus, Vsque, Ex aduersus. ¶ Schol. 2.

**V**ARium vsuni, significationemq; præpositionum audiendis, legendisq; Veterû scriptis discere paulatim adolescentes, quæ si in locum vnum congerantur, molestiam, tediumq; afferent. ¶ Insuper cum accusatio pro Super. Cato de Re R. c. 18. Insuper arbores trabem planam imposito. Sic ibid. iterum. & cap. 40. Eâ linguâ in super librum alligato, ne cadat. Eâdem vtitur Col. l. 12. c. 39. Tum in super cannes ponere, & in sole pandere vias, & nocte tegere ne irrorentur. Sic Vitru. l. 4. c. 3. ¶ Desuper. Liu. bel. P. 4. In hæc naves tollendas desuper murû eminenti ferro manus cû iniecta prorocesset, nauim in puppin statuebat. Lucan. l. 1. — nunc desuper Alpibus ubi seræ collis, atq; aerea Pyrenen. Arripimur. — ¶ Secundum. Liu. bel. Pun. 4. Secundum Hyeronimi cadem tumultuatum apud milites fuerat. Virg. 3. Saltibus in vacuis pascant, & plena secundum Flumina. ¶ Secus. Cato de Re R. c. 21. Dextra, sinistraq; foramina secus laninas. Plin. l. 24. c. 15. Cameleuce nascitur secus fluuios & Vsque cum nominibus proprijs oppidorum frequentissimè, cum reliquis alterius comitatu septa frequenter, & sola reperitur interdum. Liu. dec. 5. l. 4. Collapsus pontis vsque alterius initium pontis prolabi eum leniter agebat. Curt. lib. 8. de Indis, Corpore vsque pedes carbasa velant. Iust. lib. 5. Virtute se vsque terminos patriæ defenderunt. Cels. l. 5. c. 28. Illicumq; à vespere vsque mane elucitur. Sic idē l. 3. c. 5. & l. 4. c. 19. & Stat. Theb. 11. ¶ Ex aduersus reperitur apud Cic. lib. 1. de Diu. Arâ (inquit) Aro loquenti, quam septem videmus ex aduersus eum locum consecrata est. Aduersus tamen in multis codicibus inuenio.

Versus.

### Versus.

**V**ersus habet casum præeuntem: vt Littora versus.

**V**ersus suo casui postponitur frequentius. Cui præponuntur aliquando præpositiones. Ad, vel In: vt ad Orientem, seu In orientem versus.

Cic. ad Attic. 16. Verti me à Minturnis Arpinum versus. Sulp. ad Cic. lib. 4. Cû ab Ægina Mëgarâ versus nauigare, capi regiones circûquaque prospicere.

De vsu præpositionis Versus, & Versuth. ¶ Schol. 3.

**V**ersus à cæterarum præpositionum natura dissidet: sunt enim dicte præpositiones, quæ cæteris partibus præponantur. Apud Liu. ab Urb. 10. præpositam inuenio, Mæstii, inquit, procedunt versus hostem. ¶ Præponuntur huic præpositioni interdum AD, & IN. Cas. bel. Gall. 6. Labienum ad Oceanam versus profecti iubet. Liu. ab Urb. 1. In lapidem ad meridiem versus confedit. Plin. lib. 10. c. 43. In forum versus, &c. ¶ Versum quoque in vsu est. Sall. Jug. Animaduertit fugam ad se versus fieri. Liu. bel. Pun. 6. Fugientes cum videret hostes, alios ad tumulum in orientem versus, &c. Ibid. l. 9. Litus ad septemtrionem versus subductæ naues, naualesq; socij tenebant.

**A**blatiuo gaudent A, Ab, Abs, Absque, Cum, Coram, Clam, De, E, Ex, Pro, Præ, Procul, Palam, Sine.

Ter. Heaut. — præ iracundiæ Menedæme non sum apud me.

**C**ic. in Pison. Mihi verò coram genero tuo, propinquo meo, quæ dicere iussi est. Idem ad Attic. lib. 13. Paulo clam ijs eam vidi.

Liu. ab Urb. 6. Rem creditori palam populo soluit. Idem bel. Maced. 6. Haud procul occasu solis redeundi in castra tempus erat.

De præpositionibus ablatiui. ¶ Schol. 4.

**P**rocul frequentissimè ablatiuum habet. Liu. bel. Macedonici 7. Haud procul Seleuci castris ad caput Caici amnis statina habuit. ab Urb. 9. Pecore baud procul Romanis pascere iubet praesidijs. Idem bel. Punici 7. Haud procul portu. Tacit. lib. 12. Haud procul mari. Colum. lib. 5. c. 1. Nec procul à ratiocinio, &c. Hanc præpositionem nondum cum accusatio legi: nam illud Liu. bel. Pun. 7. Sed locus procul muros satis æquus agendis vineis fuit, ita, &c. corruptè legitur muros, pro muro. Item apud Plin. lib. 9. c. 53. Pausilypum villa est Campaniæ baud procul Neapoli: ablatiuus est. Citatur & Curtius, sed incerto libro: suspicor locum mendosum esse. Ipse vero ablatiuo vtitur lib. 5. Iam (inquit) baud procul vrbe erant. ¶ Clam & cum accusandi casui iungitur. Cic. in Sall. Timens ne facinora eius clam vos esse t. Apud Veteres frequentius. Plaut. Aulul. prologo, Sed mihi auus buiu concedidit Auri thesaurum clam omnis. — Idem Merc. Clam patrem patria hac effugiam. Terent. Hecy. — doq; operam, vs clam partus eueniat patrem.

Dddd 2

Tenus.

## Tenus.

**T**enus, quemadmodum versus, postponitur, atque serè patrium casum desiderat, si nomen sit multitudinis.

Cic. in Arato. — & Cèpheus conditur antè Lumborum tenuis. —

Cœlius ad Cic. l. 8. Rumores illi de comitijs Cumarū tenuis caluerunt.

¶ Sin. singulare sit nomen, ablatiuo gaudet. Iustin. lib. 12. Rerum suarum magnitudinem extollere cælo tenuis cœpit. ¶ Sch. 4.

**L**iv. bel. P. 6. Adè nudauerat vada, vt alibi vmbilico tenuis aqua esset, alibi genua vix superaret. Ibid. lib. 8. Hispaniam non Ibero amne tenuis domitam habetis.

Plin. l. 24. c. 8. Ipse tamen corporum tenuis curiosus animi sensus non expressisse. Lucet. lib. 1. Vt puerorū stas improvida ludificetur Labrorum tenuis. —

¶ Tenuis nonnunquā cum ablatiuo copulatur, etiam cum nomen plurale est. Cels. l. 1. c. 3. Demittere se inguinibus tenuis in aquam calidam. Solin. accusatiuo iunxit

c. 67. Deinde terrestre iter Hydreū tenuis. Et Val. Flac. l. 1. Es Tánaim tenuis immenso descendis ab Euro. In quibusdam tamen castigatis codicibus, Tánaim, per. 1. legitur.

## A, Ab, Abs.

**A** consonantibus præponitur, Ab, vocalibus, & cōsonantibus: Ab Ioue, Ab legatis, Ab Romannis. ¶ Abs etiam sed rarò, vt Abs te, Abs quocumque.

Cic. Philip. 3. Antonius à fronte, à tergo, à lateribus tenetur.

Idem Att. lib. 1. Cura, & effice, vt ab omnibus & laudemur, & amemur.

Idem pro Cluent. Ab nullo ille liberalius, quàm à Cluentio tractatus est.

Terent. Andr. O Daue, itan' contemnor abs te.

Idem Adelph. Abs quibus homine beneficium, cum est opus, accipere gaudens.

Plaut. Menach. — stat nauis predatoria Abs qua cavendum nobis cenfeo.

Quibus consonantibus, Ab, præponatur. ¶ Schol. 6.

**H**istorici liberius vtuntur præp. Ab, consonantibus adiuncta. C, & K. Liu. bel. M.

1. Ab Kartaginesibus. Vitru. l. 1. c. 1. Ab ceteris. Col. l. 5. c. 1. Ab centum. ¶ D.

Ide l. 9. c. 15. Ab diligentioribus. Cic. Ver. 4. Ab Duobus. Sall. Jug. Ab ducibus. Liu.

ab V. 5. Ab dextera. Plin. l. 4. c. 28. Ab Durio. ¶ F. Varr. de Re. R. l. 1. c. 16. Ab fundo

Cic. in Or. Ab forensi. Vitru. l. 6. c. 9. Ab fortuna. ¶ G. Liu. bel. P. 4. Ab gerèdis

rebus. Cas. bel. G. 7. Ab Gobanitione. Plin. lib. 4. c. 28. Ab Gaza. ¶ I. Virg. Æn. 6.

— & mi genus ab Ioue summo. ¶ M. Col. l. 8. c. 16. Ab mari. Sall. Jug. Ab Metello

Liu. ab V. 4. Ab morbo. Plin. l. 4. c. 28. Ab Minio. ¶ N. Liu. ab V. 5. Ab nouissima

acie. Cic. pro Cluent. Ab nulla. ¶ P, & Q. Idem 2 de Inu. Ab principe. Vitru.

l. 5. c. 3. Ab pedibus, & Ab quinquaginta, Ab quadraginta. Liu. ab V. 10. Ab quatuor.

Ibid. 6. Ab quindecim. & bel. Pun. 4. Ab quærente per iocum. Cic. 1. de Nat. Ab

quòque. ¶ S. Idem ad Att. l. 5. Ab Senatu. Pro Cœcin. Ab scribto. ¶ T. Idem pro

Sext. R. f. Ab cuius subfellijs. Curt. l. 7. Ab Tanai. Sall. Jug. Ab tractu. Liu. bel. P. 9.

Ab triginta. Ab Urb. 7. Ab Tiburtibus, Ab Tybure. ¶ V. Varr. 2. de Anal. Ab

902. Colum. lib. 11. cap. 2. Ab vigesima luna. Cels. lib. 1. cap. 10. Ab vino.

¶ Z. Sall. Jug. Ab Zama. Propert. Ab zonis.

## In, Sub, Super.

**I**n, Sub, Super, modo accusat. modo ablat. prouaria signific. postulant.

¶ **I**n, cum verbis motus accusat. vt Venire incuriā. In exiliū proficisci. Cic. in Cat. Egrederè ex vrbe Catilina, in exiliū proficiscere.

¶ Item pro Erga, Contra, Ad, Pro, Per, vt Brutus fuit pius in patriam, crudelis in liberos. Olera & pisciculos minuros fero obolo in cœnā.

Commodauit tibi librum, in horam, diem, mensem, annum.

Cic. in Catil. orat. 1. Crescit in dies singulos hostium numerus.

¶ Cum verò quies, aut aliquid fieri in loco significatur, ablatiuo gaudet. vt Sum in templo, Deambulò in foro.

Cic. ad Attic. lib. 12. In hac solitudine careo omnium colloquio.

¶ Et cum ponitur pro Inter. Cic. de Amicit. Hoc primū sentio, nisi in bonis amicitiam esse non posse.

**S**uper, serè accusandi casum postulat pro Circiter, Per, Paulo antè: denique cum tempus adsignificat: ut Sub vesperum, Sub noctem, Sub lucis ortum, Sub idem tempus hæc gesta sunt.

Liu. bel. Pun. 2. Sub equestris finem certaminis, coorta est pedisum pugna. Cas. bel. Ciuil. 1. Pompeius sub noctem naues soluit.

¶ Itè pro Post. Cic. ad Plac. l. 10. Sub eas [literas] statim recitatae sunt tuæ.

¶ Et cum verbis motus: vt Clodius se sub scalas tabernæ librariæ coniecit. Nix sub aspectum, & tactum cadit.

¶ Cum verbis quietis ablatiuum petit: vt Confedimus sub vmbra platanī. Sub nomine pacis bellum later.

**S**uper, accusatiuo seruit cū præpositioni SVbter cōtraria est, maximè Scū motū significat: vt Sedeo super saxū, Tegula cecidit super caput.

¶ Item cum significat Inter: vt Super cœnam occisus est.

PRæter, Super cætera scelera hoc etiam factus commisisti.

VLtra, Erant super mille Senatores imperante Augusto.

¶ Ablatiuo adiungitur cum pro, De, ponitur. Cic. ad Attic. lib. 6. Hæc super re scribam ad te Rhegio.

¶ Et interdū cū verbo quietis, maximè apud poetas. Virg. eclog. 9. Hic tamen hac mecum poteris requiescere nocte Fronde super viridi.

De præpositionibus In, Sub, Super. ¶ Schol. 7.

**M**ultò latius patet harum trium præpositionum vsus, nam dicimus Vinere in diem, id est presentis diei tantum rationem habere. Scribere epigramma in aliquem, quod modo laudem, modo vituperationem adsignificat. Hæc in reu tuam sunt, hoc est vitia. Cū verbo motus ablatiuo copulatur interdū. Suet. in Aug. c. 24. Sanxit vs quisque thure, ac, miro supplicaret apud aram eius dei, in cuius templo, cotretur.



Sub specie pacis, Sub umbra fœderis, id est per tœxiu pacis. Sub pœnamortis. Sub basta, Sub corona venire. Liu. bel. Mac. 4. Omnes sub verberibus acti necantur. Sueton. in Claud. c. 43. Et in Ner. c. 54. Sub exitu vitæ dixit, pro Sub exitum. Sic Plin. l. 30. c. 11. Sub decessu febris emittunt. Cels. l. 1. c. 27. Solet verò sub eiusmodi victu venire, ut alius non reddatur. Super frequentissime cum verbis quietis accusatio feruit. Cic. 2. de Leg. Demetrius super terrâ tumultum noluit quietam iustitiam, nisi columellam. Cels. lib. 5. c. 26. Quidam super prunam vulnus suffumigant. Plin. l. 18. c. 22. Ciuitas Africa Tacape felici super omne miraculum riguo solo. Iustin. lib. 41. Equis omni tempore vectantur, super illos ire, &c. Super pro Ultra præcipue reperitur apud Suet. in Aug. c. 35. Senatorium affluentem numerum (erant enim super mille) ad modum pristinum, & splendorem redegit. Et in Iul. Cæs. c. 34. Veteranis legionibus præde nomine in pedites singulos super bina sestertia dedit. Et pro Præter. Idem in Claud. c. 26. Quam, cum comperisset super cetera flagitia atque dedecora C. Silio etiam nupisse, supplicio affecit. Ponitur & pro Inter. Plin. ad Sæmpron. Ruf. l. 4. De huius nequitia omnes super cæna loquebantur. Neque per acta cæna significat, ut vulgò loquimur, sed Inter cœnam, ut solet Cic. loqui ad Q. fr. l. 3. Hæc inter cœnam Tironi dictavi, ne misere alta manu esse. Et, Inter scyphos ad Trebat. lib. 7. Illuseras heri inter scyphos, quod dixeram, &c. Suet. in Tib. c. 53. Inter cœnam porrecta poma. Curt. l. 7. Super mensam & lib. 8. Super, inter vinum, & super epulas, dixit. Insuper pro Super posuit Vitruu. lib. 8. c. 3. Qui lacu ita sunt sulsi, ut habeant insuper se salem congelatum.

### Subter.

Subter, ferre accusandi casum poscit, siue quietis, seu motus verbis adiungatur. Cic. 1. Tusc. Plato iram in pectore, cupiditatem subter præcordia locauit. Sch. 8.

Interdum, apud poetas potissimum, ablat. habet. Virg. Æn. 9. — cum tamen omnes Ferre libet, subter densa testudine, casus. Plin. ad Roman. l. 8. Hunc subter fons exit, & exprimitur pluribus venis. Varr. de Re R. lib. 3. c. 10. His faciunt haras super terram, aut subter. Vitruu. l. 1. c. 2. Non possunt subter cantherios asseres esse. Senec. l. de Cons. c. 17. Elman integrum subter tot maria. Vbi correctiones libri Subter habent.

### Præpositio versa in aduerbium.

Præpositio, cum casu priuatur, in aduerbium migrat. Cic. ad Att. l. 4. Tuo aduentare, & propè adesse iam debes. Cic. de Natural. 2. Sensibus, & animo ea, qua extrâ sunt, percipimus. Schol. 9.

Huius generis sunt Antè, Contrâ, Citrà, Circùm, Circiter, Extrâ, Intrâ, Infra, Pòst, Propè, Pònd, Ultra vsque, & nonnullæ aliæ. Cic. Attic. 14. Id ipsum, quod memones, quatrinduo antè ad eum scripseram. Sallust. Iugurth. Micipsa pueris post diobus moritur. Liu. bel. Pun. 1. Ea res, ubi palam facta est, &c. idem ab V. 2. Cortolanus prope consternatus, &c. Cæterorum cæpta passim se se ipsa intrudunt. Præpo.

### Præpositiones alijs præposit. præpositæ.

Præpositiones nonnunquam alijs præpositionibus præponuntur. Cic. Attic. lib. 3. Nuntij nobis venerunt ex ante diem Nonas Iunias vsque ad pridie Kalendas Septembris.

Terent. Adelph. Miletum vsque obsecro. Idem Eun. Ex Æthiopia est vsque hæc. Cic. 1. de Nat. Enumerasti vsque ad Thalete philosophorum sententias.

Vsque tamen ferè alteram præpositionem desiderat. Idem Verr. 7. M. Cato vsque ad summam senectutem summa cum gloria vixit.

Cum verò præponitur nominibus oppidorum, utroque modo effertur. Idem Att. 3. Appius profectus est Tarsum vsque, vel vsq; ad Tarsum.

De præpositionibus alias præp. comitantibus. Schol. 10.

Vsque aliquando, etiam cum proprijs oppidorum præponitur, alteram præpositionem admittit. Cic. p. O. Deiot. Cui magnificentissima dona vsque ad Numantiam misit. Idem App. lib. 3. Cum ego Laodicea vsque ad Icanium iter ita fecerim, &c. Plaut. Pseud. Suo viatico reduxit me vsque ex errore in viam. Suet. in Vitell. c. 11. In seruum vsque, patente cubiculo, si quis adire vellet, potestatem sui præbuit.

Alia his similia exemplar inuenies. Cic. Att. lib. 2. Comititia Bibulus cum Archibolcho edicto in ante diem decimum quintum Kalendas Nouembris distulit. Plin. lib. 11. c.

16. Gignitur id maxime Arcturi exortu à pridie Idus Septembris. Idem lib. 8. c. 17. Bag. (panthera) prosequente vsque extra solitudines deductus. Liu. 1. ab Urbem. In lapide ad meridiem versus confedit. Trai. ad Plin. lib. 10. Si in Urbem versus venturi erunt, mihi scribes. Plin. lib. 10. c. 29. Rara ab Apennino ad Urbem versus cerni ceperunt picarum genera. Cic. 7. Verr. At cum in Italia bellum tam prope à Sicilia, tamen in Sicilia non fuit. Senec. Epistol. lib. 5. Prope est à te Deus, tecum est, intus est. Laurentius ait præpositiones aduerbia fieri, cum alijs præpositionibus adduntur

Donatus. 2. Edit. Præpositio [inquit] separatim aduerbijs non applicabitur, quamuis legerimus Desursu, Desubito, Derepente, & Exinde, Abulque, & Dehinc, sed hæc tamquam vnâ partem orationis sub vno accentu pronuntiabimus. Nonius tamen Marcell.

DE DOCTORVM INDAGINE, ita inquit, Omnes artem sequuti negant aduerbijs præpositionem addi oportere; sed auctoritas Veterum præponi iubet. Tull. de Repub. lib. 6. Cum in his, ut meminissis, concursu leuissime multitudine, cre congesto funus de subito esset ornatum. Hæc ille.

## CONSTRUCTIO ADVERBIL

### Nominatiuus post Aduerbium.

Rectum, vel Quartum casus En, Ecce repossunt.

En, Ecce nominandi, seu accusandi casum admittunt. Cic. pro Deiot. En, etiam in causa. Plaut. Amph. En, redun, an regulas, en obductas fores. Cic. Verr. 4. Ecce noua turba, atque rixa. Idem de Fin. 2. Ecce miserum bonum, si dolor summum malum est.

**E**N, cum indicando, tum exprobrando utrumque casum admittit. Indicando Sall. Catil. En illa, quam semper optatis, libertas. Virg. i. En. En Priamus. — Idem in Daphn. — en quatuor aras. Exprobrando. Senec. in Agam. En Paridis hostem Apud Oratores tamen non dū legi, quod meminierim, En, cum acen satiuo, indicando, seu exprobrando. & Ecce cum acen satiuo sepe reperit. Terent. Adelph. act. 5. Scen. 5. Ecce me, qui id faciam vobis. Plaut. Pers. Ecce me, numquid moror? Idē Mil. Ecce nos tibi obediēteis. & Apponitur & datus Tibi, non sine lepore. Cic. Att. 2. Epistolam, cum à te auidē expectarem, ecce tibi nūcius, pueros venisse Romā. Idem 3. off. Ecce tibi, qui rex populi Ro. dominusq; omnium gentiū esse concupierit.

Genitiuus post aduerbium.

**A**ffatim am it Patrium, Partim, Satis, Instar, Abundē Et, Nimis, atque Parum: pro Causa adiungitur Ergo.

**A**ffatim, Ergo pro Causa, & cetera genitiuum casum postulant. Terent. Phorm. Satis iam verborum est. Cic. de Clar. Plato mihi vixus instar est omnium. Liu. bel. Mac 7. Victorie naualis ergo, in vnum diem supplicatio decreta est. De aduerbijs genitiuum exigentibus. Schol. 12.

**Q**uintil. pro Gladiat. Satis abundēq; pōnarum est. Idem lib. 10. c. 1. Eruditio in eo mira, & abundē satis. & Affatim. Plaut. Bacch. — tibi diuitiarum affatim est. & Largiter. Idem Rud. — largiter mercedis indispiscat. & iterum ibid. — auri, & argenti largiter, dixit. & Cato de Re R. c. 74. Aqua Paulatim, addito. & Ergo. Liu. bel. P. 2. Coniurabant sese iuge, atque formidinis ergo non abituros, neque ex ordine recessuros. & Nimis, Cic. in Or. Nimis enim insidiarum ad capiendas aures adhiberi videtur, si etiam in dicendo numeri ab Oratore queruntur. & Satis, & Parum. Sall. in Catil. Satis longuentia, sapientie parum. Liu. bel. M. 8. Magis vereor, ne parum inde glorie sit. & Instar, equi parationem, mensuramq; significat. Cic. Att. 10. Eam vero se epistolam, que voluerim instar erat sepe legendam, sicuti facio. Itē similitudinē effigiomq; Plin. 18. c. 17. Erumentum vitium, auena est, sicut ipsa frumētū sit instar. Hor. Car. 4. od. 4. Instar aeris enim multus vbi tuus. Affulsit populo gratiores dies. Est aliquādo nomen, de quo supra, de Anom. Schol. 18. & Partim. Gell. lib. 10. cap. 13. Partim hominum venerunt, plerumque dicitur, quod significat, Pars hominum venit, id est. Quiddam homines: nam Partim hoc in loco aduerbium est, neque in casus inclinatur. Hec ille, & alia eodem capite. Hec aduerbia ferē omnia partes nominatiui agunt. Cic. 2. de Orat. Sed eorum partim in pompa, partim in acie illustres esse noluerunt. Pōnuntur & accusatiui loco. Idem in Pis. Cum partim eius præda profunde libidines deuorassent. Idem Verr. 1. Vt ad dicendum temporis satis habere possim. Suet. in C. Cæst. 86. Se iam pridē potentie, glorieq; abundē adeptum. & Multum, Paulum, Nimitum, Tantum, Quantum, & cetera huius generis inter nomina substantiuū relata sunt. & Admodum pulueris dixit Colum. l. 4. c. 1. vbi, cum si robes de sedimus, admodum exigui pulueris viuat dicit subijoinur.

Auerbia

Aduerbia Superlatiua,

**S**unt Patrio contenta gradus aduerbia Summi. Saepe loco Patrij Sextum, Ex præeunte, capessunt. Vt, Paris ex Phrigibus summe fait omnibus audax.

**I**tem aduerbia superlatiua à nominibus ortu genitiuum exigunt. Cic. de Clar. Orat. Maxime omnium nobilium grecis literis studuit.

**G**ENITIUIS hic in ablatiuum cum præpositione migrare potest. Cic. lib. 1. Piso maxime ex omnibus, qui ante fuerunt, grecis doctrinis eruditus.

De Aduerbijs superlatiuis cum genitiuo. Schol. 3.

**L**iu. bel. Pun. 2. Maxime omnium vigilia conficiebant quadrivium ian., & tres noctes tolerate. Idem bel. Mac. 2. Non omnium credo fidei, maximeq; omnium etōis Cic. de Clar. Orat. Sepissime audio illum omnium fere, Oratorū Latine loqui elegantissime. Cels. l. 2. c. 3. Habent hanc iuculeatē serina, præcipue omniū sinapsis.

Aduerbia loci.

**V**bi, Vbinam, Vbicumque, Vbiuis, Quò, Quouis, Quoquò, Vquam, Nulquam, genitiuos Terrarum, Gentium, eleganter admittunt.

Cic. Attic. 5. Quid ageres, vbi terrarum esses, ne suspicabar quidem. Terent. Adelph. — fratrem nusquam inuenio genitiuum.

**D**icitur & Longē gentium, Vnde, Minimē gentium, Cic. Attic. 6. Tu longē gentium abes.

**H**uc spectant aduerbia Eò, Huc, vt Eò consuetudinis, Eò scelèrum, Huc malorum & arrogantiz ventum est.

Liu. bel. P. 5. Eò consuetudinis adducta res est, vt quocumque noctis tempore sibilo signum dedisset, porta aperiretur. Senec. l. 5. Contr. Eò scelèrum peruenit est, vt parricide pater adfit. Curt lib. 7. Huc enim malorum ventum est, & c.

De Aduerbijs loci genitiuum postulantibus. Schol. 4.

**P**laut. Epid. — vbi illum queram genitiuum? Idem Mil. Ego iam conueniam illuc vbiubi erit genitiuum. Sic idem in Afr. & Vbinam. Cic. l. Catil. O diu immortales vbinam gentium sumus! & Vbicumque. Idem 2. Philip. Qui vbicumq; terrarum sunt, ibi est omne Reip. presidium. Horat. Epist. lib. 1. — vbicumq; locorum Viuitis. — & Vbiuis. Teren. Hecyr. Cui quando fuerat prestabilis vbiuis gentium agere etatem. & Quouis. Idem Heaut. Ind abeat potius malo quouis gentium. & Quò. Plaut. Bacch. Sequere hæc me, saxo iam scies, N. quò gentium? Idem Rud. Non herclè quò hinc nunc gentium aufugiam scio. Liu. bel. Maced. 9. Exposuerunt sese tacitos abire, quò terrarum possent, in animo habuisse. Liu. bel. P. 8. Quò amentie progressi sitis, & c. & Quoquò. Plaut. Mercat. Me vsque querere illam quoquò ea hinc abducta est genitiuum. Solin. cap 34. Ex isto sinu quoquò orbis velis, exeas. & Quocumque. Idem c. 42. lactus ex ea quocumque gentium puluis ardet angues. & Vndique. Idem c. 45. Ad quas commercia Arabes vndique gentium subuehunt. Sic idem c. 48. & Vquam. Terent. Hecyr. — an quiquam vsquam

Ecce

gen. 111

gentium est aequae miser. *Liui. bel. Pun. 2. Nullius inquam terrarum rei cura Romanos fugiebat. Iust. lib. 3. Nec sane usquam terrarum locum honoratorem sensus habet. Ouid. Epist. 16. Nec tibi par usquam Phrygiae, nec solis ab ortu* ¶ *Ed. Curt. lib. 5. Sed eo rerum ventum erat, ut &c. Eduisque impudentiae, & audaciae prouehi. Eo negligentiae, contemptus, corruptionis, de desperationis adduci, Eo discordiae venire, Eo magnitudinis procedere, apud idoneos auctores inuenios.* ¶ *Ibi, & Vbi cum genitiuo loci Plin. l. 6. c. 11. In rupe castello communito: ibi loci terrarum orbe portis discluso. Sic in castigatissimis libris inuenio. Idem lib. 7. c. 24. Vbi inanis mens querau, ubi sit loci. ¶ Inde loci. Solin. c. 43. Histrix quoque inde loci frequentissima. ¶ Huc arrogantiae, indignitatis. Tacit. lib. 3. Huc arrogantiae venerat, &c. Valer. l. 3. c. 8. Huc indignitatis veniretur. ¶ Adhuc locorum. Plaut. Capt. Philocrates, ut adhuc locorum feci, faciam sedulo. ¶ Idem loci. Plaut. Mostel. — ibidem loci res erit, ubi odium operis. ¶ Vnde, Quando, Minime gentium apud Comicos inueniuntur. Plaut. Afin. Face, ut paratum iam sit. Li. vnde gentium? ¶ Huc viciniae. Terent. Andr. — abhinc triennium commigravit huc viciniae. ¶ Hic viciniae, idem in Phorm. dixit, & Plaut. in Mil.*

### Pridie, & Postridie.

**B**ina Die composita gradum sibi saepe rogandi,  
Vel Quartum locitare solent: gaudentq; Kalendis.

**P**ridie, & Postridie & genitium, & accusatiuum casum petunt.

*Cic. Att. 11. Pridie eius dici venit. Idem Appio, l. 3. Pridie Nonas Iunij cum esset Brundisij, &c. Idem ad Att. 15. Das accepi postridie Iduum. Ad eund. lib. 6. Postridie ludos Apollinares.*

De Aduerbijs Pridie, Postridie, Tunc, & Tum. ¶ *Schol. 5.*

**C**æsar bel. Ciui. 3. Pridie nonas Ianuarias naues soluit. *Liui. dec. 4. lib. 4. Nonas, quam pridie Nonas Septembris insecuta est dies, &c. Cic. Att. l. 12. Postridie Iduum Ianuuij consistui manere. ¶ Aduerbiuum Tunc genitium Temporis admittit Iust. l. 1. Sed de gente obscura tunc temporis Persarum Cambysij mediocri viro, &c. Idem l. 3. Parus tunc temporis viros Atheniensibus erant. Sic idem sapius. Sic & Apulei. Met. l. 11. ¶ Tum cum eodem genitiuo temporis vsus est idem lib. 11. Ciuitas principem suum, ac tum temporis consulem expectabat. In illo Terent. Phor. act. 1. Sc. 4. — tū tēporis punctū mihi Ad hanc rem est. Vitiosè legitur, Tunc tēporis.*

### Datiuus post aduerbium.

**Q**uadam more patrum Ternum sumplere regendum,  
Qualia Conueniens, Concors, atque Obuius edunt.

**O**bediendi casum petunt more eorum, vnde deducuntur, ut Concorditer, Conuenienter, congruenterq; natura viuere. Dicere conuenienter rationi. Obuia alicui ire, procedere, prodire. Nā Congruens, Conueniens, Obuius, Concors dat. gaudent.

*Cic. 2. de Fin. Non quero quid dicat, sed quid conuenienter rationi posse dicere. Idem Phil. 2. Casari ex Hispania redeunti longissime processisti. Plin. l. 7. c. 30. Platonij sapientia antistiti Dionysij tyrannus vitiatam nauim misit obuiam.*

De Aduerbijs datiuum exigentibus. ¶ *Schol. 6.*

**C**ic. Tusc. 5. Quam sibi constanter, conuenienterq; dicat, non laborat. ¶ *Amicè. Idè Off. 1. Viuere fideliter, vitæq; hominū amicè. ¶ Obuiam. Sall. Jug. Superbie nobilitatis obuiam itum est. Plaut. Bacch. — ite obuiam iniurie. Terent. Adelph. Oppido opportunè te obtulisti mihi obuiam. Sic Venire, Aduenire, Currere, Incidere, Vadere, Esse, Progredi alicui obuiam. ¶ Concorditer. Solin. c. 69. Parrecta Parthia ad terram Scytharum, quibus concorditer degunt. ¶ Pariter alicui epulari. Stat. Theb. 5. — contux ultra manu thalamos, pariterq; epulata marito. ¶ Aequè. Plin. l. 3. c. 3. Picturae, quibus equidem nullas aequè demiror. ¶ Consequenter eund. casum desiderat, cuius exemplum apud Iuriconsultos inuenies. ¶ Aequaliter. Vitru. lib. 3. c. 3. Corona, quæ supra tympanum sunt, equaliter imis sunt collocanda. ¶ Condignè cum ablatiuo iunxit Plaut. Casin. — cum lassus fueris, & famelicus, Noctn condignè te cubes, curabitur. ¶ **Con**dignus, vnde illud deriuatum est, eund. casum habet apud. Gell. lib. 3. c. 7.*

### Accusatiuus post aduerbium.

¶ Proximè amat Quattum: Propius dilexit eundem.

**P**ropius, Proximè accusandi casum exigunt: Propius urbem, Proximè Italiā. *Liui. bel. Pun. 2. Asdrubal in Lusitaniam, & propius Oceanum concessit. Cic. Philip. 10. Brutus operam det, ut cum suis copijs quam proximè Italiam sit.*

De Construct aduerbiorum Propius, & Proximè. ¶ *Schol. 7.*

**H**æc duo casus præpositionis habent, vnde profecta sunt. *Plin. l. 16. c. 32. Illud proximè mirum mutari naturam. Ibid. c. 40. Quæ [cycisus] proximè accedere hibernum videtur. Liui. ab Vrb. 2. Res proximè formam atrocitatis venerat. Idem bel. Pun. 5. Propius inopiam erant obsidentes, quam obsessi. Hirc. de bell. Afr. Caesar propius munitiones accessit. Ibid. Propiusq; hostem accedendo. Illud Liui. ab Vrb. 4. Capnamq; ab duce eorum Cæpys, vel, quod propius vero est, à campestri agro appellatum: nomen est, nam Propior, & Propius datiuum habent. Idem 3. bel. Pun. Fama tenuit, quæ propior vero est, haud plus fuisse modio. ¶ Iungitur Propius aliquando cum præpositione A. Cic. 1. de Natur. Stelle aliæ propius à terris mouentur, aliæ remotius. Senec. epist. 121. Quotidie propius ab ultimo flammus. In illo Virg. 1. G. — propius stabulis armenta tenerent. videtur desiderari præpositio A. Diom. existimat esse dadi casum: & fortasse rectè: nam si Propior, & Propius, & Proximus datiuum petunt (ut supra in Construct. Nominum Schol. 17. ostensum est,) nemini mirum videri debet, si inde facta aduerbia Propius, & Proximè eund. casum sibi vendicent. Cùm tamen hæc duo cum verbo Accedendi iunguntur, cuius modi sunt illa Ciceronis loca, 1. de Nat. Ad similitudinè enim Deo propius accedebat humana virtus, Essè 2. quam*

quam figura, & ad Brutum lib. 11. Velim tibi persuadeas me huic tuae virtuti proximè accedere: casus potius à verbo, quam ab adverbis pendet; nam sine ipsis eosdem habet, ut ostensum est in Constr. Verborum Neut. Schol. 13.

Abhinc.

**G**audet, Abhinc, verbis exacti temporis: unde Natus ab hinc annos, vel, centum dictus annis.

**A**bhinc verbis praeteriti temporis iunctum accusativum, seu ablativum postulat. Cic. Verr. 4. Horum pater ab hinc duo, & viginti annos est mortuus. Idem pro Rosc. Quo tempore? Abhinc annis quatuor.

De Adverbis Abhinc, & Hinc, O & Heus. Schol. 8.

**N**ondum hoc adverbium cum verbis futuri temporis copulatum reperi apud idoneos auctores. Pro Hinc sine casu usurpavit Lucret. lib. 3. Ausert abhinc lacrymas Barde. — Pallad. lib. 4. c. 13. de futuro loqui videtur, Latent a hinc aetatis nota. Id est iam dehinc aetas discerni non poterit. Hinc pro Abhinc accusativo iunxit Plaut. Truc. Me [inquit] nihilo magis respiciet, v. i. iste huc venerit, Quam si hinc ducentos annos, superior mortuus. **O**, & **Heus** vocandi adverbium vocativum casum desiderant. Virg. eclog. 1. O Meliboe Deus, &c. Terent. Andr. — d. Chreme per tempus advenis, Ausculta. — Idem Adelph. Heus heus Syre. Plaut. Pseud. Heus eblamydate, quid istis debetur. Idem Cure. Heus tu mulier. Hic casus taceatur interdum. Lucan. lib. 9. O quibus una salus placuit, &c. — cor. p. n. mentes, Terent. Andr. — heus evocate huc Daum. Cic. pro Mil. Heus vbi Roscia, vbi Casca. Pers. Satyr. 2. Heus age responde. —

Ablativus post adverbium.

**C**ollata sibi referant adverbium Sextum: Ut, Disce citius, iusto amplius, Ocyus Euro.

**C**omparativa ablativo gaudent. Cic. Curioni lib. 2. Non oest, qui sapientius tibi suaderet, possit te ipso.

Terent. Heaut. — annos sexaginta natus es. Aut pulis eo, ut conjicio. Sall. Jugurth. Metellus quoque amplius opinione morabatur. Plin. lib. 21. c. 7. Novella quoque [rosa] retusis minus odorata.

De Adverbis Comparativis eum ablativo, & sine illo subaudita conjunctione Quam. Schol. 9.

**I**vsu. l. 47. Nec vlla delicta [Parti] adulteris gravidis vindicant. Plaut. Menach. Plus annis triginta natus sum. Cic. de Orat. Et quo non amplius ab quoquo sit postulandum. Idem Verr. 3. Si offendo minus tritus ne dicitur in iugerum neminem dedisse decem. Plin. lib. 10. cap. 0. Ex vno grato quadriugenta paucis minus germina. **Plus**, **Amplius**, **Minus** modo ablativum habent, ut docent allata exempla,

exempla, modo sine casu ponuntur, sed subauditur conjunctio Quam. Terent. Adel. Homini misero plus quingentes colaphos infregit mihi. Colum. lib. 9. c. 7. Eas [foramina] facis est ita forari, ne possint capere plus vnius apicis incrementum. Idem de Sibor. cap. 6. Ut adobrito truncone minus tres digiti terre super plagam sine. Cas. lib. 4. bel. Gal. Quum ipse non amplius quingentes equites haberent. Idem 3. bel. Civil. In eo praelio non amplius ducentes milites desideravit. Nec enim accusandi casus ab adverbis reguntur, sed à verbis Infregit, Habuerent, Desideravit. Videtur, & nominandi casus cum his adverbis iungi, cum à verbis pendeant. Cas. 7. bell. Gall. Eo die milites sunt minus septingenti desiderati. Idem lib. 5. eiusdem bell. Gall. Naues amplius octingentæ vno erant vise tempore. Illud Liu. Paulò plus viginti milium alius exercitus fuit, ea forma loquendi videtur dictum esse, quàm illud ex insidem lib. 7. bell. Maced. Regia classis septem & triginta maioris formae navium erat. Idem, Hostium classis vdenonaginta navium fuit. Quare non videtur, cur ablativum, & numerus, subaudiendus sit. Cum eisdem adverbis iunguntur accusativus, ac ablativus casus, verborum significantes, neque ab ipsis reguntur, sed casus sunt communes. Virg. lib. 7. c. 4. Ita à pariete distent, ut ne plus pateant palmum. Ibid. cap. 3. Dum ne plus binos pedes distent. Liu. bel. Pun. 8. Haud plus quingentes passus atus inter se distat abierant. Idem decad. 4. lib. 6. Plus partem dimidiam ex 30. militibus hominum casam. Idem bell. Pun. 3. Ut ceperint amplius tria milia hominum, paulò minus v. ille equeorum. Ibid. lib. 1. Raro vtriquis nix minus quatuor pedes alta taceat. Cas. bell. Gall. 6. Sylva milibus amplius quingentis in longitudinem patet.

Adverbia loci.

**A**dverbia, quibus interrogamus, sunt hæc, Vbi, Unde, Quò, Quà, Quorsum.

**A**d interrogacionem Vbi redduntur hæc Hic, Illic, Illuc, Ibi, Inibi, Ibidem. Alibi, Alicubi Vtrobique, Vtique, Vbiuslibet, Vbius, Vbiusque, Passim, Vulgò, Intus, Foris, Nusquam, Longè, Peregrè. **Itè** Suprà, Subtè, Infrà, Antè, post, Extrà, Circa cum sunt adverbia. Cic. ad Torq. Nemo est, qui vbius, quàm ibi, vbi est esse malit.

De nonnullis Adverbis ad questionem Vbi pertinentibus. Schol. 10.

**H**æc dicuntur adverbia in loco, seu quæ referuntur ad quietem quibus Nunc ubi, Nécubi, Sicubi, Vbiubi, Vbiusquam, Vbius, vbiusque, que cum modo quietem referantur, ad quæst. Vbi redire possunt. Cic. Tusc. 1. Eum vbius sit animus, certè quidem in te est. Idem de Leg. 1. Sic est ita [lex] scripta vbius sine nusquam. Idem 2. Off. Neque esset vquam cor sibi aut auctoritate locum. Adverbis in loco accedunt Alibi, Nécubi, Vbius, Vbiusque. Plin. lib. 37. c. 2. Ne alibi, certè [crystalus] reperitur, quàm vbi maxima bybernicæ nives rigent. Idem lib. 16. cap. 30. Si infrà, quàm raret fuerit, praciatur, quod superest, vint. Senec. epistol. 27. Nunc infra feruntur.

## DE CONSTRUCTIONE Hinc, Istinc, & cætera.

**A**D Vnde redduntur hæc, Hinc, Istinc, Illinc, Inde, Indidem, Altunde, Vndelibet, Vndeuis, Vndique, Vndecumque, Vndequaque, Alicunde, Vtrinque, Eminus, Còminus, Superne, Inne, Longè, Longiùs, Pègre, Intus, Foris.

Terent. Heaut. Vide, ne quò hinc abeas longiùs.

De Aduerbijs ad quæst. Vnde, reddendis.

¶ Schol. 11.

**C**IC. in Ruſ. 2. Nos hinc Româ, qui veneramus, &c. Terent. Adelph. Minas decem corrâdet aliunde. Plaut. Truc. — ecquis intus exiit? Hæc appellantur aduerbia de loco, seu quæ referuntur ad motum è loco: quibus accedunt Sicunde, Necûde, Vndeunde, Intrinsecus, Forinsecus, Extrinsecus, Fûnditus, Radicitus, Stîrpitus, Vltro, & Citro, vel Vltro, citroq;. ¶ Liu. dec. 5. lib. 2. Fides obsidibus vltro, citroq;, datis firmata est. Cic. pro Rosc. Cursare vltro, & citro non destiterunt. Senec. de Benef. lib. 1. At ista stant eodem loco, stabuntq;, paululum vltro, aut citro mota. ¶ Vltra, citraq; dixit Valer. l. 9. c. 8. Ex alto tumulo spectatrix statua vltra, citraq;, nauigantium oculis collocata. Sic Plin. lib. 10. c. 23. Vltra, citraque peruolare dixit. ¶ Vltro citro. Suet. in Calig. c. 19. Per hunc pontem vltro citro commeauit biduo. ¶ Longè pro Ex longinquo. Cic. ad Planc. l. 13. Expectare se arbitror, hæc tam longè repetita principia quò spectent. Mela lib. 2. c. 1. Longè venis, ignotisq; ortus est fontibus. Senec. epist. 90. Ex tot conchylijs longè aduertis. Col. lib. 2. c. 9. Nec tamen ea longè requirenda est. ¶ Longiùs. Plin. l. 17. c. 14. Si longiùs afferantur pomorum calami, rapo infixos optime custodire succû arbitratur.

## Huc, Istuc, & cætera.

**A**D Quo redduntur hæc, Huc, Istuc, Illuc, Eò, Eodèm, Istò, illò, Aliquò, Aliò, Neutrò, Vtroque, Quoquò, Quocumquè, Quouis, Quolibèt, Intro, Foràs, Peregrè, Longè, Nusquam.

Terent. Hecyr. Abi Pârmeno intro, ac me venisse nuncia.

De Aduerbijs, quæ redduntur ad quæst. Quo.

¶ Schol. 12.

**H**ÆC appellantur aduerbia ad locum, siue quæ ad motum ad locum referuntur quibus adiungi possunt. Si quò, Nequò, Quo piàm, Quoquam, Sublime, Vsqvam, Illuc. Cælius ad Cic. l. 8. M. Feridiû, qui ad summ negotiû istuc venit, tibi còmodo. ¶ Eò. Plin. l. 2. c. 19. Peruenisse ad infimam terram: esseq; eò stadiorû 40. di o millia. ¶ Eodèm Sall. lug. Vbi Marius Aruspici dicta eodèm intèndere videt, quò cupido animi portabatur, &c. ¶ Istò. Cic. ad Att. 12. Si qua me res istò abduxerit, enitar, &c. Plin. ad Seuer. l. 7. Dèssino decurrere istò. Senec. epist. 31. Quomodo, inquis, istò peruenitur? Duo illa Eodèm, Illò, coniunxit Cæs. bel. Gal. 4. Hæc omnia Cæsar eodèm istò pertinere arbitrâbatur. ¶ Illousque. Senec. epist. 67. Paulatim fastidium illousque procedet, &c. ¶ Istousque. Plin. ad Arrian. lib. 4. Si cognouerit factum suum illousque penetrasse. ¶ Huc, & illò, pro Huc, & illuc. Idè

Nat.

## ADVERBII.

**Nat. quæst. l. 5. Dici tranquillum (mare,) quia nec huc, nec illò impetum capiat. Hoc pro Huc. Virg. 8. Hoc tunc Ignipotens calo descendit ab alto. ¶ Aliò. Liu. ab V. 7. Plebem nusquam aliò natam, quam ad seruentû putet. ¶ Eò. Sall. lug. Conquirat ex agris quàm plurimû potest dond: i pecoris: eòq; imponit vasa cuiuscumque modi. Eò, id est in pecus domitum. ¶ Istò pro Istuc dixit Plaut. Trinum. Contra istòc detruendi maleficos Equum videtur. Hoc est in istum agrum. ¶ Aliousquam. Liu. bel. Pun. 10. Additum, ne per induciarum tempus aliousquam, quam, Romam mitterent legatos. ¶ Nusquam. Cic. ad Att. 9. Ille certè nusquam discessit. ¶ Foràs. Cæs. bel. Ciu. 2. Portis se foras erumpunt. ¶ Quoquam. Sall. lug. An quoquam mihi adire licet. ¶ Vsqvam. Cic. 1. Philip. Nec verò vsquam discedebam. ¶ Vbi pro Quò. Liu. dec. 5. l. 2. Ad occupandas maritimas vrbes, vbi Consul classem appellere tuò, & copias percommodum exponere posset. Colum. l. 7. c. 8. Longinquis regionibus, vbi multatram deuehere non expedit. Solin. c. 53. Est in Asia locus in campis patentibus, vbi primò aduentus sui tempore ciconic aduolant. ¶ Intus pro Intro. Ouid. M. 10. Tamq; fores aperit, iam ducitur intus, ad illi, &c. Plin. l. 21. c. 14. Vt proferatur intus, si magnus sit alueus. Cels. l. 5. c. 28. Alia fistula altius penetrant, alia rectè intus feruntur. Sic idè sapius. ¶ Intro pro Intus. Cato de Re rust. c. 137. Omnia fama faciet, quæ intro dolitabunt. Pallad. l. 1. Vt si pilam miseris, intro stare non possit.**

## Hac, Istac, & cætera.

**A**D Quæ redduntur hæc, Hac, Istac, Illac, Aliquâ, Aliâ, Qualibèt, Quacumque, Eâ, Eâc, Quaquâ, Vtrâlibet, Vtrâque, Dextrâ, Sinistrâ, Lzua. Terent. Eun. Plerus sum rimarum: hac, illac perfluo.

De Aduerbijs ad quæst. Quâ, respondentibus ¶ Schol. 13.

**H**ÆC vocantur aduerbia per locum, siue quæ referuntur ad motum per locum: quibus, Si quâ, Nequâ, Quoquam, adli possunt. ¶ Eâ. Cato cap. 14. Ad imum pertundito. Ea fistulam subdito, vti obturari possit. Cic. pro Cæs. Cum in antiquum fundum ingre si vellet, quo eâ proximè accedi poterat, &c. ¶ Quoquâ. Suet. in Tit. c. 5. Misit ad gaculandum, quaquâ iret, conuertit homines. Plin. l. 33. proæm. Tamquam parum benigna, fertiliq; [terra] quaquâ calcatur. ¶ Vtrâlibèt. Idem lib. 2: c. 18. Tangitq; appropinquantes vtrâlibet alieni meatus circulus. Lucret. lib. 2. — haud vsquam sat corpora possent Esse, neque omnino quaquam diuersa mouere. ¶ Dextrâ, Sinistrâ vtitur Cic. in Acad. & Vitr. sepiissime. Plin. lib. 4. c. 8. Vltra visum hominis attollentibus se dextrâ, leuâq; leniter conuexis in gis. Suet. in Cæs. c. 37. Ascenditq; Capitolium 40. elephantis dextrâ, atque sinistrâ lychnuchos gestantibus.

## Horsum, Istorsum, & cætera.

**A**D Quorsum, id est, Què locû versus, redduntur hæc, Horsum, Istorsum, Illorsum, Aliorsû, Deorsum, Sursum, Dextorsû, & Dextorsus, Sinistrorsum, Lævorsum, Prorsum, Rursum, Inrorsû, vel Inrorsus, Retrorsum, vel Retrorsus, Quoquouersum, vel Quoquouersus.

Terent. Phorm. — ego te Parmeno quietum reddam; Ne sum  
sum, deorsum cursites.

De usu quorundam Aduerb. ad quæst. Quorsam spectantiū. Sch. 14.  
S. Visum, & Deorsum. Cic. de Natur. 2. Nares recte sursum sunt Varro de Re  
rust. c. 16. Qui colant deorsum magis estate laborant, qui sursum, magis hyerem.  
¶ Aliorsum. Terent. Phorm. — isorsum pergunt. Idem Heaur. Ali  
sant iside, isorsum, quous. ¶ Quorsus interdum præsertim cum interrogatione  
reperitur. Cic. de Clar. Quorsus inquit iside? Senec. de Ira lib. 3. c. 5. Quorsus, in  
quis, hoc pertinet. Plin. ad Præf. lib. 6. Quorsus hec? ut scias, &c. ¶ Sursum pro  
Sursum. Lucrēt. lib. 6. Sursum enim versus gignuntur, & augmina sumunt.  
¶ Dextorsus dixit Liu. ab Urb. 6. Sp. Furius, M. Horatius dextorsus maritima  
oram pergunt. ¶ Deorsum versus. Colum. lib. 12. c. 4. Deorsum versus spectantes  
ponuntur. ¶ Aliorsum. Gell. lib. 7. c. 15. Furti damnatum esse, qui iumentum aliorsum duxe  
rit, quædam quod utendum acceperat.

## Vt pro Postquam, Quomodo.

VT pro Postquam Indicatum petit. Cic. ad Att. l. 7. Vt ab Verbe  
descepsi, nullam prætermisi diem, quin aliquid ad te literarum dare.  
¶ Item pro Quomodo, cum quadam admiratione.  
Plaut. Peif. Videm' ut tuis dictis pareo?

Vt pro Postquam, & Vtrum Indic. & Coniunct. posse coniungi. Sch. 15.

S. All. Iug. Vt iam diei v. speraderat, aduerso calle euadunt. Onid. Trist. 5. Vt sumus  
in Ponto, ter frigore consistit Ister. Terent. Eumuch. — ut falsus animi est!  
Plaut. Bacch. Vt qui deliquit, supplex est vltro omnibus! Sumitur etiam VT pro  
Tamquam, Quemadmodum. Cic. ad Att. 13. Passus falli, ut humanus. Verr. 3.  
Videte, ut hoc ite correxerit. Coniunctiuo adhærescit interdum. Cic. Att. cap. 15.  
Te, ut a me discefferis, lacrymasse moleste ferebam. Suet. in Aug. c. 94. Vulgaris res est  
P. Nigidium comperta morte causa, ut hora quoque partus acceperit, affirmasse, ab  
minum terrarum orbi natam. ¶ Vtrum, cum interrogatione positum Indicatio  
iungitur. Cic. ad Fur. lib. 10. Vtrum nescis, quam altè ascenderis? Si verbum aliud  
precedat Indicatio raro, Coniunctiuo sepius adhæret. Senec. epist. 13. Videmus  
vtrum veniet. Idem sp. 120. Vtrum hic panis sit plebeius, an siliagineus ad naturam  
nihil pertinet. Cic. 1. de Inu. In quo vtrum copia ne sit pecunie, an pecunia, confide  
ratur. Absque coniunctione AV, raro admodum adhibetur, at illa adhibita sepe nu  
mero supprimitur. Cic. Tamen si iam dudum erro, qui queram vtrum emeris, & quo  
modo, & quando emeris. Plin. ad Macrin. Parvulum differt patiaris aduersa an ex  
spectes. Senec. Nat. q. lib. 2. Quid interest ad mortem iussi eamus, an vltro ne? Quint.  
lib. 9. c. 4. Nescio negligentia, an sollicitudo sit peior. Cic. 4. de Fin. Si nihil interesse  
nostra putemus, valeamus, egri ne simus, frigus propulsare possimus, nec ne possimus.

VT,

## Vt Post Adeo, &c.

Post has voces Adeo, Ita, Sic, Tam, Talis. Taus, Tot, serè nunquam po  
nitur, Quod, sed Vt cum Subiunctiuo. Cic. Tusc. 1. Non sum ica he  
bes, ut ista dicam. Cic. pro Rab. Adeone hospes huiusce, vrbis, adeo igna  
rus es disciplina, consuetudinisque nostræ, ut hæc nescias?

## Antequam, Priusquam.

Antequam, & Priusquam cum Indicatiuis, tum Coniunctiuis iunguntur.  
Senec. de Benef. l. 5. Quare desperas antequam tentas? Cic. Philip. 1.  
Antequam de Rep. dicam ea, quæ dicenda hoc tempore arbitror, ex  
ponam vobis breuiter consiliū & profectiois, & reuersionis meæ.  
Idē Philip. 1. Priusquam de Rep. dicere incipio pauca querar de he  
sterna M. Antonij iniuria. Sall. Iug. Priusquam incipias consulto,  
& postquam consulueris mature facto opus est.

De Aduerbijs Antequam, Priusquam, Postequam, & Postquam Sch. 16.  
Cic. pro Mur. Antequam pro Murena, dicere instituo, pro me ipso pauca dicā. Liu.  
bel. M. 7. Suadeo ne ante in acie descēdat, quam vbi in castra me redisse audierit.  
¶ Priusquam. Cic. pro Mil. Præclare vixero siquid mihi acciderit, priusquam hoc tam  
tum mali videro. Plaut. Pseud. Priusquam istam pugnam pugnabo, &c. Terent.  
Phorm. Heu tu Nausistrata, priusquam huic respondes temere, audi. ¶ Postequam,  
Postquam, Vbi, pro Postquam omnibus Indicatiui, & Coniunctiuo temporibus  
adherent. Cic. Attic. 2. Relegatus mihi videor, postequam in Formiano sum? Idem  
Tusc. 3. Postequam Tyrum venissent, afflictiari cepisse [constabat.] Sallust. Iug. Post  
quam alteri alteros aliquantum attinerant. Curt. lib. 10. Postquam verò ipsorum  
penitentiam vidisset, collacrymatus est. Cæs. bel. Ciu. 2. Id vbi vident, mutant consi  
lium. Sall. Iug. Adherbal vbi intelligit omnes suas fortunas in extremo sitas.

¶ Post, interdum præmittitur. Liu. 3. ab Urb. Anno trecentesimo altero quam cō  
dita Roma erat, &c. ¶ Quam iticē non minis elegāter omittitur, ut in Syntaxi Fig.  
Schol. de Eclip. dicitur. ¶ Particulæ Cum, Quod, Ex quo, Vt, aliquoties in locum  
aduerbij Postquam, subrogantur. Cic. pro Cluent. Anni sunt octo, cum ista causa in  
ista mediatione versatur. Plaut. Trin. — iam dudum factum est, cum abisti domo.  
Plin. lib. 15. c. 25. Minus quinquennio est, quod prodire, quæ vocant laurca. Plin. ad  
Flac. lib. 4. Tertius dies est, quod audiui recitantem. Gell. lib. 1. cap. 25. Id diu est, quod  
querimus. Quint. lib. 10. c. 3. Nec dissimulauit tertium diem esse, ex quo non inue  
niret exordiū. Plaut. Stich. Nam tertius hic est annus, ut nostri domo viri abierunt.

## Ne Vetandi.

NE Subiunctiuum petit, cum aliquid prohibemus. Liu. bel. Pun. 10.  
Ne tot annorum felicitatem in vnus horæ dederis discrimen.

¶ Petit & Imperatiuum maximè apud Poetas.

Virg. Æn. 7. Ne fugite hospitium, neue igne rate Latinos.

Eff.

Te rent.

¶ Schol. 17.

**T**erent. Eun. Ne post conferas culpam in me. Plaut. Pers. Abi ne iura satis credo. Utuntur interdum & Oratores Imperatiuo. Quint. declam. 6. Matrem tibi per hac merita commendo, tu illam tuere, defende, ama, ne relinque. Et Legis latores. Cic. 2. de Leg. Præter Ideæ matris famulos, eosq; iustis diebus, ne quis stipē cogito. NÆ.

**N**Æ, hoc est profectò, pronomibus præpositū Indicatium, vel Coniunctiuum petit. Terent. Adel. Næ ego homo sum infelix Idem Heaut. — nę ego te magnificè Chreme Tractare possim.

**C**IC. Philip. 1. Næ tu si id fecisses, melius fame tuæ consulisses. Idem Tusco. 1. Næ ille vir sapiens lætius ex his tenebris in lucē illam excesserit. Sall. Jug. Næ illi falsi sunt, qui diuersissimas res pariter expetant, gauitæ voluptatē, & præmia virtutis.

Për, Perquàm, &amp; c.

**P**ER, Perquàm. Sanè, Valde, Oppidò, Imprimis, Cūprimis, Apprimè, Admodum vehementer, & alia id genus, ferè positiuis gaudent. Cic. 3. de Fin. Hæc quidem est perfacilis, & expedita defensio. Idem Verr. 3. Homo cumprimis honestus. ¶ Schol. 19.

**C**IC. de Orat. 2. Quod mihi quidem perquàm, puerile videri solet. Idem ad Terent. lib. 14. Sin ad nos pertinerent, seruirent, præterquam oppidò pauci. Idē Verr. 3. Polidamus erat imprimis inter suos copiosus. ¶ Sanè positiuo frequenter adiungitur: cum Superlatiuo coniunxit. Plin. ad Tacit. 1. 1. Quorum sanè plurimæ orationes sunt circumcisæ & breues. ¶ Per Superlatiuiscopulatur interdum. Liu. bel. Maced. 10. Perdifficillimum aditum, dixit. Plin. lib. 2. cap. 54. Per plurimum refert. Cato de Re rust. c. 38. Austrum caueto permaximè. Colum. lib. 3. c. 20. Per paucissimis agricolis. Curt. lib. 4. Përquam maximo exercitu coacto. Senec. Nat. q. lib. 2. c. 10. Pars æris pertenuissima. Mars. lib. 10. Heu quam perfatue sunt tibi Rema toga.

Quàm affectibus seruiens.

**Q**Vàm, cū admirationi, commiserationi, atque interrogationi cum admiratione permixtæ seruit, positiuis iungitur: vt, Quàm multi avaritiæ student! Heu quàm fallaces sunt hominū spes, quàm inanes cogitationes.

**C**IC. de Amicit. Quàm multa, quæ nostra causa nunquā faceremus, facimus causa amicorum! Quintil. 1. 12. c. 11. Quàm multa, imò pene omnia tradis Varro! Cic. ad Treb. lib. 7. Is propagatione vitæ quàm incredibiles hausit calamitates!

Quàm pro Quantum.

**Q**Vàm pro Quantum positiuis præponitur. Cic. ad Treb. lib. 7. Quàm sint morosi, qui amant, vel ex hoc intelligi potest.

Quàm gratum hoc munus fore patri tuo arbitraris?

Nescis quàm sint stulti, qui suis cupiditatibus seruiunt.

Com.

Quàm pro Quantum Comparat. &amp; Superl. posse cōiungi. ¶ Sch. 21.

**C**omparatiuo copulauit Stat. Silu. 2. O quàm diuitijs, censuq; exsutiæ optimo Fortior Vrse fores. — Cic. 2. Off. verique gradui pariter coniunxit. Videmus, inquit, quàm in paucis spes, quàm in paucioribus facultas, quàm in multis sit audacia. Senec. epist. 109. Quoniam cæpi tibi exponere quàm tum maiori impetu ad philosophiam iuuenis accesserim, quàm senex pergam, & c. Superlatiuo coniunxit idem Nat. quasi. lib. 7. c. 27. Vide quàm similitima est stella illa. Pro Quàm similis.

EXCEPTIO.

**Q**Vàm pro Quantum cum verbo Possum iunctum superlatiuo adiungitur. Cic. ad Cat. lib. 15. Quàm potui maximis itineribus ad Amānum exercitum duxi. ¶ Schol. 22.

**C**IC. de Natur. 2. Aues nidos construunt, eosq; quàm possunt mollissimè substernunt. Rarò positiuis adhæret. Valer. Max. lib. 5. c. 1. Quam potuit accurata accusatione vsus est. Tac. 1. 3. c. 2. Et quàm potuit clara voce, Quoniam inquit, & c. Quint. 1. 1. præm. In his libris erunt omnia quàm nos poterimus elaborata. ¶ Vt pro Quàm eleganter adhibetur. Plaut. Stich. Curate igitur familiarem rem vt potestis optime.

Quam vt.

**Q**Vàm vt eleganter Comparatiua sequitur. Cic. 3. de Orat. Hoc altius est, quàm vt nos humi strati suspicere possimus.

Quàm pro Valde.

**Q**Vàm pro Valde Superlatiuis elegatissimè adiūgitur. Cic. ad Valer. 1. 13. Vehementer te rogo, vt cures, vt ex hac cōmendatione, mihi Cuspius quàm maximas, quàm primūm, quàm sæpissimè gratias agat.

Tam, &amp; Quam.

**T**AM, & Quàm positiuæ frequētissimè, superlatiuæ rariùs, comparatiuæ rarissimè copulant. Cic. in Or. Nemo tam multa Orator, ne in Græco quidem otio scripsit, quàm multa sunt nostra. Sallust. Jug. Quam quisque pessimè fecit, tam maximè tutus est. Cic. pro Deiot. Per dexteram te istam oro, quā regi Deiotaro hospes hospiti portexisti, non tam in bello, & prælijs, quàm in promissis & fide firmiorem.

¶ Ponitur interdum, Tam, separatim cum superlatiuo. Cic. Philip. 12. Nondum erat vestris tam grauissimis ignominijs concisus.

De vsu aduerbiorum Tam, &amp; Quàm.

¶ Schol. 23.

**C**ONsulito, quæ rara sunt, præmittimus. ¶ Quàm separatim Comparatiuo coniunxit Liu. ab Urb. 4. Exemplo fuit quàm gratia, atque bonæ opportunitate interdum non cupientibus essent. ¶ Quam, cū affectibus seruit, potius Valde, quàm Quantum videtur significare. Vnde quidam huius generis exemplis contra Laurentium docent, Quàm pro Valde etiam positiuis iungi. Vt cumque

tamen se res habeat, cum affectibus, ut diximus, inseruit, positiuis adheret:

¶ Posuimus tantum verbum Possum, quod Valeo, Quo, in hoc genere loquendi non videantur perinde vstata. Locus ille Cicer. Philipp. 2. [Sed reliquum cursum vita, quam quidem possum celeriter perstringam] longè aliter legitur, Sed reliquum vita cursum videte: quem quidem celeriter perstringam. Itaque ex hoc loco probari non potest, Quam, cum verbo Possum, etiam positiuis adiungi. Plin. lib. 18. cap. 18. cum positiuis iunxit, Tanta literarum occasio, quas equidem miscebo agrestibus negotijs quam potero dilucidè, atque perspicuè. ¶ Superlatiua casum ferè non habent, cum eis, Quam, adiungitur: ut Cicero fuit quam eloquentissimus Romanorum, vel inter Romanos, vel ex Romanis. ¶ Quam pro Valde, interdum Positiuum videtur admittere. Idem 1. de Orat. Tum Crassus, Atqui vide, inquit, in artificio, & opera quam tenui, & leui, quando plus adhibeatur diligentie, quam in hac re, quam constat esse maximam. Idem Verr. 5. Fecerunt aliqui alia quam multa: cur in hoc vno crimine isto genere defensionis vteris? nisi in his etiam locis aliquis affectus lateat.

¶ Tam, Quam pro Tanto, Quando rardè reperiuntur comparatiuo iuncta. Virgil. 7. Tam magis illa fremens, & tristibus effera flammis, Quam magis effuso rudesunt sanguine pugna. Manil. lib. 3. Et quando ad gelidas propius quis uerit Arctos, Tam magis efficiunt oculis brumalia signa. Plaut. Menecb. Quam magis intendas tanto adstringuntur Arctida. Sic idem in Pœnul. & Trinum. Lucet. lib. 6. Quam sit quæquo magis, tanto magis edita fumens. ¶ Tam, Quam, cum superlatiua precedente pro aduerbijs Ut, Ita, ponuntur. Sic enim Sallustij locum exponi potest. Vs quisque pessimè fecit, ita maxime tutus est.

## Aduerbia in Vm.

Vm quibus est finis Positiuo Aduerbia iunges, Aut Collatiuo: ut Nimum furiosa cupido, Et furijs Bârathri multum crudelior iplis.

Aduerbia in Vm, Positiuo gaudent. Sape etiam Comparatiuo iunguntur: ut Nimum Parum, Multum, Tantum, Quantum, Aliquantum.

Cic. de Fin. 2. In rebus apertissimis nimum longi sumus.

Cic. Att. lib. 10. Parum firma sunt, que ad me scribis.

Idem in Rull. Sacer huius vir multum bonus est.

Lin. ab Vrb. 5. Præda aliquantum spe, & opinione maior

Ofinita gradus medijs fungantur honore: Ut, Rabies multo leuis truculentior vrsis.

Ofinita Comparatiuo adherent, ut Pauld, Nimid, Aliquantd, Tantd, Ed, Qud, Multd, & Hdè pro Tantd. Cic. de Offic. lib. 1. Quantum superiores sumus tantd nos submissius geramus.

Idem de Amicis Nec verò corpori solum subueniendum est, sed etiam menti, atque animo multo magis.

Adu. in Vm Positiuis, & Cõpar. in O, gradibus omnib. adiungi. ¶ Sch. 24. Aduerbia in Vm, Positiuis adiuuncta passim inuenies. Non rarò etiam Comparatiuis cõcõrent. ¶ Parum. Mel. lib. 3. cap. 10. Automolæ pulchri formâ, æquè corporis, parumq; venenatiore, veluti optimarum alumni virtutum. Plin. lib. 15. cap. 18. Parum sapore præstantiores [fici.] ¶ Multum. Ibidem; Onesiterius tradidit multum nostris esse dulciore. Idem lib. 20. cap. 20. Portulacæ, quam Peplion vocant, multum fatiua officacior. Cels. lib. 5. cap. 26. El. ôd's peius multum. ¶ Tantum. Plin. Panegy. Hdè tantum ceteris maior, qud melior. ¶ Quantum. Plin. lib. 18. cap. 6. Mirum quantum ocyor medicina. Lin. ab Vrb. 3. Quantum iuniores patrum plebi se magis insinuabant, ed acrius, &c. Idem ab Vrb. 10. Et quia senserunt, quantum in sua parte plus vulnerum, ac cadis fuisset. ¶ Aliquantum. Idem ab Vrb. 1. Habitum, formamq; viri aliquantum ampliorem, augustioremq; humanâ intuens, Terent. Eunuch. Eius frater aliquantum ad rem audior. ¶ Aliquantulum. Gell. lib. 1. c. 1. Cetera quodque stadia esse aliquantulum breuiora. ¶ Ofinita plerumque reperiuntur adiuuncta Comparatiuis. ¶ Qud. Plancius ad Cic. lib. 1. Cerè hõc maius habes testimonium amoris mei, qud maturius tibi, quam ceteris consilia mea volui esse nota. ¶ Paulud. Lucius ad Cic. l. 5. Ego valeo sicut soleo, paulud etiam deterius quam soleo. ¶ Ed, & Quantum cum superlatiua Quintil. coniunxit lib. 10. cap. 1. In eloquendo corrupta pleraque, atque ed perniciosissima, quod abundant dulcibus vitijs. Idem lib. 11. c. 3. Sed vitiosum id faciunt digito quantum plurimum possunt eredo. Catull. epigr. ad Cic. Tantd pessimum omnium pœta, Quanto tu optimus omnium patronus. ¶ Rarius hæc cum positiuis iuncta inuenies. ¶ Pauld. Varr. de Re rust. lib. 1. c. 51. Rotundam [aream] pauld extumidam, &c. ¶ Tantd. Horat. Sermon. 2. Saty. 2. Tantd dissimilem noto colantia succum. ¶ Quantum. Colum. lib. 7. cap. 3. Quantum est rationis ignarum. ¶ Aliquantd. Idem lib. 1. c. 8. Aliquantd iussu dolentes. Cels. lib. 4. c. 7. Fenestris aliquantd apertis. Pallad. Mens. Febr. Tit. 25. Aliquantd viridia in picato vase includuntur.

Multd etiam vult sape gradus adhibere supremos: Quos Facile, & Longè pro Valde habuere frequenter.

Multd etiam superlatiuis additur. Cic. Verr. 1. Cum omnis arrogantia odiosa est, tum illa ingenij multo molestissima. ¶ Item Longè pro Valde.

Cic. in Bruto, Longè post natos homines improbissimus Caius Seruilius.

¶ Facile cum Sine ducto, Sine cõtrouersia significat, Superlatiuis gaudet, aut vs, quæ eorum vim habent, ut Vir facile doctissimus, Facile primus, Facile princeps.

Cic. pro Rab. Postb. Virum vnum totius Græciæ facile doctissimum Platonem in maximis periculis insidijs, esse versatum accepimus.

Idè pro S. Rosc. Non solum sui municipij, verum etia eius vicinitatis facile primus.

Idè pro Cluent. Regionis illius virtute, existimatione, nobilitate facile princeps.

Quintil. lib. 10. c. 1. In affectibus, verò cum omnibus miris, tum in vs, que miseratione constant, facile precipuus.



Quibus gradibus Longè, Quis, & Quisque iungantur. ¶ Schol. 25.

**L**ONGÈ pro Multò etiam iungitur comparatiuo. Virg. 9. At pedibus longè melior Lycus. — Plin. ad Rufin. lib. 8. Cùm Domitius Tullius longè melior apparuerit morte, quàm vitâ. Quintil. l. 10. c. 1. Longè clariùs illustrauerunt hoc opus Sôphocles, atque Euripides. Ibid. Mihi longè magis Orator probari in opere suo videtur. Ouid. Met. 4. Sed longè cunctis, longèq; beator illa est. Gell. l. 13. c. 27. Longè, lateq; amplius. & lib. 20. c. 1. Longè minus dixit. Pro Valde iungitur & ijs nominibus, quæ vim superlatiui habent. Cic. Bruto. l. 13. L. Castrontus Petus longè princeps municipij Lucensis. Idem Verr. 4. Longè primus ciuitatis est Epictates.

¶ Præterea nominibus, quæ diuersitatem, dissimilitudinemq; significant, vt Longè alius, dispar, dissimilis, diuersus. Idem pro Fent. O fortunam longè disparem M. Fonte? Idem Philipp. 5. Eius autem filij longissimè diuersa ratio. Curt. lib. 6. Pisces longè diuersi ab alijs coloris. ¶ Item aduerbijs. Aliter, Secus, Antè, Post, & verbis Antecello, Antefero, Supero, Præfero, Excellò, Anteco, Præcedo, Antecedo, Præsto, Antepono, quæ aduerbium Multò etiam admittunt. Liu. dec. 4. lib. 9. Omnes patricios M. Porcius longè antebat. Cic. in Orat. Longè omnibus vnũ anteferre Demosthenem. Idem de Fin. 4. Virtutem omnibus rebus multò anteponentes Sed hæc hæctenus ne præstantissimo magistro vsui iniuriam faciamus. ¶ Quoniam quæ aduerbia quibus gradibus iungantur diximus, illud minime præmittendum est, Omnis etiam cum superlatiuis frequenter iungi. Cicer. ad Licin. lib. 5. Quamobrem velim ita & ipse ad me scribas de omnibus minimis, &c. Idem ad Q. frat. lib. 3. Omnia minima, maxima ad Cæsarem mitti sciebam. Idem 6. Verr. Ego meam rationem officij confido esse omnibus iniquissimis meis per solutam.

¶ Q Vis, cum partitiuè accipitur, superlatiuum amat. Quintil. lib. 7. c. 4. De præmijs autem queruntur duo, an vllò sit dignus, qui petit, an tanto: ex duobus vter dignior: ex pluribus, quis dignissimus. Cic. Att. 7. Egeu consilij: quod optimum factu videbitur, facies. Cùm verò comparatiuè ponitur, comparatiuo gaudet. Idem de Amicit. Quis clarior in Græcia Themistocles? quis potentior? ¶ Quisque superlatiuis, eorumq; vim habentibus præponitur. Idem 2 de Fin. Optimum quidque rarissimum est. Idem 1 de Orat. Vt quisque optime dicit, ita maxime dicendi difficultatem peritimescit. Sall. de Rep. Ord. Pessimus quisque asperrimè victorem patitur. Iungitur etiã eleganter cum nomine Quotus. Cic. 2. Tusc. Quotus enim quisque philosophorum inuenitur, qui sit ita moratus, ita animo, ac vitâ constitutus, vt ratio postulat? Senec. Epist. l. 14. Quota quæque felicitatè ciuitas pertulit? ¶ Item cum nominibus quæ vocant Ordinalia, vt Tertio quodque verbo solæcismũ facit. ¶ Idem de Benef. l. 7. c. 1. Quare septimus quisque annis ætati signum imprimat. Plin. ad Rom. lib. 9. Prima quæque occasione [litteras] mitte Colum. lib. 5. c. 8. Quamuis [oleam] non singulis annis, sed altero quodque fructum afferat, &c. Cels. l. 4. c. 12. Si vetus vitium est, oportet altero quodque die vinum, vel aquam bibere. Idem l. 7. c. 30. Imum quodque primum curandum est. Rarò cum nominibus absolutis, ex quibus superlatiua formari possunt, iunctum

iunctum reperitur. Inualidus tamen quisque aliquoties inuenitur apud Tac. & Sueton. in Och. c. 2. Ferebatur & vagari noctibus solus, atque inualidum quemque obuiorum, vel posulenti corripere, ac distento sago impositum in sublime iactare. Oppartuna quæque victoria sua metatus dixit Iust. lib. 37. & Pallid. Interlegenda sunt [poma] quæque vitiosa. ¶ Legitur & cū comparatiuis maxime accedentibus aduerbijs Quò, & Eò, vel Quò, & Hòc, Tãtò, Quantò. Curt. l. 10. Sordet prima, vbi maiora quæque sperantur. Senec. de Ira, cap. 21. Non videt, vt maiorem quamque fortunam maior ira comitetur. Plin. ad Tacit. lib. 1. Bonus liber melior est quisque, quò maior. Cic. pro Rosc. Com. Quò quisque est solertior, & ingeniosior, hòc docet iracundiùs, & laborosius. Liu. bel. Pun. 6. Quò quæque [scale] altiores, eò infirmiores erant. Eò supprimitur interdum. Quint. l. 8. c. 3. Quò plus quæque spiritus habet, auditu pulchrior. Horat. 3. Carm. od. 16. Quantò quisque sibi plura negaueris a dijs plura feret — Colum. de Arb. cap. 10. Vites arborum quò citius ablaqueaueris, erunt valentiores. Senec. de Ira, lib. 2. cap. 29. Magis enim veritas elucet, quò sepius ad manum venit.

## INTERIECTIONIS CONSTRUCTIO.

¶ O, Heu, Pro, Rectum, Quartum, Quintumque repossunt.

**O** Heu, & Pro Nominandi, & Vocandi casus postulant.

Terent. Pborn. O vir fortis, atque amicus. Cic. ad Terent. lib. 4. O me perditum, o me afflictum. Terent. Andr. O Daue, itan' cõtemnor abs te?

¶ Virg. Æn. 6. Heu pietas, heu prisca fides. — Cic. Phil. 7. Heu me miserũ, cur Senatũ cogor, què laudauĩ semper, reprehendere? Virg. Æn. 3. — quo nunc quo tenditis inquam Heu misera ciues. — ¶ Lucan. l. 10. — Pro cæcis, & amens Ambitione furor. — Liu. bel. Pun. 9. Pro vestram fidem ciues. Senec. in Octau. Pro summe genitor, tela cur frustra iacis?

De Constr. Interiectionum, O, Heu, Pro, ¶ Schol. 1.

**I**nterdum, O, omittitur, cùm nimirum leuior est affectus. Cic. Philipp. 2. Miserum me: consumptis lacrymis, tamen infixus animo hæret dolor. Idem Att. 10. Me cæcum, qui hæc antè non viderim. ¶ O, non solum, cùm aduerbium est, vocandi vocatiuo adhæret, verum etiam cùm est interiectio. Ide. in Pis. O paterni generis oblite, materni vix memor. ¶ Nonnunquam, O, vocatiuo simul, & accusatiuo videtur adiungi Cic. Verr. 6. O dij immortales præclaram defensionem. Idem Attic. lib. 1. O dij boni rem perditam. ¶ Heu. Lucan. lib. 4. Heu miseri, qui bella gerunt. — Valer. Flac. l. 1. — heu miseros nostrũ natosq; patresq;. Idè l. 8. Heu seuũ passure diem. — Ibid. Heu miser, heu tantis iterum carpente periculis. ¶ Heu etiam datiuo gaudet. Plaut. Mil. Heu mihi, nequeo quin steam. Idem Merc. — heu misero mihi. Sil. lib. 11. — heu heu Vecordi Decio mecum certare volenti. ¶ Eheu cum accusatiuo reperitur aliquando. Sall. Iug. Eheu me miserum huicine Micipsa. pater beneficia tua

*quaesero. Terent. Hecy. Eheu me miseram. & in Phorm. Eheu me miserum, cum tibi pauco, tum Antipho me excruciat animi.* Pro. Liu. bel. P. 2. Tantum (pro dolor) degenerauimus à parentibus nostris. Cic. Ferr. 5. Pro deum hominumq; fidem. Idem Philip. 2. Pro sancta Iupiter. Terent. Adelp. — pro supreme Iupiter,

## Hei, Væ.

Hei, Væ comperias passim coniuncta Datio.

Hei, Væ, datiuo gaudent. Terent. Heaut. Heu misero mihi. Plaut. Rud. Væ capiti, atque statui tua.

Hei cum uocatio etiam, & accusat. copulari. Schol. 2.

Hei, interdum uocatio additur Plaut. Aul. Hei Megadore, &c. Terent. Eun. Hei noster laudo. — in libris correctioribus non Hei, sed Heu inuenitur. Idem Adelp. Hei cum accusat. coniungit. — hei miseriam. ¶ Cedo cum uerbum sit Imperatiui modi, non est cur Interiectionibus adnumeretur: postulat enim accusatiuum, uel datiuum cum accusatiuo, ut in constr. Verb. Neutr. Schol. 13. ostensum est.

CONIUNCTIONIONIS  
CONSTRUCTIO.

Si uox Disiungens, aut Nectens copula uoces  
Ad uerbum referatur idem, ponantur oportet

Coniuncti casus similes ¶ An iungit eosdem

Quam, Nisi, Præterquam. ¶ Uocum nisi certa resistat

Proprietas: ut Malo domi, quam rure morari.

Coniunctiones Copulatiuæ, & Disiunctiuæ, cum ad idem uerbum referuntur, similes casus connectunt. Sall. bel. Catil. Diuitiarum, & fortuna gloria fluxa, atque fragilis est. Cic. de Senect. Quid de prætorum uiriditate, aut arborum ordinibus, aut uinearum, oliuetorumq; specie dicam!

Quam, Nisi, Præterquam eosdem itidem casus postulant.

Cic. pro Plan. Ego uero illi omnia malo, quam mihi. Idem pro Sest.

Quem unquam Senatus ciuem, nisi me, rationibus exteris commendauit?

Idem 3 de Orat. Refert etiam qui audiant, Senatus, an Populus, an Iudices.

Idem in Catil. orat. 3. Pro tantis rebus nullum à uobis præmium postulo, præterquam huius diei memoriam sempiternam.

## EXCEPTIO.

Aliquando huic constructioni certa dictionum proprietates obstat: ut Fui Romæ, & Athenis. Aut Brundisij, aut Sulmonemortuus est.

Emisitne librum centusse an minoris? Malim Panormi, quam Syracusis esse.

Cic. Att. 12. Louanij consistui manere, inde postredie in Tusculano aut Romæ esse.

Horat. Serm. 1. Sat. 2. Aut ob auariciam, aut misera ambitione laborat.

Et si,

## Et si, Tametsi, &amp;c.

Et si, Tametsi, Etiam si, Quamquam, Quamuis tum Indicatio, tum Coniunctio iunguntur. Cic. pro Mil. Et si uereor iudices, &c. Idem de Fin. 1. Genus hoc scribendi et si sit elegans, &c.

## Licet, Ut pro Quamuis.

Licet, Ut pro Quamuis Subiunctiuo gaudent. Cic. pro Quint. Ut summa haberem cetera, temporis quidem uix satis habui. Idem post redit. in Senat. Tantus uelut consensus de salute mea fuit, ut licet corpus abesset meum, dignitas iam in patriam reuertisset.

De Usu coniunctionum Et si, Tametsi, Quamquam, Etiam si,

Quamlibet, Quantumlibet, Si pro Quamuis, Licet. Schol. 1.

Et si, Quamquam principijs librorum, orationum, ac epistolarum accommodatissima sunt, subsequente particula Tamen. Cic. ad Ruf. lib. 5. Et si mihi nunquam dubium fuit, quin tibi essem carissimus, tamen quotidie magis id perspicio. Idem ad Lucei. eol. lib. Quamquam ipsa consolatio literarum tuarum mihi gratissima est, &c. tamen illum fructum ex his literis uel maximum cepi. ¶ Tametsi, uix initio librorum, aut orationum inuenias: apud Cic. epistolam ad Lentulum inchoat, Tametsi nihil mihi fuit optatius, &c. Illud Cesaris ad Cic. in ep. ad Att. 10. Et si te nihil temere, nihil imprudenter facturum iudicarem, &c. in correctis libris legitur, Iudicaram. ¶ Et si, Tametsi, Quamquam, cum primum locum sententiæ, ac periodi occupant Indicatiuum possunt: ceteris locis non respuunt Coniunctiuum. Cic. de Fin. 1. Qui genus hoc scribendi, et si sit elegans, persona tamen, & dignitatis esse negent. Sall. Catil. Ac mihi quidem, tametsi par gloria sequatur, scriptorem tamen in primis arduum uidetur, &c. Idem Iug. Nam si quidem regere patriam, aut parentes, quamquam & possis, & delicta corrigas, tamen importunum est. Frequentius tamen hæc in medio, & sine periodi cum Indicatio iunguntur. ¶ Et si. Cic. ad Cass. l. 15. Præposteros habes tabellarios, et si me quidem non offendunt, sed tamen, cum à me discendunt, estagitant literas. Idem Att. 8. Nec uero hæc extrema quisquam potest reprehendere, quod mare transferim, id enim, et si erat deliberationis, tamen obire non potui. ¶ Tametsi. Idem pro S. Rosc. Quod, tametsi graue est, tamen aliquo modo posse ferri uidetur. Terent. Andr. Obtundis, tametsi intelligo. ¶ Quamquam. Cic. pro S. Rosc. Innocens est quispiam, uerum tamen quamquam abest à culpa, suspitione tamen non caret. Idem ad Cass. lib. 15. In integro res nobis erit, quamquam, quicum loquor. ¶ Etiam si, & Quamuis Indicatio etiam per sepe iunguntur. Rarè tamen in orationum, aut epistolarum initio collocantur. Quint. Cic. ad Tironem, lib. 16. Etiam si, quid scribas, non habebis, scribito tamen. Liu. ab Vr. 5. In pace, etiam si non glia finiuntur, intermittantur. Cic. Philip. 12. In quibus etiam si non erunt insidie, &c. Idem de Senect. Eum de esse creditote, etiam si nullum uidebitur. Idem pro Cæc.

Gggg

Etiam si

**E**tiam si verbo differre videtur, tamen erit unum. Idem pro Flac. Testem expendi-  
tis, etiam si formam hominis, si tribum nostis. Idem 2. de Orat. Illud tertium etiam si  
opus est, &c. Ibid. 3. Illud etiam si est verissimum, &c. Idem pro Cael. Etiam si cetera  
inimica oratione detrahitis. Plin. lib. 25. c. 1. *Que etiam si fide carent, admirationem  
tamen implent.* Quintil. lib. 3. cap. 6. Etiam si pro causa plura decturus est.  
¶ **Q**uamuis. Colum. l. 2. c. 9. *Quamuis de mensura nimis auctoribus conuenit.* Idem  
l. 9. c. 6. *Quamuis doctissimi viri auctoritatem reuererebar.* Scauola Pandect. l. 30. *An-  
cilla quamuis in fuga legata videtur, &c.* Ouid. Trist. 1. Tu cause defendas, quamuis  
mordebre dictis. Idem de Pont. 2. *Quamuis est igitur meritis indebita nostris, &c.*  
Cels. l. 5. c. 27. *Vitiligo quamuis per se nullum periculum affert.* Varro de Anal. lib. 1.  
*Quamuis hec nolemus.* Virg. Aen. 5. *Quamuis solus auem calo deiecit ab alto.*  
Lucan. l. 4. *Et quamuis primo ferrum strinxere gementes.* Per multa alia consul-  
to pretereo. ¶ **Q**uamuis aliquando initium orationum, epistolarumque occupat.  
Sic Quint. quintam, octauam, decimam, & duodecimam declamationem exorsus est.  
Quintam, *Quamuis iudices in tanta malorum continentia iam poteram, &c.* Apud Hor.  
Ep. 1. Epist. quedam sic incipit. *Quamuis seua satis per te tibi consulis, &c.* ¶ Etiam si  
cum indicatiuo Quint. Sexte declamationis principio itidem prefixit. Etiam si iudices  
hec omnibus natura est. ¶ **S**i, & **Q**uamlibet, seu **Quantumlibet** pro **Quamuis**  
Coniunctiuo iunguntur. Terent. Eunuch. *Redeam? non si me obsecret.* Quint. decl.  
6. *Quantumlibet duraueris animo, non ferres tauen ista, si videres.* Sic idem l. 5. c. 13.  
& lib. 12. c. 11. Idem 4. declam. *Quantumlibet prorogentur tempora, &c.* ¶ **L**icet  
cum Indicatiuo copulauit Scauola Pandectar. lib. 30. *Ancilla, licet fugitiua eras, pe-  
rinde habetur, &c.* & Caius lib. 20. *Licet damnati sunt, hypobeca manet.* Vlpian.  
lib. 33. *Licet alijs quoque predijs commodabatur.* Iustin. lib. 29. *His regibus pueris li-  
cet nulli senioris aetatis rectores erant, tamen, &c.* ¶ **A**n, cum Indicatiuo copulauit Se-  
nec. Natur. q. lib. 2. c. 34. *Sed indicandum, an in igne idem valet flamma, quod sumus.*

### Ne causalis.

**N**E causalis Coniunctiuum amat. Cic. de Nat. r. Vereor,  
ne longior fuerim.  
**T**erent. Eun. — *Vereor aliorum, atque ego feci, acceperit.* Ibid. — *nunc metuo  
fratrem ne intus sit.* Cic. l. de Leg. *Vereor ne istam causam nemo noscat.*  
Plaut. Mil. *Timeo ne hoc tandem propalam fiat nimis.* Senec. ep. 7. *Non est, quod  
timeas, ne opera perdidideris.* Col. l. 11. c. 3. *Timor est, ne Autumnalis satio peruratur.*

### Vt pro Ne.

**V**T post verba Vereor, Timeo, Metuo eleganter ponitur  
pro Ne. Terent. Phorm. *At vereor ne placari possit.*  
**C**IC. l. de Orat. *Sed illa duo Crasse vereor, vt tibi possim concedere.*  
Idem ad Terent. 14. *Omnes labores te excipere video, timeo, vt sustineas.*  
Terent. Andr. *Perij, metuo vt substet hospes.*

**N**e, post verba & nomina Timendi, & Ne non pro Ne. ¶ Sch. 2.  
**C**um eadem particula, Ne, similiter usurpantur & alia quedam eiusdem signifi-  
cationis. ¶ **E**xtimeleo. Cic. ad Attic. 9. *Illud unum exime sciebam, ne quid  
surpiter facerem.* ¶ **P**ertimeleo. Idem pro Quint. *Gratia s. Neque ne P. Quanto  
noceat non mediocriter pertimesco.* ¶ **S**ubtimeo. Phil. 2. *Nunquid subtimeo, ne ad  
te hoc crimen pertinere videatur?* ¶ **S**ubueo. Ad Marcell. l. 4. *Venit mihi in me-  
tem subuereri interdum ne te delectet tarda decissio.* ¶ **H**orteo. Ad Att. 5. *Id ne mi-  
hi prorogetur, horreo.* ¶ **F**ormido. Plaut. Mosteli. *Nis is quam formido, ne mani-  
festo hic me opprimat.* ¶ **A**fformido. Idem Bacch. *Magis cura est, magis q. affor-  
mido, ne is pereat.* — ¶ **P**auco. Idem in Mil. — *ne quid peccetis, pauco.* ¶ **I**n metu  
sum. Cic. 2. de Fin. *Improbos excrucitari paucis timore, qua afficiuntur, aut semper  
sunt in metu ne afficiantur aliquando.* ¶ **M**etuo. Liu. bel. M. 6. *Cōsicia de sectionis ci-  
uitates cum velamentis ante portas si abant metu, ne hostiliter diriperentur.* ¶ **T**imor  
incessit. Idem bel. Maced. 7. *Timor incessit Liuium, ne auxiliares circumuenerentur.*  
¶ **P**avidus. Ibid. 8. *Pavidus, ne subruis muris facta in vltima esset.* ¶ **M**etus est.  
Cels. l. 2. *Si sine causa quis emacrescit, ne in malum habitum corpus eius recidat, me-  
tus est.* ¶ **P**ost eadem verba Ne non etiam pro Ne ponitur. Ter. Phorm. — *an v. re-  
bar. in Ne non id facere, quod recepissem semel?* Plaut. Casin. *Metuo ne non sit  
sorda, atque hec audierit.* Cic. Att. 7. *Si manet vereor, ne exercitum firmum habere  
non possit.* Ad eund. 9. *Timeo ne non impetrem.* Idem pro Mil. *Metuebat, ne dolorē  
perferre non posset.* Idem pro Sest. *Tanta licentia ne non habitura sit exitum perti-  
mescit.* Quint. l. 8. c. 3. *Vt non, posuit pro Ne non, Oppido, inquit, quo sunt vsi pau-  
lulum tempore nostro superiores, vereor, vt iam non ferat quisquam.* Sic & Cic. pro  
Marcel. *Vereor vt hoc quod dicam non perinde intelligi auditu possit.* Idem pro Planc.  
¶ **M**etuo vt cum [tempestate] ipse non posset opibus suis sustinere. *Non metuo, quin la-  
te suspectic sint, dixit Plaut. in Amph. ¶ Si tertiam addideris negationem, te omni  
metu liberum significabis.* Cic. Verr. 6. *Non vereor, ne hoc officium meum P. Serulio non  
probem. hoc est Non dubito, quin hoc officium meum P. Serulio sim probaturus.*

### Vt ne pro Ne.

**V**T ne peruenisset ponitur pro Ne. Cic. ad Q. frat. lib. 3. *Opera  
datur, vt iudicia ne fiant.* Idem Verr. 3. *Impetrant, vt ne iurent.*  
Idem Brut. lib. 3. *Aniuaduerti studiose te operam dare, vt nequid  
meorum tibi esset ignotum.*

### Ni, Nisi, Si.

**N**I, Nisi, Si, tum Indicatiuum, tum Coniunctiuum amant.  
Ter. And. *Si illud relinquo ei vitæ timeo, sin opitulor, huius minas.*  
Cic. ad Att. 2. *Expeditus facito, vt sis, si in clamaro, vt accurras.*

**T**er. And. *Mirum mi domi est. Idem Phor. Ni nosceret causam, crederet vera hinc loqui.*  
Cic. Verr. 4. *Orsum quidem amicitia videtis, nisi quid adhuc forte vultis.*

Ibid. Nisi immortalitatem optare vellet, quid non est adeptus, quod homini fas esse optare. q Terent. Andr. Si id facis hodie postremum me vides. Cic. Att. 7. Si hortas conspexeris, dederis mihi, quod ad te scribam: sin minus, scribam tamen aliquid.

### Quòd Causalis.

**Q**uòd cum causam, ac rationem reddit, & Quia pro Quòd tam Indicatio, quàm Coniunctio gaudent.

**C**IC. Attic lib 12. Fecisti mihi pergratum, quod Serapionis librum ad me misisti. Ad eumd. lib. 9. Admiratus sum, quòd ad me tua manu scripsisses. Idem Verr. 6. Quarta autem est vrbs, quæ quia postrema ædificata est, Neapolis nominatur. Idem de Fin. 1. Nec quisquam est, qui dolorem ipsum, quia dolor sit, amet.

De coniunctionibus Quòd, Quia, & Quoniam. q Schol. 3.

**C**IC. Att. lib 3. Utinam illum diem videam, cum tibi gratias agam, quod me viuere cogisti. Idem 2. de Div. Vetus autem illud Catonis admodum scitum est, qui mirari se atebat, quòd non rideret Aruspex, Aruspicem cum videret. Idem de Amicit. Sed quia natura mutari non potest, idcirco veræ amicitia sempiternæ sunt. Ibid. Recordatione nostræ amicitia sic fuor, ut beatè vixisse videar, quia cum Scipione vixerim. q Hic est animaduertendū Quoniam sicut & Quia cum epistola, vel sententia principium occupat, ferè semper Indicatum, alias etiam Coniunctum sibi ascribere. Cic. pro S. Rosc. Quæ quoniam te sefellerunt. Liu. bel. M. 4. Quonia nobis distinctè agere libet. Plin. l. 19. c. 5. Vtilissimi in cibis hiberno tempore existimantur [raphani] ydemq; dicitibus semper inimici, quonia atterant. Col. l. 8. c. 8. Quidam leuiter obligant crura, quoniam si frangantur, dolorem & ex eo maciem fieri putant.

### APPENDIX.

**V**erbū, Videor, Coniunctionē Quòd, refugit. Ne ergo dixeris Videatur mihi quòd sum doctus, quòd es doctus, quòd ille est vir doctus: sed Videor mihi esse doctus, Videris mihi esse doctus, Ille sibi videtur esse vir doctus. Et numero multitudinis eodem modo, Videmur nobis esse docti, Videmini nobis esse docti, illi videtur sibi esse viri docti

De vsu verbj Videor. q Schol. 4.

**C**IC. Attic. 9. Amens mihi fuisse videor. Idē ad eund. 2. Relegatus mihi videor, posteaquam in Formiano sum. Idem Phil. 2. Nescio quid turbatus mihi est: videris. Ter. And. Subtristis visus est esse aliquantulum mihi. Atticus ad Cic. in Epist. ad Att. 9. Sol excidisse mihi, è mundo videtur. Liu. bel. Pun. 8. Ne tibi P. Corneli, cum ex alto africani conspexeris, ludus & iocus fuisse Hispania tuæ videbuntur. Passad. l. 3. Tit. 10. Quòd, subiunxit, Mibi videtur [inquit] quòd nulla provincia sit: quæ, &c. q Alic pæterea sunt particule, quarum vsus vsus ipse optimus magister te sine tædio progrediente tempore docuit.

## DE FIGVRATA CONSTRUCTIONE.

**R**OBORE fulta trium virtutum Oratio triplex  
Oppositum expugnat vitium. Emendatā repellit  
Barbaricam: Obscuræ tenebras Dilucida virtus  
Pellit: Inornatæ vires Ornata retundit.

**O**Ratio tres virtutes habere debet, ut Emendata, ut Dilucida, ut Ornata sit: quibus virtutibus totidem vitia contraria sunt. Nam Emendatæ Barbaria, Dilucida Obscura, Ornata Inornata aduersatur.

### Barbaræ Orationis vitia.

**B**ina Emendatæ certant vitare nitorem  
Monstra, Solæcisimi soboles, & Barbaræ lexis.

**D**vo sunt vitia, quibus Oratio barbarâ, atque impura efficitur, Solæcisimus, & Barbarismus: quæ, qui purè ac emendatè loqui volet, omni contentione, velis, ut ita dicam, renisq; fugiet.

### Quid sit Solæcisimus, & quot modis fiat.

**E**sto Solæcisimus quoties malè verba coherent. 1  
q Singula Barbaries etenim corrumpere solùm 2  
Verba potest: aut hic verborum abrupte nexus  
Nittitur, \* q Adijcens, quæ sunt remouenda, † q Repellens 3  
Quæ meritò adijcienda forent, q Prius ordine ponit  
Posterior, q Pro parte aliam sine iure reponit.

**S**olæcisimus Constructionis, atque Emendatæ orationis, de qua hætenus egimus, hōis in festissimus, est vitiosa partium orationis compositio.

**q** Vnde à Barbarismo distinguitur, qui singula verba solùm vitiat: at Solæcisimus dictionum inter se nexum, compositionemq; corrumpit.

**q** Is fit quatuor modis. \* q Adiectione, cum aliquid orationi contra præcepta Grammaticæ adijcitur: ut Vtor cum pecunijs, pro Vtor pecunijs.

† q Detractione, cum aliquid eodem modo detrahatur: ut Eo forum, Redeo agro, Ne hoc fecit, pro Ne hoc quidem fecit.

q Transmutatione, cum partium orationis ordo turbatur: ut Quoque ego. Enim hoc voluit, Autè non habuit. pro Ego quoque, Hoc enim. Non autem.

q Immutatione, cum pars vna orationis pro alia ponitur: ut Stultis graue ferunt res aduersas, Graue pro Grauius, nomèn pro aduertiuo.

**F**unt Solæcismi etiã per ceteras Orationis partes: ¶ Item per ea, quæ cognata sunt: id est eiusdem generis, ac partis: vt, *Eo foris, Sum foras, pro Eo foras, Sum foris. Quid hic agis. Quando hic venisti pro Quid hic agis, Quando hic venisti. Eo apud forum, pro in forum.*

- P**erq; Genus, Numeros, Casus grassatur, & Omnes Personas: Verbiq; modos & Tempora turbat. 1
- ¶ Verbaq; pro Neutris Actiua reponere gessit. 2
- Ac tandem cunctos Syntaxeos inficit artus.

- D**enique sunt Solæcismi & per ea, quæ partibus orationis accidunt. 10
- ¶ Per genera, vt Sapientes lato fronte res aduersus ferunt. pro lata fronte.
- Per Numeros, Si vnum ad te vocans, dicas, Venite. pro Veni.
- Per Casus, vt Quo is? Romæ, pro Romam. Venio Brundisij, pro Brundisio.
- Per Personas, Si quempiã honoris causa ita alloquaris, Sedeat, Accedat pro Sede, Accede. ¶ Per Modos, vt Peto à te vt mihi opem fers. pro Feras. 11
- 2. Per genera verborũ, vt Mox reddã. pro Redito. Ponitur enim Actiuũ pro Neutro.

**Solæcismus quantum Emendatæ orationi aduersetur, & vnde nomen assumpserit.**

**Q**uo Figurata constructionis natura commodius intelligatur, simul de orationis vitij nobis agendum est: fieri enim potest, vt quis faciliè dici piatur, cum Figurata ipsa constructio vitij speciem præferat, tametsi ab eo longè absit. Solæcismus vsque ad Latinitati (sic enim Auctor ad Heren. Emendatam orationem lib. 4. appellat) infestus est, vt eam funditus euertat: neque enim dictionem vnã inuadit, sed integram compositionem scædat, ipsiusque orationis contextum dissipat. Vnde Eustathiu. in 1. Iliad. vbi de nomine *σβος*, hoc est sanus, integer, loquitur, *Abijs* (inquit) qui de ratione vocabulorum agunt, *σολοικισμός*, hoc est, Solæcismus merito dicitur, quasi *σβου λόγου ἀσικισμός*, hoc est, sani & integri sermonis iniurta, scæditas, ac corruptio. Idem tamen alio loco docet Solæcismum compositionem fuisse propriam Solorum vbius Cypri. Diogenes verò Laërtius in Solone scriptum reliquit à Solis Cilicie vrbe nomen traxisse: nam cum eodẽ ducta esset Atheniensium colonia, progredientẽ tẽpore corruptam fuisse Atticam linguam: inde illos non *ἀττικισμῶν*, sed *σολοικισμῶν* dictos esse. De Barbarismo, hoc est dictione peregrina, aut Latina quidem, sed vitiosè scripta, aut pronunciata post dicemus, ne turbetur ordo.

¶ Gell. lib. 5. c. 20. ait Solæcismum à vetustioribus Latinis Imparilitatem & Stribiliginem fuisse appellatum. Sed cum Solæcismi vocabulo Auctor ad Heren. Quintil. Martialis, atque alij vtantur, non est cur vocem ipsam reformidemus. Qui hoc vitio laborat *σολοικιστῆς* solæcistes, siue solæcista à Luciano dicitur. ¶ De solæcismo agit Quintil. copiosè lib. 1. c. 6. vbi inter multa alia docet, Veni de Susis in Alexandriam, Solæcismum esse per adiectionem Qua de re satis in Constr. communi verborum omnium, Schol. 5. dictum est. Item Non feceris, pro Ne feceris solæcismum esse, cum alterum

alterum negandi sit aduerbium, alterum vetandi. Verum vtramque particulam: alterius subire vicem apud idoneos auctores inuenio. Antonium in Epist. ad Att. lib. 14. Non contempseris hanc familiam. Senec. de Breu. Vit. c. 19. Cum videris celebre in foro nomen, non inuideris. Colum. lib. 12. c. 8. Adijceto, & misceto: deinde operculo imposito, & obliuiscito, non ante aperueris ollam, quam vsus exegerit. Idem, Non nouerit, Non frequentauerit, lib. 11. c. 1. dixit, Nec si quem dominus, aut ipse vincerit, si ne iussu patris familie resoluat: sacrificia, nisi ex præcepto domini facere nesciat: aruspicem, sagamq; sua sponte non nouerit, &c. Non vrkem, non vllas mundinas frequentauerit. Probus apud Gell. lib. 13. c. 19. Non finitiones illas Grammaticas spectaueris. Adiungitur itidem præsentii. Varro de Re rust. lib. 3. c. 2. Vim formamq; exponere, Merula, non grauare. Gell. lib. 4. c. 3. Pellex ædem Iunonis non tangito. Mart. lib. 5. epigr. 10. Vos tamen ò nostri non festinate libelli. ¶ Ne pro Non. Plaut. Mostell. Dominus indiligens reddere alias ne volt. Idem Trin. Filiam meam tibi desponsatam esse audio. LL. nisi tu ne vis. Hic locus in eam. sententiam citatur à Nonio. Sic idem sæpius. Terent. Phorm. Amicos aduocato a d hanc rem qui adiens Vt ne imparatus sim. Idem Eunuch. Quid tu es trifisi? Quid ne es alacris? Cic. de Fin. 4. Semper enim ita assumit aliquid, vt ea, quæ prima dederat, ne deserat. Lin. bel. Pun. 6. Nauibus ne minus. xx. quinquereuib; adiuuaret Romanos. Colum. lib. 8. c. 11. Sed ne hæc tamen aliena est agricola, &c. Gell. lib. 20. c. 1. Præter enim vlciscendi acerbitatem ne procedere quoque excusatio iusta talionis potest. Sed hæc viderint Critici. ¶ Fecerunt, vt ait Quintil. lib. 1. c. 5. qui Adiectionis vitium Pleonasmum, Detractionis Eclipsin, Inuersionis Anastrophe appellarint, negantes hæc vitia species esse solæcismi.

**Quid sit Figurata constructio.**

- N**E tamen incautus fugias imitanda, Figuras Accipe, quas proceres olim finxere Latini. 1
- ¶ Ipsa Figura nouum dicta est genus esse loquendi, Haud ratione carens vulgi sed ab ore remotum. 2
- Lexeos Argiui propriè quod Schemata dicunt.

**C**um apud viros doctos, & qui purè loquendi laude floruerunt aliquid legerimus, quod Grammaticorum legibus repugnare videatur, non continud existimabimus eos Solæcismũ fecisse: cum ipso: ù auctoritate, testimonijsq; soleant Grammatici ipsi sua præcepta confirmare. Nam sunt quedam, quæ faciem quiddem Solæcismi habent, vitiosa tamen non sunt. 2 ¶ Hoc nouũ loquendi genus Figura verborum, aut sermonis, aut orationis, siue aut Græci loquuntur *ἄσκημα λέξεως*, Schema lexeos appellatur. Est enim Figura noua loquendi ratio à trito, & vulgari sermone remota, quæ serè ratione aliqua nititur.

¶ Quod sit discrimen inter Schema, & Solæcismum. ¶ Schol. 2. Si magni Auctores cum partes orationis, aut earum attributa mutans in Solæcismum incidunt, Cicero, Terentius, Cæsar Liuius, ceteriq; antiqui non rarò hoc

vicio laborarunt. Non est igitur Solæcisimus sed Schema. Quamvis hoc, quod Schema vocatur, inquit, Quint. eod. loco, si ab aliquo per imprudenciam factum erit, Solæcisui vitio non carebit. Eusthatus in Odys. 2. docet, quæ nouæ, figuratæq; ab Homero alijsq; viris doctis dicuntur, non Solæcisimum, sed *σολαικοφανὴ ὀχλῆματα*, hoc est Schemata, quæ faciem habent Solæcisimi, aut simpliciter Schemata tantum appellari, peccatumq; esse voluntarium, non ab inscitia profectum: Solæcisimum verò esse peccatum non voluntate, sed ignorantia commissum. Schema, vt idem Quintil. ait, serè habet aliquam rationem. Verùm ne nimium sis sollicitus de rationibus inuestigandis: interdum enim pro ratione est voluntas, atque vsus doctissimorum hominum, quæ pluris sunt faciendæ, quàm Grammaticorum omnium leges. Verbi causa, inquit Cic. Verr. 4. Hominem id ætatis quàm tumultuosissimè adoriuntur. Idem ad Toran. lib. 6. Ita viximus, & id ætatis iam sumus, vt omnia, quæ non nostra culpâ nobis accidant, fortiter ferre debeamus. Elegantiam huius locutionis omnes admirantur, rationem fortasse nemo facillè inuenierit. Nequæ enim videtur Hellenismus, cum affirmet Budæus in Comment. ling. Gr. non esse apud Græcos similes locutiones. Itaque cum viri docti in Grammaticorum leges minime iurarint, obseruabimus, atque colligemus diligenter, quæ sua sponte eleganter dixerunt, vt ea nobis ad imitandum proponamus, non vt ad Grammaticæ normam, & angustias ea dirigamus. Et, vt quod sentio breuiter dicam, si tum ligata, tum soluta oratione emendatè aut scribere, aut loqui studes, tibi ees, qui vtrâque facultate præ cæteris floruerunt, imitandos propone.

## Enallage.

**I**vs habet Enallage partem pro parte locandi. vt. **vt.**  
Pars in frustra secant. Buthroti ascendimus urbem.

**E**nallage figura est, cum pars vna Orationis pro alia ponitur; vt Pars pro Alij, Viuere pro Vita, Nullus pro Non, Facto pro Fieri.  
Virg. Æn. 1. Pars in frustra secant, veribusq; tremencia figunt.  
Cic. Att. 13. Quàm turpis est assentatio, cum viuere ipsum turpe sit nobis.  
Ad eumd. 12. Philotimus nullus venit. Terent. Andr. Ita factò opus est.

**F**IT etiam Enallage per attributa partium Orationis. ¶ Per casus.  
Virg. Æn. 2. — Buthroti ascendimus urbem. Pro Buthrotum.  
¶ Per numeros. Plin. lib. 10. c. 73. In Africa maior pars serarum non ibunt inopia imbrum. pro Bibit. ¶ Per Modos. Terent. Andr. Si te a quo animo ferre accipiet, negligentem feceris. pro Facies, Coniunctiuus pro Indicat.  
¶ Per tempora. Cic. Verr. 3. Vnum ostende in tabulis aut tuis, aut patris tui exemplum esse, vicisti. Pro vinces, præteritum pro futuro.

De multiplici partium Orationis pro alijs vsurpatione per Enallagen. ¶ Schol. 3.

**H**ic vides partes Orationis inter se commutatas, Viuere ipsum pro vita ipsa, Verbum pro nomine: Nullus pro Non, nomen pro aduerbio: Facto pro fieri, participium

cipium pro verbo: Neque quisquæ iam demens erit, vt credat Terentii, aut Ciceronò Solæcisimum fecisse. Est ergo Schema, siue figura, quæ Enallage dicitur. Cuius etiam beneficio adititium nomen, quod è substantiuo deriuatum est, pro eo ponitur. Plin. ad Minut. lib. 3. Erat in consilio Sertorianum illud exemplum, qui robustissimum & infirmissimum militum iussit caudam equi, &c. Id est exemplum Sertorij. Quintil. lib. 7. extremo. Hæc est pectus imperatoria virtus copias suas partientis ad casus præliorum, &c. pro Virtus imperatoris. Liu. ab Vrb. 8. Alterum tantum ex Latino doctè adiciebatur, qui ea tempestate hostes erant Romanis. Latino pro Latinorum. Iustin. l. 36. Fuit Iudæis origo Damascena, quæ Syriæ nobilissima ciuitas est; pro Origo Damascus, vel ex Damasco. Contra substantiuu adiectiu loco vsurpatu. Plin. l. 14. c. 19. Prolibare dijs nefastu habetur vino, præter imputatæ vitis, fulmine tactæ, quæq; iuxta hominis mors laqueo pependerit. Hoc est, iuxta quam homo montuus laqueo pependerit. Sunt & alia nomina quæ pro aduerbijs ponuntur, vt Recens, Sublime, Frequens. Suct. in Tiber. c. 1. Inde Romam recens conditam cum magna clientum manu commigravit. Cic. 2. de Diu. Eaq; scuta, quæ fuerant, sublime fixa, sunt huius inuenta. Idem de Senect. Venio in Senatum frequens. Sic Toruim, Horrendum, & alia id genus apud Poetas. — sed Virg. Æn. 2. — supremum Gangæiuit. ¶ Nomen interim loco interiectionis indignanti ponitur, Cic. in Cat. 4. Quæ, mihi, fuit ista amentia? Contra aduerbium aliquando partes nominis agit, vt Bene pro Bonum, Male pro Malum. Plaut. Merc. Bene sit tibi. Idem. Mostel. Melius auno hoc mihi non fuit domi. Plin. lib. 5. ad Mæc. Bene est mihi, quia tibi bene est. Cato de Rust. c. 5. Familia male ne sit, provideat. Cic. Att. l. 35. Antonio male sit siquidem Buthrotijs molestus est. Ibid. Astanio, quam est, volo peius esse. Ad eumd. lib. 12. Iam pridem scito esse cum vnum te plura, quàm omnes illos putem. Idem pro Quinto. Quàm longe est hinc in salcum vestrum Gallicanum? Idem Tuscul. 5. Scitis est enim certe in virtute, vt fortiter viuamus. Et de Clar. Orat. Is tamen ad dicendum veniebat, magis audacter, quàm paratè. Id est audacior, quàm paratior. Plaut. Trinum. Adde gradum, appropera, iam dudum factum est, cum alij in domo. Sic Sat, Satis, Abundè, Partim, de quibus in Constructione aduerby Schol. 2. dictum est. ¶ Verbū loco interiectionis blandientis. Idem ad eumd. l. 5. Amabo te incute in eam rem, & ad me scribe.

Quò modo Attributa partium Orationis  
variantur per Enallagen. ¶ Schol. 4.

**P**artium attributa appellantur accidentia, casus, numerus, genus, persona, & cetera. Huius figuræ beneficio soluent pueri varios nodos, quibus interdum constructi tenentur, maxime cum in Poetas inciderint. Plin. lib. 7. c. 30. Salus primus omnium parens patrie appellate: primus in toga triumphum, lingue lauream merite. Nominandi pro vocandi casu positus est. Virg. 2. Æn. — celsam Buthroti ascendimus urbem. Genitiuus pro accusatiuo, Buthrotum urbem. Idem l. 5. — Grator & pulchro veniens in corpore virtus. Adiuuat. — Ablatiuus vsus est pro accusatiuo, vt doctet Non. Marcel. Liu. bel. Pun. 3. Effundi in vestibulo iussit anales aureos, qui tantis

aceruus fuit, ut metiensibus dimidium super tres modios expleffe sint quidam auctores. Qui pro quorum. Cic. in Rull. 2. Cum ex eo numero, qui per eos annis consules fuerunt, multi mortui sint. Ex eo numero pro Eorum, qui fuerunt. Auferendi pro Interrogandi casu poni videtur. Sic Liu. bel. Pun. 6. Dum ne quem militem legeret ex eo numero, quibus Senatus missionem, reditumq; in patriam negasset ante belli finem. & IN illo Cic. ad Att. 12. De Tirone mihi cura fuit, Pro nominatio ablatiuus ponitur, Tiro mihi cura est: vel certe Ni<sup>9</sup> verbi desideratur. Idem de Clar. Orat. M. Brutus, ut consueuerat, cum Tito Pomponio venerat, homines cum inter se coniuncti, tum mihi ita chari, &c. Id est Brutus & Pomponius ad me venerant homines, &c. & Est mihi cognomen Capiti, Africano, frequentius & elegantius dicitur, quam Capito, Africanus. Cic. 7. Verr. Quid de Apollonio Diolis filio Panormitano, cui Geminio cognomen est, praeteriri potest? Liu. 4. ab Urb. Collega additur ei Agrippa Menenius, cui Lanato erat cognomen. Idem 2. ab Urb. Erat tum in castris Cn. Martius, cui cognomen postea Cortolano fuit. Idem bel. Pun. 10. Quintilius praetor cum filio, cui Marco praenomen erat. Idem ab Urb. 1. Inde L. Tarquinius regnare occipit, cui Superbo cognomen facta indiderunt. & Dicitur etiam, Est mihi fastulo nomen. Illi Seruio Tullo nomen fuit. Idem 1. ab Urb. Faustulo fuisse nomen ferunt. Ibid. Puero dormienti, cui Seruio Tullo nomen fuit, caput arfisse ferunt. Plaut. Cist. Nam mihi est Auxilio nomen. Malim tamen hic nominatio uti, Est mihi nomen Faustulus, Auxilium: quo modo frequentissime loquitur Cic. pro Cae. Argentarius Sextus. Clodius, cui nomen est Phormio. Idem 6. Verr. Est fons aquae dulcis, cui nomen Arshusa est. Terent. in prologo Hecyr. Hecyra est huius uomen fabulae. Plaut. Menach. Mihi est Menechmus nomen. Idem tamen in Amph. interrogandi casu vsus est: Nomen Mercurij est mihi. Grammatici Antiptosis proprie appellant, cum casus pro casu ponitur. & Genus genere permutatur. Plin. lib. 18. c. 35. Nube grauida sandicante, quod torans tempestatem albam, grando imminet. pro Quam. Illud Terent. Phorm. Hecine erant itiones crebrae? item Plaut. Paenul. Hecine sunt meae filiae? non huc spectant, simpliciter enim, e, scribitur Hecine: & cine, syllabica est adiectio, ut Hiscine in datiuo plurali. Itaque non ponitur genus neutrum pro feminino, ut quidam putat. & Numerus pro numero. Plaut. Paen. Sed quid huc tantum hominum incedunt? ecquidnam afferunt? Plin. in Praef. Magna pars studiorum amenitates querimus. Hor. Epist. lib. 1. Iactamus iam pridem omnis te Roma beatum. Sil. 1. 13. Stabant innixi pilis exercitus omnis. & lib. 17. — caesibus cadant exercitus omnis. Ouid. Met. 7. Et quota pars illi rerum periere mearam. Cic. pro Mil. Si tempus est vllum iure hominis necandi, quae multa sunt, certe illud, non modò iustum, verum etiam necessarium, cum vis illata defenditur. Liu. bel. M. 3. Haud multa verba facta, cum Macedones quacumque Senatus censisset, id Regem facturum esse dicerent. pro Eo Regem, &c. & Huc illa etiam spectant, in quibus participij passiuu numerus sing. Vm, syllaba finitus cum plurali variè cohaeret. Plaut. Paenul. Per iocum item dictum habeo, quae nos tibi respondimus. Cic. pro Flac. Expesum est auri pondo centum. Ibid. Publicè datum drachmarum CC. & VI. millia. Liu.

bel. Mac. 4. Minimum hoc eorum est, quae iniquo animo scaming sibi iniunctum patiuntur. Ibid. lib. 9. dicit, in eam rem sibi centum pondo auri à ciuitatibus collocatum. Sic idem sepius. Cn. Pompeius in Epist. ad Att. lib. 9. Equum est me à te impertrare, ut cohortes, ad me missum facias. & Reperitur & in personis haec permutatio, sed rarius. Terent. Phorm. GET. Siquis me quaeret rufus. DA. Praesto est, desine. Pro Praesto sum. & Modus pro modo, ut illud Terentij, Feceris pro Facies, Coniunctiuus pro Indicatiuo. & Tempus pro Tempore. Cic. ad Att. lib. 14. Vtinam liceat isti concionari, cui si esse in Urbe tuò licebit, vicimus. Pro Vincemus: praeteritum licet isti concionari, cui si esse in Urbe tuò licebit, vicimus. Pro Vincemus: praeteritum pro futuro. Liu. 1. bel. Pun. Si hoc bene fixum omnibus, destinatumq; in animo est, iterum dicam, Vicissis. Pro Vincetis. Cic. Att. 10. Ed minus habeo necesse scribere, si accideris, ut legarer. Imperfectum pro presenti. Idem ad Q. fr. lib. 3. Cui ero noster dum ego adsum, non cessauit apud Rhetorem. Praesens pro praeterito. & Quintil. lib. 12. c. 11. Praecepta viuendi perdiscere, & in foro nos experiri posuimus, dum scholastici sumus. & Permutantur denique Verborum genera. Virg. 1. — piclis bellantur. Amazones armis. Bellantur pro bellant. De Modorum, Temporumq; permutatione fusius dictum est in verborum Declinatione. Schol. 19. pag. 60.

## Eclipsis.

20 Verba petenda foris quaecumque subaudit Eclipsis. \* Deceat  
Ut, Fiat vrbs quondam, \* Tyrij tenere coloni. \* Quam

Eclipsis figura est, cum id, quod in oratione deest, foris omnino petendum est. Terent. Adelph. Clemens, placidus, nulli ladere os, arridere omnibus. Subaudiendum solebat. Cic. ad Att. lib. 15. Ego, si Tiro ad me, cogito in Tusculanum. In prima parte deest, Venerit, in secunda, Profructi. Ibid. 13. Quid mihi auctor es? aduolone, an maneo? Intellige \* Ut faciam. Idem pro Flac. Pro vno filio duo patres deprecamur. Desideratur Nos.

30 Quae partes Orationis suppleantur per Eclipsin. \* Schol. 6.  
Hanc figuram appellat Quintil. lib. 19. c. 3. Synecdochen, cum (ut ipse ait) subtractum verbum aliquod satis ex ceteris intelligitur: ut Caelius in Anton. Stupere gaudio Graecus. Simul enim auditur Caepit. Eclipsin vero idem lib. 1. c. 5. & l. 8. c. 6. inter vitia numerat, cum scilicet aliquid necessarium orationi detrahitur: ut Venio Aegypto. Quare diligenter animaduertendum est, ne quid contra doctorum hominum consuetudinem omittamus: non enim Schema erit, sed Solæcismus, qui Detractione fit. Nos more Grammaticorum Eclipsin appellauimus. Ter. Andr. S. Chremne pietatem gnati? Vbi Donatus, ex dicitur, deest enim, Vides, aut quid tale. & Haec figura latissime patet, ac ferè per omnes partes Orationis manat. Nam desideratur interduum nomen. Cic. ad Att. 6. Siatua, quae ad Opis per te posita in excelso est. Vbi accusatiuus Aedem, vel Templum deest, quem 2. Phil. idè expressit Qui maximo te ere alieno ad aedem Opis liberaasti. Item Viam, aut Iter. Idem ad Att. 5. Nes in castra properabamus, quae aberant bidui. Qui aliquando etiam apponitur. Idem pro

Planc. Cum abisset aliquot dierum riam. *Verba quae Senat. A. 12. Famil. Cassium autem cum suis omnibus popis nunciaturus esse, quae diuinae Nab Laodicea abfuisse.*  
 5 **¶** *Diem. Plin. lib. 33. c. 1. Saruacumq; in delectatione est. Quem de Clar. Orat. Cic. adhibuit. Multo diutius Athenae iam erant, quam in Roma ad hodiernum diem. Dies in eiusmodi Tertio, Quarto Nonas, Idus, Kal. raro adhibetur. Plin. de Vir. illustr. Exercitum Rom. occiderunt die XVI. Kal. Augusti. ¶ Aqua. Caro, Febris in istis Calida, Frigida, Quartana. Plin. l. 18. c. 10. Sefamam in calida maceratam ex- porrigi. Cels. l. 3. c. 15. Danda oportet, ne qua cruditas in quotidianam id malam vertat. Nam Quartana neminem iugulat. ¶ Item accusatiuum Fidem. Pereno. P. borm. — pro deum immortalium, Negat. &c. Cic. in Oeconomicor. l. 1. Quod igitur, pro deum immortalium primum eam docebas, quae so? ¶ Naucm. Cic. Tironi. 16. Nos eo die caenati soluimus. Hic etiam interdum adhibetur. Cels. l. 1. bel. Civil. Pompeius sub noctem naues soluit. ¶ Caelum. Liu. bel. Mac. 7. Nuxta sereno satis constabat nimbium ortum, quod pauld inferius expressit. Caelo sereno interdum obscurata lux est. ¶ In his, Ad Breue, In Breui, seu Breui Spatium, seu Tempus tacetur. Suet. in Tib. c. 68. Praegrandibus oculis, & qui nocte etiam, & in tenebris viderent, sed ad breue. ¶ Mare. Liu. bel. Pun. 4. Non tranquillo nauigamus. Quod ibidem pauld superius adiunxit. Quilibet tranquillo mari nauigare potest. ¶ Vrbis. Sil. lib. 8. — quondam satorum conscia Cumae. — Subauditur Vrbis. Liu. ab Urb. 4. Quibuscumque vires suppetebant, ad arma ferenda presto suere. Id est Omnes. Tacit. lib. 5. Sic Tiberim finiuit octauo, & septuagesimo atatis anno. Vitam subintelligit. Idem lib. 11. Ludi seculares octingentesimo post Urbem conditam spectati sunt. Subauditur, Anno. ¶ Nominis Caula ablatiuus etiam omittitur aliquando. Tacit. lib. 3. Aduersum patrum factiones multa populus parauit tuenda libertatis, & firmanda concordiae. ¶ Sermo. Cic. Off. 2. Quem uos [librum] e Graeco in Latinu conuertimus. ¶ In his Decies festerium, Vicies festerium, Centies festerium, & id genus caeteris, ad implendam oratione desideratur (centena millia) na antiqui, ut docet Budew, Decies centena millia festerium, Centies centena millia festerium dicebant: postea vsus obtinuit, ut compendiose Decies festerium, Centies festerium dicerent. Plena oratione vsus est Cic. Verr. 3. Dionem [inquit] decies centena millia numerasse, &c. Nonnulli scriptores maxime Poetae compendiosius loquentes Decies, Vicies, Centies tantum dicunt. Mart. l. 5. Ducenties accepit, & tamen uiuit. Cic. pro Sex. Rosc. Bona patris pro huiusce Sexi Rocij, quae sunt sexagies, quae de L. Sulla, duobus millibus numum se se dicit emisse adolescens, &c. ¶ Verba, quae Exceptae actionis vocatur, ut Gradinat, Pluit, occulte antecedit vel res verbi, ut Grado, Pluuita, vel Deus vel Natura, ut Grammaticis placet. Cato de Re rust. c. 112. Vbi pluerit, tunc deligito. Plin. lib. 2. c. 96. In cuius [fani] aream non impluit. Varro de Re rust. lib. 2. c. 2. Poscunt, quoad contemebrauit. Cic. de Fat. Si fulserit, si tonuerit. &c. Colum. lib. 11. c. 2. Interdum tempestas, nonnunquam rorat. Ibid. Interdum nungit. Ibid. Hyemat, & pluit. Liu. decad. 4. lib. 9. Eadem [tempestas] pauld post, cum undique serenasset, sublata. Idem bel. Pun. 7. Veijs de caelo lapidauerat. Ibid. lib. 3.*

Cui inuenti consulatam cum tonuisset, &c. Plin. lib. 9. cap. 35. Si fulgeret, comprimere conebis, &c. Idem lib. 14. c. 3. Non ante demeruntur, quam Gelauerit. Sic idem sepius. ¶ Nonnunquam alij etiam nominandi casus praecedunt. Virg. 4. Georg. Nec de concussa tantum pluit ilice glandis. Stat. Theb. 8. — Stridentia fundae Saxa pluuunt. — Tibul. lib. 2. Haec fore dixerunt belli mala signa cometen, Multus ut in terras deplueritq; lapis. — Solin. c. 8. Eo dimicante creduntur saxa pluuisse. Plin. lib. 21. c. 36. Effigies, quae pluerat spongiarum serè similis fuit. Vesperascente die dixit Tacit. lib. 1. c. 18. Senec. Med. Nunc summe Iupiter caelo tona. ¶ Desideratur etiam pronomina aucto verba prima, & secunda personae, quae serè non explicantur, nisi certis de causis, quae de re initio huius libri dictum est. ¶ Accusatiuus etiam pronominis. Sali. lug. Numida ad pedites convertit. Liu. bel. Pun. 8. Asdrubal ad oceanum flectit. Ibid. 10. Ne vertat in audaciam, periculum est. Idem bel. M. 8. Versuros in fugam omnes ratus, aciem promouit. Cels. 3. bel. Ciu. Si forte ventus remississet. Ibid. Hiems praecipitauerat. Cic. Somn. Scip. Nilus ad illa, quae Catadupa nominantur, praecipitat ex altiss. montibus. Idem Verr. 5. Videtis, quibus muneribus insinuet in familiaritatem Metelli. Cels. l. 2. c. 1. Si a prima hieme ad vltimum ver continuerunt. Senec. epist. 54. Per altum ad Nestida direxi. Virg. 10. Tum Zephyri possuere. — ¶ Eadem pronomina saepe desiderantur, cum ad se personam tertiam euocant: ut, Pro vno filio duo patres deprecamur: vbi Nos, desideratur. Terent. An. dr. Facile omnes cum valeamus, recta consilia agrotis, damus. Hanc Recentiores Eucationem appellat. ¶ Desideratur non raro relatiuum Qui, quae, quod. Virg. 1. Aen. Vrbis antiqua fuit, Tyrii tenere coloni. deest accusatiuus Quatuor. Et contra supprimitur antecedens aliquando. Curt. lib. 7. Hoc sacramento pietatis obstricti aduersaremur scilicet, quem tum omnibus praeserebas: Id est ei, quem, & cat. Idem 9. 25 Nemo respondet, nemo saltem negat, quos alloquor. Hoc est, Eorum, quos, & cat. ¶ Verba frequenter abfunt. Si Tiro ad me: auditur, Venerit: Cogito in Tusculanum, deest Proficisci. Ridere conuincere, simul auditur verbum Caepit. Sunt qui existimant esse Enallagen modorum. Ridere pro Ridebant: sed Quintil. ut pauld ante dixi putat esse Synecdochen. Stupere gaudio Graecus, simul, inquit, auditur Caepit. e Huiusmodi locutiones etiam passivae vocis Infinito efferuntur. Liu. ab Urb. 5. Post principum eadem nulli deinde mortalium parca, diripi tecta, exhaustis iniicit ignes. Quid mihi auctor est deest Ut faciam, sic Terent. Adelph. Id ne estis auctores mihi? Plaut. Pseud. Quid mihi es auctorem, sic Terent. Adelph. Id ne estis auctores mihi? Ibid. Vnde ista, qui tibi istum, quem trahis spiritum? subauditur Impertiri tibi putas. Ibid. Vnde ista, qui es, in qua putrescis? scilicet Tibi est. Plin. ad Canin. lib. 2. Studes, an piscaris? an venaris? an simul omnia, omisit verbum Facis. Cic. ad Attic. 16. Sed plura, cum ista cognoro. Scribam, extirsecus assumendum est. Tacit. lib. 1. Militibusq; ut quibus inops, aut saucius, vestem & fomenta dilargita est. Ut quis inops, subauditur apparebas. Plin. l. 1. c. 46. Vola homini tantum, scilicet, est. ¶ Desideratur & infinitiuum Esse Cic. 2. Off. Duri hominis, vel potius vix hominis videtur periculum cogitis inferre multis.



Sall. Jug. Stulticia videbatur alienam rem suo periculo curare. Plin. lib. 2. c. 7. Effigiem Dei formans, quæ eret imbecillitatis humana reor. Suet. in Tib. c. 11. Officij au-  
 xit, quantum in se esset exorare filia patrem frequentius literis. Terent. Andr. Nonne  
 prius communicatum oportuit? Idem Heaut. Intereptam oportuit. Interdum  
 explicatur. Cic. pro Cluent. Hac lege accusatum esse oportuit. Idem in Catil. 1. Hoc,  
 quod iam pridem factum esse oportuit, certa de causa nondum adducor, ut faciam.  
 In his Factum volo, Nollem datum, Egone te visum, aut auditum velim  
 & ceteris eiusdem generis, quæ crebrè apud Terent. aliosq; auctores reperiuntur, vi-  
 detur idem infinitum desiderari: in quibus Quintil. lib. 9. cap. 3. ait participium pro  
 verbo poni. Utimus [inquit] participio pro verbo, ut Volo datum. Intelligamus obiter  
 diremptam Grammaticorum controuersiam. Sunt enim, qui participia hæc esse di-  
 cant, alij supina. Nonnunquam tamen videtur supinum, ut in illo Terent. Adelp.  
 Sane nollem hunc exitum Nisi quis dicat esse participia, quæ iam exoleuerint, ut Obi-  
 tus, unde Obita mors. Eiusdem generis videtur illud eiusdem Heaut. — ut ut erat,  
 mansum tamen oportuit. & Plaut. Perf. Dum stas, reditum oportuit. Pro Mansis-  
 se, Redisse: nam Mansum esse, Reditum esse intolerabilia sunt. & Participium, Scri-  
 ptus, eleganter tacetur. Cic. ad Q. fr. lib. 3. Hoc inter cœnam Tironi dictaui, ne mi-  
 rère alia manu esse. Idem Act. lib. 7. Tua manu erant epistolæ. ¶ Item Magis vel  
 Potius, Græcorum more. Tacit. l. 20. Ptolemæus voluptatum, quam religionum ap-  
 petens. Plaut. Rud. Certum est mori, quam hunc pati grassari. Liu. ab Urb. 3. Ma-  
 le rei se, quam nullius seditionum duces esse volunt. ¶ Quam desideratur interdum.  
 Varro de Re rust. l. 2. c. 7. Videndum est, ne sint minores triuæ, maiores decem anno-  
 rum. Colum. lib. 7. c. 3. Ne minori quadrimæ prolem submittat. Idem lib. 11. c. 3. Ne  
 minus ter consarrito. Cæs. bel. Ciuil. 3. In prælio non amplius CC. milites desidera-  
 uit. Liu. bel. Pun. 3. Ex quingentis septuaginta, qui in presidio fuerunt, minus dimi-  
 dium ferrum, famesq; absumpsit. Gell. l. 2. c. 24. Ferijs solemnibus HS. tricenos. Ca-  
 teris autem alijs diebus omnibus, non amplius ternos. Hoc est, quam ternos festertios.  
 ¶ Præpositiones De, Ex, In, Ante, supprimuntur aliquando. ¶ DE. Terent.  
 Andr. Quid me fiet? Ibid. Nunc primum audio quid illo sit factum. Liu. ab V.  
 9. Vt vno ictu exanimem equo præcipitaret. Idem ab Urb. 1. Crebri decidere celo la-  
 pides. Cic. pro Cluent. Abundat audacia, cosilio, & ratione deficitur? Idem Tuscul. 3.  
 Non enim silice nati sumus. Sic 3. de Nat. Minerva secunda orta Nilo. Ibid. Quarta  
 [Venus] Syria, Tyroq; concepta. Ibid. Pèlope natus. Et lib. de Fat. Nascetur Oedipus  
 Laio. Plin. lib. 8. c. 59. Serpentes parui, quos terrâ nasci proditur. Item participia  
 Genitus, Creatus, Procreatus, Satus, Prognatus absque sua præsepe nume-  
 ro afferuntur. De quorum extremo solum exempla subiiciam. Plaut. Capt. — capti-  
 uum hæc adolescentem habeo alium Prognatum genere summo. — Terent. Phor.  
 — illam ciuem esse Atticam, Bonam bonis prognatam. — Ita Cic. Tuscul. 3. Liu. ab  
 Urb. 1. Hor. Ser. 2. Qui rursus ibid. l. 1. Præpos. adhibuit. A se prognatos, & c. Itemq;  
 Gell. l. 12. c. 18. Prognati quoque ab eo & c. Et cum præp. Ex, Vitru. l. 8. Proæ. Et quæ  
 ex ca[terra] essent prognata in eadem redire. ¶ Omittuntur & in multis alijs præ-  
 positiones.

positiones. ¶ EX. Plin. lib. 8. c. 54. de Simijs. Mutianus [tradit eum] & latrunculis  
 luisse fectis cera. Et c. 55. Nec non & vestes leporino pilo facere tentatum est. Sic iac-  
 se pnis. Mela. l. 1. c. 8. Vasa ligno fiunt, aut cortice. Quint. l. 2. c. 9. Et calabura, quæ  
 auro, argento, ære, ferro opera efficit. Colum. l. 3. c. 9. Quæ longinquis regionibus ac-  
 cersita cognitioni nostræ sunt tradita. Idem l. 8. c. 17. Nec dubium, quin quantum ma-  
 gis imo mari venit vnda, tanto sit frigidior. Plin. lib. 6. c. 17. Tam longinquo orbe pe-  
 nitur. Quid. Metam. 7. Adicit extremo lapides oriente petitos. Cic. in Pison.  
 Roma propè conuulsa sedibus suis. ¶ A, vel Ab. Curt. l. 3. Habeat ciuitatem pa-  
 ri intervallo Pontico, & Cilicio mari distantem. Cæs. bel. Ciui. 3. Ostacilius oppido fu-  
 git. Plaut. in Mercat. Mercator expes patriâ fugere desinat. Colum. lib. 12. c. 21.  
 Purior est, quantum altiori mari hausta est. Manil. l. 4. An dubium est habitare Deum  
 sub pectore nostro, In celumq; redire animas, celoq; venire. Valer. M. lib. 2. c. 1.  
 Facundissimoq; sermone, qui ore eius quasi è beato quodam eloquentiæ fonte mana-  
 bat. Ouid. Met. 3. Et sol ex equo metâ distabat viræque. ¶ IN. Ibid. lib. 3. Fronte  
 tamen Rhoeti non irrita cuspis adhesit. & lib. 9. Hæserunt radice pedes. — Cic.  
 de Nat. Quia nihil semper suo statu maneat. ¶ Ante. Liu. bel. M. 7. Ante diem  
 tertium Kal. Ianuarius. Id est, Ante Kalendas. In his etiam, si Prisciano credimus, præ-  
 pos. Ante, desiderari videtur. Terent. Heaut. — annos sexaginta natus es. Cic.  
 pro Sext. Rosc. Annos natus magis 40. Idem pro Cluent. Cum annos quinquaginta  
 natus esset. Liu. dec. 5. l. 5. Quos, cum liberis maioribus, quam quindecim annos natis  
 præcedere in Italiam placeret. Plaut. Epid. — haud annos natus præter quinquagin-  
 ta, & quatuor. Plin. l. 7. c. 20. Annos nouem genitum puerum, & c. Plin. ad Pon-  
 tium lib. 7. Quatuordecim natus annos tragœdiam Græcam scripsi. ¶ Desideratur  
 coniunctio, Etiam, non raro. Cic. Verr. 2. Video non modò ceteros, sed te ipsum toti-  
 dem verbis edixisse. Idem pro Planc. Manlium non solum ignobilem, verum sine vir-  
 tute, sine ingenio. ¶ Item, Ne, sed raro. Plin. ad Apollin. lib. 2. Vereor decepisse Cæ-  
 sare[m] videar. ¶ Vt, verò frequentius. Tacit. l. 11. Iubet nunciari misera dicendam  
 ad causam postera die adisset. Liu. ab Urb. 2. Monent honoribus, & administratione  
 Reip. abstineant. Plin. Sura lib. 7. Proinde rogò eruditionem tuam iutendas.

## Zeugma.

Svgerit ex verbis aliquid tibi Zeugma propinquis.  
 Sed genus, & numeros, casusq; intacta relinquit:  
 Vt, Gener, atque focer cum dira ruisset in arma.

Zeugma figura est, cum id, quod in oratione desideratur, è proximo assumitur,  
 manente eodem genere, numero, casu, ceterisq; attributis.  
 Cic. in vlt. Paradox. Nulla possessio, nulla vis auri pluris, quam virtus, estimada est.  
 Idem pro C. Rab. Virtus, & honestas & pudor cum Consulibus esse cogebat.

In quo Zeugma distinguatur ab Eclipsi, & quæ sint ei<sup>9</sup> partes. S. h. 6.  
 S. Id, quod desideratur in oratione, extrinsecus assumitur, Eclipsis est, ut ante dicitur  
 mus: sin verò è proximis, atque vicinis assumatur, neque ulla sit mutatio Zeugma

est. Nam si velis posita exempla omnibus numeris explere, dices, Cum gener. ruisse  
 in arma, & cum socer ruisse in arma. vbi verbum non mutatur, sed idem assumitur  
 ad explendam primam orationem. Nulla possessio pluris, quam virtus, estiman-  
 da est: nulla vis auri plaris, quam virtus estimanda est. vbi nec genus, nec nume-  
 rus, nec casus mutatur. Virtus cum Consulibus esse cogebat: honestas, cum Consulibus  
 esse cogebat. Verbum Cogebat singulis substantiuis redditur, seruato eod. numero,  
 persona, modo, tempore. Exempla vbique se se offerunt. Cæs. bel. Gall. 1. Gallos ab  
 Aquitanis Garumnâ flumen, a Belgis Matrônâ, & Séquana diuinit. Varr. 1. de Ana-  
 log. Consul fuit Tullius, & Antonius. Sall. Catil. Libertas, & anima nostra in dubio  
 est. Plin. lib. 9. c. 51. Piscium lupus, & trichius bis anno parit. ¶ Si id. quod assumitur  
 ad orationem implendam, primum est, Proto Zeugma dicitur. Cic. ad Attic. 16.  
 Egit pater, & filius, vt tibi spondere. Si medium, Meso zeugma. Auctor ad Her.  
 l. 4. Forme dignitas, aut morbo deflorescit, aut vetustate. Si postremum, Hypo zeu-  
 gma. Cic. pro Sest. Quem nulla vniquam vis, nulle minâ, nulla inuidia labefecit. Plin.  
 Surâ lib. 7. Vbi illuxit, ipse circa verticem tonsus, capilli iacentes reperiuntur. Iuni-  
 ores Grammatici existimant Zeugma esse, cum verbum aut adiectiuum nomen mul-  
 tis adiectiuis additum cum vicinior conuenit, vt — hic illius arma. Hic currus  
 fuit. — Vtinam aut hic surdus, aut hec muta facta sit. Verumque tamen exepit  
 Veteres, vt mox planum faciemus, Syllepsis subiiciunt.

## Syllepsis.

**C**um pars deficiens ex partibus vlla propinquis  
 Suppletur, mutato aliquo, Syllepsis habetur.

¶ Hoc erit exemplum; Sunt nobis dulcia poma,  
 Castane molles, & pressi copia lactis.

Syllepsis est, cum id, quod in oratione deest, è proximo assumitur, mutato tamen  
 genere, aut numero, aut aliquo è ceteris accidentibus.

Cic. Verr. 6. Risus populi, atque admiratio omnium facta est.

Liu. bel. Mac. 7. Nulla expeditio, nullum equestre praelium sine me factum est.

Cic. ad Q. frat. lib. 2. Ille timore, ego risu corruui. Liu. bel. Mac. 7. Nemo miles  
 Romanus magis assiduus in castris vestris fuit, quam ego, fratresq. mei.

In quo Syllepsis à Zeugmate differat, & quis eius sit vltus. ¶ Sch. 6.

**Z**euigma in similibus clausulis locum habet, hoc est in quibus attributa, sive acci-  
 dentia partium orationis integra manent: Syllepsis verd in dissimilibus, hoc est  
 vbi dissimilitudo, mutatioq. attributorum seu accidentium necessario fit, vt oratio su-  
 is numeris plena sit, si enim ita impleas, Risus populi facta est: Nulla expeditio factum  
 est, ille timore corruui, Quam ego fuit, fratresq. mei fuit, immanes erunt solæci smi-  
 nuzanda ergo necessario sunt accidentia partium, Risus factus est: Expeditioq. facta  
 est, ille timore corruui. Quam ego sui, fratresq. mei fuerunt. ¶ Donatus & Diomedes  
 illud Virg. 1. En. — hic illius arma, Hic currus fuit: illud item Eclog. — sunt  
 nobis

nobis mitia poma, Castane molles, & pressi copia lactis. Syllepsis subiiciunt, non  
 Zeugmati, vt Recentiores volunt. ¶ Cum genus mutatur, Syllepsis dicitur per ge-  
 nera. Cic. 7. Verr. Plenum forum, & basilicas istorum hominum videmus. Terent.  
 Andr. Vtinam aut hic surdus, aut hec muta facta sit. Vbi Donatus Syllepsis [in-  
 quit] per genera. ¶ Per casus, cum variatur casus. Terent. Adelphi. — verum si  
 auceam, aut etiam adiutor sim eius iracundie. A genitiuo Iracundie sumitur  
 accusatiuus Iracundiam, vt sit plena oratio, Verum si auceam iracundiam, &c. Syl-  
 lepsis, inquit Donatus, nam à genitiuo casu accusatiuus assumptus est. Idem in prol.  
 Andr. Poeta, cum primum animum ad scribendum appulit, Id sibi negoti credi-  
 dit solum dari, Populo vt placerent, quas fecisset fabulas. Plena oratio, Popu-  
 lo, vt placerent fabula, quas fabulas fecisset. Donatus, ad Fecisset, inquit, retulit Fa-  
 bulas, non ad Placerent: & est figura Syllepsis. Quo modo non raro loquuntur au-  
 ctiores antecedens nomen repetentes. Cæs. bel. Gal. 1. Erant omnino itinera duo, qui-  
 bus itineribus domo exire possent. Ibid. Omnibus rebus ad profectioe comparatis di-  
 em dicunt, quo die ad ripam ichodani omnis conueniunt: is dies erat ad V. Kal. Apri-  
 lis. Auctor ad Her. lib. 1. Oratoris officium est de his rebus posse dicere, quæ res, &c.  
 ¶ Cum Relatiuum antecedens eod. genere, numero, & casu præcedit, figurata est  
 oratio. Liu. bel. Pun. 9. Quem ceperant exules montem, herbidas, aquosusq. est. Re-  
 cta oratio est, Mons, quem montem ceperant exules, &c. Ab accusatiuo Montem as-  
 sumptus est nominatiuus Mons. Aliquando Antecedens præcedit Relatiuum, sed tunc  
 duris redditur oratio. Colum. de Arb. c. 4. Vitam quam penis, fac, vt ad orientem spe-  
 det, adminiculo religata. Pompeius ad Consules, in 8. Epist. ad Att. Arma que ad me  
 missi iratis, ijs censeo armatis milites. Terent. Eunuch. — eunuchum quem dedisti  
 nobis, quas turbas dedit. Virg. En. 1. Vrbem quam statuo vestra est. — Si dixis-  
 sent: Quam vitam penis, fac vt ea spectet. Quæ arma ad me missi iratis, ijs &c:  
 Quem dedisti nobis eunuchum, quas turbas dedit? Quam statuo urbem vestra est, Syl-  
 lepsis tantum esset per casus. Sed de hac re supra in Construct. Intransit. Schol. 14.  
 diximus, cum de Relatiui & Antecedentis consensu egimus: & pauld post dicemus,  
 cum de præpostero verborum ordine agemus. ¶ Per numeros. Cic. ad Q. frat. l. 1.  
 Frons, oculi, vultus per sepe mentiuntur, oratio verd sæpissimè. Necessario mutan-  
 dus est numerus, si velis locutionem explere. Frons mentitur, oratio mentitur.  
 ¶ Per personas. Cic. ad Cæs. 7. Famil. Sustulimus manus & ego & Balbus. Interdù  
 tertia persona prima præponitur modestia causa. Liu. bel. M. 7. Pater, ego, fratresq.  
 mei non in Asia tantum, sed etiam procul ab domo Aetolico bello, terrâ, mariq. pro  
 vobis arma tulimus. Secunda prima. Plaut. Rud. Quot sunt? S. toridè, quot tu & ego.  
 ¶ Per modos. Luceius ad Cic. lib. 5. Ego valeo sicut soleo, paululo etiam deterius  
 quam soleo. simul auditur Valere. ¶ Per tempora, vt si dicas, Elegantius nunc lo-  
 queris, quam superioribus annis: assumendum, Loguebaris, ad implendam orationem.  
 Non solum fit Syllepsis per ea, quæ partibus orationis accidunt, sed etiam per ipsas  
 orationis partes, obscurius tamen: cum eadem pars orationis, vt integra sit oratio,  
 interrim repetitur, eadem quidem voce, sed diuersa significatione. Iustin. lib. 3. Ita

egregius adolescens & cadem patris, & necem fratris, & se ab insidijs Artabani. Vindicauit cadem patris. hoc est, vltus est: Se vindicauit, id est, se liberauit.

## Varia Syllepsos significatio.

**C**um scriptores in constructione potius intellectus, & sensus ratione habent, quam verborum putant Iuniores esse Synthesin figuram Veteribus incognitam. Donatus Syllepsin appellat: nam verbum *συνθεσις*, vnde Syllepsis fit, concipere, intelligere significat: & quia auctores ad intellectum non ad verba respiciunt, merito Syllepsis dicitur. Terent. Andr. Vbi illic scelus est, qui me perdidit? Donatus ad intellectum, non ad verba redegit, & est figura Syllepsis per genera. Virg. Pars in frustra secant, sed hic figura est per numeros: nam quia scelus scelestus intelligitur, modo Qui, subiunxit: non Quod. Hec ille. Vbi, vt vides, Pars in frustra secant, Syllepsis per numeros ab eodem Donato dicitur, quia Pars vim habet pluralem. Alij Enallagen Generis, Numeri appellant. Idem Donatus Syllepsos nomine interdum pro Eclipsi vtitur, & primam Syllepsin nonnunquam appellat. Terent. Andr. Tantum laborem capere ob talem filium? Syllepsis (inquit) est. Assumendum est enim extrinsecus, Me. Idem Phorm. Nec Stilphonem ipsum scire, qui fuerit? G. negat. Donatus, Syllepsis prima, nam extrinsecus audiendum est Pater. Postremo Syllepsis pro tropo Synecdoche accipitur nonnunquam, praecipue apud Graecos, vt Eustatius multis locis docet, maxime in *μαθ. α. λ. & υ*, Nam verba Graeca, vnde vtriusque verbum deriuatur, idem significant, *συνθεσις*, & *συνθεσις*. Vnde D. Hieronymus in illud D. Matthaei cap. 26. Videntes autem discipuli indignati sunt: ita inquit, Scio quosdam hunc locum calumniari, quare alius Euangelista Iudam solum dixerit contristatum, eod quod loculos tenuerit, & sur ab initio fuerit: Mattheus scribat omnes Apostolos indignatos: nescientes tropum, qui vocatur *συνθεσις*, hoc est Syllepsis, quo & pro vno omnes, & pro multis vnus appellari soleat. Idem in illud D. Marci cap. 14. Erant quidam indigni ferentes: appellauit Synecdochen bis verbis, Per Synecdochen dicitur vnus pro multis & multi pro vno.

## Prolepsis.

**P**artibus attribuit totum commune Prolepsis, Quod vox significat praeciens, in partibus ipsis mente subauditum: vt Duo Romam auxere potentes Italiae Reges, Numa pace, & Romulus armis.

**P**rolepsis est, cum dictio aliqua totum significans praecessit, qua rursus in partibus intelligitur, neque explicatur: vt Duo Reges Romam auxerunt, Romulus bello, Numa pace. & Dictio Totum commune significans est Reges: partes quibus attribuitur, Romulus, Numa: vbi rursus Romulus rex, Numa rex dicendum erit, si orationem velis integram facere. Liu. ab Vrb. 1. Ita Duo reges alius alia via, ille bello hic pace ciuitatem auxerunt. Sall. bel. Catil. Exercitus hostium duo, vnus ab vrbe, alter a Gallia obstant.

De

De Prolepsi expressa, &amp; implicita.

¶ Schol. 9.

**D**ictio, quae praecedit, serè aut est pluralis numeri, aut pluralem vim habet. Liu. ab Vrb. 9. Consules, Sulpius in dextro, Petilius in laevo cornu consistunt. Idem ab Vrb. 10. Cerua fugiens lupum inter duas acies decurrit: inde diuersa serè cerua ad Galos, lupus ad Romanos deflexit. Idem bel. Pun. 4. Cum vtrique duces, Romanus Brutium, Pœnus mancipia Romana obtereret. Ibid. Consules, Marcellus Nolam redijt, Fabius in Samium processit. Sic Cas. bel. Gall. 2. Duæ filiae, harum altera occisa, altera capta est. Cic. de Clar. Siquidem istis duæ res maxima altera alteri desunt. Cas. 3. bel. Gall. Eodè die vterque eorū exercitū educunt, Pompeius clam & noctu, Caesar palam, atque interdum. Plin. lib. 31. cap. 7. In Baetris duo lacus vasti, alter ad Scythus versus, alter ad Arios sale aestuant. Iust. lib. 43. Nomina pueris, alteri Remo, alteri Romulo suere. ¶ Verbum serè conuenit cum dictione precedente, vt proposita exempla docent. Liuius tamen aliter locutus est, Periti religionum, iurisq; publici, quando duo ordinarij Consules alter morbo, alter serio perijisset, iussu Consulem negabant rectè comitia habere posse. Hec, Sall. Catil. Ea tempestate cœpere se quisque magis extollere. Plaut. Stich. Alius alium percontamur. Gell. lib. 11. c. 7. aspexerunt omnes, qui aderant alius alium. Senec. l. 1. epist. 7. Hæc ego non multis, sed tibi, satis enim magnum alter alteri theatrum sumus. Plin. lib. 11. c. 30. Ex diuerso conuehant altera alterius ignara. Hæc, inquam, & alia id genus implicitam Prolepsin quidam vocant, in qua scilicet aliquid deest, totum nimirum, aut partes. Donatus ait esse prisca orationem. Terent. Adelph. Aperite aliquis actutum ostium vim pluralem, idem inquit, habet Aliquis, quamuis singulariter dicatur: non est enim Aliquis, nisi de multis. Rectè ergo Aperite aliquis, & nouè: nam non placeo illud vbi duæ distinctiones sunt, vnde Aperite est vna, altera Aliquis actutum ostium vt assumatur rursus Aperiat. Propriè enim Veteres, & Quis, & Aliquis, & Quisquam non obserua'ant quo genere, aut numero declinant: est ergo figura *συνθεσις*. Hæc ille. Quod si id verum est, idem de nominibus Alter, Alius, Vter, Neuter, quæ cum verbis pluralis numeri iunguntur, vt in initio huius libri diximus, sentiendum est.

## Archaismos.

**G**racè Archaismos, constructio prisca Latine Est ea praecipue, qua quondam est vsa vetustas.

**A**rchaismos constructio est, qua prisca vetustas potissimum vsa fuit. Terent. Eunuch. Nescio quid profecto absente nobis turbatum est domo. Cic. Verr. 5. Hanc sibi rem praesidio sperant futurum.

De varijs generibus Archaismi.

¶ Schol. 10.

**M**ulta huius generis inueniuntur apud Plaut. Aulul. — fastidie mei. Ibidè Postremo iam hunc perscrutauit. Pers. Lucro faciendo ego auspicauit. Menecch. insidijs aucupa. Eodè vsus est in Mosi. Trinū. Quibus erumnis deluctauit. Asin. Meū caput contemples. Idem Rud. Tumultuos dixit. Ibid. amplectitote crur a sustitibus.

Perf. — hunc mensē vertentē credo serui: it tibi. Ibid. Ille, qui consultē, doctē, atq; astutē cauet, Diutini ei vti bene licet partū bene. Idē Trinū. — quid ego cesso hos colloqui. Bacchid. Tum libertatē Chriſtalo largibere. Trucel. Ego expedibo. Rud. Oppidum magnum communibo. Casin. — istam conuenibo. Perf. — amicibor gloriose. Menach. Saluum tibi reddibo. pro reddam. Epid. — opera reddibitur tibi. pro reddetur. Terēt. Phorm. Nemo ex me scibit. Idem Heaut. — ipsa re experibere. Horat. 3. Carm. ode 23. Mollibit aduersos penates Farre pio. — Plaut. Amph. Sed fugā in se tamen nen o conuertitur. Bacch. Occidi, animus iam isto dicto plus praesagitur mali. Ibid. Praenestinum opino esse. Sic Certatur, Adiutatur, pro Certat, Adiutat apud Pacu. Turpil. At scies ea, quae fuisse inscius. Idem, Meos parentes careo. Pomponius, Quot lacitias insperatas mihi irrepere in finum? accusatiuus pro nominatiuo. Nisi forte per incuriam pro, ae, diphtongo peruerse, as, scriptum sit. Num illud Cic. 6. Verr. buc spectat? Sanxerunt nequis emeret mancipium, nisi in demortui locum: si quis Romae esses demortuus? ino, si quis ibidem. Qui plura volet, legat Non. Marcell. Festum, & reliquos praefatos vestustatis indagatores.

## Hellenismus.

**I**vre Hellenismus Danaūm, non lege Latina Nititur: vt † Sacra redimitus tempora lauro. Triste lupus stabulis. \* Solus tibi certet Amyntas

† Virgil.  
AEn. 3.  
\* Eclog. 3.

**H**elldismus est constructio, quae Graeci sermonis leges, non Latini obseruat. Luceius ad Cic. Cum scribas, aut agas aliquid eorum, quorum consueuisti, gaudeo. Virg. Aen. 1. Os, humerus, deo similis. — Idem Eclog. 3. Triste lupus stabulis, maturis frugibus imbres Dulce satis humor, depulsis arbutus hedis. Idem Aen. 1. Haec satis, latos humeros, subit- etaq; colla Veste super, suluiq; infestor pelle leonis.

### De varijs generibus Hellenismi.

**D**E Hellenismis agit Priſc. l. 17. copiose. Budaeus in Comment. Ling. Graec. Thomas Linacer in lib. de Emend. Construct. Quod verò ad propositum attinet, Relatiuum apud Graecos etiam in casu cum Antecedente consentit: ob quam causam Luceius ad Cic. Cum agas aliquid eorum, quorum consueuisti gaudeo, Quorum pro Quae, dixit. Certandi verba apud eosdem dandi casu gaudent. Vnde Bello, Contendo, Pugno, Certo apud Poetas cum datiuo leguntur. Idem neutrum nomen singularis numeri cum masculinis & femininis vtriusque numeri iungunt, quos Virg. imitatus, dixit Triste lupus, Triste imbres, Dulce humor, Dulce arbutus. Vide Bud. in Coment. Ling. Graec. Virg. Aen. 3. — at cetera Grauius. & Georg. 1. — & tremis ossa pauore. Ibid. — nasum nidore supinor. Virg. 12. — verbenā tempora vincti. Stat. Theb. 7. — tenerus defenditur atra Veste genas. — Propert. lib. 2. Sed non ante grauis edurus succumbit aratro, Cortua quam validis haeserit in laqueis.

laqueis. Hoc Hellenismo videntur Poetae, & interim Historici, vt supra diximus, in Construct. Verb. Neut. Schol. 22. cum de Ablatino partis egimus, vbi exempla inuenies. Diomed. lib. 2. Nuda genu, Hellenismum vocat. Quidam hanc figuram Synecdochen, hoc est Eclipsin appellant: nam Synecdoche, vt paulo ante diximus, cum tropum, cum Eclipsin significat: deest autem in his locutionibus praepositio Graeca, κατὰ id est, Secundum. Cic. in Orat. Magnam partem ex Iambis nostra constat oratio. Idem Tusc. 4. Magnam partem in ijs partiendis, ac definiendis occupati sunt. Idem Attic. 13. Scis me orationes, aut aliquid id genus solitum scribere. Suet. in Domit. c. 4. Omne genus rerum missilia sparsit. pro Omnis generis. Vlpian. Pand. lib. 33. Celsus ait supellectilarios, & ceteros hoc genus seruos contineri. Liu. bel. Pun. 2. Ceterum tacita curā animum incensus. Solin. c. 16. Aedē numinis, praeterquam nudus vestigia, nullus licitō ingreditur. Ad Hellenismum etiam haec spectant. Terent. Heaut. Viam si domi est. pro An sit. Liu. bel. M. 10. Quasuit iterū, si cū Romanis militare liceret. Horat. 3. Car. Abstinerē iratum, pro ab iris. Illud etiā Verr. 1. Cū illius mihi temperis venit in mentem. credit Priſc. l. 17. esse Hellenismū, pro illud tempus. Illud Terent. Andr. Vbi illic scelus est, qui me perdidit. & ibid. — scelus quē nam hic laudas? ait Budaeus à Graecis esse sumptum. Huc etiā spectant illa Terēt. Eunuch. — ego illum nescio Qui fuerit. — Ibid. — scin' me in quibus sim gaudijs? Ibid. — nunc metuo fratrem ne intus sit. Et, Metuo patrem, ne rure redierit. In his enim, & similibus Latini sermonis ratio potius nominandi, quam accusandi casum amat. Metuo ne frater sit intus, Ne pater rure redierit, &c. Sed haec haec tenus, cetera ab ijs, quos paulo ante dixi, sunt petenda.

## De Barbarismo.

**D**ictio si penitus sit barbara: siue Latina: Sed vitiosa tamen scripto: aut errore loquentis, Barbara lexis erit: cui sat numerosa propago.

**B**arbarismus est dictio, aut omnino barbara, aut Latina quidem, sed vitiosa scripto, vel pronuntiatione. Barbara omnino, & peregrina, vt Perla pro Vnione, Aniso pro Admoneo, & alia generis eiusdem.

**H**aec genus, & numeros vitiat: malè non in a flexit; Tempora verborum varijs replet omnia mendis.

**L**atina dictio vitiosa fit plurius modis. Per genera, vt Gladia pro Gladij. Per numerus, vt Scopae pro Scope, Tritica pro, Triticiū. Per declinatio, vt Fames famei pro famis, Vasisbus pro vasis. Per coniugationem, vt Steaui pro Steii, Legebo pro Legam; Veneraui pro Veneratus sum.

**F**lexiones quoque, diuisio, Diuisa licentius arctat. Itē etiam diuisore, vñ diuidimus coniuncta, vt Sylua trium, Dissolue quatuor syllabarum, pro Sylua duarum, Dissolue trium. Complexione, vñ dsui, a coniungimus, vt Phaton pro Phaton.

**T**ollere multa audet de vocibus \*¶ Addere frustra. 1. 2.  
Tarda; da; breuib; passim, cita tempora longis. 3.

- 1 **D**etractioe litera, vt Peculi pro Peculij. Aspiratioe, vt Odie pro Hodie.  
Temporis, cum Syllaba longa, que duo habet tempora, vnum detrahatur, vt  
fiat breuis vt affligit: penultima breui pro longa affligit.
- 2 ¶ Adiectione litera, vt Reliquia, gemino, l. pro simplici: Alituum pro Alitum.  
Syllaba, vt Dicier pro dici, Mauors pro Mars. Aspiratioe, vt Hinfidia, cum scri-  
bendum sit sine aspiratioe. 3 ¶ Temporis, cum breui Syllaba, que vnum  
habet tempus, addatur alterum, vt fiat longa, vt Italia prima longa pro breui.

**P**roq; notis alias ponit. \*¶ De fede reuellit, 1. 2.  
Et transfert. ¶ Violat leges & iura Tenorum. 3.

- 1 **I**mmutatione, cum litera vna, aut Syllaba pro alia ponitur, vt Olli pro Illi.  
2 ¶ Transmutatione, cum litera, aut syllaba e suo loco in alienum transfertur,  
vt Interpretor pro Interpretor.
- 3 ¶ Flunt denique Barbarismi Tenore, cum accentu alio pro alio vtimur, vt si pre-  
positiones a suis casibus separemus, easq; tenore acuto, vel inflexo pronuncie-  
mus, vt ad eum, ab illo, a quibus, circū litora: cum graui accentu, dissimulata di-  
stinctione, simul cum suis casibus pronunciant & sint, tamquā si vna esset vox.

Vnde Barbarismus dictus sit, & quibus modis fiat. ¶ Schol. 12.

**P**eregrini in Græciam profecti, cum Græcè loqui conarentur, atque in voces abso-  
nas, vt aiunt, Bæ Bæ, bar, bar, sepius prorūperent, Barbari dicti sunt. Vnde vi-  
tium posteri Barbarismum dixerunt. De etymo huius nominis multa Strabo lib. 14.  
Gell. lib. 13. c. 6. Quod nunc, inquit, barbarè quem loqui dicimus, id vitium sermonis,  
non barbarum esse sed rusticum: & cum eo vitio loquentes rusticè loqui Veteres di-  
ctabant. P. Nigidius in commentarijs Grammaticis, Rusticè sit sermo [inquit] si  
aspices perperam. Itaque id vocabulum, quod dicitur vulgò Barbarismus, qui antè D.  
Augusti ætatem purè atque integrè locuti sunt, an dixerint, nondum equidem inue-  
ni. Hæc Gellius. ¶ Barbarismus, vt Quintil. l. 1. c. 5. docet, pluribus modis accipi-  
tur, Gente, Animi naturâ, Adiectione, Detractione, Immutatione, Trâs-  
mutatione, Per genera, Per numeros, Diuisione, Complexione, Spatio,  
Aspiratione, Tenore. ¶ Gente, vt si quis Afrum, vel Hispanum latine orationi  
nomen inferat. A Diomede & Donato vox barbara & peregrina Βάρβαρος λέξις, hoc  
est, barbara dictio appellatur, non Barbarismus. Animi naturâ, vt is, a quo insolent-  
ter quid, aut minaciter, aut crudeliter dictum sit, barbarè locutus existimetur. Idem  
Quintil. affirmat Barbarismum fieri per genera, & numeros. Absurdum, inquit, for-  
san videatur dicere, Barbarismum, quod est vnius verbi vitium, fieri per numeros, aut  
genera, sicut Solæcismum, Scala tamen & Scopa, contraq; Hordea, Mulsæ, licet lite-  
rarum mutationem, detractionem, adiectionem non habeant, non alio vitiosa sunt,  
quàm quod pluralia singulariter, & singularia pluraliter efferruntur: & Gladia qui  
dixerunt;

dixerunt, genere exciderunt. Hæc ille. Itaque sit Solæcismus per numeros, cum par-  
tes orationis non consentiunt numero. Per genera quando adiectiuum, & substantiu-  
um genere discrepant. Barbarismus per eadem sit, sed aliter, cum nimirum inuisita-  
tum aut genus, aut numerum nominibus tributus. ¶ Fit etiam per declinationem  
aïas αἰῶν, hoc est, Ajax Aiaci declines. Vide Magnum Etymol. ¶ Barbarismum Ad-  
iectione vel Detractione temporis, appellat Quintil. Barbarismum spatii. Tē-  
pus enim spatium est, quo Syllaba pronunciat. Idem separatim egit de Barbarismo  
Aspirationis, quia sunt, qui putent sono tantum, & pronunciatione hunc barbaris-  
mum fieri, cum, vt iisdem placet, H, nota sit aspirationis non litera. Idem eod. loco do-  
cet præpositiones simul cum suis casibus, perinde ac si vna tantum esset vox, pronun-  
ciandas esse. Cum dico (inquit) Circum littora, tamquam vnum enuncio, dissimulata  
distinctione: itaque tamquam in vna voce vna est acuta. Quod idem accidit in illo  
Troie, qui primus ab oris. Hæc ille. Accidunt & vitia per sonos, vt idem, in-  
quit, que demonstrari scripto non possunt, vt ἰσχυροῦς, λαβδρακίους vitia oris. &  
linguæ. Iotacismus est, cum, l, litera supra instum decorem in dictionibus extenditur.  
Lambdacismus, cum, l, plenius æquo pronunciat. Vide Diom. l. 2. qui & Metacis-  
mum addidit, is sit, vt idem docet, cum, m, litera in fine dictionis pronunciat. sequē-  
te vocali, vt Quousque tandem abutere. Fit enim Barbarismus, si tum pronuncie-  
tur M. Quidam putant fieri Iotacismum, si plures dictiones ab, l, litera incipiant:  
verū, cum id vitium scripto demonstrari possit, non huc spectat si Quintiliano credi-  
mus. ¶ Queritur idem lib. 1. c. 5. de Grammaticis, qui in iactationem eruditionis  
exempla Barbarismi sumunt ex Poëtis, eosq; auctores, quos prælegunt, criminantur.  
Dand: subiicit, Scire autem debet pueri, hæc apud scriptores carminum aut veniâ  
digna, aut etiam laude duci.

## ADMONITIO.

**P**er, cum leget apud Virg. eclog. 1. Nec spes libertatis erat, nec cura peculi.  
Aut Æn. 1. Alituum, pæcudiq; genus sopor altus habebat. Aut Æn. 1. Italia  
fata profugus, Lauinaq; venit Littora. — cum hæc inquam & similia leget,  
ne putet principem Poëtarum barbarismum fecisse. Multa enim Poëtis permittuntur,  
que ceteris scriptoribus denegantur. Neque miretur, si apud M. Tull. Oratorum  
principem, Liberum, Sestertium, Cognoram, Norunt, aliasq; id genus verborum im-  
minutiones offenderit: neque enim Barbarismi sunt Detractione: siquidem a consu-  
etudine certissima loquendi regula impetratū est, vt etiā Oratoribus sic loquilliceret.  
Quid inter Barbarismum, & Solæcismum interfit. ¶ Schol. 13.  
**B**ARBARISMUS fit in singulis verbis. Solæcismus in contextu, vel complexu oratio-  
nis. Barbarismus dictionem vnam sædat. Solæcismus compositionem corrumpit.  
Barbarismus est dictio vna, aut peregrina, aut Latina quidem, sed corrupta. So-  
læcismus est vitiosa compositio. Itaque in Solæcismo singule voces sunt Latine, sed  
inter se discrepantes, & contra Grammaticæ præcepta compositæ. Dicit fortasse ali-  
quis, Non ego tuam admonitionem, Peruolutaui omnia scripta Ciceroni: Barbaris-  
mos esse, non Solæcismos. Illic enim tantum adiecit, m, litera: hic verò, s, detrahi-

ur. Sed in seruiusque vicij definitionem diligenter inspicias, facile intelliges solæcisimus esse. Nam cum verba Admonitionem, Ciceroni, Latina sint, atque ad bene Latena, nullus relinquitur locus Barbarismo, qui, ut diximus, aut est dictio barbara, aut Latina quidem, sed vitiosa scripto, aut pronuntiatione. Superest igitur videndum, num orationis partes inter se consentiant, quemadmodum recta ratio Grammatica postulat. Hoc gladium est meum, Cælus est serenus, Barbarismi tantum sunt per genera, ut ante dictum est. Iraasco tibi, Persequo te, Barbarismus itidem est detractioe literæ. Doceo à te Solæcisimus. At Barbarismus, inquit, est detractioe, R, literæ, ut Iraasco tibi, Persequo te. Non rectè putas: hic enim Solæcisimus est per genera, siquidem ponitur actiuum verbum pro passiuo: illic non permutantur genera verborum, sed corrumpitur tantum vox Latina detractioe vnus literæ. ¶ Quid? Missi ad me magnum libellum, Tuum peculiolulum est magnum: est ne Barbarismus, an Solæcisimus? videtur Solæcisimus, cum permutentur, quæ sunt eiusdem partis, ponitur enim nomen diminutiuum pro integro. Respondet Quintil. eod. c. his verbis: Erunt, qui Solæcisimum putent, quia pro nomine integro positum sit diminutum. Ego dubito an id improprium potius appellem, significatione enim deerrat. Solæcisimi porro vitium non est in sensu, sed in complexu. Hæc ille. Dubitationem abstulit. Iuuenal. Saty. 10. Nil dubium magna est fornacula. & Colum. qui 4. s. c. 6. Scrobiculos maximos dixit.

### Quid inter Metaplasium, & Solæcophanes interfit.

Poëtis, quia plerumque metro seruire coguntur, adeo ignoscitur, ut vitia ipsa alijs in carmine appellationibus nominentur. Metaplasium enim appellatur in carmine, qui in prosa oratione Barbarismus dicitur. Itaque laudem virtutis necessitati damus. Metaplasmi species quatuordecim, aut quindecim plus minus sunt, de quibus, cum de Carminum dimensione egerimus. Solæcisimus semper vitium est, tum in ligata, tum in soluta oratione, si ab aliquo per imprudentiam fiat: est enim vitium ab ignoracione, & inscitia profectum. Si verò in carmine, aut in soluta oratione legatur aliquid, quod Solæcisimi faciem habere videatur, non Solæcisimus, sed Solæcophanes vocabitur. Solæcophanes, ut vox ipsa declarat, speciem quidem Solæcisimi præ se fert, Solæcisimus tamen non est. Terent. Andr. Vbi illic scelus est, qui me perdidit? Idem Eun. Ut illum dii, deæq; senium perdant, qui me hodie remoratus est. Antecedens utrobique, ut vides, neutrum est, Relatiuum masculinum. Si Relatiui & Antecedentis leges audienda sunt, Solæcisimus videtur: est tamen schema siue figura, quæ Syllepsis dicitur, ut placet Donato. Respexit enim poëta ad intellectum, non ad verba: siquidem intelligitur Scelstus, & Senex, cum quibus Relatiuum; Qui, consentit. Alij Enallagen, alij verò Hellenismum hoc Solæcophanes vocant. Excogitata itaque sunt nomina vitij proxima, quibus mollirentur peccata, quæ Poëta aut Oratores scientes prudentes contra Grammaticorum leges commisissent. Eusthatius, ut supra diximus, figuras huius generis solæcisimæ σχήματα appellat, hoc est Schemata, siue Figuras, quæ faciem Solæcisimi habent.

Caveant adolescentes, ne viros doctos Barbarismi, aut Solæcisimi accusent: ne re Latine lingue amplissimos fines Nizolij observationibus metiantur: facile namque decipientur. Existimabant enim Adusorium, aliq; id genus non pauca, quæ apud Ciceronem nusquam sunt, Barbarismos esse: videntur enim hæc prima specie barbara, cum eis tamen Quentilianus, atque alij viri docti vtantur. Cum item multa verba variè ab eruditjs hominibus scribantur, ne putent errore esse factum, si quando ea aliter scripta offenderint, quam ipsi didicerint. Qualia sunt Adscisco, Apscisco. Adscribo, Apscribo. Aduenticus, Aduenticus. Alia flu. Alia. Allucinor, Hallucinor, Alucinor: Annibal, Hannibal. Apenninus, Apenninus. Auctor, Autor, Author. Belua, Bellua. Bibliotheca, Bybliothecca. Buccina, Bucina. Brachium, Bracchium. Brundisium, Brundisium. Cænum, Cænum. Ceremonia, Cerimonia. Caritas, Charitas. Carus, Charus. Causa, Causa. Cæna, Cæna. Cera, Cæra. Cercalia, Cerialia. Cestus, Castus. Cetera, Cætera. Carthago, Chari hago. Circumuenio, Circunuenio, & sic plura alia composita à Circum. Cneus, Cneus. Conditio, Conditio. Conuicium, Conuittium. Cũlcitra, Cũlcita. Definitio, Diffinitio. Dediticius, Dediticius. Deminuo, Diminuo. Dumtaxat, Dumtaxat. Editicius, Editicius. Etruscus, Hetruscus. Exhodus, Exodus. Exsatio, Exatio. Exsaturato, Exaturato. Exsilio, Exsilio. Exilium, Exsiliium. Exsoluo, Exsoluo. Exspecto, Expecto. Exsto, Exto. Exstruo, Extruo. Exsudio, Exsudio. Exsulo, Exsulo. Exsupero, Exsupero. Exsurgō, Exurgō. Facticius, Factitius. Fecundus, Fæcandus. Fæmina, Femina. Fenus, Fænus. Feneror, Fæneror. Ficticius, Fictitius. Frænum, Frenum. Gleba, Gleba. Adria, Haltria. Hadrianus, Adrianus. Hædus, Hædus. Hariolus, Ariolus. Aruspex, Haruspex. Heluo, Heliuo. Hiærnus, Hybernus. Hiems, Hyems. Hircius, Hirtius. Olu, Holus. Idcirco, Accirco. Imo, Imuro. Impositicius, Imposititiis. Inrebesco, Inrebesco. Inducio, Inducio. Inficior, Infictior. Inficias, Infictias. Inprimis, Imprimis. Insticium, Insticium. Iupiter, Iuppiter. Iuriconsultus, Iureconsultus. Kaienda, Calenda. Lacryma, Lachryma. Lapidicina, Lapidicina. Letum, Lethum. Litera, Littera. Litus, Littus. Mæcenas, Mecenas. Mæreo, es, Mæreo, es. Massinisa, Masinisa. Monumentum, Monimentum. Multa, e, Multa. Multo, Multo. Murena cognomen, Murena. Nedum, Ne dum. Nordum, Non dum. Nonnumquam, Nonnumquam. Numus, Nummus. Nunquam, Nunquam. Nuncius, Nuntius. Obscænus pro turpi, Obscænus. Oppidum, Opidum. Otium, Ocium. Pene pro ferè, Pæne. Pœnitet, Penitet. Penula, Penula. Penuria, Pænuria. Papyrus, Papius. Parsimonia, Parcimonia. Parricida, Paricida. Patricius, Patritius. Paulum, & Paululum, Paullum, & Paullulum. Paulus cogn. Paullus. Percutor, Percunctor. Prendo, & Prensus, Prebendo, Prebensus. Pretiũ, Precium. Pro, interiectio. Prob. Quamdiu, Quandiu. Quamquam, Quamquam. Quandocumque, Quandocumque. Quamuis, Quamuis. Quatuor, Quattuor. Querela, Querella. Quicquid, Quicquid. Quidquam, Quicquam. Quicumque, Quicumque. Quinctus, Quinctus. Quinctilius, Quinctilius. Quinctilis, Quinctilianus; Quintus, Quintus. Quinctilius, Quintilis, Quintilianus. Religio, Relligio. Repticius, Repticius. Rubigo, Robigo. Scena, Scæna. Seculum, Sæculum. Septemtrio, Septentrio. Rubigo, Robigo. Scena, Scæna. Seculum, Sæculum. Septemtrio, Septentrio.

*Sepulchrum, Sepulcrum. Sidus, Sydus. Sigillatim, Singillatim. Silua, Sylua. Sincerus, Syncerus. Solenne, Solemne. Solers, Sollers. Solicitare, Sollicitare, Sollicitus, Sollicitus. Sulphur, Sulfur. Sulpitius, Sulpicius. Synodus, Synhodus. Tyberis, Tybris. Tiberis, Tibris. Trajlatitius, Trajlaticus. Tibur, Tybur. Tiburs, Tyurs. Tiburtinus, Tyburinus. Tyro, Tiro. Thufcia, Thufcus, Tuscia, Tuscus. Vaccinium, Vacinium. Venço, Væneo. Virgilius, Vergilius.* ¶ *Iam verò Solæcismi notam ijdem inurere, tanto magis verebuntur adoleſcentes, quanto ſædius eſt vitium. Ille commurmuratus eſt. Poëta mederi hoc vulnus. Patris mandata obſequere, non malè Latine dicuntur. At quis obſecro hæc ferret, niſi Oratio in Piſon. exſtaret, in qua eſt, Vt ſcriba ſecum ipſe commurmuratus ſit. Quis non affirmaret Solæciſmum eſſe, Videtur Ariſtocelem multa obſcurè trahidiſſe niſi idem Cic. 5. Tuſc. dixiſſet, Non mihi videtur ad beatè viuendum ſatis poſſe virtutem. & Gell. lib. 1. c. 6. Videbatur quibuſdam Metellum Cenſorem, cui conſilium eſſet, ad vxores ducendas populum hortari, non oportuiſſe, nec de moleſtia, incommodiſq; perpetuis rei vxoriæ conſiteri: nec adhortari magis, quàm diſſuadere. Sic Vitru. 1. c. 1. & iterum lib. 2. c. 3. ¶ Quam multa olim bene Latine dicta ſunt, quæ hædie barbarè, atque ruſticè dici putantur, cum reperta, lectaq; fuerint apud eos, qui Conſtantini Cæſaris ætate, vel proximo ſeculo ſcripſerunt, quod apud Ciceronem, Cæſarem, Quintilianum, alioſq; qui modò exſtant, non legantur. Quæſi verò non fuerint eodem tempore reſerta bibliothecæ optimis ſcriptoris, quorum vix nomina modò ſuperſunt. Sed hæc hætenus.*

### Obscuræ orationis vitia.

**V**erba inſueta nimis generant in mente tenebras. 1  
 ¶ Rurſus & improprijs oratio condita formis: 2  
 ¶ Vocibus ambiguis conſtans: aut ſenſibus anceps. 3

**V**erba inuſitata, & à conſuetudine quotidiani ſermonis remota obſcuritatem & tenebras orationi afferunt: vt ſiquis Oppido pro Valde dicat, Aueruncare pro Auertere.

2 ¶ *Eamdem obſcurat vitium, quod à Grecis Acyron, à Latinis Impropriam dicitur, vt Sperare pro Timere. Virg. Æn. 4. Hunc ego ſi potui tantū ſperare dolorē.*  
 3 ¶ *Item Ambiguitas, quæ Amphibolia Græcè appellatur, idq; vel in vno verbo, vt Taurus animal ſit, an mons, an ſignum in celo, an nomen hominis, an radix arboris, niſi diſtinctum non intelligetur. Vel in ſermone, vt. Audiui Chremètem percuiſſiſſe Dèmeam.*

**C**æcæq; Meoſis, quæ lucem eclipſibus aufert. 1  
 Verborum turba. ¶ Et proluxa Parentheſis obſtant. 2  
 ¶ Verbaq; conſuſe tranſlata, & longuis æquo. 3  
 Synchyſis hoc vitium, obſcurum, vel Hyperbaton eſt.

**O**bscuratur præterea oratio, cum ſermoni deſt aliquid, quo minùs plenus ſit, eſtq; minus Meoſis, hoc eſt, Diminutio, quæ ſit per figuram Eclipſin.

2 ¶ Vel

2 ¶ *Vel contra, cum inani verborū turba, atq; copioſa loquacitate obruitur oratio, Perifſologiam vocant.*  
 3 ¶ *Impeditur denique ſermo, quo minùs dilucidus ſit, ſi longa Parentheſis interſiciatur. ¶ Aut ſi verba conſuſa, permixtaq; longiùs trajiciantur. Hor. Ser. 1. S. 5. Namque pila lippis inimicum & ludere crudis, Rectus ordo eſt, Namque pila ludere inimicum eſt lippis, & crudis. quod vitium Synchyſis, vel Hyperbaton obſcurum, hoc eſt, conſuſa, ac perturbata verborum tranſgreſſio vocatur.*  
 ¶ *Si hæc vitia vitabimus, dilucida erit oratio.*

### APPENDIX.

**S**implice contempto ſit Hyperbaton ordine, virtus Non malè verborum Tranſgreſſio dicta Latinis.

**C**um orationis ſtructura decoris gratiâ variatur, neglecto ſimplici ſermonis ordine, non vitium eſt, ſed virtus, quæ Hyperbaton appellatur, ideſt Tranſgreſſio verborum. Cic. pro Cluent. Animaduerti iudicis omnem accuſatoris orationem in duas diuiſam eſſe partes. In duas partes diuiſam eſſe, ſimplex erat ordo, ſed durus & incomptus.

### Hyperbati aliquot ſpecies.

**I**n Verbis quoties geminis præpoſterus ordo Cernitur, vt Mecum, ſit Anaſtrophe. ¶ At illa Maronis Urbem quam ſtatuo veſtra eſt fugienda videtur: Et ſimiles, quas fortè Metrum proferre coëgit.

**H**yperbati ſiue Tranſgreſſionis aliquot ſunt ſpecies. 1 ¶ *Anaſtrophe eſt duorum verborum ordo præpoſterus: vt Mecum, Tecum, Secum, Nobiſcum, Vobiſcum, Quibus de rebus. 2 ¶ Anaſtrophe illa, Urbem quam ſtatuo veſtra eſt: Eunuchum, quem dediſti nobis, quas turbas dedi. pro Quam urbem ſtatuo: Quem eunuchum dediſti nobis, admodum dura eſt.*

### Tmeſis.

**C**ompoſitis aliquid ſolet interponere Tmeſis, Vt, Periêre boni: Res verò publica luget.

**T**meſis eſt, cum verbum compoſitum diuiditur aliqua diſtione interpoſita. Cic. Att. 1. 1. Per mihi gratum feceris, ſi in hoc tam diligens fueris, quàm ſoles. De Senect. Omnia memoriâ tenebat, non domeſtica ſolum, ſed etiam externa bella.

¶ *Eiuſdem generis ſunt illa, Rem verò publicam penitus amiſimus. Præclarum eſt pro patria, Reque publica mortem oppetere. Cic. 2. de Diu. Vt prodeſſemus noſtris qua re cumque peſſemus. Terent. Hecy. Qua me propter exanimatum citius eduxi foras. Sall. ad Cæſ. de Rep. Ord. Mihi conſilium fuit cuius rei libet periculum facere. Gell. lib. 12. c. 18. Platoni per ſuit familiaris.*

**C**um brevis est sensus medio in sermone, priusquam  
Abfoluas, medium, ceu gemma, Parenthesis ornatur.

**P**arentesis est brevis sensus, sermone, antequam abfoluatur, interiectus.  
Cic. Philop. 3. O praclarum custodem ouium, vt aiunt, lupum.  
Liu. bel. Pun. 2. Tantum (pro dolor) degenerauimus à parentibus nostris.

Quænam sint Obscuræ orationis vitia. ¶ Schol. 19.

**D**e vitijs Obscuræ orationis agit Quintil. lib. 8. c. 2. Diomed. l. 2. in quibus enu-  
merat Tautologiam, Macrologiam, Pleonasmum, quæ Inornatæ orationis sunt  
vitia, vt Quintil. eod. l. c. 3. docet. Eclipsin numerat Diomed. inter eadem vitia, cum ait  
esse defectum necessariæ dictionis, vt, Italia fato profugus, Lauinaq; venit Litora. —  
Deest enim præpositio Ad, vel In. Quintil. lib. 8. c. 3. Vbi de vitijs Inornatæ orationis  
agit, *μῆκος* Meosin appellat. Vitanda, inquit, & *μῆκος*, cum sermone quidem deest  
aliquid, quod minus plenus sit: quamquam id Obscuræ potius, quam Inornatæ orati-  
onis vitium est. Sed hoc quoque, cum à prudentibus fit, Schema dici solet. Hæc ille.  
Cum prudentes, ac eruditi scriptores sabrahunt verbum aliquod orationi, quod satis  
ex cæteris intelligitur, Schema est, sine Figura per detraktionem, quæ Synécdoche vo-  
catur, vt idẽ Quint. ait, l. 9. c. 3. vt Stupere gaudio Græcus. Simul enim auditur Cæ-  
pit. Ibidẽ, quid inter Synécdochen & Apostrophin intersit, apertissime docet *μῆκος*  
Meosin videtur Appellasse Quint. lib. 8. c. 6. Eclipsin. Quidam [inquit] Synécdochen  
vocant, cum & in contextu sermonis, quod tacetur, accipimus. Verbum enim ex ver-  
bo intelligitur, quod inter vitia *ἰσχυρῶς* vocatur. Idem lib. 1. c. 5. vbi de tribus formis  
Solæcismi agit Adiectione, Detractione, Transmutatione, subiecit, Hæc tria genera  
quidam deducunt à Solæcisimo, & Adiectionis vitium *πληνασμός*, Detractionis *ἰσχυρῶς*,  
Inuersionis *ἀναστροφή* vocant. quæ si in speciem Solæcismi cadant, vti *ἰσχυρῶς* quoq;  
appellari eod. modò posse. Hæc ille. Itaque fuerunt, qui crederent quatuor esse Solæ-  
cismi species: alij verò Solæcisimum, qui Adiectione fieret, Pleonasmum appellarunt,  
quod vitium est Inornatæ orationis, vt mox dicemus. Qui Detractione, Eclipsin, quod  
obscuræ orationis vitium est: qui denique Transmutatione, Anastrophin, id est, in-  
uersionem. Qui in hac sententia fuerunt, aiebant Hyperbaton eod. modò appellan-  
dum esse Solæcisimũ, si concederemus vitia, quæ Adiectione, Detractione, Transmuta-  
tione fierent, species esse Solæcismi. Diomedes non numerat inter species Solæcismi  
vitia orationis, quæ Adiectione, & Detractione fiunt. Idem Diomedes, Vrbem quam  
statuo vestra est, ait esse Solæcisimum, cum positus sit accusandicæ pro nominandi.  
Nobis videtur Anastrophe, tamẽ si durior. Cuiusmodi est apud Ouid. 2. de Pont. Nêue  
roges quæ sit, stultam quam scripsimus artem. Plaut. Pseud. — sed hunc quẽ video,  
quis hic est? Rursus Curcul. Sed istũ quem queris, ego sum. Ibid Bacch. Nam ego  
has tabellas obsignatas cõsignatas quas fero, Non sunt tabellæ, &c. Solebant nimi-  
rũ Veteres Antecedens, & Relatiuũ in eod. casu ponere. Duas præterea species Hy-  
perbato subijciunt Grammatici, Synchysin, quam inter vitia numerauimus, & Hyste-  
rologiam, siue *ἰσχυρῶς*, cum, vt inquit Diomedes, sensus ordo præposterus  
redditur.

redditur. Virgil. Æn. 2. — moriamur, & in media arma ruamus. pro in media  
arma ruamus, & moriamur.

## Inornatæ orationis vitia.

- N**unc & Inornatæ prolem Syntaxeos addam.  
**C**acophaton nostri dictum dixere nefandum,  
deformi literarum concursu fiat.
- M**agna Tapinolis vrbis minuentibus effert.  
¶ Macrologi sermo iussu prolixior exit.  
¶ Tautologi voces iterumq; iterumq; frequentant.
- T**apinosis est, qua rei magnitudo vel dignitas minuitur: vt si quis parricidam  
hominem nequam vocet. 2 ¶ Macrologia est longior quàm oporteat sermo.  
Liu. ab V. 8. Legati, non impetrata pace, retro domum, vnde venerant, abierunt.
- T**autologia est eiusdem verbi, aut sermonis vitiosa iteratio. Verbi, vt Nam, cu-  
ius rationis ratio non existat, ei rationi ratio non est fidem habere.  
Sermonis, vt Ibant, qua poterant: qua non poterant, non ibant.
- E**t fugienda notæ vitiosa frequentia: ¶ Vocum.  
Nêue superuacuo scateat Pleonasmus aceruo.  
¶ Neue elementa suis concursibus aspera fiant.
- V**itanda est & nimia eiusdem literæ assiduitas, vt Quidquam quisquam  
cuiquam quod conuenis neget.
- ¶ Pleonasmos est vitium, cum superuacuis verbis oneratur oratio: vt  
Ego meis oculis vidi. Satis est enim Vidi,  
¶ Cauendum etiam diligenter est, ne consonantes asperè concurrant: vt, S,  
ultima cum, X, proxima, vt Exercitus, Xerxis. ¶ Durior etiam sit con-  
cursus, si utraque se ipsam sequatur: vt Ars studiorum, Rex Xerxes.
- D**enique vocalis creber concursus hiantem,  
Reddit, & incomptum sermonem: atque exitus idem  
Multarum vocum: ceu Flentes, atque dolentes.  
¶ Syllabæ in extremis positæ si forte sequentis  
Vociscrunt primæ, turpis Cacophonia fiet.
- V**itandi & crebri vocalium concursus, quæ vastam & hiantem orationem  
reddunt, vt Bacca anæ amonissima impendebant. Viro optimo obtem-  
perasti olim. 2 ¶ Illud quoque vitium est, si multæ voces eiusdem exitus in  
vnum locum congerantur: vt Flentes, Plorantes, Lacrymantes, Obsestantes.  
¶ Et si verbi prioris vltima syllaba sint primæ sequentis: vt, O fortunatam  
natam me consule Romam.



**S**iquid in Auctorum, qui sunt tibi norma loquendi, 1  
 Este superuacuum dictis fortasse videtur,  
 Ne temere damnare aulis ¶ Nam saepe vetustas 2  
 Pondus habet: grauitas aliquando Auctoris & vltus  
 Excusant: ventamq; Metri dant iura Poëtis

**S**i Quando puer apud graues Oratores aliquid offenderit, quod superuaca-  
 neum, atq; otiosam esse videatur, ne id sine causa factum esse putet. Addun-  
 tur enim interdum quaedam affirmationis gratia. Terent. Adelp. Hisce  
 oculis ego met vidi. Virg. Æn. 4. — vocemq; bis auribus hauffi.  
 ¶ Adduntur & alia, quæ aut Consuetudine, aut Auctoritate, aut Vetustate, aut 10  
 Necessitate denique excusantur. Cic. Att. 5. Vbi terrarū esses, ne suspicabar quidē.  
 Ad eum d. 6. Tu autem abes longe gentium. Ad eum d. 9. A Brudusio nulla adhuc  
 fama venerat. Idem de Senect. Adolescentulus miles profectus sum ad Capuam.  
 Verr. 3. Ceteri heredes ad eum ad Verrem. Ad Q. fr. 1. 3. Diem scito esse nullum,  
 quo die non dicam pro reo. Idem Verr. 3. Impetrant vt ne iurent. 15

De Inornata oratione. ¶ Schol. 16.

**V**t Proprium Oratorum est ornate apteq; dicere, ita eorum est, de Inornata  
 orationis vitijs agere. Verum quoniam Grammatici etiam hanc partem atti-  
 gerunt, non putauimus omnino præmittendam esse intactam: quamquam ipsi  
 eam non Inornatam, sed Inordinatam appellant. Diomedem certè arbitror, Inornata 20  
 tam, scriptum reliquisse, quomodo Quintil. solet vocare lib. 8. c. 3. vbi de eius vitijs  
 agit. Vitanda [inquit] & vitiosa, cum sermone quidem deest aliquid, quo minus plen-  
 nus sit: quamquam id Obscuræ potius, quam Inornatæ orationis vitium est. ¶ Primi  
 vitij, quod Cacophaton appellatur, exemplum consultò prætermisimus: quod nec Cic.  
 nec Quintil. pudore impediti sine circuitione ausi sunt apponere. ¶ Multò plura vitia 25  
 detegit idem Quintil. quæ adolentes, cum ad artem benedicendi gradum fecerint,  
 cognoscent. Qui enim fieri potest, vt modo intelligant, quid sit ἀνεκκόσμητος, ἀεχαι-  
 τος, κακοσύντοπος, hoc est, quod malè dispositum, figuratum, collocatumq; est, cum quid  
 Disponere, quid Figurare, quid Collocare sit, prorsus ignorent? Tropi etiam atq; e  
 Schemata, seu Figura tum verborum, tum sententiarum, quibus oratio ipsa in primis 30  
 ornatur, ab eadem arte sunt petenda. Satiùs enim multò est hoc non attingere, quam  
 de ijs ieiunè agere. Relinquant itaque Grammatici hanc partem Rhetoribus, atque  
 illud potius obseruent, interrogandi casus Terrarum, Gentium, præpositionesq; præ-  
 positijs locorum nominibus etiam à Cicerone interdum addi: eundem verborum præpo-  
 sitiones nonnunquam rursus casibus apponere, nomenq; Antecedens non solum Rela- 35  
 tiuo præponere, sed etiam subiungere. Vt ne, apud eum d. frequentissimè reperiri. Ne-  
 mo bove, aliquando cum Vt, & Homo superuacanea este videantur. Multa præte-  
 rea eiusdem generis apud eum d. aliosq; viros doctos reperient, si eos diligenter eolu-  
 verint. Poëtis dabunt veniam, si quando aliquid addiderint, quod plane otiosum vide-  
 bitur, cuius modi est illud Virg. Æn. 5. — dixitq; & prælia voce direnit. Idem 1.  
 — molemq; & montes in super altos Imposuit. — Vt trobique enim coniunctionem  
 Que, metri necessitate confictus addidit;



DE GRAMMATICA INSTITVTIONE LIBER III.

De Syllabarum dimensione.



**A**RMINA Constantur pedibus: dat Syllaba metro 1  
 Temporibus diuensa pedes. ¶ Et pluribus vna 2  
 Saepe notis constat: nonnunquam est vnica tantum  
 Littera: ¶ Vocali gemina coeunte resultant 3  
 Diphthongi: & numerum totidem vocalibus æquant.

**V**ersus ex pedibus constat. Pedes ex Syllabis: at Syllaba (de quibus nunc agendū  
 est) sunt ex literis. ¶ Literæ partim sunt Vocales, partim Consonantes.  
 ¶ Vocales sunt sex A, E, I, O, V, Y. 2 ¶ Singula autem syllaba constant aut ex  
 vna simplici vocali tantum, vt Eo: aut ex duabus aliquo modo in vnam coeun-  
 tibus, qual: sicut in Pæobus, alpeis, Semianimis sunt, oe, ei, iae: siue plures ex conso-  
 nantibus adhibeantur simul, vt Rex, Scrobs, Strips: siue vna solum, vt Vita:  
 aut etiam liquida vocali adiungatur, vt Aqua, Anguis. 25  
 ¶ Ex vocalibus fiunt sex diphthongi, Æ, AV, EI, EV, OE, YI, vt Præmium, Au-  
 rum, Hei, Europa, pæna, Harpyia.  
 ¶ In Diphthongis A, O, I, semper sunt principes: I, & V, semper subdita: E, &  
 præit, & subit. ¶ Consonantes in Mutas & Semiuocales diuiduntur.

**O**cto recensentur Mutæ pro carminis vsu. 1  
 F, quoq; vim Mutæ liquida subeunte recepit.  
 ¶ Quatuor ex Liquidis, L, & R, sua robora semper: 2  
 Imminuunt si Muta præit, velot, Adria Cyclops.  
 ¶ N, & M, in Græcis tantum posuere vigorem. 3  
 Et raro: Tecmessa Cycnus pro testibus adfuit.

**M**utæ sunt octo, b, c, d, g, k, p, q, t. Semiuocales itidem octo, f, l, m, n, r, s, x, z.  
 ¶ Ex Semiuocalibus quatuor sunt Liquida, l, m, n, r. 3 ¶ M, tamen &  
 N, raro liquefunt, idq; in Græcis tantum dictionibus, vt Tecmessa, Cycnus,  
 Terapne, Ichneumon, Polymnestor.  
 ¶ F, præposita liquidis L, & R, vim habet muta, vt Resfecto, Resfringo.

**X** & Zeta gerunt vires vbiicumque duarum, 1  
 Atque I, vocales inter: ceu Maior, & Ajax. 2  
 Et quoque vocalis, velut V: fit consona simplex 3  
 Vtraque vocalem feriens, vt Ianua, Virtus.

**D**ve X, & Z, sunt duplices, hoc est, valent duas consonantes, X, Cs, vt Dux, quod ex genitiuo ducis cognoscitur. Vel Gs, Rex regis. Z, apud Græcos Ds, sed Væres per duplex S, reddebant, vt Massa, Patriſſo, Petiſſo.

3, quæuis immunis, ac sui iaris fit (neque enim inter liquidas, aut dupices numeratur) interdū tamen liqueſcit, seu vim cōsonantis amittit, vt suo loco dicemus. H, Sicne litera, an aspirationis nota, dubium, controuerſumq; est.

2 q I, inter duas vocales posita consonans est, atque duplex I, valet, vt Maior, Peior: Veteres I, geminabant, Maijor, Aijjo, Maijja.

3 q I, & V, cū vocalibus præponuntur, easq; comprimunt, fiunt consonantes, vt Ianua, Iecur, Conijctio, Iudex, Vates, Velox, Vita, Vox, Vultus.

**M**olliter, I, Veteres quondam sonuisse putantur. Pinguior ille sonus Libyen redolere videtur.

**M**ulti sibi persuadent (quod quidem verisimile est) Veteres, I, consonantem molliter pronunciaſſe, sono potius ad vocalem, quàm ad, G, accedente, vt Pompeij, non Pompegi, Maieſtas, non Mageſtas. Sic Hebræi.

**S**emper Iota sonum vocalis more Pelasgūm seruat. q̄ Hebræorum, Iod, consona semper habetur. 2 25  
 Vocalem quicumque sonant imitantur Achiuos. 3

**I**ota Græcorum, numquam est consonans: quare in Iason, Iambus, Iaspis, & ceteris, quæ planè sunt Græca, prima vocalis est.

2 q Iod, apud Hebræos semper consonans est, cū vocalibus præponitur, vt Iesus, Ioannes, Iacobus. 3 q Itaque, qui hæc atque alia eiusdem generis nomina per, I, consonantem efferunt, optimè quidem pronunciant: qui verò per vocalem, Græcos imitantur.

**A**dditur, V, semper, post, Q, liquefacta: vigorem S, G, præpositis modò fert, modò ponit eundem. 35  
 Vt Suius, Exiguus, Persuadeo Sanguis, & Vnguis.  
 q̄ Cum vires elementa suas soluere, liqueſcunt.

**V** Post Q, literam semper liqueſcit, vt Quare, Quero, Quia, &c. At post G, & S, modo liqueſcit, vt Lingua, Languco, Anguis, Extinguo, Suadeo, Suius: modò integra est, suamq; vim retinet, vt Exiguus, Suius.  
 3 q Literæ liqueſcunt, cū vim roburq; vocalis, aut consonantis amittunt.

De sono, natura, nominibus & figura literarum. Schol. I.

**S**yllabarum omnium breuitas, & longitudo etiam imperita multitudinem olim nota fuit. Erat enim certus sonus, quo vocales longus à breuibus nullo negotio separabat. Id quod Cic. in Oratore apertissime docet. In versu quidem, inquit, & heatra exclamant, si fuerit vna syllaba aut breuior, aut longior. Nec verò multitudo pedes nouit, nec numeros tenet: nec illud, quod offendit, aut cur, aut in quo offendit, intelligit: & tamen omnium longitudinum, & breuitatum in sonis, sicut acutarum, grauiumq; vocum iudiciū ipsa natura in auribus nostris collocauit. Hæc ille. Hodie ne docti quidem, & qui omnem ætatem in literis consumpserunt, a, longum à breui, sono possunt distinguere: eod. enim modò Malum & arborem, & hominem sonant. Quis vel peritissimus Venit, Legit præsens à præteritis Vēnit, Lēgit: Fidi, Mōri, Dūci, verba à nominibus Fidi, Mōri, Dūci hodie pronuntiatione separat? Cum igitur veram illā germanamq; pronuntiationem funditus amiserimus, à Poëtis syllabarum peritia nobis necessario petenda est. Verū quoniam fieri non potest, vt omnes memoriā teneamus, traduntur à Grammaticis præcepta, quibus, si frequens optimorum poëtarū lectio, assidua exercitatio, ac diligens imitatio accedat, breui non solum syllabarum dimensionem assequemur, sed etiam carmina componemus. Quæ præcepta ligata potius, quàm soluta oratione proponere statuimus, quòd experimento compertum sit, posteaquam Institutionem hanc in lucem edidimus, viam, quàm secuti sumus parum appositam esse tyronum vti itati, quoniam ea, quæ carmine traduntur, firmius, tenaciusq; memoriæ inhaerent. Visum est itaque nostris non Lusitania solum, sed complurium aiarum nostræ Societatis prouinciarū Præceptoribus, virisq; eruditissimis præcipua totius Artis præcepta carminibus tradi impense cupientibus & esflagitantibus morem gerendū, hæc tamen lege, vt explicationis loco soluta oratione vtantur. Sed hæc hæc hactenus. q̄ Verrius Flaccus, vt Valerius Lōgus docet, existimauit eandē esse apud nos, V, literam, quæ apud Græcos, Υ, nam illi κωρυμν, nos cuminum: illi κωπεροσπ, nos cupressum: illi κωβερτρυ, nos gubernatorem dicimus Idem probat ex Græcis nominibus, quæ in, vs, exeunt, T, hēus, Feleus, & similibus. Alia multa sunt quibus etiam apertius Verrii sententia confirmatur. Vt mūs, mus, oūs, sus. q̄ Veteres ita diphthongos pronuntiant, vt vtraque vocalis perciperetur, quòd hodie in duabus, Au, & Eu, tantum experimur: nam in ceteris ferè vna tantum auditur. Diphthongum, A, variè scribebant antiqui, vt Quintil. ait lib. 1. c. 7. Quidam more Græcorum per A, & I, semper scribebant: quidam singulariter tantum, cū in genitiuum vel datiuū incidissent: vnde Pictai vestis, & Aquai, & Aulai Virgilius amantissimus vetustatis versibus inseruit. Plurali numero A, & E, utebatur, vt hi Syllae, hi Galbae Diphthongo, Ei, diu vsi sunt Romani: quibus locis ea vsi fuerint, docet P. Nigidius apud Gell. l. 13. c. 24. Si huius, inquit, Amici vel huius Magni scribas vnū, I, facito extremū: sin vero hi Magni, hi Amici casu multitudinis recto, tum ante, I, scribendū erit E, atq; id ipsū facies in similibus. Lege Quint. de eadem re, l. 1. c. 7. Diom. l. 2. vbi diphthongos ennumerat, ex his, inquit, Ei, cū apud Veteres frequētaretur, vsu posteritatis explosa est. q̄ Sunt, qui accusatiuos tertiae declinationis in, Is, exeuntes per hanc diphthongū scribant,

scribant, vt Omnes, Treis, Vrbeis, qua de re nulla, quod scia, sit mentio apud Veteres: Certè Diomedes per, l, docet scribendas esse lib. 1. Nomina, inquit, que ablatiuo casu, numero singulari, l, litera finiuntur genere masculino & feminino, sublatâ, l, vltimâ, & adanâ, Es, syllabâ producta, faciunt nominatiuum & vocatiuum plurales, vt ar hoc & ad hac ayti, hi & he agiles, & ð agiles. Nam accusatiuus iuxta regulâ, manente, l, litera debet pronuntiarî, vt hos, & has agiles, vt est Omnis homines. Idem sentit Donatus in lioei de O'to partibus, Edit. 2. Iam Prisc. l. 7. citatq; eund. Sallustium, Omnis homines, qui se se student, &c. Quod etiam Probus Valerius apud Gell. lib. 13. c. 19. his verbis significat, In primo Georgicâ, quem ego librum manu ipsius collectum legi, v'rbis per, l, literam scripsit. Sic Cornelius Fronto in Different. 10 Tris & Tres. Tris in accusatiuo casu, Tres in nominatiuo & vocatiuo. Varr. 1. de Analog. In accusandi casu hos montes, fontes: & hos montis, fontis. Itaque huius diphthangi vsus pertenuis est apud Latinos. ¶ Yl, rarè reperitur, idq; in Græcis v' abulis. Nigidus apud Gell. lib. 19. c. 14. Principes vocales nominat, quas Grammatici Præpositiuas dicunt: Subditas, quas ydem Subiunctiuas: que præeunt, & subeunt, quas Præpositiuas simul & Subiunctiuas vocant. ¶ In Rudimentis ostendimus octo tantum esse Mutas: solus enim Priscianus, vt ibidem diximus, contra Veterum omnium sententiam, F, inter Mutas numerauit, que quamuis semiuocalis sit, tamen cum et liquida, L, & R, subiiciuntur, præcedentem vocalem communem faciunt in carmine, que admodum cum Mutis ipsas sequuntur. ¶ Semiuocalibus adiunximus, Z, Græcos secuti, & Diomedem lib. 2. Semiuocales, inquit, sunt septem, sed adiecta, Z, fiunt octo. ¶ X, & Z, literæ sunt compositæ, vnde duplices dicuntur, illa ex C vel G, & S, constat, vt Dux ex C, & S, quod ex genitiuo Ducis, qui per C, scribitur intelligimus. Rex G, & S, valet, nam Regis per G, scribitur. Varro lib. 2. de Analog. Crux ex C, & S: Frux, Phryx ex G, & S. quod apparet, cum demptum est, S, vt Cruci, Frugi, Phrygi. Z, vt Græci Grammatici docent, ex, D, & S, constat. Diomedes lib. 2. ait Veteres duabus, SS, pro hac vsos fuisse, vt Messenius, Pitisso. Prisc. l. 1. ait Mas, Patrizzo, Pitisso dicta esse pro μάζα, παρτίζω, πριτίζω, Μαζα, Πατρίζω, Πιτίζω. ¶ Græci, γ, literam δώμωγ vocant, hoc est sine signo, sine nota, immunem. De eadem sic scribit Diomedes eod. libro, Et, S, litera, inquit, suæ cuiusdam potestatis est, idèd apud Græcos μωαδιδωδ appellatur, que in metro plerumque vim consonantis amittit. De litera, S, plura sub Æthiopsis mentione dicemus. ¶ Veteres, l, literam inter duas vocalis positam geminabant, scribebant enim Maius, Peijus, Eijus, Pompeijus, & genitiuum Pompei, vbi triplex, l, cernitur: quàm rationem scribendi probasse Casarem docet Vator apud Prisc. l. 1. Cicero Aij, Maiam solebat scribere. Vide Quintil. l. 1. cap. 4. ¶ l, & v, vocalibus præpositæ consonantes fiunt: quod Nigidius apud Gell. l. 9. c. 14. docet, A, & O, inquit, semper principes sunt: l, & v, semper subditæ: E, subit & præit: in Euripo præit, subit in Æmilio. Siquis putat præire, v, in his verbis Valerius, Vennonius Volusius: aut in his, Iam pridem, secur, locum, iucundum, errabit: quod l, hæc litera, cum præeunt, ne uocales quidem sunt. Hec ille. Latini carens nominatiuus quibus, l, & v, appellant, cum fiunt consonantes. Veteres cum l, & v, simpliciter

placiter nominabant, vocales intelligebant, idèd Nigidius ait v, & l, non præire in verbis Valerius, Iam pridem, &c. ¶ Quidam existimant, nisi quid pingue & peregrinum sonent, l, consonantem esse vocalem, non animaduertentes discrimen inter illam, & hanc. Nam hæc ita præit vocalem, vt sola per se separatim sonet: illa verò simul, coniunctim q; cum vocali proximaligatur, scribunt, Ia, Ie, li, lo, lu: tenuem verò litterâ Pythagoræ sic, Ya, Ye, Yi, Yo, Yu. & nisi quis diligenter id obseruet, aut linguam, aut significationes verborum mutabit: exempli gratia, Si pro Mayo, Maio; pro Ayo, Ayo scribat, pædagogos cum alijs, & menses cum mortarijs confundet Ya, pro Ayo, Ayo scribat, pædagogos cum alijs, & menses cum mortarijs confundet Ya, Iam: si Ia, Lusitanum erit aduerbium, si, ia, priori vocali, & acuta, Lusitanè loquetur, hoc est, Ibat, mediâ & vltimâ sublatis. Si Yo, ego, Beticus erit: si io, Italus fiet: si lo, patientissimum lob significabit. His verbis, nisi fallor, planum fiet, quodnam sit discrimen inter, l, consonantem pinguem, gracilem, & vocalem. ¶ Hebræi plerique pronunciantes ( audiu enim multos ) Iod molliter, leniterq; sonant, quo pacto multi arbitrantur Latinos etiam, l, consonantem sonuisse. Nam pinguem illum, crassumq; sonum, qui in multis regionibus auditur, barbarum, ac peregrinum esse putant. ¶ Idem, l, consonantem, Iod, vocant, v, verò Vau. Æoles litterarum habent, que sono omnino congruit cum, v, consonante, figura verò cum, F, littera maiuscula, que à forma appellata est Digamma: constat enim gemino gamma: à sono verò teste Varrone, & Didymo apud Prisc. l. 1. Vau dicta est. Nec mirû, cum nomina Græcarû literarû ab Hebræis sint profecta: hi enim Aleph, illi Alpha: hi Beth, illi Beta: hi Iod, illi Iota: vtrique Tau: hi Vau: Æoles etiam Van. Claudius Casar Digamma Æolico pro, v, consonante vsus est, quod eo Imperante etiam à Romanis receptum fuit, vt illi morem gererent. Itaque DaFus, cerFus, serFus, pro Dauus, cerueus, seruus, in eius gratiam scribebant: cuius meminit Quintil. l. 1. c. 7. Nostri (inquit) præceptores ceruom, seruomq; v, & o, literis scripserunt, &c. Nec inutiliter. Claudius Æolicam illam ad hos vsus, F, litteram adiecerat. Et lib. 12. c. 10. Æolicæ quoque literæ, qua seruum, ceruumq; dicimus, etiam si forma à nobis repudiata est, vis tamen nos ipsa persequitur. Suet. in Claud. cap. 11. Tacit. lib. 11. docent, Claudium Casarem tres literas Veterum numero addidisse, easq; in vsu fuisse quâmdiu imperauit: neuter tamen que, aut qua formâ fuerint, scriptum reliquit. Suspicio alteram ex his, quas ignoramus, l, consonanti respondisse. Diomed. l. 2. etiam Digamma Æolici meminit, vbi de, v, consonante loquitur, Huic, inquit, Digamma adscribi solet, vt cum sibi ipsa præponitur, vt serFus, Fulgus. Nam literâ geminari in vna syllaba posse plerimi negant. Idem tradit Donatus, Edit. 2. ¶ Iod, cum vocalibus apud Hebræos præponitur, easq; ferit, consonans est, vt apud Latinos. Apud Hebræos, inquam, quia, que ad Græcos transierunt, atque literis Græcis scribuntur, vocalem habent, vt in Elias, Jeremias, Zacharias videre licet, neque enim hæc positiones Hebrææ sunt: neque, l, apud ipsos vocalis est, sed consonans. ¶ Iudæa, Iudæus, Iudæicus apud Latinos semper primam habent consonantem, que litera eadem prorsus est in IESVS, Iacobus, Ioannes, Ioseph, Iudas, alijs q; id genus. Lucan. lib. 2. — & dedita sacris Incerti

Iudæi Dei, mollesq; Sopbens. Iuuen. saty. 6. Qualicūq; voles Iudæi somnia vendunt. Idē saty. 14 Iudæiū ediscunt, & seruant, ac metuit ius. Claud. Græcorū more dixit, Ne laceres verus Dux Iacobe meos. Antiquis tamen Poëtis maior est habenda fides.

## Syllabæ partim breues, partim longæ, partim communes.

- C** Arminis Ausonij mensura potissima, Tempus  
Est mora seu spatium, quo Syllaba funditur ore. 1  
¶ Quæ breuis est vno gaudet, quæ longa duobus. 2  
¶ Communis breuis esse potest, & longa Poësi. 3

**S**yllabæ, quas temporibus metimur, aut sunt breues, aut longæ, aut communes.  
1 ¶ Tempus est spatium, intervallumq; quo syllaba pronuntiatur.  
2 ¶ Syllaba breuis ex vno tempore atq; spatio constat, vt At, Sed. Longa ex duobus, vt Ab, En. 3 ¶ Communis est, quæ in versu tu n breuis, cum longa esse potest, quales sunt priores in Atlas, Cyclops: n. edic in Tenebræ, Latebræ, Phætra.

**N** Vlla apud Ausonios vocalis semper habetur  
Longa, nec vlla breuis. ¶ Binæ extenduntur, vbique  
Græcorum: totidemq; breues sunt semper eisdem.

**N** Vlla vocalis apud Latinos perpetuo breuis, aut longa est.  
2 ¶ Apud Græcos ¶ p̄silon & ¶ micron, quæ, e, & o, breue valent, perpetuo sunt breues, vt Origenes, Timotheus Herodotus, Macédones.  
¶ Eta, & ¶ mega, quæ E, & O, longū valent, semper sunt longæ, vt Erēmus, Idōlū.

De vocalibus Latinis, & Græcis. ¶ Schol. 2. 25

**V**ETeres, vt Quint. docet lib. 1. c. 7. vsque ad Accium, & vltra, porrectas syllabas geminis vocalibus scripserunt. Itaque Malus homo simplici, a: Maalus arbor gemino olim scribebatur. Venit presens vno E: Venit preteritum duobus, atque cætera eodem modo. ¶ Vocales apud Latinos omnes sunt ancipites, nulla enim est, quæ in diuersis dictionibus non sit, aut breuis, aut longa: ¶ e, & ¶ o, etiam apud Veteres Græcos fuerant ancipites, vt apud nos E, & O, Verum posteaquam vocales ¶ u, & ¶ u, inuenta sunt, deinceps breues tantum fuerunt. Vide Prisc. lib. 1. Eta appellauimus ipsam vocalem longam more Veterum, quæ ita, nunc dicitur: quæ si, Ita, appellanda est, nullū erit, E, longum apud Græcos, sed breue tantum, quod fieri non potest: aut certe anceps erit, quemadmodum fuit antequam, ¶ u, inuentum esset. Præter multa alia argumenta, quibus viri docti planum faciunt, Eta, non Ita vocandam esse hanc vocalem, illud etiam maximo indicio est, quod Hebrææ voces, quæ per, E, longum apud ipsos Hebræos scribuntur, salua, & integra Græcis literis conseruata sunt: cuiusmodi sunt εὐρη, ἰμακρονιη, ἰωακω, ἰραηλ, γαβριηλ. Quod si quis Aam, Emmanuel, Iosiph, Israil, Gabriel, pronunciet, nihil minus, quam Hebræicè loquetur. Et Beth, secundum elementum Hebræorum sepe in Threnis Ieremiæ, βηθ, Græcè scribitur: quod si Bith,

to audierit Hebræus pronunciantem, risu corruet. Beth, itaque sonandum est, vnde ipsi Græci suum habent Beta: quo nomini à Martiale lib. 5. dicitur. Dicis licet Beta me togatorum. ¶ u, & ¶ u, non semper manent longæ, cum ad nos transeunt: nam πατήρ, μήτηρ, ἕκτρας, μήτρας, pater, mater, Hæctor, & Nestor E, & O, literas habent breues. Virg. Æn. 1. Sed pater omnipotens speiuncis abdidit atris. Ouid. Met. 12. Inferias dederat cum fratribus Hæctor inanes.

## Præcepta vniuersa de syllabarum breuitate, ac longitudine.

### Primum de Diphthongis.

**P**Rotrahe Diphthongum. ¶ Sed Præ breuis esto sequente Vocali: fumes exempla Præire, Præustus.

**D**iphthogus longa est tã in Græcis, quã in Latinis dictionibus: vt Æneas, Melibæus Præmium, Laus, Heus. Virg. Æn. 1. Miratur molem Æneas, magalia quondã. Idem Eclog. 1. O Melibæe, Deus nobis hæc otia fecit. Idem Æn. 1. En Priamus: sunt hic etiam sua præmia laudi.  
2 ¶ Præpositio Præ composita, cum vocalem præcedit, breuis est, vt Præustus, Præco Præacutus. Virg. Æn. 1. Stipitibus duris agitur, sudibusque præussis.

De Diphthongis Græcis & Latinis. ¶ Schol. 3.

**S**E legimus ex Virgilio potissimum carmina, quibus nuda, ac frigida præcepta vestiremur, simul vt eorum aures, qui ad Poëticam aspirarene, elegantioribus numeris imbuerentur, non vt in singulis explicandis immorarentur Præceptores: satis enim est, si auditores intelligant id, quod ad rem facit, hoc est, quæ syllaba breuis, quæ ve longa sit in carmine cuius de causa citatur Poëta. Quod si quis aded auersus sit à Musis, vt hæc ipsi vel superuacanea, vel longiora esse videantur, præceptorum explanatione sit contentus: ita tamen, vt carmina omnia quibus præcepta continentur, memoriter omnino retineri studeat: eorumq; frequenter exigat rationem, vt semper in promptu habeantur. ¶ Diphthongum hic in eadem dictione accipimus, nam si vltima præcedentis dictionis fuerit diphthongus, & prima sequentis vocalis, ad aliud præceptum spectat. Apud ipsos Græcos etiam in eadem dictione interdum corripitur diphthongus: ob sequentem vocalem. At in dictionibus, quibus Latini reantur, semper producit, etiam si sequatur vocalis, vt Æolus, Æacus, &c. illud. Ouidij Trist. 3. eleg. 12 si tamen locus corruptus non est, singulari e videri potest. Longior autem in vltima Mæotis hyems. Nam eod. nomine primã longã multi videntur. Lucan. 13. Quaque fretum torrens Mæotidos egerit vndas. Sic Stat. Achill. 2. Virg. 6. Responjis horrendæ diuinæ, & Mæotica tellus. Sic Val. Flacc. 1. 6. & Iuuen. Sat. 4. ¶ Præpositum Præ, nonnunquã producit sequente vocali. Stat. Theb. 6. — iam uicta sequenti Præmia cum vacuus domino præiet Arion, &c. A cæteris breuiter dici solent. Ouid. Met. 1. 6. 7. Quos ubi viderunt præacutus cuspibus hastæ, &c.

Præceptum II. de vocali ante vocalem.

Vocale in rapuere alia subeunte Latini.

Vocalis ante vocalem in Latinis dictionibus brevis est, vt Puer, Fuit, Ruit. Virg. Æn. 12. Disce puer virtutem ex me, vt rumq; laborum. Idem Æn. 1. Lucus in vrbe fuit media latissimus vmbra. Idem Æn. 2. Vrbs antiqua ruit multos dominata per annos.

EXCEPTIO I.

R, nisi succedat, recipit duo tempora Fio.

FIO, I, longum habet, nisi sequatur, R, vt Fiebam, Fiam. Iuuenal. Satyr. 2. Fient ista palam, cupient & in acta referri. Sin, R, sequatur breue est, vt Fierem, Fieri, Conferi. Virg. Æneid. 4. nunc qua ratione, quod instat, Conferi possit, paucis aduerte docebo.

EXCEPTIO II.

E, longum sibi Quinta gradus assumplit in Ei. Res tamen atque Fides, & Spes rapiuntur ibidem.

Interrogandi, ac dandi casus quinta declinationis, E, ante, I, producant, vt Diçi, Speciei. Præter Rei, Spei, Fidei. Horat. Serm. 1. Sat. 9. Ventum erat ad Vestæ, quarta iam parte diei Præterita. Iuuen. Saty. 8. Integer antiquæ si quando citare testis, Incertæq; rei.

EXCEPTIO III.

EST, Ius, in Patrio productum: in Versibus anceps. Sit breue in Alterius: sit longum semper Alius.

Genitiuus in, Ius, habet, I, longum in soluta oratione: in carmine tum breue, tum longum, vt Vnius, Nullius. Præter Alterius, quod tam in soluta, quam in ligata oratione habet, I, breue: Aliis vero longum. Virg. Æn. 1. Vnius ob noxam, & furias Aiæcis Oilei. Hor. Epist. 1. Nullius addictus iurare in verba magistri.

EXCEPTIO IIII.

Eheu longa petit. Varijs coniungitur Ohe. Pompei, & similes producant propria casus.

Eheu priorem habet longam. Virg. Eclog. 2. Eheu, quid volui misero mihi. Ohe eandem habet ancipitem. Mart. lib. 4. Ohe iam satis est, ohe libellæ. Cai, Pompei, Vultei, & si qui sunt similes vocandi casus, penultimam habent longam. Mart. lib. 2. Quod peto da Cai, non peto consilium. Quid. 4. de Pont. Accipe Pompei deductum carmen ab illo, &c.

De Vocali ante aliam in eadem dictione.

Præceptum hoc de vocalibus, quæ sunt in eadem dictione accipiendum est, nam de ijs, quæ in diuersis sunt, postea agendum est. Træ illa Rei, Spei, Fidei ad idoneis poetis breuiter efferuntur. Rei. Hor. Carm. 3. od. 13. Contempte dominus splendidior rei. Sic iterum Ode 24. Senec. Thyest. Consilia produunt: nesciunt quantæ rei Fiant ministri. Spei. Idem Hippol. Extingue flammæ: nêve te dira spei Præbe obsequentem. Idem Troad. Hæc causa multos vna ab interitu arcuit, Credi posse: vix spei quidquam est super. Fidei. Stat. Theb. 7. vbi tunc fidei, pacisq; sequestra Mater eras? Sil. l. 12. Regulus, & fidei dat magna exempla Sagunto. Sic idem crebrò: itemq; Stat. Hæc proximum à Lucret. produciuntur. l. 5. via quæ munita fideli. Sed in multis hunc non esse imitandum censeo. Rei itidem producit non rarò lib. 1. Neque vbi Præterea rei, quæ corpora mittere possit. Idem lib. 2. nec vilo Tempore inane potest vacuum consistere rei. & l. 6. priusquam Ipsi rei rationem reddere possis. Idem in vna interim syllabam contrahit lib. 3. & Lucil. à quo etiam, E idem, contrahitur, sed hæc ad Syncretism spectant, de qua suo loco. Genitiuus in, Ius, exeuntes siue producta, siue correpta penultimâ cætenus efferuntur, quæ Poëtarum fert voluntas, metriq; structura postulat. Iplus, Istius, Vnius. Virg. G. org. 1. nam sæpe videmus Ipsi in vultu varios errare colores. Idem Æn. 12. Sancta ad vos anima, atque istius inscicia culpæ Discedam. Idem Æneid. 2. Vntus in miseri exitum conuersa tulere. Totius, Vllius, Vtrius. Ouid. Trist. 5. Parsq; meæ culpæ totius instar erit. Sil. lib. 6. Totius in sese vulgi conuerterat ora. Ita Lucret. lib. 5. patefactum totius vnam. &c. Ouid. Trist. 5. Non habet in nobis vllius ira locum. Horat. Epist. lib. 1. Arcanum nec tu scrutaberis vllius vnquam. Idem ibid. utrius horum Verba probes, &c. Idem Carmin. 3. ode. 8. Docte sermonis vtriusque lingua. Caius, Pompeius, Vulteius in Recto per, I, consonantem scribuntur: quæ interdum à Poëtis in vocalem mutatur. Mart. lib. 5. Post Caiumq; Luceiumq; confedit. Scæzon est. Idem lib. 9. Peruigil in plurius Caius hoc factitat in voce Caius. Idem prorsus in Catanus fecit Stat. lib. 4. Sylu. ext. emo: Emptum plus minus esse Caiano. Eadem licentia vtuntur idem poëta, cum in vocandi casu, I, consonantem in vocalem vertunt. Siquidem nomina, Ius, syllabâ finita in vocatiuo, Vs, abijciunt, Antonius, & Antoni. Sic Caius, Pompeius, o Cai, Pompei. hoc idem Prisc. l. 7. docet, atq; I, consonantem esse Horatij testimonio Epist. 1. probat. Durus, ait, Vultei nimis, attentusq; videris. Apud priscos, V, ante, I, à verbis in ius, in præteritis pro ducebatur, vt Annuit Ennius in 2. Annuit se se mecum decernere ferro. Vide Prisc. lib. 10. Hinc facillè intelligitur, quod Varr. l. 2. de Analog. ait, Quidam, inquit, reprehendunt, quod Pluit, & Luit dicamus in præterito, & præsentis tempore, cum Analogie sui cuiusque temporis verba debeant discriminare Falluntur: nam est, ac putant, aliter, quod, in præteritis, V, dicimus longum Pluit, Luit, in præsentibus, Pluit, Luit Hæc ille. Stat. Theb. 10. priorem in verito, Decit, produxit. Nec deest captis vnde hæc

tam fera repente, Numina. — Iterum lib. 11. Deest seruitio plebes: hos ignis  
 egentis Fert humis. — ¶ Io, interiectio ferè corripitur. Mart. lib. 7. Rursus  
 lo magues clamat tibi: Roma triumphos. Idem tamen produxiffe videtur. Clamant  
 ecce nos lo Saturnalia versus. Apertius adhuc Sil. lib. 14. Quaque ferebatur  
 da Por Sidonia, io Conclamant. — At, Io, nomen plerumq; producitur. Propert. 5  
 l. 1. io versa caput primos muguerat annos. Sed Ouid. Epist. Hypermetra, & in  
 Ibiu corripuit. ¶ Eheu primam producit Stat. Achill. 1. Eheu progenitus terris,  
 pilagogy daturus. ¶ Ohe priorem habet communem. Mart. l. 14. Ohe iam satis  
 est, Ohe libelle. Phaleucium est, quod primo loco spendeum, in tertio choreum postu-  
 lat. ¶ Eheu priori longa semper effertur. Horat. Serm. 1 Saty. 3. Communi sensu  
 plane caret, inquit, eheu. Sic Virg. Eclog. 3. & Stat. Achill. 1.

## APPENDIX.

**G** Ræca per Ausonia fines sine sede vagantur,  
 Quædam etenim breuibus, veluti Symphonia gaudent, 1  
 ¶ Et quædam longis: ceu Dia, Chorêz, Thalia, 15  
 Darius, Cytherêa, Aër, Elegia, Pietêa. 2  
 Atque alia. ¶ Et Chôream rapuit, Plateamq; Poësis. 3  
 ¶ Soluit & in geminas veluti Cytherêia longam. 4

**I** Dea, Andreas, Sophia, Philosophia, Symphonia, Etymologia, Orthographia, & 20  
 alia quam plurima vocalem ante vocalem corripunt: licet eadem nomina  
 acuta penultimâ multi viri docti more Græcorum pronunciant.  
 Horat. in Arte, Vt Græcis inter mensus symphonia discors.

2 ¶ Aër, Chorêa, Dias, a, um, & alia huius generis, quæ vocalem ante vocalem longâ  
 habent, Græca sunt. Ouid. Met. 14. Terra ferax cepit, volucres agitabilis aer. 25  
 Ibid. 8. Sepe sub hac Dryades fessas duxere Chorêas.

3 ¶ Chôrea, Plâtea interdum à Poëtis corripuntur.  
 Virg. Æn. 6. Pars pedibus plaudunt Chôreas, & carmina dicunt.  
 Horat. Epist. lib. 2. Pure sunt plâteæ, nihil vt meditantibus obset.

4 ¶ Nonnunquam soluta diphthongo, & in e, longum mutatur, vt Cytherêa, Cyther-  
 êia, Elegia, Elegêia. Ouid. M. 4. Exigit indicij memorem Cytheria pœnâ. 30  
 Idem Eleg. lib. 3. Flebilis indignos elegêia solue capillos.

De Græcarum dictionum quantitate Diphthongum, aut  
 vocalem habentium ante aliam. ¶ Schol. 5,

**Q**VI scribunt Græcarum dictionum syllabas cognoscere, Græcas literas discat. 35  
 Videndum enim est, quæ ad nos transiunt verba, quo modo apud ipsos scriban-  
 tur. Nam, quæ apud eos per diphthongû, & scribuntur, apud nos modo per, I, longû,  
 vt vides Nilus: modo per E longum, vt Chorêa, Platêa, χόρεα πλατᾶ, ex quibus  
 Poëtæ interdum, I, literam abijciunt, vt maneat, E, breue. Prisc. l. 1. vbi de, & diphtho-  
 go agit, docet Poëtæ aliquando more Dorico, I, abijcere, inde Virg. 1. Æn. tela Ty-  
 phoæa, penultima breui dixisse, quævis apud Græcos nomen ipsum adæctiuum per  
 diphthongum,

diphthongum, & scribitur. Nate patris summi, qui tela Typhoæa tenuit. ¶ Huc  
 spectant Capharêa, Cyclopêus, Dædalêus, atque eiusmodi alia, quæ sub radâ ex  
 diphthongo, & altèrutrâ vocalium, Poëtæ arbitrato suo corripunt. Propert. lib. 3.  
 eleg. 6. Saxa triumphali fregere Capharêa puppès. Quod Ouid. Trist. 5. eleg. 7.  
 5 longâ penult. rite posuit. — audet Graia Capharêa currere puppis aqua. Virg.  
 Æn. 1. — vos & Cyclopæa saxa Experti. — Sil. lib. 14. Post durum Antiphate  
 sceptrum, & Cyclopæa regna. Ibid. Dædalêam repetens pœnam. Ab Horat.  
 Carm. 4. od. 2. producitur. Pindarum quisquis studet amulari, Iule ceratis ope  
 Dædalêa, & cæc. ¶ Interdum, & in E, breue mutatur, vt idêa idêa, sic Dorêthea, Do-  
 rôtbeus, Andreus. ¶ Quæ per Iota apud Græcos scribuntur, ferè ipsum corripunt, vt  
 10 Sophia, Theologia, Ionia, Tragœdia, Vrania, Zacharias, Elias, Isaias, &  
 alia eiusdem generis, quorû plurima efferuntur à Græcis acuta penultimâ vt idêa,  
 Andriêas, Maria, Zacharias, Elias, Philosophia, Theologia, quo pacto audis-  
 as etiam viri doctos pronunciantes, non quod ignorent penultimam esse breuem, sed  
 15 quod intelligant hæc etiam Græco tenore posse enunciari. Qui accentum à quantita-  
 te syllabarum fortasse non distinguunt, cum penultimam audierint acutam, continuo  
 eandem longam esse putant, quod quidem in Latino sermone verum est, non in Græ-  
 co: siquidem Græci penultimam breuem sæpe numero acunt. Sed, quid inter Accen-  
 tum, & Syllabarum dimensionem intersit, suo loco dicemus.

20 ¶ A, ante aliam vocalem producunt Achæia, Achais, idis, & Achaius, a, um; Agefi-  
 lâus Amphiarâus, Menelâus, & similia. Achius, Amitchâon, & Amitchâonius, a, um.  
 Laocoon, Laomedon, & Laomedontiades, Naïs, Naïades, & Naicus, a, um, Panchaia,  
 Parthâon, Taygetus, Traicius. ¶ E, ante vocales longû habent Achillis, & Achillêus,  
 Æneus (Æneis variatur,) Alphêus flu. & inde Alphêus, a, um, Basila, Calliopêa, Cho-  
 25 rêa, Chorêus, Cytherêa, & Cytherêis, idos, Conopêum, Deïopêa, Deïphobus Deucali-  
 onêus, Echenêis, idos, Edus Solis equus, nam pro Lucifero corr. (Edus, a, um, variatur.)  
 Prod. Epêus, Gynaccû, Laodicêa, Lycêus mons, Lycêum, Lyncêus vir, & inde Lyn-  
 cêus, Mausoleum Medêa, Muscum, Nitêa, Odêum, Panacêa, Pleias, Piciône. Pos-  
 sessiua in eius, vt Cytherêus, Æneius, Pegasêus, Phœbêus, Priameius, Spondêus,  
 30 Theis, Treicius. ¶ Quæ apud Græcos per, & scribuntur, Adrastia, Alexan-  
 dria, Antiochia, Antipatbia, Arisfocratia, Clio, Chria, Bachius, & Antibatchius,  
 Brauium, Darius, Dulia, & Hyperdulia, Elegia, Elogiûm, Energia, Ephigenia, Epiphania,  
 Eugenia, Heractius, Hippodamia, Homeromeria, Hormius flu. Horologium, Ido-  
 lium, Laodamia, Latrâ & Idolatria, Litania, Magia: à Mantia deducta, vt Chiro-  
 mantia, Hydromantia, Pyromantia. Nosocomium, Nicomedia, Arius flu. Pædiu, Pan-  
 35 dochiu, Peripheria, Philadelphia vrbis, Phtbia, Politia, Prophetia, Samaria, Seleu-  
 cia, Spercchiu flu. Thalia, à Trophion, hoc est merces aut eductio, composita, vt  
 Bephotrophium hospitale: Ichthyotrophium viuarium: Nessotrophium locus vbi ana-  
 tes pascentur: Peristerotrophium columbarium, Theriotrophium septum ferarum:  
 Xenodochium. ¶ Quæ per Iota, vel, y, psilon notantur, Amphion, Chius, a, um,  
 (nâ Chios insule nomen corripitur.) Cyânê nympha, Cyânêa insula. Cyânêus, a, um,  
 M m m m [Cyane

[Cyano verd corrip.] *Deidamia, Dia insula, & Dius, a, um, Diogenes, Hyperion, Iapetus, Ionius, a, um, Ixion, Lycius, vel, Lycæus Apollo. Pterius, & ab eo derivata Pterides, & Pterius, a, um; P riamides contra naturam primitiui, Throdamus. (Academia, & Diana variantur. Item Io, Ius, & Io, interiectio vt ostensum est supra Schol. 4.)*  
 ¶ O, ante alius vocales producunt *Aloeus, Aloides, Archæus, Argæus, Cæus, a, um, (nam, Coos, primitiuum corripitur) Gælus, Ioannes, Lagæus, Latæus, idis, & Latæus, a, um, Myrtæus, a, um, Stœicus, Stoicædes, vel Stoicida, Troilus, Typhæus, a, um.*  
 ¶ Obliqui *Heræus, Mindus, Træus, à nominibus Heros, Minos, Tros, & ab illis deducta Heræus, a, um, Heroicus, a, um, Mindus, a, um, Minoius, a, u, Troas, adis, Troicus, a, um, Troicus, a, um, notanda sunt.*

### Præceptum III. de Positione.

**C**onsona si duplex vocalem, aut bina sequatur,  
 Vocalis positu remanens producta sonabit.  
 Bina sit in verbis quamuis disiuncta duobus

1 **V**ocalis ante duas consonantes, vel vnam duplicem eiusdem dictionis longa est Positione, vt *Terra, Araxes, Gaza Maiora Troia.*

*Virg. Æn. 3. Terra procul vastis colitur Mauertia campis.*

*Lucan. lib. 1. Sub iuga iam Seres, iam barbarus isset Araxes.*

*Virg. Æn. 1. Arma virum, tabulæq; & Troia gaza per vndas.*

*Idem Eclog. 4. Sicelides Musæ paulo maiora canamus.*

*Idem Æn. 2. Hostis habet muros ruit alto è culmine Troia.*

#### APPENDIX I.

2 **S**i altera consonans fuerit in fine precedentis dictionis, altera in principio sequentis, vocalis nihilominus longa erit, vt — *At pius, — A, longum est positione duarum consonantium T, et P, quamuis sint in diuersis dictionibus.*

*Virg. Æn. 1. At pius Æneas per noctem plurima voluens.*

Quot modis vocalis producatur. ¶ Schol. 6.

**V**ocalis longa est, aut Naturâ, aut Positione. Naturâ, cum ipsa per se suapte natura producitur, nec consonantium eget adminiculo, vt *Ab, Heu, En.* Positione, quæ cum suapte natura brevis sit, consonantium vicinitate ac beneficio producitur, vt, *E, in Terra, vicinitate & beneficio, R, literæ geminate producta est, cum à, Te ro, dicta sit, quod verbum priorem habet breuem.* ¶ Quot modis dicatur syllaba naturâ longa docet *Probus Inst. Art. & Diom. lib. 2. Vbi etiam inuenies certa verba, quæ veteres Grammatici vsurpabant, qualia sunt, Constat naturâ, Constat diphthongo, & c. Positione verd fit vocalis longa, vt Probo placet, decem modis: vt Diomedis sex: idem ferè Donatus sentit Edit 2. Octo tamen modos Probi, & sex Diomedis, ad duos reuocauimus: neque enim opus est, hæc tam minutè concidere. Positionis vocabulo etiam *Quintil. viitur lib. 1. c. 5. Euenit, inquit, vt metri quoque conditio mutet accentum, & ecudes, piæq; volucres. Nam volucres mediâ acutâ legam, quia, et si naturâ brevis, tamen positione longa est, ne faciat Iambum, quem non reci vit verjus**

**H**eroicus. Hæc ille. Si ad normâ veritatis, & veterum Grammaticorum velimus loqui, hoc præceptum sic tradendum est, Vocalis brevis ante duas consonantes, & c. Nâ syllaba si naturaliter, vt *Probus* inquit, producatur, positionem superfluum habebunt. Illic enim, vt idem ait, quærenda est positio, vbi longitudo natura defecerit.  
 5 **N**am, quemadmodum vocales natura deseruiunt, ita positioni consonantes. Præmissimus tamen vocem (Breuis) ne turbarentur tyrones. Quotus enim quisque vel mediocriter in Re metrica versatus intelligit, habeant ne, verbi causa, *Terra, Axis, Gaza, Maior, & alia pene infinita, priores naturâ longas, an positione? Romanis pueris certè id facillimum fuit, quippe qui ipsius lingue munere ac beneficio, essent ne*  
 10 **v**ocales longæ naturâ, an positione, certo quodam sono nobis incognito optimè intelligebant. ¶ *Troia in tertio versu Virg. nomen est adiectiuum, Troius, a, um, trium syllabarum, neque ad rem facit: in quinto verd substantiuum est, & dissyllabum, cuius prior beneficio, I, consonantis inter duas vocales producitur. ¶ Dicet fortasse aliquis, Nonne, I, apud Græcos semper est vocalis? qui igitur fieri potest, vt Troia sit dissyllabum? Hunc nodum soluit Prisc. l. 1. Diphthongus, inquit, & quando à Poëtis per Diæresim profertur, secundum Græcos per, a, &, I, scribitur, vt Aulai, Piætai, pro Aula, Piæ. In Græcis verd nominibus, quoties huiuscemodi apud nos fit Diæresis penultima syllaba, I, pro duplici consonante accipitur, vt Maia pro Mæia, Aiax pro Aiax, Troia pro Troia. Hæc ille. Itaque, I, in Maia, Aiax, Troia, & similibus pars*  
 20 **e**st diphthongi Græcæ dissolutæ, non vocalis per se.

#### APPENDIX II.

**C**onsona principium verbi sortita sequentis  
 Tam duplex, quam bina nihil præeuntibus auget  
 Temporis, vt hiant longæ, ceu Clara Zacynthos.]

25 **S**i vtraque consonans, aut duplex fuerit in principio sequentis dictionis, ferè nihil præcedentem vocalem breuem iuuabit, vt producatur.

*Quid. Met. 2. — sedebat In folio Phæbus claris lucente smaragdīs.*

*Virg. Æn. 3. Iam medio apparet fluctu nemorosa Zacynthos.*

*Lucan. lib. 2. Tales fama canit tumidum super æquora Xerxem*

30 **C**onstruxisse vias — ¶ *Lucente, Nemorosa, Æquora vltimas habent breues, licet duæ consonantes, aut vna duplex sit in principio sequentium dictionum.*

Vocalem breuem ferè non produci propter consonantes diuersæ dictionis. ¶ Schol. 7.

35 **S**unt propè innumera testimonia, quibus hæc appendix confirmari possit? *Virg. Æn. 2. — gelidusq; per ima cucurrit Ossa tremor. — Mart. l. 5. — nec illi Terra grauis fueris, non fuit illa tibi. Lucan. l. 1. Roma capi facilis, sed Cæsar in omnia præcept. Ibidem. Exigit ad sauos famularum brachia planctus. Ibidem. — truncos laceravit Fimbria Crassos. Virg. 2. Æn. Squallentem barbam, & concretos sanguine crines. Idem, 6. — gelidus Teucris per dura cucurrit Ossa tremor. — Diomed. lib. 2. vbi de septem modis syllabarum communium agit, quæ huius*

sunt generis, vocales aut communes esse, sed nullo testimonio id confirmat, quod huic appendici aduersetur. Nam quæ à Grammaticis afferri solent, Cæsura, aut Syllaba communi excusantur, cuiusmodi sunt hæc, quæ subiiciam. Iuuen. Saty. 8. Occulta spolia, & plures de pace triumphos. Sil. 9. Immane stridens agitur, crebroq; coacta vulnere bellatrix, &c. Idem l. 17. — duxit in arua Diversa spatio, procul à certamine pugna. Tibull. lib. 1. Pro segete spicas, pro grege ferre dapem. Stat. Theb. 11. — sed exige tandem Supplicia fratrem suprema, &c. Lucret. l. 6. Exspiretq; foras in aperta, promptaq; celi. Mart. l. 2. Vt digna speculo fiat imago tua.

Lucan. l. 5. Aut pretium quippe stimulo, fluctuq; furoris Compages humana labat. — ¶ Sunt & alia, quæ aut ead. ratione excusantur, aut certe quia monosyllaba sunt. vt enim monosyllaba π, κ, ν, & ρ, interdum apud Homerum produciuntur, sic apud Latines, Quæ, coniunctis. Virg. Georg. 1. Lappæq; tribuliq; interq; nitentia culta, &c. Idem 2. Tribulaq; trabeaq; & iniquo pondere rastro. Idem 4. Drymog; Xantbog; Ligeaq; Phyllodoceq;. Idem Eclog. 4. Terrasq; tractusq; maris, calunq; profundum. Et ne putes beneficio consonantium productam esse, audi eundem poetam Æn. 3. Liminaq; laurusq; dei, totiq; moneri, &c. Idem 12. Chorea; Sibarimq; Daretaq; Terfilocumq;. Seneca in Oedip. E. produxit ante Mutam & Liquidam, vti Cæsura locum non habet Mollia Nyssæ armate brachia thyrsis. ¶ Terentianus præcipit vocalem breuem præcedentem longam fieri Positione, si in principio sequentis fuerint duæ consonantes, quarum prior sit, S, posterior Muta: contra quem tamen faciunt hæc testimonia Virg. lib. 11. Ponite sses sibi quisque, &c. Horat. 1. Serm. Satyr. 5. Linqvimus insani ridentis præmia scribe. Idem Satyr. 3. Ignoscet, siquid peccauero, stultus, amici. Ibid. Sed quid sit vitium non fastidire strabonem. ¶ Alia præterea sunt, quæ, ne longior sim, omitto. Duo sunt, quæ cum Terentiano facere videntur, neque alia facile inuenias, alterum Virg. lib. 9. Æn. Ferte citi ferrum, date tela, scandite muros. alterum Martialis lib. 5. in Marcum Antonium, Quid gladium demens Romana stringis in ora? Hæc enim Cæsura excusari minime possunt, nisi fortè quis dixerit spondaicam esse Cæsuram. Cetera, vt paulò antè diximus, aut Communi syllaba, aut Cæsura (de quibus suo loco) defenduntur.

### Exceptio I. de Liquescentibus.

SI brevis vna simul Mutam Liquidamq; præiuit, In profa cita semper erit: sit Vatibus anceps.

Vocalis brevis ante Mutam & Liquidam eiusdem dictionis in carmine communis est: at in soluta oratione per se uel corripitur, vt Volucris, Cyclops, Terapnæ, Ichneumon. Ouid. M. 13. Es primo similis volucris, mox vera volucris. Virg. Æneid. 3. Ignarique via Cyclopum allabimur oris. Idem ibidem. — vastosq; ab rupe Cyclopas Prospicio — Sil. lib. 8. Ecce inter primos Terapnæ à Sanguine Clausi. Mart. lib. 7. Delectat Marium si perniciosus Ichneumon.

Appendix

### APPENDIX I.

AT Mutam, & Liquidam quoties ab origine longa Præcedit, rapitur nunquam: ceu Matris, Aratrum.

SI tamen præcedens vocalis fuerit longa naturâ, nunquam corripitur, vt Matris, Fratris, Acris, Salubris, Aratrum & cetera, quæ à supinis penultimam longam habentibus deriuantur.

### APPENDIX II.

V Traque vocalem si consona iuncta sequentem Non ferit, anteiens brevis est, velut Obruo, nunquam.

ABluo, Obruo, Subleuo, Adræpo, & cetera ex iisdem præpositionibus composita nunquam primam corripunt: necesse est enim, vt Muta & Liquida ad sequentem vocalem spectent, vt Tenebræ, Lætebræ, Fûnebris, Lûgrubis. In Abluo, & ceteris muta ad præcedentem vocalem pertinet.

De Vocali ante Mutam, & Liquidam eiusdem dictionis. ¶ Schol. 8.

Hæc est prima exceptio tertij præcepti. Nam etiam si duæ consonantes vim habeant producendi vocalem breuem, tamen si prior fuerit Muta, & posterior Liquida, in soluta quidem oratione liquida semper vim consonantis amittit, quamuis in carmine interdum eam retineat: alioqui, non produceret vocalem, vt in illo Mart. lib. 6. Septem Clepsydras magna tibi voce petenti Arbitrè inuitus, Caciliæ, dedit. Si tamen præcedens vocalis fuerit longa naturâ (qualem habent multa nomina, quæ à supinis penultimâ productâ fiunt, vt, Lauacrûm, Ambulacrûm, Inuolucrû, Volutabrûm) nunquam corripitur. ¶ Ex Recto sæpe etiam cognoscitur vocalis, si ne longa naturâ, an brevis in obliquis: sic Patrem, Agrum, Caprum iudicantis habere prioris breues naturâ, quia Pater, Ager, Caper easdem corripunt. Matrè contra, Fratrem, Oclobrem longas, quia Rectus easdem habet longas. ¶ Vocalis ante F, & liquidas frequentissimè corripitur, vt Reflecto, Refluo, Resto, Reflagito, Refringo, Refræno. Virg. Æneid. 2. Nec prius amissam respexi, animumq; reflexi. Ouid. Met. 2. Inq; caput crescit, longosq; reflectitur vngues. Idem 8. — Meandrus in vadis Ludit in ambiguo lapsu, resluitq; fruitq;. Idem, Illa refrænata aquas, obliquaq; flumina fistit. Stat. Theb. 7. Et iam cornipedes trepida, ac moribunda reflantes Corpora rimantur. — Hor. Serm. 1. — postquâ discordia tetra Belli serratos postes, portasq; refregit. Interdum item produciuntur, vt Reflecto, Refloresco, Refringo, Refreno. Sil. l. 9. Pone iacit voluens reflexo pondere turri. Idè l. 15. Celsus, ceu prima restorescente iuuenta, Ibat Consul ouans. — Lucret. l. 6. Et mora quæ fluuios passim refrænata cunteis. Idè l. 4. Quæ demersa liquore obeunt, refracta videntur. ¶ M, & N, raro liquefcunt, idq; in Grecis tantum dictionibus, vt Tecmessa, Cyenus, Terapnæ, Ichneumon. Nullum quod scitum est apud Latinos, verbum, in quo M, aut N, liquefcant: illud Ouid. M. 8. Debit illius misereri, & ignoscere nobis: quo quidam docent in verbo Ignoscere, N, liquefcere, deprauatè legitur, siquidem in correctis libris, Et, expuncta est, Debit illius misereri ignoscere nobis.

Mmum 3.

his.



bis. Itaque M, & N, in Græcis tantum verbis liquefcunt. Horat. Carm. sat. od. 4.  
Mouit Aiaceum Telamone natum Formæ captiue dominum Tecneiffa. Ibidem  
Ibid. lib. 4. od. 3. — O mutis queque piscibus Donatura Cycni, si libeat, sonum.

Est Afclepiadeum carmen. Aus. ad Paulin. Quid referi? cornix non ideo ante  
cycnum. Ou. M. 10. Piscosa mæ, Cnidon, grauidæq; Amathunta metallis. Catul. 5  
in Annales Voluffi. Quæq; Ancona, Cnidumq; arundinosam Colis, &c. Phaulenciū  
carmen est. Non facile plura huius generis reperias apud Latinos. ¶ Progne, quod  
quidam addunt, incertum est: varia est enim lectio apud Ouid. l. 6. Met. Ad mandata  
Prognæ, & agit sua vota sub illa. in correctis codicibus sic legitur, Mandata ad  
Prognæ & agit sua vota sub illa. ¶ N, etiam, post, M, apud Græcos liquefcit;  
vnde in Polymnestor secundam corripuit Propert. l. 4. Te scelus accepto Thracis  
Polymnestoris auro Nutrit. — Ouid. Met. 13. Vidit ad artificem diræ Polymne-  
stora cædis. Sic iterum ibid. ¶ Multi in Polymneia arbitrantur, N, vim con-  
sonantis amittere. Ou. Fast. 5. Dissensere Deæ, quarum Polymneia cœpit Prima —

Libri tamen etiam correcti Polyhymnia habent, vt ratio nominis postulat, di-  
citur enim vt enarratores Hesiodi docent, & παλοῖς ἑμοῖα, quasi multos canens, &  
celebrans. Neque si Hesiodum in catalogo Musarum audiamus, nomen hoc per diph-  
thongum, α, scribitur, sed per I, iota. Τριφυλοῖν ἑρατοῖτε. πολυμνίαι δὲ ψευδέσσι. Qua-  
re non est cur diphthongus soluatur, vt fit in Elegeia, & Cythereia, vt supra diximus.  
Itaque suspicor πολυμνία Polyhymnia nomen esse plenum, quo modo apud Aristophanem  
legitur πολυμνος. πολυμνία verò Polymnia arbitror esse imminutum: pleno vsos  
fuisse Latinos, imminuto Hesiodum verisimile est. Fulgentius tamen ait quintam ex  
Musis appellari πολυμνία, per α. Illud Siliy, Ecce inter primos Theramneo à sanguine  
Clausis magis ad rem facit, si Theramne cum Stephano scribamus per Mn. ¶ Li-  
quida apud Græcos non solum Mutis subiectæ, sed etiam ipse per se posita vocalem  
breuem faciunt communem, vt in nominibus ἄψες, ἀψίς, μέλος, quos Persius videtur  
fuisse imitatus, vt in prologo, Cantare credas Pegaseium melos. ¶ Apud eosdem muta  
T, post, C, &, P, interdum liquefcit, vt in Ἀκκροδος, ἀκκροπίος. Quare mirum non est,  
si, D, eius cognata etiam apud Mart. lib. 5. liquefcit, Sardonychæ, smaragdus, ada-  
mantas, iaspidas vno Portat in articulo Stella, Seuere, meus.

## EXCEPTIO II.

Quadrijugus rapitur, Bijugus coniungitur olli:  
In quibus, I, duplex non est, sed consona simplex.

I, Inter duas vocales in compositis, Bijugus, Quadrijugus simplex consonans est:  
non duplex: quare merito præcedens vocalis corripitur.

Virg. Æn. 10. Interea bijugis infert se Lucagus albis.

Idem Georg. 3. Centum quadrijugos agitabo ad flumina currus:

De litera, I, consonante in Bijugis, Quadrijugis, &c. ¶ Schol. 9.

SIL. lib. 2. Pars comitum bijugo curru, pars cætera dorso Fertur equi. — Val.  
Flac. l. 6. Hinc bijuges, illinc artus tenduntur beriles. Ouid. M. 2. Quod simul, ac  
sensere

sensere, runnt, tritumq; relinquunt Quadrijugi spatium. — Virg. Æn. 10. Qua-  
drijuges in equos, aduersa; pectora tendit. Auson. ad Paulin Tritugis prima  
breui dixit. Vel cisto trijugi, si placet, insilias. Non est igitur, cur Poëta carmini-  
bus suis inserere magnopere reformidet Vnijugus, Octojugus, Multijugus, Sc-  
mijugerum, Selquijugerum, & similia. ¶ Veteres, vt supra diximus, I, inter duas  
vocales geminabant, vt Reijcio: cum tamen hoc idem verbum sepiissime pri mam pro-  
ducat beneficio, I, duplicis. Virg. 2. Georg. Reijce, ne maculis infuscet vellera pullis.  
Idem 5. Æn. — duplicem ex humeris reiecit amictum. Idem 11. Reijciunt par-  
mas, & equos ad mœnia vertunt. Nam illud eiusdem Virg. quod affert Prisc. Ti-  
tyre pascentes à flumine reice capellas, simplici, I, scribitur, vt illud Stat. l. 4. Theb.  
Tela manu, reicitq; canes in vulnus hiantes. Sic Abiecit, adiecit, obiecit, subiecit,  
simplici, I, pro duplici, Adijcit, obijcit, &c. scribuntur. Iuuen. S. 15. Hinc abiecit, scna  
digiti, veraq; Charybdæ. Mart. l. 10. Siquid nostra tuis adiecit vexatio rebus. Lucan.  
lib. 8. Cur o bicis Magno tumulum, manesq; vagantes? Idè 7. Ipe manu subiecit gla-  
dios, ac tela ministrat. Itaq; in carmine Virgilij pes Proceleusmaticus est,  
— reice ca — o o o o. Aut E, & I, (vt quidam putant) coalescunt in vnam  
syllabam longam quasi — reice capellas. ¶ Reiecto Virg. Æn. 5. corripuit. Ore reie-  
ctam, misto s; in sanguine dentes.

## Præceptum III. de præteritis disyllabis.

Præteriti sit longa prior, cui syllaba duplex.  
¶ Sto, Do, Scindo, Fero rapiunt Bibo, Findo priores.  
¶ Abscidit, Abscîdit, modulantur vtrumq; Poëta.

Præterita disyllaba habent priorem longam, vt, Vidi, Veni &c.  
Virg. Æn. 2. Quos vbi confertos audere in prælia vidi.  
Idem ibid. Venit summa dies, & ineluctabile tempus.

¶ Tedi, Dedi, Scidi, Tuli, Bibi, Fidi priorem corripunt. ¶ Excepti  
Mart. lib. 1. Dixit, & ardentis audio bibit ore favillas.  
Lucan. lib. 3. Aut scidit, aut medias fecit sibi lictora terras. Virg. Æn. 9.

— tempora plumbo Dissidit, & multa porrectum extendit arena.  
¶ Compositum, Abscidi, habet penultimam communem. ¶ Appendix.  
Lucan. lib. 3. Abscîdit impulsu ventorum adiuta vetustas.  
Mart. lib. 3. Abscîdit vultus ensis vterq; sacros.

Vnde Abscidi penultimam habeat communem. ¶ Schol. 10.

Ovid. Fast. 4. Ausferor ipsa sinus absceder atq; suos. Lucan. lib. 4. Abscidi  
nostra multum fors inuida laudi. Idè, l. 6. Illa comam læua morienti absci-  
dit ephæbo. Quid si Abscidi, cum penultimam habeat longam non à verbo Abscin-  
do, sed à præpositione Abs, & Cedo, a. in, i. longum mutata componitur? vt Abscedo  
ex Abs & Cedo: & Abscondo ex Abs & Condo: quemadmodum Præcidi, à Præcido,  
ecundâ longâ, & Præscidi a Præscindo eadè reui. Quamquâ Præcidi, videlicet à  
Præscindo

Præscindo, penultimâ productâ dixerit *Lucr. l. 3. Si subito mediū celerī præscideris*  
ictu *Vt aliqua — Ibi namq; humanum corpus in duas partes diuisum intelligit.*

## Præceptum V. de præteritis geminan- tibus primam syllabam.

**V** Traque præteriti rapitur geminata. ¶ Cecidi  
Tollitur à Cædo veniens, à Pædo Pepedi.  
Et quæ tenduntur positu, ceu Curro Cucurri:

**C**um prima syllaba præteriti geminatur, eadem & secunda breuis est, nisi  
obstent duæ consonantes, vt Tètegi, Peperi, Cecini.

*Virg. Georg. 4. Tityre te patula cecini sub tegmine fagi.* ¶ Exceptio.

¶ Excipiuntur Cecidi à Cædo, Pepedi à Pædo, in quibus secunda longa est, vt &  
ys, in quibus duæ consonantes sequuntur, vt Cucurri, Tetendi. *Iuuen. s. 3.*  
*Ebrius & petulans, qui nullum forte cecidit Dat pœnas. —* ¶ Schol. 11. 15

**P**rætermisimus præceptum illud, quo nonnulli tradunt, Præterita syllabâ Vi, per  
V, consonantem finita penultimam habere longam, vt Voui, Straui, Amaui, Pe-  
titiui. Nam disyllaba ad præceptionem de Disyllabis spectant: polysyllaba verò ad In-  
crementum verborū. Quod Prisci, l. 10. ex Ennio afferunt. — virosq; valentes Con-  
tūdit crudelis hyems. — Priscis relinquendū est: vt enim Titūdi simplex. vtrūq; ha-  
bet breuem, ita composita secundam breuem retinent, vt Extudit, Rétudit, Cōtūdit.

## Præceptum VI. de Supinis disyllabis.

**L**onga supina iubent fieri disyllaba vates.  
¶ At Reor, atq; Sero, Do, iunge Cière, Linoq;  
Ire, Ruoq; Quo, Siui rapuere priores,

**S**upina duarum syllabarum habent priorem longam, vt Visum, Motum.  
*Virg. 6. Æn. Terribiles visu formæ, letumq; laborq;.*  
*Idem Æn. 1. Quos ego: sed motos præstat componere fluctus.*

### EXCEPTIO

**R**atum, Statum, Datum, Litum, Itum, Quitum, Situm eandem corripiunt.  
*Virg. Æn. 2. Nos abiisse rati, & vento petiisse Mycenæ.*  
*Idē ibid. At non ille, satum quo te mentiris, Achilles Talis in hoste fuit Priamo.*  
*Valer. Flac. lib. 3. Vultus & extrema sonuit cita cuspide cassis.*  
*Ouid. Met. 2. Hic situs est Phaëton currus auriga paterni.*

### APPENDIX I.

**C**itum à Cieo secunda coniugationis priorem breuem habet, vnde Cōcitus,  
Excitus, Percitus penultima breui. *Virg. Æn. 2. Altior insurgens, & cursu*  
*cōcitus Heros. Ouid. de Inuidia, Nec fruitur somno vigilantibus excita curis.*  
*Stat. Theb. 10. Accepit radios, & eadem percitus Hoples Tydea luce videt. —*

Citum

**C**itum verò à Cieo, quarti ordinis priorem product, vnde Cōcitus, Excitus pe-  
nultimâ longâ. *Valer. Flac. lib. 1. Ipse autem tantis concita furoribus arma*  
*Expetit Æsōnides. — Lucan. lib. 1. Rupta quies populis stratisq; excita iuuentus.*

### APPENDIX II.

**R**vo nunc facit Ruitum supino: priscis seculis Rutum fecit, vnde exstant  
composita, Dirutum, érutum, óbrutum.

*Ouid. in Epist. Diruta sunt alijs, vni mihi Pergama restant.*

*Virg. Æn. 11. Nec mihi cum Teucris vllum post eruta bellum Pergama —*

### APPENDIX III.

**C**ommunem Statum, primam seruare videtur.

Inde Sticum reptimit composita, extendit in Atum.

Inde Status breuia: at Staturus longa petiuit.

**S**tatum videtur priorem habere communem: inde enim Status, us, & Status, a,  
Sum, priore breui oriuntur: & composita quæ per, l, efferuntur, ipsum corri-  
piunt, vt Præsitum, Circūstitū. *Ouid. De Trist. 4. Flebilis vt nostro status est,*  
*ita flebile carmen. Stat. Sylu. l. 5. Cū stata laudato caneret quinquennia ver su.*

¶ Inde etiam Staturus, Constaturus, & quæ per A, efferuntur eandem producunt.  
*Lucan. lib. 3. Tunc res immenso placuit statura labore.*

*Mart. lib. 10. Constatura fuit Megalensis purpura centum.*

De Supinis disyllabis priorem corripiuntibus.

¶ Schol. 12.

**N**ouem sunt supina, quæ priorem corripiunt. ¶ Satus. *Virg. 7. Æn. Tum satus*  
*Anchisâ delectos ordine ab omni. ¶ Datus. Lucan. l. 1. Iussq; datum sceleri*  
*canimus, populūmq; potentem. ¶ Litus. Virg. 4. Georg. Ardentes auro, & paribus*  
*lita corpora guttis. Ouid. Met. 1. Poscebatur humus: sed itum est in viscera terræ.*

¶ Quitum, rarum est, cuius breuitas ex Hecyra Terentiana probatur. ¶ Quomodo  
quæ ex, Cieo, 2. Coniug. nascuntur Cōcitus, éxcitus, & Cōcito, éxcito,  
&c. penultimam corripiunt: sic ea videlicet, quæ à Cieo, quartæ deriuantur Accitus,  
Excitus, Cōcitus, & frequentatiua Accito, Excito, eandem producunt. *Ouid.*  
*Fast. 3. Concitat iratus validos Titanis in arma. Virg. Æn. 2. Et pater Æneas,*  
*& auunculus excitat Hector. Lucret. lib. 5. Clarior accitat sitientia secla fera-*  
*rum. Sil. l. 5. — ceu ductor ad arma Exitet Tyrius latebrosis collibus Astur:*  
*Quamquam hæc ad præceptum de compositione priuatim spectant.*

¶ Rutum fuisse apud Priscos in vsu, argumento sunt Rura Iurisconsultorum: sunt  
enim, vt Vlpianus inquit, quæ eruta sunt, vt arena, creta, & similia. Prisciano  
videntur Dirutus, érutus, & similia verba esse imminuta pro plenis, Diru-  
itus, Erúitus. ¶ Statum priorem habere longam idem Priscian. ait lib. 9. Vnde  
Staturus crebrius reperitur primâ longâ. *Lucan. l. 2. Hinc acies statura ducum. — &*  
*lib. 6. Et statura redit. — Sil. lib. 9. — quem vinctum colla catenis Staturum an-*  
*te tuos currus promissimus vrbis. Sic Obstaturus. Stat. Theb. 7. — spēs ne obstatu-*  
*ra Pelasgis Hæc vexilla pater? — Quid verò sit breuis itidem ex deriuatis osten-*  
*ditur. Ouid. 1. de Pont. Scilicet is status est, ea rerum forma mearum. Stat. Theb.*  
*11. — nempe ille fidem & stata scœdera rupit.*

Nunn

Præceptum

## Præceptum VII. de supinis polyllabis.

**L**onga supina damus polysyllaba semper in Vtum.  
 ¶ Ex Vi, præteritis, quibus V, sit consona, fiet,  
 In, Tum, perpetuò penultima longa supini.

**S**upina in Tū polysyllaba præcedete, V, habent penultimā longā, vt Solutū, Indultū.  
 Virg. Æn. 9. Lumina rara micant: somno, vinoq; soluti Procubere —  
 ¶ Item in Tum, à præteritis in Vi, per V, consonantem, vt Petiui, itum, Cupiui, itum.  
 Ouid. Trist. 4. Exul eram requiesq; mihi, nom fama petita est.

## Præceptum VIII.

**C**orripe Itum, quoties ab Vi, refilire videbis.

**S**upina in, Itum, à præteritis in Vi, per, u, vocalem, habent penultimam breuem  
 vt Monui, Monitum, Tacui, Tacitum.

Virg. Æn. 6. Discite iustitiam moniti, & non temere diuos.  
 Idem ibidem, Quis te magne Cato tacitum, aut te Cossæ relinquat?

## Præceptum IX de Deriuatis.

**D**eriuata solent leges seruare parentum.

**D**eriuata sequuntur naturam eorum, à quibus deriuantur, vt Legebam, Legam, Lege, Legito, prima breui, quia oriuntur à præsentī Lego Legis, cuius prior itidem breuis est. ¶ Legeram, Legissem, Legero, Legisse primā longā, quia à præterito Legi nascuntur, cuius prior etiam longa est.

**A**trium, Simulacrum, Ambulacrum, Lauacrum, Volutabrum, Inuolucrum, penultimā Longā, quia à supinis Aratum, Simulatum, Ambulatum, Lauatum, Volutatum, Inuolutū deducuntur, quorū penultima similiter longa est.  
 ¶ Reditus, Exitus, Inerōitus penultimā correptā, quia supina vnde fiunt eandem habent breuem.

## EXCEPTIO:

**M**obilis, & Sedes, Laterna, ac Regula, Fomes, Tegulaq; abiecta breuitatis origine, longis dantur: Arista Vadum breuibis, Sopor atq; Lucerna, Longis orta. Frequens plura his tibi suggeret vsus.

**M**ulta, quæ suæ originis naturā non sequuntur, vsu, assiduāq; Poëtarū lectione sunt discēda: cuiusmodi sunt Fomes, Mobilis, Laterna, Regula, Tegula, Sedes, cū verba Lateo, Rego, Tego, Sedeo à quibus proficiunt eandē corripiant: ¶ Contra Lucerna, Arista, Sopor, Vadum, Fides, primam corripunt, cū verba Luceo, Areo, Soppio, Vado, Fido, à quibus declinantur eandem producant.

Non

Non esse opus in Deriuatis manere eand. consonantē. ¶ Sch. 13.  
**H**IC putauit testimonijs super sedendum, ne longior essem. Addunt quidam huic præcepto [Dummodo eadem consonans maneat] quod de industria prætermisimus, cū totidem, aut plura sint, quæ, mutata consonante, nihilominus primigenij quantitatem sequuntur, vt Simulacrum, Inuolucrum, &c. ¶ Tōrcular penultima breui efferendum est, cū deducatur à Tōrculum, quod secundam habere breuem nemo dubitat. Id etiam probat analogia, nam Spēcular, quod illi est omnino, simile penultimam corripit: tum quia primitiuum Speculum eadem penult. breui profertur, tum etiam, quia Iuuenal. Saty. 4. corripuit, Quæ vehitur clauso latis specularibus antro. Et Mart. l. 4. Hibernis obiecta notis specularia puros. Qui verò produci crediderunt, poëta cuiusdam neotērici carmine ducti sunt, cui nullum ius est immutandi Latinarum vocum quantitatem, cū non sit Classicus, nec vllius auctoritatis: cuius errores Deshaut. passim insectatur: & in hoc merito ab eodem reprehenditur, quod contra eruditorum virorum auctoritatem, & primitiuum naturam producere ausus fuerit: sicut in alijs compluribus, quibus abuti consuevit ad libitum. Idem penultimam produxit in Iosephus, Origenes, & Diogenes, quæ, quam tuta sint, videant eius imitatores. Grammaticis verò in his, & similibus fides habenda est, cū suas ipsi præceptiones veterum testimonijs confirmant, vel ijs deficientibus aliqua probabili ratione ducuntur.

## Præceptum X. de Compositione.

**T**empora simplicium retinent composita suorum.

**C**omposita breuitatem, vel longitudinem simplicium sequuntur. In Pérlego, Rélego E, ante G, breuis est, quia in simplici Légo etiam corripitur. In præterito Perlégi, Relégi producitur, quia in simplici Legi itidem longa est. ¶ Attigi, Cōncidi, Diffidi, Ebibi, Réscidi, I, literam habent breuem, quia in simplicibus eadem vocalis corripitur, Tērigi, Cécidi à Cado, &c. ¶ Oblitum, Insitum, Circūdatum, Désitum, penultimam ob eandem causam habent breuem: nam à Litum fit oblitum, &c.

## APPENDIX.

**E**T patrium vocalis habet mutata vigorem:  
 Vt Récido. Diphthongus item: ceu Quæro, Requiro.

**Q**uantitas simplicium seruetur in compositis, quamuis vocales mutantur, sic Cōncido, Excido Incido, Occido, Récido à Cado penultimam corripunt: Eligo, Séligo à Légo. ¶ Contra Cōncido, Excido, Incido, Occido, Recido, à Cado eandem producant: sic Allido, Collido à Lædo: Exquiro, Requiro à Quæro: Obédio, is, ab Audio. Virg. Æn. 12. Occidit, occideritq; finas cum nomine, Troia. Iuuenal. Saty. 7. Occidit miseris crambe repetita magistros.

N nnn 2

Exceptio

## EXCEPTIO I.

**S**emifopitus abest à simplice Deicero Iuro  
Peicero contemnunt: velut Innuba, Pronuba Nubo.  
Queis etiam Nihilum cum Cognitus, Agnitus hærent.  
¶ Et Dicus à Dico. ¶ Variant Connubia vates.

**H**æc à simplicibus longis orta corripuntur, Semifopitus à Sopitus: Deicero  
Peicero à Iuro: Pronuba, Innuba à Nubo: Cognitus, Agnitus à Notus: Ni-  
hilum ex Ni, & Hilum, Maledicus, Causidicus, Veridicus, Fatidicus à Dico.  
Horat. Serm. 2. Saty. 3. Stultitia ne erret nihilum distabit, an ira.

**C**onnubium à Nubo, & Connubialis secundam syllabam habent communem.  
Virg. Æn. 3. Hectoris Andromache Pyrrhin' connubia seruas?  
Idem. Æn. 1. Connubio iungam stabili propriamq; dicabo.

## EXCEPTIO II.

**L**onga Imbecillus, verbumq; Ambitus amauit:  
Ambitus at nomen cum fratribus arcta poposcit.

**A**t hæc à breuibus deducta producuntur Imbecillus à Bacillus: Ambitum, &  
inde Ambitus participium ab Itum: nomina tamen Ambitus, us, Ambitic-  
sus, & Ambitio sui simplicis breuitatem retinuerunt. Horat. Serm. 2. 10  
Satyr. 2. Accedent anni: tractari mollius atus Imbecilla volet. —  
Ouid. Met. 1. Iussit & ambitæ circum dare littora terre.

De Compositis à quantitate simplicium recedentibus. ¶ Schol. 14:

**P**osuimus plura exëpla, vt ex his, atque similibus tyrones alluescant in composi-  
tis syllabarum quantitatem inuestigare. ¶ Pronubus, & Innubus genere vi-  
rili prætermisimus, quia non videntur vsitata. ¶ Connubium, & Connubialis  
communia sunt. Stat. Theb. 5. Tertia canet hiems, cui connubialia vincla, &c.  
Sic Ouid. — vbi connubialia iura. ¶ Nihilum, vt placet Grammaticis, ex  
Ni, quod apud Veteres, Non, significabat, & Hilum componitur. Varro tamen 2. de  
Analog. ex Ne & hilum constat censet. Festus hilum putat esse, quod grano fabæ  
adheret, ex quo Nihil, & Nihilum. Nonius, Hilum, inquit, breue quiddam significat.  
Lucilius lib. 10. Quodq; tuas laudes culpes, non proficis bilum. Ita passim Lucret.  
lib. 3. Ipse sui miseret, nec enim se diuidit bilum. ¶ Ambitus nomen hic etiam  
excipiendum est, si Prisciano credimus: nam lib. 10. docet, Ambio, compositum ex ver-  
bo, Eo, solum mutasse, E, in, I, & more eorum, que in, I, desinunt, penultimam supini  
habere longam: vnde, Ambitus, participium mediâ longa. Ouid. Met. 15. Fluctibus  
ambitæ fuerant Antissa, Pharoq; Et Phænissa Tyros. — Ambitus verò nomen  
eamdem habet breuem differentia causa. Stat. 1. Theb. — iurisq; secundi Ambi-  
tus impatiens. — Lucan. lib. 1. — letalisq; ambitus vrbi. Item Ambitio &  
Ambitiosus Ouid. Trist. 4. Sollicitaq; fugax ambitionis eram. Stat. Theb. 6.  
— nec vnuquam Ambitiosa pios collidit gloria fratres.

¶ Semifopitus.

¶ Semifopitus. Ouid in Epist. — moui Thesea prensuras semifopita manus.  
& alibi apud eumd. Sopio, & Sopitus primam producunt. Met. 7. Peruigi-  
lem superest herbis sopire draconem. Virg. Æn. 1. Hunc ego sopitum somno ju-  
per alta Cythera, &c. ¶ Comitium habere penultimam longam contra sim-  
plicis naturam, Itum, non potest probari ex carmine Silij lib. 8. Cernebat Paulus,  
namque huic comitia campus Iura, atq; arma tulit. — cum non (comitia) sed  
(communia) habeant libri correcti. ¶ Imbecillus, secundam producit, cum Bacillus,  
vnde fit, primam corripit. Hor. Ser. 2. Saty. 7. Imbecillus, iners, si quid vis, adde, pro-  
pino. Lucret. l. 1. Adde quod imbecilla nimis primordia fingit. ¶ Contra Labef-  
facio, Labefacto, Collabefacio primam corripunt, cum Labes priori sit lon-  
ga. Sil. lib. 1. — nec puluere fessum Agminis ardenti labefecit Sirtus astro.  
Idem lib. 12. Mandit, & exesos labefaciat murmure montes. Virg. G. 2. Et labefacta  
mouens robustus iugera fossor. Ouid. Fast. 1. Et vastum motu collabefaciat onus.

## De Præpositionum compositione.

**P**ræpositiua alijs si pars connectitur vlla,  
Quanta fuit seiuncta prius, coniuncta manebit.  
¶ Propositæ modò nulla prius data resistat.  
¶ In Dirimo breuis esto prior: breuis esto Disertus.

**Q**uantitas etiam Præpositionum seruetur in compositione, vt in Abeo, Ado-  
ro, Antefero, Circumago, Inuro, Obeo, Pereo, Subeo, Superaddo, que sunt  
longæ, vt infra ex præceptis de Vltimarum syllabarum quantitate patefiet.  
Iuuenal. Saty. 7. Circumagat madidas à tempestate cohortes.

Virg. Æn. 1. Tergora diripiunt costis, & viscera nudant.

**A**liquando propter vocalem subsequenter præpositio longa corripitur, vt in  
Dæano: & breuis duarum consonantium positione producitur, vt in Adduco:  
in quibus standum est superioribus documentis.

¶ Dirimo, ac Disertus, Di, corripunt.

Virg. Æn. 5. Cede Deo, dixitq; & prælia voce diremit.

Mart. lib. 6. Non tu Pomponi cæna diserta tua est.

**A**danaum correpta manet. ¶ Re, adiunge Latinum.  
¶ Sed longum Refert, Opus est, cum signat, habet.

**A** Græca particula breuis est, in compositione, vt Adamas, Adytum, Atomus.  
¶ Itè, Re, Latina præpositio, cuius est vsus in cõpositione tantum, vt Refero,  
Relinquo. Ouid. Fast. 3. Immolat hunc Briereus facta ex adamante securi.  
Virg. Æn. 1. Talibus ex adyto dictis Cumca sybilla.  
Idem ibid. 6. Talia voce refert, o terq; quaterq; beati.

¶ Refert, hoc est Interest, seu Necessè est, Re, habet longum.  
Mart. lib. 9. Multum, crede mihi, refert à fonte bibatur.  
Virg. Georg. — neque enim numero comprehendere refert.

De Quantitate Præpositionum in compositione. ¶ Schol. re.

**H**IC sunt in memoriam reducendæ superiores præceptiones de Positione: de Vo-  
 cali ante vocalē. Reijcto enim, Reijci primā habent longam positione: siqui-  
 dē, I inter duas vocalēs duplex est. Obijcio, Adjicio, Subijcio, primas etiā produ-  
 cunt positione duarū consonantiū: nam, I, litera, quæ priore loco scribitur, cōsonans  
 est, ut in simplici latio: quæ verò posteriore, vocalis: quæ ex A, simplicis facta est. Inter  
 dū camē, I, cōsonans à Poëtis reijctur seruata vocali: quæ de re supra Sch. 9. dixim⁹.  
 ¶ Poëta Rettuli, Repperi, Reppuli frequenter geminatis consonantibus produ-  
 dunt. Valer. Flac. lib. 7. Seq̄, sub extremis in mœnia rettulit vmbri. Sic idem l. 5.  
 & Sil. lib. 9. Propert. li. b. 2. Ab pereat quicumque meracas repperit vuas. Sic  
 Corn. Gall. eleg. 1. & Ouid. 3. de Ponto eleg. 2. Consortes vr̄bis repperit esse suæ.  
 atque alibi sæpius. Idem Met. 15. — media tellurem reppulit vnda. Virg. 4. Ge-  
 org. — spretos pede reppulit amnes. ¶ Redduco, non apud Lucan. sed Lucreti-  
 um legitur: item Reccido, Rellatus, Rēfficio, quem nolim imitari. Lib. 4. sic ait  
 — vocesq̄, repente Mittunt & crebras redducunt naribus auras; & l. 5. Haud igitur  
 cessat gigni de rebus, & in res Reccidere assidue, quoniā fluere omnia constat.  
 Sic idem alias frequentissimè. Hoc tamen in eorum supinis, nisi in Rellatum vix  
 contingit. Lucret. lib. 2. Id rursum celi rellatum templa receptant. Ab Ouid. M. 9.  
 meritō corripitur. Qua trahitur, trahit illa cutem (sc̄dumq̄, relatu) &c. Ita Silius,  
 Iuuenalis, & ceteri, Illud Propertij l. 4. Reccidit, inq̄, suos mensa supina pedes. le-  
 gitur & Decidit. ¶ Recisus etiam primā longā dixit Claud. de bello Get. Vulneribus  
 pars nulla vacat, recisusq̄, cunctis Gloria. — ¶ Selibra non à præp. Se, sed à Semis  
 abiecta posteriori syllaba componitur. Vnde mirum non est, si prima in compositione  
 partis, E, finite corripitur, ut infra dicitur. ¶ Cohæreo, Cohibeo, &c. in qui-  
 bus Con, præpositio, N, literam amittit ob sequentem vocalem, primam corripunt.  
 ¶ In verbo Comedo N, migravit in M, breui, O. Iuven. saty. 2. Si verò & pater est,  
 comedam, inquit, flebile nati Sinciput. — ¶ Verbum Cogo, quod Coago scri-  
 bendū fuit, ut Coactum eius supinum, priorem habet longam, quæ ex duabus breui-  
 bus O, & A, in vnam contractis facta est. Virg. Eclog. 3. Tityre coge pecus: tu post ca-  
 recta latebas. ¶ Anhelō, Anhelus, primam habent breuem, quæ ex præpositione  
 An, M, mutata in N, facta sunt. Virg. Æn. 5. Et me sc̄vus equis Oriens afflauit an-  
 belis. ¶ Quo pacto Con, & Am, afficiantur sequentibus vocalibus, aut consonan-  
 tibus, diximus cum de præteritis verborum egimus, Schol. 1. pag. 302. ¶ Omitto,  
 Operio, & Aperio primas habent breues, quia ex Ob, Ad, vel Ab, præpositionibus  
 composita sunt, sed, B, ac D, extrita sunt. Hor. 1. Epist. Quod petijt, spernit: repetit,  
 quod nuper omisit. Ou. ad Pison. — mirus omissa Paulisper grauitate lepos. —  
 Virg. Æn. 4. Nox operit terras, quoties astra ignea surgunt. Idem Æneid. 1. Et  
 vastas aperit Syrtis, & temperat æquor. ¶ Apella, quod ex A, & nomine Pel-  
 lis confiatur, primam corripit. Horat. Serm. 1. saty. 5. — credat Iudæus apella.  
 ¶ A, E, De, Di, Se, producuntur Horat. Serm. 1. Saty. 1. Sed tamen amoto quæra-  
 mus seria ludo. Ouid. Met. 10. In quem decidimus, quidquid mortale creamur.

Virg.

Virg. Æn. 3. — da flammam euadere classi Nunc pater, & tenues Teucrum res  
 eripe letho. Ibid. 4. Et cum frigida mors anima seduxerit artus. Ibid. lib. 2.  
 Ille simul manibus tendit diuellerē nodos. ¶ Dirimo, & Disertus, corripuntur.  
 Ouid. Fast. 6. Res est arbitrio non dirimenda meo. Hor. Serm. 1. S. 19. Dum studeo  
 vrb̄anus, tenditq̄, disertus haberi. Idem Epist. 1. ep. 5. Fœcundi calices quem  
 non fecere disertum. ¶ Vecors, Vecordia, Vefanus, Vefania, Veiovis, non à  
 coniunctione, ve, sed ab alia particula componitur, quæ non reperitur, nisi in compo-  
 sitione. Cum diphthongo scribitur à quibusdam, ab alijs sine diphthongo. Cum verò  
 cōposita producuntur cōtra consuetudinē, verisimile est diphthongo potius scribendā.  
 ¶ Nihil attinet hic annumerare, quæ Positione, aut Diphthongo longæ sunt, vt Abs,  
 Ex, Post, Præ. ¶ Trans, amissis duabus consonantibus nihilominus producitur, vt  
 Trano. Virg. Æn. 6. — illius ergo Venimus, & magnos Erebi tranauimus amnes.  
 ¶ Traduco. Mart. l. 1. Quæ tua traducit manifesto carmina furto. ¶ Trado. Idem  
 lib. 11. Ardua res hæc est, opibus non tradere mores. ¶ De, sequente vocali corripit-  
 tur, vt Dehisco. Virg. 4. Æn. Sed mihi vel tellus optem prius ima dehisco.  
 ¶ Dehinc. Stat. Theb. 6. Mille dehinc species. — Interdum cum eadem vocali in  
 syllabam coalescit, vt in Deeset, Decrat. Lucan. l. 2. Quantum deesse solet Lunæ,  
 seu plena futura est. Ouid. Met. 1. Sanctius his animal, mentisq̄, capacius altæ  
 Decrat adhuc. — Sed dehis in Figuris. ¶ Si Magister opus esse duxerit præpositiones,  
 vt melius præcipiatur, carmine tradendas, his carminibus eas tradere licebit.  
 ¶ E, Di, Se, longis, A, De, compo sta: sed Ante Ad, Per, In, Ob, breuibus, Su-  
 per, Ab, Sub, iungito Circum.

### Pro præpositio.

**A** Vsonidūm, Pro, longa sonat: correpta Pelalgūm,  
 ¶ Pro, præpositio breuis est apud Grecos, vt Propontis: longa apud Latinos, vt  
 Proueho. Ouid. De Pont. 4. Misit in has siquos longa Propontis aquas.  
 Virg. Æn. 3. Prouebimur portu, terraq̄, vrbesq̄, recedunt.

### EXCEPTIO.

**C** Orripe quæ Fundus, Neptis, Fugioq̄, Neposq̄,  
 Et Fari, Festus, Fatecr, Fanumq̄, creauerunt.  
 Huc Prófugus Spectat; cui iunge Profano, Proteruus,  
 Atque Propago genus, Properare, Procella, Profecto.

**H**Æc tamen corripuntur Profundus, Prôneptis, Profugio, Prânepos, Profa-  
 ri, Profestus, Profiteor, Profanus, Prófugus, Proteruus, Propero, Procella,  
 Profecto ¶ Item Propago, inis, cum progeniem significat: cum verò de pressa vitem,  
 longam habet primam. Virg. Æn. 1. Tum breuiter Dido vultū demissa profatur.  
 Lucan. lib. 1. Ad Cinna, Mariosq̄, venis sternere profecto.  
 Idem lib. 8. Quam pior affatur Pompeij ignora propago.  
 Virg. 2. Georg. — pressus propaginis areis.

Nunn 4

Appendix

**P**rocuro comm: ne datur, Propino, Profundo.  
Longa Propagare, & Proserpina sæpius optant.

**P**ropino, Procuro, Profundo primam habent communem: at Propago verbum,  
& Proserpina frequentius producuntur.  
Ouid. Fast. 3. Risit & his, inquit, facito mea tela procures.  
Virg. Æn. 9. — bene gestis corpora rebus Procurate viri.

De Compositis ex præpositione Pro. ¶ Schol. 16.

**S**unt qui existunt Profundus, Pronepos, Profiteor, & cætera Latina, quæ hic  
numerantur, non è præpositione Pro, sed ex adverbio Procul esse composita.

¶ Proneps. Perf. Saty. 6. — age, si mihi nulla Iam reliqua ex amicis, patruelis  
nulla, pronepsis Nulla manet patrui. — ¶ Profugio. Valer. Flac. lib. 7. Con-  
tingat vix deinde mori: sic facta profugit. Sil. lib. 8. Tum corripit ense, Cerca  
necis, profugit donum exitiale mariti. ¶ Pronepos. Ouid. 11. Met. Et Neptunus  
auus, pronepos ego Regis aquarum. ¶ Profari. Horat. Serm. 1. saty. 6. Infans namq;  
pudor prohibebat plura profari. ¶ Profectus. Idem Serm. 2. saty. 3. Qui Veientanum  
fessis potare diebus Campana solitus trulla, vappamq; professis. ¶ Profiteor.  
Ouid. Vtilitas lateat, quod non profitebere, fiet. Idem Fast. 5. Te quicumq; suas profi-  
tetur vendere merces. ¶ Horat. in Art. Incæptis grauibus plerumq; & magna  
professis. ¶ Profanus, Profano. Virg. Æn. 6. — procul d, procul este profani.  
Ouid lib. 3. Eleg. de morte Tibulli, Scilicet omne sacrum mors importuna profanat.

¶ Proteruus. Idem in Epist. Da naret nati facta proterua pater. Idem Met. 13.  
— ausus erat reges inceslere diis. Thersites etiam per me haud impune proter-  
uus. Mart. 1. 10. Et multo sale nec tamen proteruus. ¶ Profectio. Ou. M. 4. Et ma-  
ter felix, & fortunata profectio, Siqua tibi soror est. — Cæterorum exempla trita  
sunt. ¶ Proficiscor primam corripit. Peopert. lib. 3. Magnum iter ad doctus pro-  
ficiscor cogor Athenas. Vnde Participium Profectus etiam corripitur. Virg. 7.  
Æn. Arcades his oris, genus à Pallante profectum. Sic Ouid. Fast. 1. & Stat. 30  
Theb. 6. Qui primam putant etiam longam esse, dubijs testimonijs id docent. Itaque  
entiùs corripitur: sed ad hoc præceptum non spectat, cum Proficiscor verbum sit  
simplex. At Profecturus à Proficio primam producit. Ouid. in Epist. Non pro-  
fecturis littora bobus aris. Idem in Ibin, Non profectura conditor historie.

¶ Prohibeo primam habere breuem, satis notum est, quia sequitur vocalis. Virg.  
Æn. 3. Dij prohibete minas, dije talem auertite casum. ¶ Propago verbum apud  
Lucr. primam modò longa, modò breui passim reperitur. lib. 1. Propagare genus posset,  
vitamq; tueri. Ibid. Nec ratione stuant alia, stragemq; propagant. Idem lib. 2.  
— prolemq; propagant. Sil. 1. 2. etià corripuit. — sedisq; propaget Signa fe-  
rox. ¶ Propino verbum est Græcum. προπινω; quo tamen Latini crebrò vtuntur:  
Mart. lib. 3. Crystallinisq; myrrhinisq; propinat. Idem 12. Hoc quoq; nonnihil  
est, quod propinabis in istis. Idem lib. 2. Quod nulli calicem tuum propinas.

Humanè

**1** Humanè facis: — Idem lib. 6. Nemo propinabit Calliodore tibi. ¶ Procuro.  
Accius in Annal. Exercent epulas læti, famulosq; procurant. Tibull. 1. 1. Ipse pro-  
curavi, &c. Horat. Epist. 1. epist. 5. Hæc ego procurare, & idoneus imperor, &c.  
¶ Profundo, Profusus. Idem Æn. 12. Vix ea, cum lacrymas oculis luturna profu-  
dit. Ouid. Met. 9. — & lacrymis vultum lauere profusus. Idem 1. 8. — caput  
à ceruice profundi. Catull. in Argon. Has postquam mæsto profudit pectore voces.  
Apud Valer. Flac. & bis apud Silium lib. 12. productum reperies. Nomina verò Pro-  
fundum, & Profundus, nondum producta inueni. ¶ Propello, Propulso, eti-  
am primam habent breuem apud Lucret. 1. 4. — quod paruula causa Est procul  
à tergo, quæ pronebat, atque propellat. Idem 1. 6. — locatus Aer, à tergo qua-  
si pronebat, atque propellat. ¶ Idem lib. 4. Verba propulsantes iterabant dicta,  
&c. tutior est viriisque productio. Quin etià in libris castigatissimis Repulsantes  
(idq; iure optimo) legitur. — ¶ Verba Procio, Profugo, as, inusitata sunt.  
¶ Procello, incertum est, an primam habeat breuem, nam Lucretij versus,  
quo id confirmandum esset, sic legitur, Turbinis immanem iam promouet, atque pro-  
cella. Non Procellit. ¶ Propola Græcum nomen primam longam effert Lucilius: Si-  
cuti cum primos ficos propola recentes Protulit. — ¶ Proserpina, quæ, vt aiunt  
nonnulli, in quibus est D. August. 7. de Ciuit. Dei, c. 20. à proserpendo dicta est,  
apud Virg. cæterosq; poetas primam longam passim effertur. Eam tamen semel, & ite-  
rum breuem inuenio Senec. Hercul. fur. Vidisti Sicule regna Proserpinæ. Horat.  
Carm. 2. Od. 13. Quam penè furæ Regna Proserpinæ. Regna Proser, — — —  
planè Choriambus pes est in vtroque carmine.

## E, in Compositione,

**25** **E**, Breuis effertur claudens extrema priorem  
Compositi partem, veluti Stupefacta, Nefandus.

**30** **S**i Prior pars compositi, E, vocali terminetur serè breuis est, vt Labefacio, Te-  
pofacio, Tremefacio, Stupefacio, Nefas, Nefarius, Nefastus, Nefandus, Selibra,  
Nequed, Vndecumque, Vsq; quaque.

Virg. 1. Georg. Flammarumq; globos, liquefactaq; voluere saxa.  
Idem Æn. 9. — atro tepesfacta cruore Terra, toriq; madent. —  
Iuuenal. Satyr. 13. Credebant hoc grande nefas, & morte piandum,  
Si iuuenis vetulo non affurrexerat.

## EXCEPTIO.

**N**equicquam produc, Nequando, Venefica, Nequam  
Nequitia, & Nequis, comitante Videlicet: adde  
Necubi, Nequaquam: sociusq; Veneficus esto,  
Atque Veneficium. ¶ Varijs Liquefactus adhæsit:

**E**xcipe Nequis, nequa, nequod, Nequam, & cætera.  
Ouid. in Epist. Barbara narratur venisse venefica tecum.

De Compositis quorum prima pars in, E, terminatur. ¶ Schol. 7.  
**H**ic de Latinis vocibus agimus: Græcæ enim ex, i, vel, u, vel diphthongo cognoscuntur, vt Archétypus, Nereus, Euander. ¶ Tepefacio, & Liquefacio ferè semper corripuntur. Horat. Sermon. 2. Saty. 3. In matris iugulo ferrum tepefecit acutum. Ouid. in Epist. Sanguine Tlepolemus Lyciam tepefecerat hastam. Virg. 9. Et media aduersi liquefacto tempora plumbo Diffidit. — Idem Georg. 4. Cogit hyems, eademq; calor liquefacta remittit. Sic Ouid. 1. de Pont. ¶ Tepefacio Catull. in Argon. produxit: Alta tepefaciet permistâ flumina cæde. Idem in Liquefaciens, secundam ibidem longam fecit. Et Ouid. Met. 7. Thura liquefaciunt, indutaq; cornibus aurum Victimâ. — Ibid. lib. 9. Ambustiâq; sonant nerui, cæcaq; medullis Tabe liquefactis, &c. Sil. lib. 1. Ossa liquefactis fumarunt feruida membris. ¶ Madefit. Q. Seren. Lana madefit oleo, sed nondum lauta rosato. Sed hi omnes necessitate constricti longâ pro breui vsi sunt: id quod Epicî poetæ solent facere in dictionibus tres breues continuas habentibus more Græcorum, vt Priamides. Virg. 1. 6. Atq; hic Priamiden laniatum corpore toto Deiphobum vidit. — Lucret. E. produxit in Confer. efacio, Expergefacio, Patefacio, Putrefacio, Patefio, Vacefio, quæ nondum, quod meminere, apud ceteros poetâs legi, ne breuia quidem: vno Patefacio excepto. Lib. 6. — aurumq; repente Conseruafacit è paruis quia facta minutè Corporibus vis est, &c. & lib. 4. Expergefactiq; sequuntur inania sæpe, &c. Ibid. Atq; patefecit, quas ante obsederat ater. &c. & 1. 6. Causa patefecit, quæ ferri pelliciat vim. Ibid. Et rarefecit calido miscente vapore. Idem lib. 1. Nec rarefieri partes ignis, &c. — Idem lib. 6. Hoc vbi inanitur spatium, multusq; vacefit In medio locus. — Ibid. Hoc fit item cunctas in partes vnde vacefit Cumq; locus. — Et eandem corripuit, vt alij, in Patefio lib. 1. — semina rerum Cum confluxerunt patefit quodcumq; creatur. Itè in Putrefacio lib. 2. Et tamen hæc cum sint quasi putrefacta per imbres, Vermiculos pariunt. — ¶ Nequam, auctore Varr. 1. 3. de Analog. ex Ne & Quicquam, media syllabâ extrita, coactum est. Horat. 2. Sermon. Saty. 7. Arma viri? nequam & cessator Dauus at ipse. ¶ Nequiquam. Pers. Saty. 4. Quin tui gigitur summa nequiquam pelle decorus. Ibidem, Nequiquam populo, &c. ¶ Nequitia. Ouid. 1. Fast. Nequitia est, quæ te non sinit esse senem. ¶ Videlicet ex Videre, & Licet factum est. Lucret. lib. 1. Offa videlicet è paucillis, atque minutis Ossibus. — ¶ Necubi ex Ne & alicubi. Lucan. 1. 4. Scilicet hoc animo terras, atque æquora lustras, Necubi suppressus pereat gener. — ¶ Nedum. Horat. in Art. Nedum sermonum stet honos, & gratia viuax. Lucret. 1. 1. Talibus in causis nedum variantia rerum, &c. ¶ Scilibra à Semis componitur dempta posteriori syllaba: non à præpositione Se, vnde meritò corripitur à Mart. lib. 1. Et thuris piperisq; tres selibra. & lib. 5. Saturnalisæ ligulam misisse selibra. ¶ Vecors, Vecordia, Vegrandis, Vefanus, Veionis non à coniunctione, Ve, componuntur, sed ab alia particula, quæ non reperitur, nisi in compositione: & adhuc locum spectare videntur. Quod si diphthongo scribantur, vt quibusdam placet, non est cur hæc excipiantur.

## I, vel Y, in compositione.

**I**, quoque compositi primam brevis utraque partem Claudit, vt Omnipotens, Polydorus. At inde recedunt Vipera, Siquando, Trinacria, Siquis, ibidem Illicet: atq; Duum Bi, Tri, præcunte: Quadrigæ, Cumq; Meliphyllon Bigæ, Tibicen, Vbique Sicubi, Nimitum cum Scilicet: omnibus Idem Masculeum: & quæcumque Dies componit, adauge.

**S**i Prior pars compositionis in, I, vel, Y, desinat, corripitur, vt Omnipotens, Causidicus, Polycarpus, Polydorus, Pedisequus, Melilotos, Orichalcum. Virg. Æn. 10. Tum pater omnipotens, rerum cui summa potestas Insit. — Mart. lib. 5. Carpere causidicus fertur mea carmina, qui sit, Nescio, si sciero, vt tibi causidice. Ouid. Fast. 4. Pars thyma, pars rorem, pars meliloton amant. Virg. Æn. 3. Nam Polydorus ego, &c.

## EXCEPTIO I.

Longum habent Vipera, Biduum, Triduum, Idem pronomen virile, Siquis, Siqua, siquod, &c. Mart. 1. 12. Difficilis, facilis, iucundus, acerbus es idem. Idem lib. 2. Si totus tibi triduo legatur. — tri du — pes choreus. Virg. Æn. 5. Trinacria mirata fremit, Troicq; iuuentus. Quid. Parua necat morfu spatiosum vipera taurum. Idem Trist. lib. 4. Siqua meis fuerint, vt erunt vitiosa libellis, Excusata suo tempore lector habet.

## EXCEPTIO II.

Item composita ex Dies, vt Meridies, Meridor, Quotidie, Quotidianus, &c. Mart. 1. 3. Inter tepentes post meridiem buxos. — meri — pes lambus.

## EXCEPTIO III.

**S**i Tandem, I, fixum non est, protendimus illud: Vt Quidam. ¶ Rapidis Vbicumque frequentius hæret.

**S**i, I, fixum non fuerit, sed pro genere & casu mutetur, longum erit, vt Quivis Quilibet, Tantidem. Mart. lib. 9. Rumpitur inuidia quidam carissime Iuli, &c. Ouid. Pollicitis diues quilibet esse potest. ¶ Vbicumque frequentius habet, I, breue. Mart. lib. 1. Qui tecum cupis esse meos vbicumque libellos. Ouid. Met. 7. Seruor vbicumq; est, &c.

De Compositis, quorum prima pars in I, terminatur. ¶ Sch. 18. Hæc præceptio tam Græcas, quam Latinas dictiones complectitur. ¶ Tripus. Virg. Æn. 3. Qui tripodas Clarij, lauros, qui sydera sentis. ¶ Idem, neutrum priorem habet breuem. Mart. lib. 12. Et faciamus idem, nec mereamur idem. Iuven. Saty. 13. Chrysiippus non dicit idem, nec mite Thaletis Ingenium. — Hinc illa Idemtidem, Indidem, Itidem, Tòtidem penultima breui proficiuntur. Catull. Qui sedens aduersus idemtidem te Spectat, & audit. Versus est Sapphicus.

Lucr. l. 6. Per terras itidē manare ex equore falso. ¶ Triduum produxit Mart. l. 2. ¶ Biduum primā etiā producit, vt Triduum. Terent. Eun. Rus ibo, ibi hoc me macerabo biduum. Senariusest Iambicus. ¶ Siquidem compositū ex Si, & Quidem, semper primam corripit. Lucan. lib. 4. Hoc siquidem solo civilis crimine belli. Si verò disiungantur, Si quidem, Si semper producit. ¶ Sicubi à Si & Alicubi. Virg. Æn. 5. Diffugiunt, syluasq; & sicubi concava furtim Saxa petunt. — ¶ Siquando. Ouid. Met. 11. Et cœunt, vt aues, siquando nocte vagantem Noctis auem cernunt. — ¶ Nimirum à Ni, quod olim pro Ne dicebatur, & Mirum. Stat. Sylu. 5. Nimirum cum vestra domus ego funera mæstus Increpito, — &c. Iuuenal. Saty. 14. Corripies nimirum, &c. ¶ Scilicet ex Scire, & Licet copulatum est. Virg. Æn. 2. Scilicet hæc Spartam incolumis, patriasq; Mycenæ Aspiciet? — ¶ Illicet ex Ire, & Licet. Idem ibid. Illicet ignis edax summi ad fastigia tecti. Voluitur. — ¶ Meliphyllon herba est, quæ à Varrone lib. 3. c. 16. apiastrum dicitur. Virg. 4. Georg. Tria meliphylla, & cernit he ignobile gramen. ¶ Trinacria, Sicilia est dicta à Isis, & à tria quod tria habeat promontoria, Pachynum, Lilyceum, Pelorum. à tria enim Græcè, promontorium est Latine. Virg. Æn. 5. Trinacriæ mirata fremit, Troi. q; inuentus. ¶ Vbius, Vbilibet aiunt etiam mediam longam habere, quamuis, Vbi, vltimā habeat ancipitem. Hor. certè corripuit Serm. 1. S. 4. Non vbius, coraq; quibuslibet in medio qui, &c. ¶ Vbicumq; sepius corripitur. Hor. Ep. 1. Indomita cernice feros, vbicumq; locorum Viuitis. — Ou. M. 7. Produxit. Et C. sull. epigr. in Egnat. Renidet ille, quicquid est, vbicumq; est. Scazonis enī pes quintus semper est Iambus. ¶ Mart. lib. 8. Lucrifecit dixit secundā longā: Emit lacernas millibus decem Bassus, Tyrius coloris optimi: lucrifecit. Scazon etiam est, Aut certè dicendum est Lucri genitiuum esse, quales sunt Par. i, Magni, & cæ. Separatur enim interdum à verbo. Plaut. Pers. Cara est, fecisti lu:ri. Quod etiam fit in alijs. Catull. ad Furium, Noli spernere, nec putare parui. Mart. lib. 11. rursum eandem syllabam produxit in eius passiuo Lucrifio, Nunc furtiua lucri fieri bombycina possunt. Rectius enim vtrobique nomen à verbo seiunctum legi oportere existimo. Vt etiam apud Horat. Serm. 2. saty. 4. correctiores libri legunt. — quem tu vidisse beatus Non magni pendis, — &c. Frustra igitur à quibusdam eiusmodi genitiui cum verbis coniunguntur, cū semper à Poëtis producantur. ¶ Ausonius in monosyllabis Cæsarum, Matricida, ante penultimā longā dixit. Matricida Nero proprium pertulit ensis. repugnante tamen analogia, nam Parricida eandem habet breuem. Horat. 3. Carm. od. 29. Telegoni iuga parricidæ. Carmen constat ex duabus dactylis, & totidem choreis. ¶ Quidam illud Ausonij sic legunt, Matricida Nero, &c. At qui eadem longa in epigr. de Seucro ipse dixit. Impiger è gelido amouet arma Seuerus ab Istro, Vt parricidæ regna adimat Didio. ¶ Mart. lib. 3. Exarsitq; dies, & hora lassos Interiūgit equos meridiana. Phaleucii carmen, tertio loco chorūm exigens — ridi. — ¶ Composita ex Dies, sunt etiam Pridie, Postidie, Pridianus, Merediatius. Catullus in Quotidianus, solita licetia vsus est: siquidem primā producendo corripuit secundam, epigr. ad Mantium, Coniugis in cul-

pa flagrauit quotidiana. — quàm Mart. semper producit. Lib. 1. Quid tu, quod liber ociose tendis, Cultus sindone non quotidiana? Idē l. 10. Leuis dropace tu quotidiano.

## O, in compositis.

- Partem compositi claudens, O, Græca priorem, Esto breuis, ceu Carpophorus. ¶ Tendatur ibidem Omega, & O, Latium: vt Quandoque, Geometra ¶ Vates Quandoquidem Duodena, Hodie, correpta notabit.
- O** In Græcis dictionibus priorem compositi partem claudens corripitur, vt Cymothoe, Carpophorus, Argonauta. Mart. lib. 1. Secula Carpophorum Cæsar si prisca tulissent, &c. ¶ Quæ per, ω, mega apud Græcos scribuntur, longa sunt ωμῆσις Geometra λαγόπους Lagopus. Mart. l. 7. Si meus aurica gaudet Lagopode Flaccus.
- O**, in Latinis dictionibus producit, vt Quandoque, Quocūq; Quandocūq; Introduco. ¶ Corripiuntur Hodie, Quandoquidem, Duodeni.
- De Compositis, in quibus prior pars, in O, definit. ¶ Schol. 19. ¶ τωλόφος Geolophus, ωμόρος Geomorus Latinis inusitata sunt. λευκόπετρα Leucopetra per, O, micron scribitur, quemadmodum & θεόφιλος, Theophilus, & Θεοφιλα. Mart. in Theophila secundam produxit, quod tres breues continuæ essent, lib. 7. Hæc est illa tibi promissa Theophila Cani. Fannius interpret Dionysij Leucopetram contra Græcorum quantitatem produxit, Ad Leucopetram longissima rura tenentem. Iuuen. saty. 3 aut, O, in Geometres corripuit, aut certè, E, &, O, in vnam syllabam contraxit: Grammaticus, rhetor, geometres, pictor, aliptes. Sic enim in libris correctis legitur, non Geometra. ¶ Minotaurus etiam μινώταυρος ante penultimam producit. Virg. Æn. 6. Minotaurus inest Veneris monumenta nefanda.
- ¶ O, in Latinis dictionibus sæpe producit, vt Alioqui, Nolo, Quandoque, Quandocūque, Introduco, Retrouerfus, Eodem, Quocūque, Quolibet, Quoniam. Horat. Serm. 1. Sat. 6. Mendosa est natura alioqui recta: velut si, &c.
- ¶ Horat. in Arte, Indignor, quandoque bonus dormitat Homerus. ¶ Idem ibid. Es quocūque volent animum auditoris agunt. ¶ Idem Epist. 1. Quandocūque trahunt iniussa negocia Romam, &c. Sic Propert. l. 2. Quandocūque igitur, &c. ¶ Lucret. l. 3. Sic animas introduxerunt sensibus auctas. ¶ Ouid. Met. 4. Ipse retroerfus squalentia protulit ora. ¶ Hodie corripitur. Iuuen. saty. 3. Res hodie minor uersus squalentia protulit ora. ¶ Hodie corripitur. Iuuen. saty. 3. Res hodie minor est; here quam fuit, atq; eadem cras, &c. ¶ Quandoquidem. Virg. Eclog. 3. Dicite, quandoquidem in molli confedimus herba. ¶ Duodeni. Idem Georg. 1. Per duodena regit mundi sol aureus astra. ¶ Sacrosanctus habeat ne breuem, an longā secundā iudicabūt doctores. ¶ Bardocucullus, O, habet breue. Mart. l. 14. Gallia Santonico vestit te bardocucullo. ¶ Controuersus, Controuersor, Controuersia videntur etiam corripit, in qua sententia est Sidonius, l. 8. Declinatio controuersiarum. qui si classicus fuisset iam olim omnis dubitatio sublata esset.



# DE INCREMENTO SINGVLARI NOMINIS.

## Quid sit Incrementum.

**G**ignendi casu Rectum superante priorem,  
Ferre incrementum vox dicitur. ¶ Accipit vnum  
Quæ semel augetur: duo, cum bis syllaba crescit.

**S**i Genitiuus singularis par fuerit nominatio syllabarum numero, nullum  
erit incrementum, vt Musa Musæ, Dominus domini.

¶ Si longior fuerit vnâ syllabâ, tum penultima genitiui vnum etiam erit incre-  
mentum, vt Sermonis: sin verò duabus, duo erunt incrementa, penultima nimirum,  
& antepenultima, vnde Iter, Supellex, & composita à Caput literis, P, finita  
duplici augetur incremento, itineris, supellectilis, Biceps bicipitis.

**N**vllius augmentum reputanda est vltima. ¶ Vocis  
Si Patrius crescentis erit dissyllabus, esto  
Prima incrementum: si vox polysyllaba, nunquam.

**V**ltima Syllaba numquam dicitur incrementum, sed præcedentes,  
¶ Quando genitiuus duas tantum syllabas habet, vt Pacis, prima est incrementum.  
Si verò fuerit plurium syllabarum, prima non erit incrementum, sed vel pe-  
nultima solum, vt, O, in Sermonis: vel penultima, & antepenultima, vt in ijs,  
quæ duplici augetur incremento, Itineris, Bicipitis, &c.

**Q**uæ fuit aucta semel, robur conseruat vbique.  
A Boue longa tamen deducito tempora Bobus.

**S**yllaba, quæ incrementum est in genitiuo, in omnibus casibus vtriusque nume-  
ri semper eiusdem genitiui quantitatem seruat: vt Sermo, sermonis, sermo-  
ni, sermones, sermonibus; vbique, O, longum est. ¶ Præter Bobus, vbi, O,  
producitur, quâuis in genitiuo singulari corripitur Bovis.

Quàm necessariæ sint Incrementorum regulæ. ¶ Schol. 1.

**S**peruacaneum existimant multi de nominis incremento agere, cum ex pronun-  
ciatione ipsa facile cognoscatur. Quis enim Homini penultimam longam, aut Sermo-  
nis breui vnquam dixit. Quod etsi in multis polysyllabis verum esse non eo infitias: in  
monosyllabis tamen passim hæc ere imperitos, nemo est qui dubitet. Quid? Sal, Par,  
Lar, Vas vadis, Mas, Bos, Pes, Scips, Trabs, Scrobs, Fax, Grex, Nex, Phryx, Pix, Nix,  
Scrix, Crux, Dux, Nux, Trux, pronunciationis beneficio intelliget puer esse corrip-  
endas penultimas Salis, Paris, Laris? Aut contra Sol, Pan, Splen, Ren, Nar, Ver, Fur,

Vas,

Vas vadis, Cres, Dis, Glis, Lis, Mos, Dos, Cos, Glos, Ros, Flos, Tros, Os, Crux, Rux, Mus,  
Plu, Thus, Plebs, Seps, Gryps, Pax, Thrax, Lex, Rex, Vox, Lux, solis, Panos, splenis  
esse producendus? Nihil minus. Itaque non sunt omnino otiosa præcepta, quæ de In-  
cremento traduntur.

**I**ncrementum primæ declinationis singulare nullum est.  
De prisco genitiuo & datiuo in, Ai, Primæ declinationis. ¶ Sch. 2.  
**V**eteres interrogandi, dandiq; casus primæ declinationis vt Aule, Pictæ, non  
per, a, & e, diphthongum efferebant, Aulæ, Pictæ, sed per, a, & i, more Græco-  
rum Aulai Pictai, qua diphthongo soluta penultimam producebant. Itaque Diæresis  
potius est, quam incrementum. Virg. vetustatis amantissimus hæc carminibus inseruit.  
Æn. 1. Aulai in medio libabant pocula Bacchi. Idem Æn. 9. — diues pictai ve-  
stis & auri, &c. Æn. 7. — surit intus aquai Fumidus, atque altè spumis exuber-  
rat amnis. Vide Quintil. lib. 1. cap. 7.

**I**ncrementum secundæ declinationis.

**E**i, V, normæ dedimus breuanda secundæ:  
Inde recedit Iber, & Celtiber inde recedat.  
**E**i, V, incrementa secundæ declinationis corripuntur, vt Miser miseri, Vir  
viri, Satur saturi. Virg. Æn. 1. Non ignara mali miseris succurrere disco.  
Idem ibidem, Arma, virumq; cano, Troia qui primus ab oris. ¶ Except.  
**I**ber Ibéri penultimam habet longam, & ex eo compositum Celtiber Celtiberi.  
Lucan. lib. 4. Interea domitis Cæsar remeabat Iberis.  
Mart. 1. 1. Vir Celtiberis non tacende gentibus. — tibe. — pes Iambus.

**I**ncrementa tertie declinationis.

**A**, Ternæ crescens produc, vt Calcar, & Ajax.  
**A** incrementum tertie declinationis longum est, vt Calcar calcâris, Ajax Aiâcis,  
Titan, ânis, Vectigal, gâlis, Pietas, âtis, Pax pâcis. Quid. Fast. 3.  
Concitat iratus validos Titanas in arma. Virg. Æn. 1. Hic pietatis honos, sic  
nos in scepra reponis? Idem Æn. 7. Pars mihi pacis erit dextrâ tetigisse tyranni.

### EXCEPTIO I.

**M**ascula corripies Ar, & Al finita. ¶ Dabuntur  
Cappar, & Hispal ijs, Hepar cum Neëtar Bacchar,  
Cum Vade, Mas, & Anas: cum natis Parq; Iubarq;  
**C**orripe masculina in Al, & Ar, vt Sal, Annibal, Amilcar, Lar. Item Hepar  
hépatis, Neëtar, Bacchar, Vas, vadis, Mas maris, Anas anatis, Inbar iubaris  
& Par cum compositis, vt Cōpar, Dispar, Impar. Virg. Æn. 1. Vela dabant  
leti, & spumas salis ere ruebant. Sil. lib. 8. Annibalem Fabio ducam spectante  
per orbem. Idem lib. 1. Cui seuum arridens: Narrabis Amilcaris vmbra.  
Virg. Æn. 5. Pergameumq; larem, & canas penetralia veste.

**A**S, A Græca rape: vt Pallas, Phantasma. ¶ Iugantur  
S, finita, vt Arabs, si consona ponitur ante.

¶ Et Dropax, Anthrax, Atrax cum Smilace, Climax,  
His Atace, Pánace, Cólacem, Styracemq; Facemq;  
Atque Abacem, Córacem, Phylacem, compositaq; neçtes.

**I**tem corripuntur Græca in, A, & As, vt Poëma, atis, Stema, stematis, Pallas, di:  
& que consonantem habent ante, S, vt Trabs, Arabs. Item Dropax, Anthrax,  
Smilax, Climax, Atax, Panax, Colax, Styrax, & Storax, Fax, Abax, Corax, Phy- 10  
lax, & eorum cõposita, vt Nycticorax nycticoracis, Arctophylax Arctophylacis.  
Iuuen. Sat. 8. Stemata quid faciunt? quid prodest Pontice longo Sanguine censeri?  
Virg. Æn. 2. Instar montis equum diuina palladis arte Ædificant.  
Ouid. Fast. 4. Nam modò thurilegos Arabas, modò suspicit Indos.

De Nominibus tertix declin. quibus A est incrementum. ¶ Sch. 3. 15

**N**on excepimus Nar, quia neutrum est, vt suo loco diximus, quamuis etiam apud  
Virg. masculinum legatur, neque, Car, quoniam numero singulari inusitatum  
est. ¶ Lucar, quis nomen nusquam est, quod sciam. ¶ Vas vadis, corripitur. Horat.  
Serm. 1. Sat. 1. Ille datis vadibus, qui rure extractus in urbem est, Solos felices, & c.  
¶ Vas, valis producitur. Mart. lib. 14. Aretina nimis ne spernas vasamonemus. 20  
¶ Bacccharis etiam dicitur in casu recto. ¶ Sic nonnulla que patiuntur Apocopen,  
in obliquis eamdem penult. retinent, quam in suis integris habuerunt. Eiusmodi sunt  
Arar, Hispal, Cappar, Vas, Lien, Mugil, Memor, Vultur, Ceres, & si qua  
sunt horum similia. Vtroque enim modo hæc efferuntur, Araris, & Arar: Hispalis, & Hi-  
spal: Cappar, & Cappar: Lienis, & Lien: Mugilis, & Mugil. De tribus proximis 25  
dictum est. Ceres, autem Memor, Vultur, Vas, apud Priscos Ceteris, Memoris,  
Vulturis, Vasum, dicebantur. ¶ Vt Styrax, sic & Storax idem significans bre-  
ue est. Virg. in Ciri: Non stórace Idæo, fragranteis picta capillos. Q. Seren. Aut  
floracem torres, aut diri vulturis alam. ¶ Positiones Candax, Pharnax, non sunt  
in vsu, sed Cándace Cándaces, Phárnaces. I. de Plin. l. 6. c. 29. à Græcis κωνάκην, 30  
Vide Scabonem, Suidam, & in Act. Apost. tum Græcè, tum Latine eodem modo di-  
citur. Illud, Cándacis Æthiopum dicant arca, a, nusquam apud Iuenaletm, quem  
videtur quidam citare, reperitur. Pharnaces à Cic. lib. 11. ad Att. vocatur, non Phar-  
nax. Multa eum in Asia dicuntur morari, maximè Pharnaces. Et in proxima episto-  
la, Phárnaces autem quomodo agit, afferet v oram. Eodem modo ab Hircio bel. Ale- 35  
xand. tertio quòque verbo dicitur. Phárnaces cum paucis equitibus fugit. Miserat  
Pharnaces coronam auream: vnde fit genitiuus Phárnacis, vt Pylades Pyladis, Ti-  
granès, Tigrànìs. Idem, Quod sub imperio Phárnacis fuerat. Vnde Lucan. lib. 2. Ti-  
granemq; meum, nec Phárnacis arma relinquo. ¶ Syphax apud antiquos penul-  
timam producit. Prop. l. 3. — vixi monumenta Syphacis. Ouid. Fast. 6. Postera  
lux melior, superat Masinissa Syphacem. Claudianus, qui Cesarum Arcadij, &  
Honorij

Honorij ætate scripsit, eamdeui corripuit. ¶ κόραξ Corax, & φύλαξ Phylax, quorū  
posterior Latinis inusitatum est, addidimus propter composita Nycticorax, & Ar-  
ctophylax, que corripuntur, vt simplicia, que apud Græcos sine vlla dubitatione cor-  
repta sunt lib. 1. Epigr. ῥῶ, καὶ λάμβδα, μόνον κέρακας, κλακιάσσει δισῆ.

Hesiod. 1. ἔργων, καὶ ἡμερῶν.

Ἐσθλοὶ ἐπιχθονίῳ φύλακες θνητῶν ἀνθρώπων.

Manil. lib. 1. necessitate coactus Arctophilaca penultimā longā dixit,

Permeat Arctophilaca petens per terga Draconis.

Sunt namque quatuor breues continuæ. Quamquam enim Græci Grammatici  
tradunt polysyllaba in, ax, penultimam genitiui producere, vt ἰσαξ hierax, credo  
tamen hæc duo simplicium naturam sequi. Idem docent dissyllaba masculina penul-  
timam genitiui producere, si prior vocalis sit naturā longa, vt φάραξ, θώραξ, Πηραξ,  
Thorax: hinc tamen excipitur ῥώπαξ Dropax, & nonnulla alia, quibus non vtun-  
tur Latini. Longis addunt κόραξ cordax, quamuis prior non naturā, sed positione  
15 sit longa, quod apud Aristoph. νεφέλαις inuenies Excipiuntur & alia, quorum nul-  
lus est vsus apud Romanos. ¶ ἀνθραξ Anthrax, antbracis, penultimā productā  
aiunt quidam dicendum esse, cum à Græcis corripatur. Epigr. lib. 2. εἰς δελοῖς  
ἀνθρακα καὶ δάφνι παραβύβεται ἰσρατιάτῃσ.

**E**, breue sit, veluti Cucumis, cum Funere Puluis. 20

**E**, incrementū singulare tertie declinationis breue est, vt Degener degeneris  
Grex gregis, Nex necis. Ouid. Fast. 4. Mille greges illi, totidemq; armenta  
per herbas Errabant. —

## EXCEPTIO I.

**E**Nis habens patrio produc. Ita Celtiber, Halec,  
Ver, & Iber, Locuples, Hæres, Mercesq; Quiesq;  
Lex, Myrmex, Veruex, Seps, Plebs, Rex, insuper Halex:

**G**enitiuus, Enis, penultimam habet longam, vt Ren, rênis, Siren Sirênis. Quis-  
bus accedunt Iber Iberis, Celtiber Celtibêris, & cætera. Mart. lib. 8. Munera  
qui tibi dat locupleti Gaure, seniq; Si sapiis, & sentis hic tibi ait morere,  
Ouid. Monstra maris Sirenes erant, qua voce canora, & c.

## EXCEPTIO II.

**E**L, patrios peregrina iube protendere casus,  
Vt Daniel. ¶ Er, Es, adhibe finita Pelasgum,  
Vt Crater, Rhamnes. ¶ Æther bicuiatur, & Ær.

**I**tem peregrina in El, vt Michael: & Græca in Er, & Es, vt Crater crateris,  
Rhamnes Rammêtis, Tapes tapezis. Præter Ær, æris, & Æther, Ætheris;  
Virg. Æn. 7. Crateras Magnos statuunt, & vina coronant.  
Virg. Æn. 7. Ramnetem aggreditur, qui fortè tapetibus altis  
Extractus toto proflabat pectore somnum.

De Nominibus, E, incrementum habentibus. ¶ Schol. 4.

**I**beria regio est iuxta pontum, cuius incolæ Iberes dicuntur. vide Plin. lib. 6. c. 10. Ricimer, Scr. Byz. numerantur inter Græcæ in Er. Potest & Iber inter eadem numerari. ¶ Ἰβηρῶν ἰβήροις per, à Græcis scribitur. Lege Arist. de Hist. anim. l. 3. c. 13. Huius nominis obliqui non sunt omnes in usu apud Latinos, ut in Anom. dictum est Sch. 18. ¶ Huc spectat Ἰβηρῶν Myrmex. formicam significat: est & serui nomen. Vide Apuleiū. l. 9. Met. Consulto prætermisimus quæ aut prisca sunt, ut Mansues, mansuetis penultimâ productâ: aut nulla sunt, aut vix reperiuntur, ut Subtel, Succerex.

I, vel Y,

**I**, Rapidis, velut Ordo Chalybs, accedit vtrumque.

**I**, vel Y, incrementū singulare tertiæ declinationis breue est, ut Ordo, inis, Chalybs, bis, &c. Virg. Eclog. 1. In fere nunc Melibœæ pyros, pone ordine vites. Ouid. Fast. 4. Æs erat in pretio, Chalybis iam massa placebat.

EXCEPTIO I.

**A**tamen in Græcis genitiui extenditur, inis, Ut Salamis, Phorcyn. ¶ Vibex, Nefisq; iugantur. Et Lis, Glis, Samnis, Dis, Gryps: quibus adde Quiritem.

**G**enitiuus Inis, vel Tnis, à nominibus Græcis penultimam producit, ut Delphin, inis, Phorcyn, inis, Salamis, inis. ¶ Item Vibex, bis, Nefis, Nefidis, Lis litis, Glis gliris, Samnis, itis, Dis ditis, Gryps Gryphis, Quiris, itis.

Virg. Eclog. 8. Orpheus in syluis inter Delphinas Arton.

Idem Æn. 8. Laomedontiaden Priamum Salamina petentem.

Idem Æn. 6. Noctes, atque dies patet atri ianua Ditis.

EXCEPTIO II.

**I**X, vtrumq; gradu producit Terna secundo, Ut Spadix, Bombyx. ¶ Breuibus Pix gaudet, & Histrix, Coxendixq;, Cilix, Chœnix, Natrixq;, Calixq;, Atque Calyx Danaūm, nectes Erycemq;, Niuemq; Sardonychi: sociatur Onyx, cum Fornice Varix: Et Salices, Filices, Larices. ¶ Sit Bebrycis anceps. ¶ Sed breuibus iunges in, Gis, cum patrius exit, Ut Phryx. ¶ At Coccix Mastix producta sequantur.

**N**omina Ix, vel Yx syllabâ finita penultimam genitiui habent longam, ut Felix felicis, Bombyx bombycis. Excipiuntur, Pix, picis, &c.

Virg. Æn. 3. Vinite felices, quibus est fortuna peracta iam sua.

Lucan. lib. 2. Armenios, Cilicisq; feros, Taurosq; subegi.

Idem lib. 3. Nunc pice, nunc liquida rapuere incendia cera.

Virg. Æn. 9. Bis capti Phryges hæc Rutulis responsa remittunt.

De

De Nominibus, quibus, I, est incrementum. ¶ Schol. 5.

**P**sophis, idis, non satis constat, an producat: variè enim Psophida accusandi casus, vnde intelligendum esset, legitur. Stat. Theb. 4. Ægyptios idem ardor agros, & Psophida celsam vastat. — Ouid. Met. 5. Vsq; sub Orchomenou, & Psophida, Cyllenēq;. Alij expuncta coniunctione, Et, legunt Psophidaq;: Vsq; sub Orchomenon Psophidaq;, Cyllenēq;. ¶ Nefis sine controuersia producit. Stat. 3. Sylu. Syluaq; quæ fixam pelago Nesida coronat. ¶ Crenis Crenidis etiam longum est, ut Priscian. lib. 7. docet, sine Veterum tamen testimonijs. ¶ Chœnix Chœnicis certè corripitur ab Hom. Odyss. 19. Ζῆνος δ' ἄνδρα γὰρ ἐνεργῶν ἀνεφομαι ὅς κεν ἑμῆς γέ χόινκος ἀπῆται, καὶ τῆδ' ἔθεν ἰθαλοῦθ' ὄως, hac voce vsus est Pallad. l. 11. Tit. 14. Vnam floribus mensuram, quam Syri chœnicam vocant, adijciet ¶ Bebryx Bebrycis longum est apud Sil. lib. 3. Possessus Baccho sua Bebrycis in aula. Breue apud Valer. Flac. l. 2. — procul effera virtus Bebrycis, & Scythici procul inclementia sacri. Sic idem l. 4. & Stat. Achill. 1. — vnde Bebrycius passim à Poëtis corripitur. quare tutior videtur correptio. ¶ Scandix, Coccyx, Mastix cum sint longa inter breuia numerantur à nonnullis. Primi carnem inuenies apud Suidam in verbo σκάνδιξ. Σκάνδιξά μοι εἶδος μητρόθεν διεδραγμένον.

Senarius iambicus. Secundi apud Athenæum, 2.

κοκκυγ' ἢ ὀλίγας περιφρίδας ἄλλοτε σῶνται.

**T**ertij plurima apud Homerum Iliad. 9.

Ἀλλὰ σὺ μὲν μάστιγα καὶ ἴβια σιγαλίνδα δίξαι.

Vbi Eustathius docet in obliquis, I, longū esse naturâ. Idem nomen ab Homero producit. Iliad. 1. 9. ¶ Mastix mastichis à Sereno corripitur: à Græcis μάστιχα mastixus declinatur Mastiche, mastiches, quo pacto doctiores loquuntur. Plin. lib. 12. c. 17. Sed mastiche quoq; gemina est. ¶ Iapyx, v: cetera, gis, in genitiuo habentia, corripitur. Ouid. Met. 15. Thurinosq; sinu, Tenesēq;, & Iapygis arua. ¶ David ab Hebræis scribitur per Chiréc catón, hoc est, I, breue: quæ facillimè cognoscitur, cum habeant, ut antè diximus, decem vocales, quinque longas, totidemq; breues. Quare si Latinam declinationem ei demus, David, Dáuidis, videtur corripienda penultima: si

**H**ebraicæ quantitatis habenda sit ratio. Græci per, Iota, scribunt Δαβὶδ: vnde intelligi non potest, sit ne breuis, an longa secunda vocalis. Quare, qui eam corripuerit, non recedet à fontibus, qui produxerit, consuetudini seruiet. Prior vocalis est Camés, hoc est A, longa naturâ. ¶ Gadir, Punicum verbum Gádiris facit penultima breui, ut placet Prisciano lib. 6. cum numero multitudinis γὰ γάδρα per diphthongum à Græcis scribatur. Vide SraBonem, & Suidam.

**O**, longum, ut Candor Telamon, sibi Tertia flestit.

**O**, incrementum singulare tertiæ declinationis longū est, ut Sermo, ónis, Candor, óris, Vnio, ónis, Sol, solis, Telamon, ónis, Vox, vocis, Sacerdos, ótis, Maior, óris, &c. Ouid. Met. 2. Regia Solis erat sublinibus alta columnis.

DE INCREMENTO  
EXCEPTIO I.

O Micron, vt Cánonis, retinet breue tempus vbique:  
O, mega produes, vt Agon. ¶ Communibus adde  
Ægeon, Briton, Sidon: variabis Orion.

Græca in On, quæ in obliquis habent O, micron, corripiuntur, vt Philémon.  
Palemon, Sindon, Agamemnon, Iáson, Amazon, & multa alia, quæ vsu sunt  
discenda. Virg. Æn. 11. Pulsant, & pictis bellantur Amazones armis.

¶ Latini interdum, N, literam amittunt, vt Macedo, Macédonis, Agamemno, onis.  
Stat. Achill. 1. Conclamant Danai, stimulatq; Agamemno volentes.

¶ Quæ verò per, ω, mega scribuntur longa sunt, vt Simon, Agon, Solon, Simónis, ago-  
nis, &c. ¶ Ægeon, Briton, &c. communia sunt.

Græca nomina, o, micron habentia in genitiuo. ¶ Schol. 6.

A Cteon, venatoris. n. de quo Ou. M. 3. Et velut absente certatim Actæona clamât.

Æmon, v. Thebani. n. apud eumd. in Ibin. Ne tibi, si quid amas, felicius Æmone cedat.

Æson. Idem M. 7. Dumq; refert inter meritorum maxima demptos Æsonis esse si-

Agamemnon. Idē. Epist. 7. Quid tamen exspectas? Agamemnona panitet ire. (tus.

Alcyon. Virg. 1. Georg. — pennas in littore pandunt Dilectæ Thetidi Alcyones.

Amazon. Idem Æn. 1. Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis Penthesilea fu-

Amitháon. Stat. 3. Theb. — iuxtaq; Amitháone cretus Iam senior — (rens.

Amphion. Idem Theb. 8. Ad chelyn, & duras animantem Amphiona cautes.

Aon, viri. n. Stat. The. 8. Per totum cupit ire pecus, sic Aona saxo, &c. Est & montis,

& populi. n. vnde Aonius. Virg. Geor. 3. Aonius rediens deducam vertice Musas.

Biston, pop. Thracia Stat. Theb. 3. Bistonas, & Geticas populatus cadibus vrbes.

Cércyon, latronis nomen. Ou. M. 7. Cercyonis letum vidit Cerealis Eleufis.

Chalcédon, vrbs Asia. Lucan. lib. 9. Pontus & ostriferam dirimit Chalcedona cursu.

Chaon. v. n. Virg. Æn. 3. Chaoniamq; omnem Troiano à Cháone dixit. Sic Ou. M. 10.

Cicon Thraciæ pop. Virg. 4. Georg. — sprete Ciconum quo munere matres.

Didymáon, artifex insignis. Virg. Æn. 5. Et Chypeum efferru iussit, Didymáonis artes

Erisictthon. v. n. Ouid. 8. M. Sic epulas omnes Erisictthonis ora profani Accipiunt.

Géryon, Hispan. Rex olim. Virg. Æn. 7. Geryone extincto, Tirinthius attingit arua.

Gorgon, triū sororū. n. Ibid. 2. — Pallas Infedit nubo effulgens, & Gorgone scæua.

Hyperion, Solis, n. Ouid. Fast. 1. Placat equo Persis radijs Heperione cinctum.

Helicáon Stat. Theb. 8. Ense Phoum, Chromin ense, duos Helicaonas hasta Transi-

Iáson, Æsonis filius. Ouid. 7. Met. Multaq; per pessi claro sub Iasone tandem. (gss.

Iáson in sacris literis. 1. & 2. Machab. per, ω, scribitur in obliquis. at in Actis Apost.

c. 17. & 21. per, o, micron: sed ibi de alio etiam agitur.

Ixion, Regis Theffaliæ. n. Prop. 1. 4. Sisyphæ mole vaces, taceant Ixionis orbes.

Lacedæmon. Virg. Æn. 7. An non sic Phrygius penetrat Lacedæmona pastor.

Lestrygon, pop. Campaniæ. Catull. lib. 4. Incultos adiit Lestrigonas, Antiphatemq;

Lingon, Galliæ pop. Lucan. lib. 1. Pugnaces pictis cohibebant Lingones armis.

Lycæon

NOMINVM.

Lycæon, Arcadiæ regis. n. Virg. 1. Georg. Pleiades, Hyadas, claramq; Licæonis Arcton.

Lycophron. v. n. Ouid. in Ibin. Vtq; coburnatum perisse Lycophrona narrant.

Macháon, vnde Machaonius. Ou. 1. de Pont. Vtq; Machaonys Pæantius artibus heros.

Mæon. Virg. 10. — clypei transfuerbat era. Mæonis, & thoraca simul cum pæto-

Memnon. Virg. Æn. 1. Eoasq; acies, & nigri Memnonis arma. (re rupit.

Myzdon, vnde Myzdonius. Ou. Epist. 21. Quæ mihi Myzdonij marmoris instar erit.

Mymallon. Stat. Theb. 4. Seminecessq; lupos, scissasq; Mymallones vsas.

Myrmidon. Virg. Æn. 2. Myrmidonum, Dolopum ve, aut duri miles vlyssu.

Pæon à Pæonia regione Maced. Ouid. M. 5. — ad Pænas vsq; nivosos Cedemus —

Palemon. Ou. Fast. 6. Quem nos Portumnus, sua lingua Palemona dicit.

Pandion, Eriethei filius. Ouid. Met. 6. Quoq; data est claro Pandione nata tyranno.

Partháon. Ouid. Met. 9. Accipe me generum dixi Parthaone nate.

Phragmon. Colum. 1. 10. Nec Polycletæa, nec Phragmonis, aut Agelæde Arte labo-

Polygíton. Auson. Themanum in folio si qui Polygitona vidit. (raur. —

Polypbémon. viri. n. Ouid. 7. Met. Innexamq; nouis neptem Polyphemonis alis.

Sarpedon. Idem. Met. 3. Quid Lycij referam Sarpédonis agmina ferro, &c.

Senon. Sil. 1. 8. Et Clanis, & Rubico Sénonum de nomine Senæ. Sic Stat. l. 5. Sylu.

Sindon. Mart. 1. 4. Nec sic in Tyria sindone tutus erit. ¶ Sithon, mons Thraciæ: vnde

Sithonius, a, um. Virg. Eclog. 10. Sithoniasq; niues hyemis subeant aquosæ.

Sophron, pœta. n. Stat. 5. Sylu. Sôphronaq; implicitum, tenuisq; arcana Corinthe.

Strymon. flu. Maced. Virg. 4. Georg. Rupe sub aduersa deserti ad Strymonis vndam.

Vangion, populus Galliæ. Idem lib. 1. Vangiones. Batauiq; truces, &c.

¶ Sunt & alia quæ breuiter etiam efferuntur, quorum exempla studiosis inuestigan-

da relinquimus, qualia sunt, Acrocordon, Aëdon, Amazon, Andremon, Artemon, Caco-

25 demon, Canon, Chelidon, Demon, Diacon, Echidna, Enomon, Halizon, Icon, Idmon,

Medon, Páphlagon, Philémon, Pólemon, Pyracmon, Teuton, & reliqua huiusmodi.

¶ Vascon etiam corripitur. Iuven. Saty. 15. Váscones vt sama est alimentis talibus vsi

Produxere animas. — Sunt qui putent hoc nomen produci, atq; longè aliter hunc

versum legant. Váscónes, sama est, alin éis talibus vsi Produxere animas. — Quod

30 si ita legas, vsos, & Produxiss; animas legendum est. Qui hanc lectionem probant vi-

dentur in Ptolemæo σαυτων per, ω, scripssisse: apud quem leges σαυτων cum Sán-

tonus, & Santonicus semper corripiantur. Lucan. l. 1. Gaudetq; amoto Santonus hæ-

stæ. Iuven. Sat. 8. Tempora Santonico velas adoperta cucullo. Itaq; hæc à Pœtis

Latinis potius, quàm à Græcorum libris petenda sunt, in quibus: facillè, o micron, pro

35 ω, mega & contra, ω, pro, o, scribitur.

Græca nomina, ω, mega habentia in genitiuo apud Græcos. ¶ Sch. 7.

A Cron. Propert. lib. 4. Tempore quo portas Cærinum Acridona petentem, &c.

Ægon. Virg. Eclog. 3. Non, Verùm Ægônis: nuper mihi tradidit Ægon.

Agon notum est. Vnde Agonalis. Ouid. 1. Fast. Ianus Agona's luce piandus erit.

Alcon viri. n. Virg. Eclog. 5. Aut Alcônis habes laudes, aut iurgia Codri.

Amydon, vrbs Pæoniæ. Iuven. Saty. 3. Hic alta Sycone, est hic Amydône relicta.

*Amphitryon*, vnde *Amphitryoniades*. Virg. Æn. 8. *Amphitryoniade magno*, &c.  
*Ancon*, An. ðna vrbs. Catull. *Quæque Ancóna, Cnidumq; arundinosam Colis.* —  
*Axon*, Axóna fluij ðccola. Lucan. l. 1. Et *Biturix*, longisq; leues *Axones in armis.*  
*Babylon*. Stat. 3. Sylu. — *Bactra*, sacrasq; *Antiquæ Babylones opes.*  
*Bitryon*, idem quod *botrus* apud Mart. lib. 11. epigr. 1.  
*Cályion*, vrbs Ætolie. Stat. Theb. 1. *Monstrifera Calydonis opes, Acheloiãq; arua.*  
*Caulon* Italia opp. Virg. Æn. 3. *Caulonisq; arces, & naufragium Scyllicæum.*  
*Chiron* Saturni filius. Ouid. 2. Met. *Eripuit, geminiq; cultic Chirónis in antrum.*  
*Corydon* pastoris. n. Virg. Eclog. 7. *Siqua tui Corydonis habet te cura, venito.*  
*Cremyon*, vicus iuxta Corinthum. Ouid. Met. 7. — *securus amat Cremyóna colonus.* 10  
*Croton*, viri. n. Idem Met. 15. *Non procul hinc tumulus sub quo sacra Crotónis*  
*Offi tegebat humus.* — *A quo Croton Crotónis, Magnæ Græciæ vrbs.*  
*Cydon*, vrbs, & viri proprium. Stat. Theb. 9. *Et male dilectum misera Cydóna sorori.*  
*Cytheron*, montis, & viri. n. Prop. l. 2. *Inde Cytheronis timido pede currit in arces.*  
*Damon* pastoris nomen. Virg. Eclog. 8. *Damonis Musam dicemus, & Alphesibæi.* 15  
*Daphnon*, lauretum. Mart. lib. 10. *Disposuit daphnóna suo Torquatus in agro.*  
*Deucalion*, vnde *Deucalionêus*. Lucan. l. 1. *Deucalioneos fudisset Aquarius imbres.*  
*Dolon* viri Troiani. n. Virg. Æn. 12. *Antiqui proles bello præclara Dolonis.*  
*Emathion* viri Rutuli. n. Idem. 9. *Emathionæ Liger, Chorineum sternit Asylas.*  
*Glycon*, gladiatoris. n. Horat. Epist. 1. *Nec quia desperes inuicti membra Glyconis.* 20  
*Helicon*, mons Musis sacer. Idem. Epist. 2. *Ve studio maiore petant Heliconæ virentem.*  
*Hyon* viri. n. Stat. Theb. 9. *Sternit Hyóna Cromis, Cromin Antiphus, &c.*  
*Iasion* viri. n. apud Ouid. Met. 9. — *queritur canescere mitem Iasionæ Ceres* —  
*Lacon*, qui est ex Laconia. Stat. 6. Theb. *Tandem insperatus nuda de p'ete Laconum.*  
*Ladon* Arcadiæ flu. Ou. M. 1. — *placidû Ladonis ad amnê venerat.* Sic Stat. Theb. 9. 25  
*Marathon*, vnde *Marathonius*. Stat. Sylu. 6. — *nec enim Marathonias virgo* *Fleu-*  
*Mimalion*, viri nomen apud Ouid. *Fleffe sub arboribus Mimalionæ ferunt.* (rat.  
*Mycon* viri. n. Virg. Eclog. 3. *Tum credo, cum me arbutum videre Myconis.*  
*Myron*, statuarij insignis. n. Iuv. 8. 8. — *signisq; Myronis Phidiacû vivebat ebur.*  
*Nasamon*, Libyæ pop. Luc. lib. 8. *Naufragijs Nasamones habent, & c.* Ita Sil. lib. 11. 30  
*Pygmalion* Virg. Æn. 1. — *portantur auari Pygmalionis opes pelago.* —  
*Python*. n. serpentis. Ouid. 1. Met. *Strauimus innumeris tumidum Pythóna sagittis.*  
*Sciron*, latronis. n. Idem Met. 7. — *scopulis nomen Scironis inheret.*  
*Sinon*, Virg. Æn. 2. *Talibus insidijs, periuriq; arte Sinonis Credita res.* —  
*Solon*. Perf. Sat. 3. — *non ego curo Esse quod Arcefilas, erumnosiq; Solones.* 35  
*Sicyon*, vrbs Achaïæ. Stat. 4. Theb. *Qui Deprani scopulos, & oliuifera Sicyonis Cul-*  
*Telamon*. Ouid. Met. 2. *Poscere non alijs, soli Telamone creato, &c.* (ta ferunt. —  
*Theon*, virorum. n. vnde *Theoninus*, a, um Horat. Epist. 1. *Dente Theonino &c.*  
*Trigon*, tri. g. fig. & pile genus. Mart. l. 4. *Seu lentû ceroma teris, tepidûq; trigona.*  
*Triton*, Neptuni filius. Ouid. Met. 2. *Ceruleos habet vnda deos, Tritona canorum.*  
*Typhon* gigantis. n. Ouid. 2. *Fast. Terribilem quondam fugiens Typhóna Dione.*

Veston,

*Veston*, Hispaniæ pop. Lucan. lib. 4. *Vestonesq; leues, &c.* Ita Sil. lib. 1.  
 ¶ *Per*, o, mega etiam scribuntur in obliquis *Alcmeon, Andron, Arifson, Cólophon, Eu-*  
*phorion, Lycon, Timon, Tryphon, Zenon, & alia quæ legendis auctoribus notabis.*  
 ¶ *Ædon*, siue *Edon* apud Virg. 12. *At velut Ædoni Borea cum spiritus alto Insonat.*  
 ¶ *Vbi quidã Ædonij ab Ædonius legunt.* prior lectio *Serui* placet, & potius admittenda.  
 ¶ *Nonnulla variantur.* *Ægeon*, gigantis. n. Ou. 2. M. — *balenarumq; premen-*  
*sem Ægeóna suis immania terga lacertis.* Stat. Achill. 1. *Audierat duros laxantē*  
*Ægeona nexu.* Sic Claud. 3. *de Rapt.* ¶ *Briton*. Lucan. lib. 6. *Qua nec terribiles*  
*Cimbri, nec Britones vnquam.* Mart. l. 11. *Quam veteres brachæ Britónis pauperis,*  
 10 *& quam, &c.* ¶ *Orion*. Virg. Æn. 3. *Armatumq; auro circûspicit Orióna.* Ouid.  
 Met. 8. *Aut Helicen iubeo, strictumq; Orionis ense.* ¶ *Sidon*. Virg. Æn. 1. — *Ten-*  
*crû memini Sidóna venire.* Sil. l. 8. *Stat. fucare colus, nec Sidone vilior Ancon.*  
 Vnde *Sidonis*, & *Sidonius* calem litera communi dicuntur. Ouid. M. 10. *Collocas*  
 15 *hanc stratis concha Sidonide cinctis.* Sic & Sil. l. 8. *Idem ibid.* *Inter caruleas visa*  
*est residere sorores Sidonis, & placido, &c.*

## EXCEPTIO II.

**C**Ræcorum rapiatur, Oris, cum Patrius esto,  
 Vt Nestor, Crantor: neuterq; Latinus, vt Æquor,  
 ¶ Oris, ab Os, produc. ¶ *Rapidis Memor, Arbor adhærent:*  
 20 *Et Lepus, & Pus compositum: Bos, Compos, & Impos.*  
**C**ENITIUS, Oris, à nominibus Græcis, & Latinis neutris, substantiuis, (præter  
 Os, oris) penultimam habet breuem, vt Nestor Nestoris, Crantor Crantoris,  
 Stentor, Stentoris: Marmor, Ebur, Corpus, &c. Quibus adduntur *novs podós,*  
 25 *Pus, podós, composita, vt Tripus tripodis, Oedipus Oedipodis, Melampus Me-*  
*lampodis.* ¶ *Item Memor, Arbor, Lepus, Bos, Compos, & Impos.*  
 Ouid. Met. 13. *Qui licet eloquio fidum quoque Nestora vincat.*  
 Virg. in Epigram. Sic vos non vobis fertis aratra boues.

De Nominibus, quibus, O, est incrementum. ¶ Schol. 7.

**C**omposita sequuntur simplicium naturam: vt Bicornis, Tricornis, quæ à  
 Corpus sunt. Deducor, Indecor, vt volunt Grammatici, vel à Decus decoris,  
 vel à nomine adiectiuo prisco hic, & hæc, & hoc Decor, decoris, penultima breui,  
 Neuis in carmine bel. Pun. *Magnamq; domum, decoremq; ditem vexerant.* Sal-  
 30 *Iust. in 3. Equis, & armis decoribus cultus. Idem in eod. Deducor, multiq; per terga*  
*ab hostibus cadebantur.* Stat. Theb. 11. — *eunt taciti passim, & pro funere pulchro*  
*Deducor emplexi vitam, reditq; pudendos.* Virg. lib. 7. *Non erimus regno*  
*indecoris, nec vestra feretur Fama leuis.* — *Idem Æn. 11. Non tamen indecorem*  
*tua te regina relinquet.* Vide Prisc. lib. 6. *Positiones singulares Deducor, Indecor,*  
 ¶ *non sunt vstate. Quid si apud priscos fuit adiectiuum Decoris, & deco-*  
 ¶ *vt Breuis, & breue, vnde Indecoris, & Deducosis deducta sunt casu nomina*  
 ¶ *Vide, si vacat, quid de hac re in Nominum generibus dictû sit Sch. 4. pag. 159.* ¶

¶ Marcipor, Publipor, & id genus cetera ex Puer composita iam exoleuerunt.  
 ¶ Ador, cuius obliqui vix reperuntur, O, habuit commune apud Priscos. Gannius  
 lib. 1. Hic adoris dat primitias, sibi sanguine libat. Idem lib. 3. Emicat in nubes  
 nidoribus ador adōris. Vide Prisc. lib. 6. ¶ Neutra comparatiua sequuntur mas-  
 culinorum quantitatem, vt Maius maioris, Minus minoris penultimā longā, vt Maior,  
 Minor. ¶ Ausonius O, in Bobus, prater aliorum poetarum consuetudinem corri-  
 psit, Epig. de Bucula Myronis, — ne quæso bubulce Myronis Æs voluti spirans cum  
 bobus exagites. ¶ Composita à Pus podōs, corripuntur. Virg. 9. Et tripodas gemi-  
 nos: auri duo magna talenta. Stat. Th. 8. — sanctoq; Melapode cretum Thioda-  
 manta volunt. — Mart. lib. 10. Qui legis Oedipodem, caligante mōq; Thyestem. 10

## EXCEPTIO III.

**C**orripit Cappadocem, Allōbrogem cum Præcoce: nomen  
 S, quoque finitum, si consona fortè præibit,  
 Vt Scrobs. ¶ At Cyclops, Cercops tendantur, & Hydrops.

**C**orripuntur etiam Cápadox, Cápádocis, Præcox præcoci, & quæ conso-  
 nantē habet ante, S, vt Scrobs scrobis, Æthyops Æthyopis, Dolops Dolōpis.

¶ Prater Cyclops Cyclōpis, Cercops Cercōpis, Hydrops hydrōpis.  
 Mart. lib. 9. Cápádocum scuis Antistius occidit oris.

Virg. Æn. 2. Hic dolopum manus, hic scuis tendebat Achilles.  
 Ouid. Met. 1. Tela reponuntur manibus fabricata Cyclopum.

De nonnullis nomin. O, longum increm. habentibus. ¶ Sch. 8.

**C**elox celōcis penultimam producit Varro in Bimargo, Nautæ remiūgam mo-  
 nent celōcem. Est carmen hendecasyllabum. Vide Non. Marcel. De Genere  
 nauigiorum. ¶ Cercops vsitatum est. Ouid Met. 14. Quippe Desim genitor frau-  
 dem, & periuria quondam Cercōpum exofus, &c. Conops, Myops inusitata  
 sunt Latinis. ¶ Ægilos, ōpis, Nictalops, ōpis, o, producunt in genitiuo, cum  
 per, omega scribantur à Græcis. Vtrumque apud Plin. inuenies. Ægilops roboris spe-  
 ciem significat, de qua idem lib. 16. c. 6. Est & herba nomen apud eund. lib. 19. c. 5.  
 Nyctalops lusctosum significat, quo etiam vsus est idem Plin. l. 32. c. 7.

**V**, breue tempus habet patrio crescente: sed Vris,  
 Vdis, & Vtis, habent ex Vs, venientia longum.

¶ Lux, Frux, & Pollux, ac Fur tendantur ibidem.  
 Intercus, Ligus, atque Pecus rapiantur vbique.

**V**, incrementū tertie declinationis breue est, vt Dux, Præsul, Turtur, Cicur. 31  
 Virg. Georg. 4. Magnanin. osq; duces, totiusq; ordine gentis, &c.

**I**nterrogandi casus Vdis, Vris, Vtis, à nominibus in Vs (prater Pecus, Ligus, & In-  
 tercus) penultimā habet longam, vt Palus palūdis, Tellus tellūris, Virtus virtūlis.

¶ Quibus addenda sunt Fur, furis, Pollux Pollūcis, Lux lucis, & Frux frugis.

Virg. Eclog. 3. Quid domini facient, audent cum talia fures.

Tibull. Luce sacra requiescit humus, requiescit arator.

**R**edux, Irredux, Tradux, penultimam corripunt, vt Dux. Virg. 1. Æn. Nam que  
 sibi reduces socios, classēq; relatā. Lucan. l. 9. Irreducemq; riam deserto li-  
 mite carpit. ¶ Cornel. Seuerus, seu quicumque ille fuit, in extrema Ætæna, Traduce  
 materia, & tetris per proxima satis. ¶ Volux proprium, vt Prisc. l. 6. ait, corripit-  
 tur: sed nullo testimonio id confirmat. ¶ Saul, V, habes longum naturā apud Hebræos,  
 scribitur enim per Vau lūrēc, quæ vocalis per petuō longā est: à Græcis per diphthō-  
 gum, σαυά: quare iure optimo producet. Si tamen apud viros doctos breuē legeris  
 eos veniā dignos putato: nam & Græci Poëta easdem syllabas modō corripunt, modō  
 10 producunt, quod apud Nonum in voce αμην Amen experiēris: & in Phalēc apud  
 Gregorium Nazianzenum de Geneologia Christi D. nostri, idq; in eodem ver su.  
 ¶ Græci præterea Σόδομα Sódoma per, o, micron scribunt, cum Hebræi per Cholem,  
 hoc est, suum, ω, mega scribant. ¶ Idem Hebræi Emmanuel per, V, longum,  
 & Græci per diphthongum εμμανουηλ scribunt: nemo tamen Emmanuēl penultimā  
 15 longā pronunciat, imo verò interdum etiam à doctis Poëtis corripitur.

## De incremento plurali nominis.

**I**, dato correptis, atq; V: da cætera longis,  
 Plurali Rectum casu superante secundum.

**P**enultima genitiui, vel datiu pluralis numeri dicitur incremētum plurale, cum  
 20 uterque casus longior est nominatiuo eiusdem numeri, vt Musæ, Musarum, Ambo,  
 amborū, ambobus. Qui, quorū, quibus, Res, rerū, rebus. ¶ Præc. 1.

**I**, & V, incremēta multitudinis corripitūtur, vt Quibus, Tribus, Montibus, Lacubus.  
 Virg. Eclog. 5. Montibus in nostris solus tibi certet Amyntas.

**Q**uid. Fast. 4. Præuia de lacubus proxima musta tuis. ¶ Præc. 2.  
 E, O, incremēta multitudinis longa sunt, vt Quarum, Harum, Ambabus, Re-  
 25 arū, rebus, Horū, Quorū. Ouid. de Pont. 4. Cum tamen à turba rerū re-  
 quieueris harum, &c. Virg. Æn. 2. At Capys, & quorū melior sententia menti,

## DE VERBORVM

## INCREMENTO.

## Quid sit incrementum.

**N**orma incrementi solūm persona secunda,  
 35 Quæ cadit ex primo verbi præsentis, vocatur.

¶ Si caret actiua verbum, fingentur eandem:

Et super hanc quoties accreuerit addita norma  
 Syllaba, tot numero verbum incrementa recepit.

**S**ecunda persona singularis modi Indicatiui norma est, ad quā verborū incremēta  
 diriguntur: cui si verbū sit æquale nullū erit incrementū, vt Amat Amāt, quia disylla-  
 40 ba sunt, sicut Amas, quæ norma est, & regula incrementorū, nullū habent incremētū.

**¶** In verbis Deponentibus fingenda est vox actiua, vt norma reperitur, vt à Fungor, Vtor, Fungis, Vtis: vnde Fungi, Vti, quia dissyllaba sunt, sicut, & Fungis, Vtis, nullum habent incrementum. Sin verò longius sit verbum vnâ syllabâ, vnum habebis incrementum, vt Amamus, Fungemur, Vtemur, quorum penultima incrementum est. Nam ultima nunquam dicitur incrementum. Si duabus syllabis norma superetur, duo erunt incrementa, vt Amabamus, Fungeremur, Vtebamur. Si tribus tria, vt Amauerimus, Vteremini. Si denique quatuor, totidem erunt incrementa, vt Audiebamini, Dimeticbamini.

**P**rima fit augmentum, quando est monosyllaba verbi  
Norma, vt Fles, Flebam: quando est polysyllaba nunquam.

**C**um norma fuerit monosyllaba, veluti, Das, Fles, prima erit incrementum, vt in Damus, Datis, Dare, Elemus, Flebam, Flere, ceterisq; dissyllabis, quæ vnum habent incrementum.

**Q**uæ tantum à prima distat, quantum vltima normæ,  
Siue eadem maneat semper: siue altera sedem  
Occupet: augmentum numerabitur ordine primum.  
Nam pro incremento numeranda est vltima nunquam.

**Q**uando verò norma fuerit polysyllaba, sicut Amaszin personis plura sumen-  
tibus incrementa, primum erit ea syllaba, quæ tantum distat à prima eius-  
dem persone, quantum normæ vltima isidem distat à prima ipsius normæ: siue e-  
dem normæ vocalis permaneat, vt in Amamus, siue in aliam mutetur, vt in Ame-  
mus. Amaueramus igitur, quia tribus augetur syllabis, tria habet incrementa, pri-  
mum est, tra, quæ tantum, vt vides à prima distat, quantum vltima in Amas, est  
enim secunda vtrobique: at secundum incrementum erit, ve; tertium, ra. Nam, vt  
modò dicebamus, vltima, licet accreuerit, numquã inter incrementa numeratur.  
Eius quippe loco illa alia distans equaliter à prima normæ syllaba, licet aucta non  
fuerit, substituitur, vt pro numero accrescentium syllabarum sit numerus incrementorum.

## De quinque vocalium Incremento.

**I**, atque, V, corripies: A, O, E, crescentia produc:

**I**, & V, in quouis incremento corripuntur, vt Linquimus, Amabimus, Audieba-  
mini, Sumus, Possumus, Volumus.

Virg. Æn. 3. Linquimus Ortygiæ portus, pelagorum, volamus.

Horat. Epist. 1. epist. 2. Nos numerus sumus, & fruges consumere nati.

Ibid. epist. 3. Si patriæ volumus, si nobis viuere chari.

**A**, & O, in omnibus verborum incrementis producuntur. A, vt Stares,  
Properamus, Docebamus, Audiebamini.

Virg. Æn. 2. Troiaq; nunc stares, Priamiq; arx alta maneres.

Quid. Met. 10. Serius, aut citius sedem properamus ad unam.

**E**, vt Flebam, Rebar, Lacereris, Docerem, Legerunt.  
Ouid. Trist. 3. Flebat Aristæus, quod apes cum stirpe necatas Viderat. —  
Virg. Æn. 6. Sic equidem ducebam animo, rebarq; futurum.  
Mart. lib. 8. Dadale Lucanorum sic lacereris ab vrso, &c.

**O**, vt Esote, Facitote. Ouid. M. 4. His tamen amborum meritis esote rogati.  
Idem Met. 9. Cumq; loqui poterit, matrem facitote salutes.

### EXCEPTIO I.

**A**T, Do, prima tibi breuium incrementa recepit.

**A**, Primum dumtaxat incrementum verbi Do, das, corripitur, vt Damus, Da-  
bam, Dare. Ob quam causam pronunciamus Circumdamus, Circumdabunt,  
Circumdare, Venundabo, Venundare, &c. penultima breui.  
Virg. Æn. 2. His lacrymis vitam damus, & miserescimus vltro.  
Ouid. Met. 1. Iussit, & ambitæ circumdare littora terra.

### EXCEPTIO II.

**P**rima, E, corripiunt ante, R, duo tempora Ternæ.

**E**, ante, R, breue est in quouis presenti, & imperfecto tertiæ coniugationis,  
In presenti nimirum Indicatiui, vt Légeris vel Légere; Imperatiui, vt Séque-  
re, Légere. Infinitiui, vt Cognoscere. In præterito imperf. Optatiui, & Coniuncti-  
ui, vt Legerem. Hor. Epist. 2. Insequeris tamen hunc, & lite moraris iniqua.  
Virg. Æn. 4. 1. séquere Italiam ventis: pete regna per vndas.  
Idem Eclog. 4. Incipe parue puer risu cognoscere matrem.  
Horat. Epist. 2. epist. 1. Quod legeret, tereretq; viritim publicus vsus.

**I**N Rêris, vel Rêre datur penultima longis.

**R**êris tamen, vel Rêre producitur, vt Loquereris, Prosequerere.  
Mart. lib. 3. Illud laurigeros ageres cum læta triumphos,  
Hoc tibi Roma caput, cum loquereris, erat.  
Ouid. Fast. 1. Tanta ne te fallax cepere obliuia nostri, Vt neque respiceres, &c.  
Dure nec exsequias prosequerere meas.

**S**IT breuis, E, quando Ram, Rim, Ro, adiuncta sequentur:  
Et Beris, atque Bere: vt Semper celebrâbere donis.

**E**, Ante Ram, Rim, Ro, corripitur, vt Amaueram, Amauerim, Amauero: Fece-  
ram, Fecerim, Fecero: de ceteris personis idem esto iudicium, amaueris, ama-  
uerit, amauerimus, amaueritis: fecerimus, feceritis.

Ouid. Met. 3. Fecerat exiguas iam sol altissimus umbras.

**¶** Beris, & Bere semper corripitur, vt Celebrâberis & celebrâbere, Mordeberis &  
mordêbere. Virg. Æn. 8. Semper honore meo, semper celebrâbere donis.

Ouid. Fast. 1. Tu caue defendas, quamuis mordêbere dictis.

## EXCEPTIO III.

**T**emporis exacti penultima protrahit, Iui,  
Tempus: & I, Quartæ crementum augmenta primum.  
Nolito addatur longis, Nolite, Velimus,  
Nolimus cum Simus. Idem composita requirant.

**P**enultima præteriti, Iui, longa est, vt Petiui. Et primum incrementum quarta coniugationis, vt Ibam, Ibo, Ito, Subimus, Reperimus præsentis temporis.  
Virg. Æn. 2. Cessi, & sublato montem genitore petiui.  
Idem Æn. 6. Tu ne cede malis, sed contra audentior ito.  
Idem Æn. 7. Iungimus hospitio dextras, & tecta subimus.

**Q**uæ etiam, I, longum habent: Nolito nolite, Nolimus nolitis, Velimus velitis, Simus sitis: & quæ ex ipsis componuntur, vt Possimus, &c.  
Ouid. Met. 1. Hæc documenta damus, qua simus origine nati.  
Idem 4. de Pont. Si quis, vt in populo, qui sitis, & vnde requirat.

## APPENDIX I.

**P**ræteriti rapiatur, Imus, penultima semper.

**I**mus, in præterito penultimam corripit, vt Venimus, Repërimus, Compërimus.  
Virg. Æn. 1. Non nos aut ferro Libycos populare penates  
Venimus, aut raptas ad littora vertere prædas.

## APPENDIX II.

**R**I, Coniunctiui poterit variare Poëtis.

Orator patriæ doctum ne spreuerit vsum.

**T**empora Coniunctiui modi syllabis Rimus, Ritis finita habeant ne penultimam breuem, an longam non solum recentiores, sed etiam veteres Grammatici certant, & adhuc sub iudice lis est.

Diomedes enim docet præteritum breue esse, futurum verò longum. Probus utrumque longum esse affirmat. Quare cum versus facies, Poëtæ optimos imitaberis, qui, Ri, Syllabam modò corripunt, modo producunt, prout versus postulat. Sin tibi aliquid recitandum erit, ne sermonem des auditoribus, consuetudini regionis seruias.

## EXCEPTIO III.

**V**, Sit in extremo penultima lnga futuro.

**V**, penultima futuri, in, Rus, semper est longa, vt Amaturus, Periturus, &c.  
Virg. Æn. 2. Si periturus abis, & nos rape in omnia tecum.

De Incrementis verborum, Licentia Poëtica, & temporibus Coniunctiui in Rimus, Ritis desinentibus.

¶ Sch. 10.

**C**omposita ex verbo Dandi, diligenter tyronibus sunt explicanda: solent enim in ea frequenter impingere. Primum tantum incrementum breue est: cætera longa,

longa, in quouis alio, vt Dabamus, Dabamini, in quibus secunda syllaba, quæ secundum est increment. producitur: Dederamus item, dederatis, in quibus, A, tertium est incrementum. Rebar à verbo deponenti Reor fit: fingenda est vt diximus, vox actiua, vt Reo, res, rebam, &c. Præceptiones illæ generales, quas initio posuimus, vbiq; seruanda sunt. Quare præteritum Dedi, priorem, vt ibidem dictum est, breuem habet, quamuis incrementi ratio postulet, vt producat.

**¶** Primum incrementum quarta coniugationis semper est longum. In illo autem Ouid. 13. Met. Tuq; tuis armis nos te potiremur Achille, Poteremur, legendum est: crebro enim verbum Potior à Poëtis per tertiã coniugationem inflectitur. **¶** Ne present noui Poëtæ sibi licere E, ante, Runs, syllabam corripere, id enim claris illustribusq; tantum concessum est.

Tibull. lib. 2. Nec citbara, in tonsæ profueruntque comæ.

Virg. Georg. 2 & 3. Miscueruntq; verbas, & non inuoxia verba.

Horat. Epist. 2. Dij tibi diuitias dederunt, artemq; fruendi.

**15** Prop. 1. 2. eleg. 3. Hæc tibi contulerunt caelestia munera diui. Sil. lib. 8. Terruerunt pauidos accensa Ceraunia nautas. Idem, lib. 14. Non Tapsos, non è sumulis glacialibus Acra Desuerunt. — Corn. Seu. de Cic. Quid fauor, aut cætas, pleni, quid honoribus anni Profuerunt? — At In ijs, in quibus V, vocalè E, antecedit, vt in Terruerunt, Miscuerunt, Desuerunt, Profuerunt, & similibus, dici posset vtramque vocalè in vnâ contrahi per Synæresim, quemadmodum in Alicui, Cuicumque, Iuitiù, Proue, Semiuus, Vietus, & in alijs quamplurimis, vt infra, De Carm. dñensione Sch. 1. c. ù de vario eiusdè figura vsu dicitur, videndum erit. **¶** De Ritus, & Ritis, quæ Grammaticis semper rixandi ansam dederunt, sic scribit Diom. l. 1. De modis verborum, in Subiunctiuo, numero plurali vniformem declinationem perfecti, & futuri temporis ac-

**25** centus distinguit. Perfectum enim acuto accentu declinatur: futurum circumflectitur, quasi perfecto cum Dixerimus, item futuro Dixerimus. **¶** Probus Instit. Artium, siue libro priore, vbi de penultimis, vltimisq; verborum syllabis agit, Adiunctiuo, inquit, modo, &c. Perfectum tempus numeri singularis in omnibus personis omnium coniugationum penultimas, vltimasq; syllabas breues habet, vt cum clamauerim, clamaueris, clamauerit; & c. Plurali autem numero in omnibus quatuor coniugationum modi personæ duæ prima, & secunda penultimam semper producunt, vltimam verò corripunt. Deinde vbi de futuro Subiunctiui agit, Plurali, inquit, numero, prima, & secunda persona omnium coniugationum penultimam longam, & vltimam breuem habent, vt Clamauerimus, clamaueritis, Monuerimus, monueritis: Audierimus, audieritis, Dixerimus, dixeritis. Idem in eod. lib. cap. De productione, vel correptione syllabarum, præteritum aded apertè docet producendum esse, vt barbarissimos condemnet, qui id corripunt. Sunt, inquit, aliqua syllaba apud Virg. quæ necessitate metrica cum vitio Barbarismi, qui apud Poëtæ Metaplasmus appellatur, contra rationem corripuntur. Sunt aliqua, quæ cum breues sint, necessariò producuntur. Corripuntur in his, Matri longæ, decem tulerunt fastidia menses. Item

— hic illius arma. Et, Ipsius ante oculos. — mediam syllabam pronominum



minum cum sit longa, corripuit. Item, Obsupui, steteruntq, comæ. — Te syllabam longam in verbo corripuit. Item, Egérimus, nosti, & nimium meminisse necesse est. Ri, syllabam longam corripuit. Hæc ille. ¶ Seruius explicans hunc ipsum locum Virg.

Æn. 6. Namque, ut supremam falsa inter gaudia noctem

Egérimus, nosti, & nimium meminisse necesse est.

Ri, inquit, metri necessitate corripuit. ¶ Itaque Probus, & Diomedes futurum longum esse sine controversia affirmant. Probus, & Seruius etiam præteritum: à quibus dissentit Diomedes, quorum auctoritas ea est, ut tantas lites, non nisi Palamon aliquis, possit componere. ¶ Nunc, quod res fiat planior, aliquot testes citabimus. Ennius, Nec mi aurum posco, nec mi pretium dederitis.

Ouid. de Pont. l. 4. eleg. 5. Cum gelidam Thracen, & opertum nubibus Æmon,

Et maris lonij transferitis aquas.

Ibidem, Copia nec vobis, vilo prohibente, videndi

Consulis, ut limen contigeritis, erit.

Idem Met. 6. Haustus aque mihi nectar erit, vitamq, fatebor

Accepisse, simul vitam dederitis invidis.

¶ Catull. Dein cum milia multa fecerimus. Phaleucium est, cuius ultimus pes semper est Chorus. Hæc omnia futuri sunt temporis, & penultimam producunt.

Ouid. lib. 2 Met. Vidēritis penultima breui dixit.

Mentiar, obscurum nisi nox cum fecerit orbem,

Nuper honoratas summo mea vulnera celo

Vidēritis stellas illic, vbi circulus axem, &c.

Metri necessitate, Ri, corripuit, neque enim Heroicus versus Creticum recipit.

¶ Qui Diomedis sententiam tuentur, futentur quidem, Vidēritis, futurum esse, non tamen profectum ab eo futuro, cuius prima persona singularis, Ro, syllabā terminatur, sed Rim. ¶ Hic reducenda sunt in memoriam, quæ in verborum coniugatione de varia positione futuri Coniunctiui diximus: exit enim tum in, Ro, tum in Rim. Terent. Andr. — ut si inde te exemerim, ego pro te molam. Ibidem. — certe si rescuerim. Eunuch. — si id fecerim. Vide ibidem, si vacat, integros versus.

Plaut. Pseud. — si tu argentum attuleris, cum illo perdidderim fidem. Ibid. Quis mihi igitur drachmam reddet, si dederim tibi? Qui igitur Diomedis opinionem defendunt, aiunt futurum, cum breue reperitur, fieri non à futuro in Ro, sed in Rim: quod ut positione consentit cum præterito profecto, sic etiam quantitate congruit. Est & alius locus Ouid. de Pont. 4. eleg. 5.

Hæc vbi dixeritis, seruet sua dona, rogare.

Itemq, Lucr. l. 1. Quas ob res vbi vidērimus nil posse creari De nihilo, — &c. Nec video, cur Dixēritis, aut Vidērimus non sit etiam futurum. An non dicitur bene Latinè, vbi hæc dixero, finem dicēdi faciam? Mihi sanè nullum succurrit carmen, in quo Ri mus, aut Ritis apertè sit præteriti temporis, excepto Virgilij, quo fortasse adductus Diomedes præteritum corripui affirmat: cum tamen Probus, & Seruius (ut diximus) id metri necessitate factum esse doceant. Neque qui in contraria sunt sententia, eam

testimonijs

testimonijs confirmant. Sunt qui arbitrentur, tam præteritum, quam futurum propter multarum breuium syllabarum continuationem interdum à Poëtis necessario produci. Cum quibus nullus veterum Grammaticorum, quod quidem sciam, facit. Certè Catullus nulla necessitate coactus, Feceritrus, penultimâ longâ dixit: recipit enim Hendecasyllabum carmen secundo loco Dactylum. Alij deniq, credunt utrumque tempus corripendū, quod plerique omnes hac ætate sic pronunciant: quibus libentissimè accederem, si id aut Ciceronis, aut Quintiliani ætate factum esse probassent. Verisimile profecto est Probi, Diomedis, ac Seruij ætate, multò puriorem, quam hac nostra fuisse pronunciationem. Quod si is Probus est, cuius Martialis, Plinius, & Gellius meminerunt, utrumque sine ulla controversia longum est.

## De Primis, & Medijs.

Syllabe aut primum, aut medium, aut ultimum locum occupant. Quæ adhuc dicta sunt præcipuè spectant ad Primas, & Medijs cognoscendas. Exaudiuerimus, exempli causâ, primam longam habet positione, secundam diphthongo: cæterarum trium cognitio ad verborum incrementa spectat. Siquando ergo prima, vel secunda syllaba occurrat, tum ad præcepta illa generalia confugies, tum ad nominum, & verborum incrementa, in quibus tamquam in sedibus, ac locis quibusdam syllabarum dimensio lateret, quos paratos, & expeditos habere oportet. Quod si, vbi diligentius requisieris, non aparuerit, experire, num pronûciatione, tenoreq, possis eam indagare. Fingamus antepenultimam verbi Inuides, quod quatuor syllabis constat, tibi negotium facessere: excogita quo pacto fiat trisyllabum, atque ita accentu cognosces, si non brevis, an longa Inuides, inuidet. Vides ut accentus syllabæ breuitatem aperuit? Idem in verbis Peto, Pato, Loquor, & similibus, quæ ex duabus constant, faciendum est, quæ trium syllabarum sicut, si præpositiones addas ad hunc modum. Rêpeto, Cômparo, Alloquor. Deprehenditur etiam syllabarum quantitas analogiâ, atque similitudine. Scis, Amâbilis, verbi causâ, secundam syllabam habere longam, dices Formidabilis, Penetrabilis, Lacrymabilis, & cætera eidem similia eandem producere. Compositio etiam, & Deriuatio, de quibus supra actum est, syllabarum breuitatem, longitudinemq, detegunt. Quod si his omnibus adhibitis remedijs, hæseris, ne animo concidas: superest Poëtarum auctoritas, quâ suas præceptiones fulciunt Grammatici. Ignoras, Meta, exempli gratiâ, Sudo, Studeo, habeant ne primas breues, an longas: vngues arrodenti, caputq, perfricanti Horatijs opem feret,

Qui studet opratam cursu contingere metam,

Multa tulit, fecitq, puer, sudauit, & alsit.

Quæ cum ita sint, quam plurima carmina optimorum Poëtarum memoriæ sunt mândanda, versus sæpissime scribendi: quæ exercitatio facillimè te syllabarum rationem docebit. Præceptiones verò de Primis, & Medijs, quæ huic loco fuerunt inserendæ, quamuis vsui esse possent, prætermisimus, tum ne volumen plus iusto excresceret, tum etiam quod eas priuato volumine potius tradi oportere visum sit.

# DE VLTIMIS SYLLABIS.

**Syllaba, quae vltimum locum tenent, partim Positione, vt Prudens, Praecox: partim Diphthongo, vt Musa: partim priuatis preceptionibus cognoscuntur, de quibus nunc agendum est.**

## A, in fine.

**A**, longum, vt *Fustra Memora*, petit vltima tempus. 1  
 ¶ *Eia*, Ita contractis, *Quia*, Postea dantur: & omnis 2  
 Casus in *A*. ¶ *Sextum* produc, *Danaumq;* vocandi. 3

**A** finita longa sunt, vt *Memora, Frustrà, Vlterà, Antea, Triginta, Quadraginta, Quinquaginta, &c.* *Virg. Æn. 1. Musa mihi causas memora: quo numine laeso.*  
*Idem Æn. 6. Ter frustra compressa manus effugit imago.*  
*Idem Æn. 8. Triginta capitum sæcus enixa iacebis.*

## EXCEPTIO.

**C**orripi *Eia*, Ita, Postea, *Quia*. ¶ Item casus omnes in *A*, vt *Vela, Anchora.*

¶ *Præter ablatiuũ, vt De prora: & vocatiuos Græcos, vt, O Ænea, O Athla, Calcha, Palla.* *Virg. Æn. 11. Non ita me experti Bitiis, & Pandarus ingens.*  
*Idem Æn. 3. Tendunt vela Noti: fugimus spumantibus vndis.*  
*Idem ibidem, Anchora de prora iacitur: stant littore puppes.*  
*Idem Æn. 11. Non hæc ò Palla dederas promissa parenti.*  
*Idem Æn. 3. Quid miserum Ænea laceras? iam parce sepulto.*

**A**, vltima quanta sit tam in Latinis, quàm in Græcis dictionibus.

¶ **Schol. 1.**

**P**roponimus pueris ediscenda, quæ certa, atque vltata sunt. ¶ Contra nonnunquam corripitur à *Manil. l. 2. Contra iacet cancer patulam distentis in aluum.* *Auf. Theod. Aug. — laudata pudoris Sæpe mora est, quoties contra parem dubitas.* *Apud Val. Flac. lib. 8. quidam corripit existimant, dum ita legunt, Contra Tarareis Colchis spumare venenis, Contraq; læti quassare silentia rami Præstat. — Atqui in libris omnibus, Cunctaq; læti, semper inuenio.* *Virg. producit Æn. 1. Æolus hæc contra; Tuus ò Regina quid optes Explorare labor. — Sic ipse passim, & ferè ceteri. ¶ Ultra, Frustrà, apud Veteres, classicosq; Poëtas producuntur.* *Iuuen. Saty. 2. Ultra Sauromatas fugere hinc libet, & glaciale Oceanum. — Virg. Æn. 4. Nequid inexpertum frustra moritura relinquat. ¶ Sunt qui credunt Triginta, Sexaginta, & cetera huius positionis ambigua esse, quod Martialis præcipuè versibus docent, lib. 5. Mutua quod nobis ter quinquaginta dedisti.* *Idem lib. 12. Sexaginta teras cum limina mane Senator. Sed qui longam esse asserunt, priore loco Quinquagena, posteriore Sexagena legunt.* *Mart. ipse alibi vltimam solet producere lib. 5. in Fabian. Hoc per triginta merui Fabiane Decembres.*

Idem

*Idem lib. 7. Triginta toto mala sunt epigrammata libro. In eod. Cum sexaginta numeret Cæsius annos. Sic iterum idem lib. 10. & 11. Iuuen. Saty. 12. Et nunquam visis triginta clara metallis. Illud Manilij lib. 2. Cum ilis magis videtur facere, Ter triginta quadrum partes per hydera reddunt. Idem tamen eodem lib. produxit: Triginta duplicet partes, pars tertia deerit. In eodem, Et quinquaginta regum, regemq;, patremq;. Rheimius Fannius, De ponderibus, & mensuris, Sexaginta, apertissime corripuit. Cecropium superest post hæc docuisse talentum Sexaginta minas, seu vis, sex millia drachmas. Sed hæc hæctenus. ¶ *Eia*, *Valer. Flac. (quem imitandum puto) lib. 8. corripuit. Querenti tunc deinde viam, qua se arduus Heros Ferret ad aurigeræ caput arboris. Eia per ipsum Scande age, & aduerso gressu, ait, imprime dorso. Probus Inst. Art. vbi de vltimis aduerbiorum syllabis agit, Eia, inquit constare Spondeo: sed in versibus, quibus id confirmat, A, per Synalæpham evanescit. Eia age segnes, &c. Sidonius, A, produxit, sed non est classicus. ¶ Postea, & Antea aiunt quidam corripit, cum tamquam præpositiones suos casus habent, Post ea, Antea ea: alièquin aduerbia esse, & produci. Mirum est eos non tradidisse idem de particulis Præterea, & Interea. Postea certè malim corripere, cetera producere: neque Veteribus in mentem arbitror hoc discrimen venisse. Ouid. 1. Fast. Postea mirabar, cur non sine litibus esset Prima dies. — Sic Fast. 2. & Met. 6. Horatij carmen in Epod. Ode. 9. Romanos, eheu, postea fugabitis: quo probant, A, longum esse, deprauiatum est. Sic enim legitur in correctis libris, Romanus (eheu posteri negulitis.) Horat. in Epod. ode 1. Peccati nihil me sicut antea iuuat: Est Senarius tambicus. Itè Catull. vbi iste post faellus antea fuit. Reliqua non egent testimonijs, ¶ *Putà*, aduerbiũ eandem videtur producere: nam illud *Perfij Sat. 4. — quid deinde loquere? Quiritis Hoc putà non iustum est, illud malè, rectius istud: Puto, corrigunt viri docti: quamuis etate etiam Prisciani quidam, Puta, legerint, lib. 15. vbi de aduerbijs literarum ordine agit: A, [inquit] terminantia, vel primitiua sunt, vt Ita, quod solum, A, correptam habuit: quamuis quidam, Puta, quoque aduerbium esse accipiant, ideoq; Perium id corripuisse, vt. Hoc puta non iustum est, illud malè, rectius istud. Breuiter tamen dictum à *Virg. apparet ex illo hendecasyllabo, vt Phæbo puta filioq;, Phœbi. Vel composita, vt Præterea, Interea, Postea, Antea, quæ omnia producunt, A, terminalem. Hoc fortasse loco adducti Grammatici aiunt Postea, non esse aduerbium, quando vltimam habet breuem. ¶ Nonnulla Græca nomina casu nominandi producuntur, sed ferè Cæsura beneficio, vt *Némea. Stat. lib. 4. Dat Némea comites, &c. Ibid. Non Tégea, non ipsa deo vacat alite felix Cyllene. — ¶ Málea. In eodem: Quos Pylos, & dubijs Malea vitata carinis. Idem l. 12. — ora retexit Argia, corpusq;, tamen complexa profatur. ¶ *Rhea. Ouid. Fast. 4. Sæpe Rhea quæsa est toties sæcunda, nec vnquam Mater. — ¶ Eadem, sexto casu apud Poëtas videtur corripit: verum longè aliter se res habet, nam in vnam syllabam longam coalescunt E, & A. Virg. Æn. 10. Vna, eademq;, via sanguis, animusq;, sequuntur. Et Calphur. Eclog. 4. Rupe sub hac eadem, quam plurima pinus obumbrat. ¶ Græca nomina, de quibus hic agitur, masculina sunt in, As, prima, vel tertia declinationis.******

Rrrr

declinationis

declinationis, *Aeneas* & *Aenea*. Virg. 10. — *vigilās ne deūm gens Aenea? vigilā, & velis immitte rudentes.* Ouid. 4. M. *Tempus Atbla veniet, &c.* Illud. Virg. *AEn.* 3. *Coniugio Anchisa Veneris dignate superbo. non buc spectat: A, enim breue est, sed producitur Casura beneficio, vt in illo eiusdem AEn. 3. Si pereō, manibus hominum perijisse iuuabit. Neque Anchisa à nominatiuo Anchises, sed Anchisa fit. Veteres enim, vt Quintil. lib. 1. c. 5. docet, Aenea, Anchisa dicebant recto casu pro Aeneas, Anchises. Ne, inquit, in A, quidem atque, S, litteras exire temerè masculina Græca nomina recto casu patiebantur: ideoq; & apud Cælium legimus Pelia Cincinnatus: & apud Messalam, Benefecit Euthia: apud Ciceronem: Hermagora. Ne miremur, quod ab antiquorum plerisque Aenea, & Anchisa sit dictus. Hec ille, & Atrida, ab 10 Horatio pro Atride dictus est Serm. 2. Saty. 3. Nequis humasse velit Aiace m Atrida vetas cur? Vides ne Atrida visima breuis? & Velit, in eodem carmine vltimam producit propter Casuram; & eodem loco, quo Anchisa apud Virg. qui more Veterum Anchisa, & solet declinare. lib. 7. Tum satus Anchisa delectos ordine ab omni: si Græcè declinasset, dixisset Anchise, vt Prisc. l. 7. legit. & Halleluiah vltimā apud Hebraeos habet longam: scribitur enim per Camés, hoc est, A, longum naturā, & I, con-*

**E, in fine.**

**E,** finita cohors breuium sibi tempora poscit.

**E,** Litera finita corripitur, vt *Nate, Fuge, Ponè, Facilè, Penè, Nempe.*

Virg. *AEn.* 2. *Heu fuge nate dea, teq; bis, ait, eripe flammis.*

Idem *Ecl.* 9. *Pene simul tecum solatia rapta Menalca.*

Mart. lib. 9. — *scribere versus Cogis Stella: licet scribere nempe malos.*

**EXCEPTIO I.**

**O**mnia sed Primæ producimus, omnia Quintæ

Vt *Re, Calliope:* & quæcumque trahuntur ab illis.

Adde *Fame, Cete, Tempe.* & Cape longa secundo

Norma Secunda modo, numero desumpta priori.

**P**roducantur omnia primæ & quinta declinationis: vt *Anchisades, ò Anchisade, Calliope, Re, Die.* Et quæ inde oriuntur, vt *Quarè, Hodie.* Quibus adde *Fame, Cete, Tempe.* Virg. *AEn.* 6. *Tros Anchisade, facilis descensus Auerni.* Idem *AEn.* 9. *Vos ò Calliope precor aspirate carenti.* Mart. lib. 10. *Non venias quare tam longo tempore Romam.* Lucan. l. 7. *Aut hodie Pompeius erit miserabile nomen.* Virg. *AEn.* 6. *Obijcit, ille fame rabida tria guttura pandens.*

**I**te verba Imperatiui modi, numeri singularis, secunda coniugationis: vt *Habe, Mone.* Mart. lib. 10. *Quæ tua sunt, tibi habe, quæ mea, redde mihi.*

Virg. *AEn.* 7. *Tu vatem, tu Diua mone: dicam horrida bella.*

Exceptio

**A**T, Caue, sit varium. Rapidis, Vide, rarissè hæret.

Et **V**ale. & Productis addi Monosyllaba gaudent.

Contrahit Incligans, Adiectaque syllaba tempus.

**C**Aue commune est, sed frequentius corripitur. & **V**ale sæpius producta: nonnumquam etiam correpta reperiuntur.

Ouid. *Trist.* 1. *Tu caue defendas, quamuis mordebere dictis.*

Idem *Met.* 2. *Nate caue, dum resq; snit, tua corrige vota.*

**M**onosyllaba longa sunt, vt *Me, Te, Se.* Exceptis coniunctionibus Encliticis, *Que, Ne, Ve:* & Syllabicis adiectionibus, *Pec, Ce, Te:* vt *Suapte, Hisce, Tante.*

Virg. *AEn.* 1. *Tanta ne vos generis tennit fiducia vestri?*

Horat. *Epist.* 1. *Nè ue putes alium sapiente, bonoq; beatum.*

Idem *Serm.* 1. *Saty.* 4. *Hinc omnis pendet Lucilius hosce sequens.*

**L**ucet. l. 1. *Accipe præterea, quæ corpora tute necesse est Confiteari.* —

**EXCEPTIO III.**

**S**unt producta *Ferè, Ferme, Protenditur Ohe.*

Ordinis extendens aduerbia cuncta secundi.

Inde *Bene,* atque *Malè* excipiunt breuianda Poëtæ.

**L**onga præterea sunt *Ferè, Ferme, Ohe:* & aduerbia à nominibus secunda declinationis profecta: vt *Placidè, Valde, Minimè, Summè:* præter *Bene,* & *Melè.*

Iuuen. *Sat.* 6. *Nulla ferè causa est, in qua non femina litem Mouerit.* —

Idem *Saty.* 13. *Mobilis, & varia est ferme natura malorum.*

**M**art. lib. 4. *Excipe sollicitos placidè, mea dona, libellos.*

Idem lib. 2. *Nè il bene cum facias, facis attamen omnia bellè.*

Horat. in *Arte,* *Es malè tornatos incudi reddere versus.*

**APPENDIX.**

**F**acilè etiam, cum est aduerbium, corripitur: nam adiectiuæ tertiæ declinationis, cum in aduerbia transeunt, vltimam habent breuem, vt *Sublimè, Suauè, Dulcè.*

Virg. *Ecl.* 9. *Cantantes sublimè ferent ad sidera cynci.*

Idem *Ecl.* 4. *Ipsè sed in pratis aries iam suauè rubenti Murice.* —

**E,** vltima in quibuscumque dictionibus. & Schol. 2.

**D**E Græcis primæ declinationis nulla est controuersia: *Alcides, ò Alcide.* *Libye, Calliope, Penelope,* & id genus cætera hic mere Grammaticorum

vocamus primæ declinationis, quamuis ad nullam Latinorum spectent, vt suo loco dictum est. *Mart.* lib. 9. *Alcide Latio nunc agnoscente Tonanti.* Idem lib. 8. *Vnde tuis Libye tam felix gloria syluis? Et in ablatino, Stat.* 7. *Theb.* — *vix Oedipode ducète timores.* Ouid. *de Pont.* 2. *Qualis in Æacide, Astorideq; fuit.* *Lucan.* l. 8.

*Signaq; ab Euphrate cum crassis capta sequentem.* nam *Euphrates,* & ab eod. *Lucano declinatur eodem lib. Euphraten & adhuc securum à Casare Tigrim.* Sic

Ouid. *Fast.* 6. *Stat.* *Theb.* 8. *Cui latus Euphratæ, cui Cassia limina mandat.* Idem

Theb. 1. Opposito rapidam Pylade vitasse Megaram. Ouid. Fast. 4. Quid grauius  
 vitore G, ge captiua tulisset. Iuuenal. Saty. 13. — si non eget Anticyra, nec  
 Archigene. quid enim, &c. Ab eodem namque Archigenes, &, per primā declinatū  
 est Saty. 6. ¶ Si verò, Es, finita ad tertiam Latinorum transeant, vt Orestes Ore-  
 itis, Pylades, is, Euphrates, is, Acinaces, is, tunc vltima ablatini breuis erit. Va-  
 ler. Flac. lib. 6. Insignis manicis, insignis acinace dextero. quorum vocatiuus, vt  
 optimor, similis est Recto: ð Pylades, ð Euphrates, ð Orestes. In illo carmine Ouidij  
 Trist. 1. eleg. 4. Vt foret exemplum veri Phocæus amoris, Fecerunt furia tristis  
 Orestia tua: non Oreste, sed Orestia legitur: sic Seneca in Agam. Aggrediar, & te  
 Orestia furabor libens. Etenim Græca primæ declinationis, τῆς, syllabā finita casu  
 vocadi in, τῶ, exeunt: vt προφῆτης & προφῆτα, οὐρίστῆς & οὐρίστα. Idē in Thyest. Bonū est  
 Thyesta, quòd mala ignoras tua. Cic. Tusc. 3. Tute Thyesta damnabis? Sic Mart.  
 lib. 1. Val. Flac. l. 8. Non te Æeta pater generi, aut Sol magne pudebit. Ab Æetes,  
 quo saepe vitur. Neque illud Mart. lib. 2. Humanè facis Hermē, non superbè: ab  
 Hermes sit, sed ab Hermus, vt docet ipsa inscriptio ¶ Achille tamen, & Vlyse cū  
 vltimam habeant breuem, suspicor vocatiuus esse prisicos ab Achille & Achille, Vlyse  
 seu ð Vlysee, vltimo, E, reiecto: aut certè ex vocatiuo Græco Achilleu, Vlyssen, V, literā  
 abiectam esse. ¶ In Nominum declinatione Priscianum sequenti diximus vocatiuos  
 Vlyse, Achille, more Dórico factos esse: Chremē tamen, & Lache, & quæ apud Græ-  
 cos tum quinta, tum primæ declinationis sunt, crediderim longa esse ð χρέμῆς, & λᾶχη.  
 Vnum dumtaxat, quod sciam, est carmen Propertij lib. 4. extremo, quo Achille, vlti-  
 mam corripere probemus, quod tamen pluris faciendum est, quā Prisciani conie-  
 ctura. Quisque tuas proauus fregit Achille domos. ¶ Re. Hor. Serm. 2. Saty. 5. Et  
 genus, & virtus nisi cum re, vilior alga est. ¶ Fames, apud Priscos quinta fu-  
 it declinationis: vide Gell. lib. 9. c. 14. Famis, per vocalem tertiam exstat apud Varr.  
 lib. 2. c. 5. de Re rust. & Virg. in Moreto. ¶ Cete, Tempe, & Mele (quorum vlti-  
 mum, quia parum vsitatum est, omisi) à Græcis scribuntur per, x, siue, E, longum: de  
 quibus etiam in Nominum Genere dictum est Schol. 12. ¶ Vide, ferè vltimam cor-  
 rigit, cū ei particula, Sis, adiungitur. Persf. Saty. 1. Sed quid opus teneras mordaci  
 radere vero Auriculas? vidē sis ne maiorū tibi fortè Limina frigeant. — rari-  
 us per se positū. Val. Flac. l. 5. — ille profundo Incumbens Odrussa mero, vide la-  
 ta comantem Pectora. — ¶ Vale, frequenter producit: nonnunquam etiā breue  
 est. Ouid. Trist. 1. Idē, quod ignoti faciunt, vale dicere saltem. ¶ Cum prisicis seculis  
 multa verba, quæ hodie sunt declinationis secunda, fuerint tercie, non mirū est, si ali-  
 quando à Poëtis correpta inueniantur. Manil. l. 5. Sic etiam magno quædam respōn-  
 dere mundo. Mart. l. 3. ad librū suum. Si quando venis? dicet, responde, Poëta Exi-  
 erat. — Stat. Theb. 4. — & Icarij quamuis iuba sulgeret astri. Nunc verò, eius no-  
 di verba nemo secunda coniugationi asserenda esse non arbitratur. ¶ Valde, vt aiunt,  
 pro Validè dicitur media syllabā extrita. Mart. lib. 5. Hoc valde vitium periculosum  
 est. ¶ Supernè, & Infernè à nominibus secunde declinationis profectu corripuit  
 Lucret. l. 6. Tecla supernè timent, metuunt infernè cavernas. Ibid. — manes in-  
 fernè

fernè reamur. Idem ibid. — & recta supernè gubernat. Sic Hor. 2. Carm. od. 22.

## I, in fine.

I longis finita adhibe. ¶ Sed vtrumque Pelasgum  
 Cum rapidis celerare tube: velut Oëbali, Moly.  
 ¶ Sicubi cum breuibus, Quali cum Nili, Necubi iunges.

I vocali terminata longa sunt, vt Classi, Fieri. Virg. Æn. 6. Sic satur lacrymans  
 classiq; immittit habenas. Ouid. 1. Trist. omnia iā fiunt fieri quæ posse negabā.

## EXCEPTIO I.

Corripi Nisi, Quasi, Sicubi, Necubi. ¶ Et Græca, quæ in, I, vel, Y, exeunt,  
 vt Palladi, Daphni, Moly. Ouid. 4. de Pont. Quid nisi Pierides solatia fri-  
 gida restant. Mart. l. 1. Cū dixi si. us rides, quasi barbara verba.  
 Stat. Achill. 1. Palladi littoreæ celebrabat Scyros honorum Forte diem. —  
 Virg. Eclog. 9. In fere Daphni pyres: carpent tua poma nepotes.  
 Ouid. Met. 4. Moly vocant superi, nigra radice tenetur.

## EXCEPTIO II.

Sunt varianda Mihi, Tibi cum Sibi: sapius isthæc  
 Corripienda Ibi, Vbi: & quando est, Cui, syllaba duplex:

Mihi, Tibi, Sibi vltimam habent communem. Item Ibi, Vbi, Cui, cum disylla-  
 bum est, sed frequentius corripiuntur. Virg. Æn. 1. Post mihi non simili  
 pœna comissa luetis. Idem Ecl. 10. Extremū hunc Aretusa mihi concede laborē.  
 Mart. lib. 2. Me legit omnis ibi senior, iuuenisq; puerq;.  
 Horat. in Epod. Reddit vbi Cererem tellus in arata quotannis.

De, I, vocali in fine dictionis.

¶ Schol. 3.

Quasi à Lucretio, & Rufo producit: tu optimos Poëtas imitare. Græca nomi-  
 na corripiuntur. Ouid. Met. 14. Ne pete Dardaniam frustra Theti merce-  
 re classem. Idem Fast. 4. Teq; furore parens Tybri potentis aquæ. Idem de  
 Pent. 2. O Coty progenies digna parente tuo. Idem 4. Trist. Ars tua Tiphycet,  
 &c. Stat. Sylu. 4. Cædamus. Chely iam reponē cantus. Ou. Fast. 5. Sidoni sic fueras  
 efficienda Ioui. Propert. Quæq; ferunt salsus Icarici tuos. Stat. Achill. 1. Quo  
 rapit ingentem magni Chironis alumnum Fæmineis Nerei dolis. — ¶ Græca no-  
 mina primæ declinationis, vt Pylades, Orestes, &c. cū ad tertiam Latinorum  
 transeant, vt Pyladis, Pyladi, Pyladem, Latinorum præceptis metienda sunt. Mart.  
 lib. 10. Quid quod nil vquam Pyladi donauit Orestes? Ibid. Teq; putas Pyladi  
 Calliodore parem. ¶ Mihi, Tibi, Sibi, passim reperiuntur. ¶ Cui, disyllabum vl-  
 timā correptā saepe apud Mart. reperitur. lib. 12. Et credit cui Posthumilla diues  
 Gemmas. — Sic idem rursus lib. 11. Testimonia, quibus docent Grammatici, Cui,  
 simplicis vltimam esse longam, non sunt satis idonea: apud Manil. reperitur compositum  
 Cuique, libr. 4. Sic erit & sedes fugienda, petenda cuique. At verò com-  
 positum, Cuiquamque, corripuit Seneca in Troad. Mittat, & donce cuiquamque terræ.

¶ *Aduerbia Vti producitur compositam.* ¶ Sicuti aiunt vltimam semper corripere apud Lucret. lib. 2. Sicuti quadrupedum cum primis esse videmus. Idem l. 3. Sicuti summorum summa est aeterna: neque extra, &c. Sic & Lucil. Sicuti mechanici cum alto exiludere petauero. Virg. Æn. 7. Fluctus vti primo caput cum albescere vnto. ¶ Veluti quoque producitur. Horat. Serm. 2. Saty. 1. Quemquam animantem: à me veluti custodiet ensis Vaginâ tectus. — Idem Serm. 1. Saty. 4. Sit mihi: nam multò plures sumus, ac veluti te. ¶ Necubi, Sicubi correpta inuenio. Lucan. l. 9. Scilicet hoc anno terras, atque aquora lustras, Necubi suppressus pereat gener. — Virg. Georg. 3. Sicubi magna Iouis antiquo robore quercus Ingentes tendat ramos: aut sicubi nigrum, &c. Idem Æn. 5. Difugiunt, sylvasq; & sicubi concava furtim Saxa petunt. — Valer. Flac. lib. 6. — compefco miuas, & sicubi nato Parce meo dixit. —

## O, in fine.

O, Datur ambiguis. ¶ Dentur Monosyllaba longis: 2 19  
Tertius & Sextus. Pro causa extenditur Ergo.  
Quodq; habet, O, magnū, ceu Manto. ¶ Aduerbia iunges 3  
Nominibus deducta. Adeo producta sequatur.  
¶ Imò, Citò, atque Duo, & Scio, Nescio tempora semper 4 20  
Accelerant. Rapienda, Modò, nata omnia. ¶ Gaudent  
Porro, Modò ambiguis, Serò, & coniunctio Verò. 5

O, Finita ambigua sunt, vt Ambo, Quando, Octo, Vigilando, Eo, Queo.  
Mart. lib. Nolo mihi ponas rhombum, nullūque bilibrem:  
Nolo boletos, ostrea nolo, tace.

Stat. Theb. 6. Ambo p̄j, cariq; ambo, nequeam ipse priorem Dicere. —  
Ouid. Met. 8. Ambo conspicui, niue candidi oribus ambo Vectabantur equis.

## EXCEPTIO I.

2 Monosyllaba longa sunt, vt O, Do, Sto. Datius, & ablatius, vt Somno, Tuo.  
Item Græca, que habent, ω, mega, vt Androgeo, Atho, Clío, Alecto, Io, Argo, & 30  
cætera eiusdem generis. Quibus accedit Ergo pro causa.  
Virg. Æn. 2. O lux Dardaniæ, spes ò fidissima Teucrum.  
Idem ibid. Inuadunt vrhem somno, vinoq; sepultam.  
Idem Æn. 7. Lu& sicam Alecto dirarum ab sede sororum.

## EXCEPTIO II.

3 Item aduerbia à nominibus orta, vt Meritò, Multò. Quibus adiungitur Adèd.  
4 ¶ Hinc rursus excipiuntur Imo, Citò: & composita à Modò, vt Quomodo, Dunt  
modo, Postmodo, Tantummodo. Quibus accedunt Scio, Nescio, Duo.  
Mart. lib. 5. Tam subito coruus, qui modo cyenus eras?  
Idem lib. 6. Non habet ergo aliud: non habet imo suum.

¶ Exceptis.

## EXCEPTIO III.

5 Aduerbia Modò, Porro, Serò, & coniunctio Verò posteriorem habent cōmuni.  
Mart. lib. 5. Pro meritis calum tantis, Auguste dederunt. Alci. le citò dij:  
sed tibi serò dabunt. Ouid. Eleg. l. 2. Serò respicitur tellus, vbi fure soluto, &c.  
De litera, O, in fine dictionis. ¶ Schol. 4.

6 Gerundia sapius producantur. Lucan. lib. 3. Perdidit ò qualem vincendo plura  
triumphum. Ibid. Audendo magnus tegitur timor, arma capeffam.  
Corn. Gall. eleg. 1. Et rerum dominus nil cupiendo fui. Ouid. epist. 9. Fortunâ vltus  
fassa tegendo meos. Sic Tibull. lib. 3. Iuuenal. Saty. 3. Plurimus hic æger moritur  
vigilando, sed illum, &c. & Q. Seren. Sepe sit noxæ nimitum manando fuerunt.  
7 ¶ Ergo, ait Probus Infr. Art. sine dubio habere vltimam longam. Quod tautisper  
verum sit, dum pro Causa vsurpatur. ¶ Adèd. Lucan. l. 8. Huc illuc iactatur aquis,  
adèdne molesta, &c. & Adèd. Idem l. 2. Non bene comperitū est: idem me milite vincat.  
Mart. lib. 6. Non reddes: idem Caciliane rogo. Idem tamen lib. 1. corripuit: An idem  
8 tantum veneras, vt exires? ¶ Subitò etiam corripuit Senec. in Agamemn. Cum subitò  
luna conditur, stellæ cadunt. Sic rursus in Hippol. ¶ Postmodo, Duntmodo,  
9 Quòmodo, Tantummodo corripiuntur. Mart. lib. 10. Quidquid habent  
omnes accipe, quomodo das. Horat. Serm. 1. Saty. 9. Cum victore sequor. Mæcenas  
quomodo tecum. Ox. 4. de Pont. Omnia perdidimus, tantummodo vita relicta est.  
10 ¶ Modò commune est. Virg. 3. Georg. Primus ego in patriam mecum (modò vita  
super sit) &c. Prop. lib. 3. Et modò Taygeti crines aspersa ruina. Lucret. l. 2. Plura  
modò dispergit, & à se corpora mittit. Catull. ad Varum. epig. 19. Hoc quid pu-  
temus esse, qui modo scurra, &c. Scæzon est quinta sede peculiarem sibi retinens  
Iambum: vbi Cæsura excusari non potest. ¶ Citò Manil. produxit lib. 5. Illa citò moni-  
11 tius regidos eludere cæstus. Quod Cæsura beneficio tribuendum videtur.  
¶ Iuuen. Saty. 9. Tamquam perdiderim quidquid scio sumere ferrum. ¶ Pers. Saty.  
12 5. Nescio quod certè est, quod me tibi temperat astrum. ¶ Duo, p̄ssim corripitur.  
Virg. produxit, eo tamen in loco, vbi maximè Cæsura dominatur. Eclog. 9. — en qua-  
tuor aras. Ecce duas tibi Daphni, duosq; altaria Phæbo. Quem Ausonius ad  
13 Paulinum imitatus est: Europen, Asiamq; duo vel muxin a terra Membra. —  
¶ Illico ab eodem Ausonio corripitur. Illico, nam Marco sex periëre dies.  
¶ Cedo pro Dic vel Da vtramque corripit. Iuuen. saty. 13. Nam scelus intra se, tacitum  
qui cogitat vltum. Facti crimen habet, cedo si conata peregit? Idem Saty.  
14 6. Post minor est aliam credas, cedo si breue parui, &c. Stat. 12. Theb. Cedo te ne  
pudet heu pietas ignaua sororis. Primo loco Anapestū, secundo Tribrachyn posuit.  
15 ¶ Imò frequentissimè corripitur. Mart. l. 5. — faciat tibi sic bene Cæsar. Sic Ca-  
pitolinus Iuppiter: imo tibi. Idem lib. 1. Vendere nil debet, senerat imo magis.  
Idem l. 8. Adeo bene emit, inquis: imo non soluit. Versus Scæzon est. ¶ Ego, non ra-  
rd habet vltimam longam. Iuuen. S. 1. Sed libertinus prior est, prior inquit, go sum.  
Ouid. ad Liu. Iamq; precaturus, quid ego iam credulus inquit. Valer. Flac. lib. 8.  
Sed quid ego quemquam immeritis incuso querelis. Auson. in epigr. de Cræso, Sicut  
Rrrr ego

ego solus me quoque pauperior. ¶ Porro, anceps est. Iuuen. Saty. 7. Vester porro labor  
 facundior historiarum. Sic idem Saty. 11. Scat. Theb. 7. Spirat adhuc, pinguisq;  
 meo: tu porro sequeris. Lucan. l. 9. Quid porro tumultus opus est. — Lucret. l. 6.  
 Tum porro venti quoque magnam tollere partem Humoris possunt. —

¶ Serò, frequenter reperitur breue. Iuuenal. Saty. 1. — tecum prius ergo voluta  
 Hec animo ante tubis galeatum serò duelli Pœnitet. — Mart. lib. 5. Serò dedit  
 pœnas, discerpi noxia mater Debuerat. — Stat. 2. Theb. — queriturq; fidē tam  
 serò reposci. Ouid. M. 2. Pœnitet heu serò pœnæ crudelis amantem. Multò scopus  
 est longum. ¶ Verò, rariùs reperitur breue. Stat. Theb. 2. — nos verò volentes,

Expositiq; animis. — Senec. Hippol. Tum verò pauida sonipedes mente exciti,  
 Imperia soluant. — Illud Silij l. 9. — mihi magna satis, sat verò, superque Bellan-  
 di merces sit gloria. — Vera, habet in correctis libris, quemadmodum res ipsa postulat.  
 ¶ Retro, serò semper producit. Senec. Herc. Oet. corripuit. Vnde retro nemo, tuli-  
 mus Oceani minas. ¶ Sedulò, Mutuò, Crebrò, Profectò corripies, cum lege-  
 ris apud bonos Poetas. ¶ Sedulò, postrema breui apud Lucret. lib. 2. quidam codi-  
 ces habent. Verùm liber emendatissimus legit, Secla nouo rerum, &c. ¶ Hec item  
 producantur, Idcirco, Intra, Vltro, Citro, Omnino, Edò, Quò & Præsto no-  
 men, quod constat ex Tibull. l. 1. eleg. 5. Pauper erit præsto tibi, præsto pauper adibit.

Lucret. lib. 4. Præsto sine simulacra locis in quisque parata. Horat. Serm. 1.  
 Saty. 2. Neque enim ab idoneis Poëtis vltimam in, Præsto, correptam inuenio.  
 Lucret. lib. 4. Direpte politant vltro, citroq; per auras. Iuuen. Saty. 14. Quo mihi  
 diuitias hæc per tormenta coarctas? Hor. Epist. 2. Ibit edò, quo vis, qui zonam perdi-  
 dit, inquis. ¶ Esto, cum ad instar aduerbij concedentis vsurpatur, producit ad  
 Lucret. l. 2. Sed tamen esto iam posse hæc æterna manere, &c. Virg. Æn. 7. Non  
 dabitur regnis (esto) prohibere Latinis. Sic Hor. Serm. 2. Sat. 1. & Iuuen. Saty. 8.

## V, in fine.

V finita, velut Panthu, dabis omnia longis.

V finita longa sunt, vt Manu, Cornu, Panthu.

Virg. Æn. 2. Tela manu miseri iactabant irrita Tœncris

Ouid. Met. 11. Nec mora, curuauit cornu, neruoq; sagittam Impulit.

Virg. Æn. 2. Quo res summa loco Panthu? quam prendimus arcem.

De N. quartæ declinationis in, V, delinentibus. ¶ Schol. 7.

Veteres Grammatici, Probus in Cathol. vbi de formis casuum agit, & Diom. l. 1.  
 aiunt Cornu, Geln, &c. neutra quartæ declinationis nominandi accusandi, &  
 vocandi casibus vltimam habere breuem: sed nullis Veterum testimonijs suam senten-  
 tiam confirmant. Idem tamen Probus Instit. Artium longè sentit. Si nominatiuum  
 casum; inquit, [aperti nominis, V, litera terminatum] collocare volueris, vltimam sylla-  
 bam longam posito, quoniam necesse est eam in ablatiuo produci: vt Tullius in Ana-  
 to, iam tauri laeuum cornu, dexterq; simul pes. Ibidem etiam corripitur, vt Hac  
 propter

propter laeuum genu omnis parte locatus. In ablatiuo tamen sine ambiguitate pro-  
 ducitur. Hac ille. Genu, vt ego quidem arbitror etiam accusandi casu habet postleri-  
 orem longam, sed corripitur hic propter sequentem vocalem: sic Virg. Æn. lib. 5.  
 — sub liuo alto: O, aliòqui longum naturâ, corripuit.

## B, D, T, & C, in fine.

B, D, T, rapies. ¶ At, C, producta sonabit.

¶ Corripe Nec, Donec. ¶ Rapidis Fac tutius heret.

¶ Ast Hic masculi generis cantabitur anceps.

B, D, T, literis terminata corripuntur, vt Ab, Quidquid, Audijs.

Virg. Æn. 8. Tunc pater Æneas puppi sic satur ab alta.

Idem Æn. 2. Quidquid id est, timeo Danaos, & dona ferentes.

Idem Æn. 7. Audijs & Triuia longè lacu, audijs amnis.

2 C, litera finita longa sunt: vt Sic, Hoc, Hic aduertium.

Virg. Æn. 3. Sic oculus, sic ille manus, sic ora ferebat.

Idem Æn. 5. Hoc Helimus facit, hoc cui maturus Aestes.

Idem Æn. 2. Classibus hic locus, hic acies certare solebant. ¶ Exceptio.

3 ¶ Corripe Donec, Nec. Ouid. Trist. 1. Donec eris felix multos numerabis amicos.

Idem ibidem, Parue, nec inuideo, sine me liber ibis in urbem.

4 ¶ Verba, Fac, tutius corripitur. Ouid. Hos fac Armenios, hæc est Danaïa Persis

Mart. l. 5. Signa rariùs, aut semel fac illud. ¶ Hic pronomen virile anceps est.

Virg. Æn. 6. Hic vir, hic est tibi quem promitti scopus audis.

Idem Æn. 12. Hic gladio fidens, hic acer, & arduus hasta.

De quantitate delinentium in B, C, D, T, & H. ¶ Schol. 6.

Peregrina serè apud Hebræos producantur, vt Achab, Aminadab, Iosaphat,  
 quæ per Camès, hoc est vocalem longam scribuntur. Item Iacob, Iob, Lot, quæ  
 per Cholem ideo, w, mega. ¶ David per, l, breue, vt diximus in Nominis Incremento,  
 Schol. 4. vbi cetera, si vacat, lege, quæ ibidem dicta sunt. ¶ Audijs, Lenijs, Mugijs,

Quælij, & reliqua generis eiusdem tam corripunt vltimam, cum imminuuntur,  
 quam cum plena sunt, Audiuit, Leniuit. Virg. 8. Lenijs, & tacitâ resuens ita substitio  
 vndâ. In eod. Mugijs, & Caci spem custo. lita sefellit. Stat. Achill. 2. Quælij Euro-  
 pen, aspernatusq; Tonantem est. Potius de penultima dubitandum fuit, esset ne  
 longa etiam post imminutionem, quam de vltima. Nec te mor eat, quod aliquando à

Poëtis vltima producantur. Ouid. 3. Met. — pro fontibus ille, lacuq; Interijs: ad  
 vos pro fama vincite vestra. Ibid. Arduus in nubes abijs, & in equore summo  
 Vmbra viri visu est. — Stat. Theb. 1. Tantalus, & seuo perijs iniuria mensæ,  
 Valer. Flac. lib. 8. Quis nouus inceptes timor impedijs hymenæos.

Horat. Serm. 1. Saty. 9. Quam grauius dorso subijc onus, incipit ille.

Nec te, inquam, hæc, & similia exempla moueant, non enim imminutis vocabulis so-  
 lum accidit, sed etiam plenis, & vt vno rei bo dicam, Syllaba quæcumque breuis ex pe-  
 de quo

de quouis relicta *Cesura* beneficio non raro communis, hoc est, modò breuis, modò longa est apud Poetas: de qua re, cum de *Cumuni* syllaba agemus, fusius dicetur. Illud certe verisimilius est, vltimam produci, cum duæ vocales in vna longam contrahuntur, quod fit post imminutionem verborum, vt ex *Obijt*, *Obit*: ex *Petiit*, *Petit*, duplici, *ij*, in vnum coalescente: quemadmodum in verbis, *Defleram*, *Probaram*, *Respiraro*, & ceteris id genus. *Defleueram* plenum imminuitur extrita, *V*, *litera* *Defleueram*, deinde vtrumque, *E*, in *E*, longum coalescit. *Probaueram*, *Probaeram*, inde *Probaram*, *A*, & *E*, in *A*, longum coalescentibus. *Quid*. *Met.* 8. *Longius it auctor teli Pegasus Iason*. pro *ijt*. *Lucan.* l. 9. *Ciuis obit, inquit*. — *Iuuen.* *Saty.* 6. *Magnus ciuis obit, & formidatus Othoni*: pro *obijt*. *Virg.* lib. 9. *Sceptra Palatini, sedemq; petiit Enandri*: pro *petijt*. Sed hic etiam dubium est, producaturne vltima beneficio contractionis, an generalis *Cesurae*. *Generalem Cesuram* appello quamuis syllabam relictam post quemuis pedem: nam etiam syllaba, que post quartum relinquatur, interdum fit longa, vbi nulla prorsus est vocalium contractio. *Virg.* *Georg.* 2. *Muneribus tili pampineo grauidus Autumno Floret ager*. — *At Linus in Odyssæa etiam citra cesuram produxit*, cum socios rostris mandisset impiis Cyclops. *Verfus est apud Prisc.* lib. 8. ¶ *Pronomen*, *Hic*, in terminatione masculina tantum, commune est. *Lucr.* l. 6. *Nam cum vidit hic ad victum, que flagitat vsus, Omnia*, — & c. *Sic Virg.* *Æn.* 12. ¶ *Fac*, putant nonnulli corripiendum esse, quòd à *Face* fiat, vt *Fer*, à *Fere*: vnde sunt illa carmina *Ouidij*, *Phylli* *fac* expectes *Demophoonta tuum*. 20 & alibi, *Mille fac esse iocos*, & c. & alia id genus. *Alij* putant his, & similibus locis integrum verbum scribendum esse, *Face*: *Mille face esse iocos*. *Alij* credunt *Fac*, semper longum esse. *Quid*. *Hos fac Armenios*, hæc est *Danaia Persis*. *Hic Face* nullo modo habet locum: nisi quis putet *Facito* legendum, vt idem alibi inquit. *Et facito vt dicas, quoties pugnare parabis*. aut particulam aliquam interijciendam, vt *Face*, *secum habere possit*, vt in illo, *Durius incedit, fac vt ambulet, vel fac obambulet*: quod alij legunt, *Durius incedit, fac ambulet*. *Probus Inst. Art.* vbi de verborum penultimis, vltimisq; agit, docet *Fac*, breue esse. ¶ *Sic* semper producitur. *Carmen illud Mart.* lib. 2. *Et secum sic, vt audiam, susurrat*: mendosum est: legendum est enim, *Et secum, sed vt audiam, susurrat*. ¶ *Lac*, vt *Plerisque Grammaticorum* placet, corripiatur, sine vilo tamen *Veterum* testimonio: à *Sereno* producitur, *Lac* asinus, *placidèq; bouis prodesse loquuntur*. *Cui*, si testis esset *locuples*, potius quam *Grammaticis* credendum esset. ¶ *Hebræa*, si in *Sédec*, aut *Mélec* exeunt, vltimam corripiunt, vt *Melchisédec*, *Abimélch*, scribuntur enim per *Segol* sive, s. *Sadoc* verò per, w. ¶ *Nulla* vocabula in literas *F*, *G*, quod quidè sciam, exeunt. *Magog* peregrinù est, & tam ab *Hebræis*, quàm, *Græcis* per, w. scribitur. ¶ *H*, litera vel potius aspirationis notà finita, si *Latina* sint, vocalium præceptionibus metienda sunt, vt *Vah*, *Ah*, que longa sunt. Si peregrina, consulantur peregrini, vt *Ioseph*, cuius vltima longa est naturâ, scribitur enim ab *Hebræis* per *Sere*, hoc est, n. sine *E*, longum.

L, in

L, in fine.

**L**, Breuiat. Peregrina ferè producta sequuntur.  
Sal, Sol productis, & Nil constanter adherent.

**L** finita breuia sunt, vt *Asdrubal*, *Semel*, *Vigil*, *Simul*, *Consul*.  
*Sil. lib.* 17. *Vertit terga citus damnatis Asdrubal ausis*. *Horat. Epist.* 1.  
*Quo semel est imbuta recens, seruabit odorem Testa diu*.  
¶ *Sal*, *Nil*, *Sol* longa sunt. Item pleraque peregrina, vt *Nabal*, *Daniel*, *Saul*.  
*Mart. lib.* 10. *Nil aliud video, quo te credamus amicum*.  
*Quid Met.* 2. *Vltierius spatium medio sol altus habebat*.

Quanta sit, L, in Latinis, & peregrinis dictionibus. ¶ *Schol.* 7.

**SAL**, *Stat. lib.* 4. *extremo Sylu. produxit*. *Non sal, oxyporimue, caseus ue*. *Verfus* est hendecasyllabus: neque solet ipse in primo loco choreum collocare. *Ausonius* etiam produxit. *Sal, oleum, panis, mel, piper, herba nouem*. ¶ *Vt*, *Nil*, perpetuò producitur, ita *Nihil*, corripiatur. *Horat. Epist.* 1. *Tu nihil admittes in te formidine pœnæ*. *Quid.* 3. *de Pont. eleg.* 3. *produxit*. *Morte nihil opus est, nihil Icarotide telâ*. sed *Cesura* tribuendum est. *Idem ibid.* *Tu pete nil aliud, nisi seuo, vt ab hoste recedam*. ¶ *Pol*, aiunt quidam longum esse, alij verò breue: quod ex *Comicis* poetis, maximè *Plauto*, (cuius versus alij longiores, alij breuiore faciant, *Senarij*q; *Octonarios*, & contrà permutant) difficile sanè probari potest. *Ennius* apud *Macrob.* l. 6. corripuit. *Nec pol homo quisquam faciet in punè animatus Hoc nisi tu*. — *Puro* hoc, & integro senario, qui correctissimo quodam *Catulli* codice continetur, omnis controuersia dirimitur. *Velim pol, inquit*: at *pol* ecce villicus. ¶ *Tanaquil*, itidem alij produciunt, alij corripiunt, sed desiderantur *Veterum* testimonia: potius corripiendum videtur. ¶ *Non* omnia peregrina produciuntur: *Baal* enim ab *Hebræis* per *Patach*, id est, *A*, breue scribitur: & *Rogel* per *Segol* seu, e: *Ambigul* per, i, breue, *Michol* per *Catèph* *Camès*, hoc est, o, *micron*, & à *Græcis* etiam *μῆχολ* per, o, *micron*. Quare hæc, si incrementa recipiant, corripiuntur: *Baal* enim dicam penultima breui, vt *Annibalis*.

M, in fine.

**M**, breuis. *Ecthlipsis* contemptâ, euaserat olim.  
Compositis antiqua nouis modò iura dabuntur.

**M** finita præcis temporibus corripiebantur, nec à sequente vocali, vt modò fit, excipiebantur per *Ecthlipsis*, quod etiam nunc in cõpositis verbis cernitur. *Eunius Annal.* 10. *Insignita ferè tum millia millium octo Duxit delectos*. — *Iuuenal. Saty.* 9. *Quo te circumagas? que prima, aut vltima ponas?* ¶ *Posteri* sequente vocali, *M*, literam cum precedente vocali elidendam putarunt, que figura *Ecthlipsis* dicitur: de qua inferius.

ssff 2

N, in

- N**, longis extrema datur. ¶ Sed nomina Ternæ 2  
 N, rapiunt, quod fecit Inis. ¶ Sic Græca Secundæ: 3  
 ¶ Sic omnes Quarti, quorum est brevis vltima Recti, 4  
 Tempora corripiunt, velut Ilion, Aſcton, & Oſſan.  
 ¶ Forſitan, In, Forſan, Tamen, An, Viden' arcta ſequantur. 5
- N**, litera finita longa ſunt: vt Sin, Titan, Siren, Sulamin, Actæon, & cætera  
 tertie declinationis, quæ in On, exeunt. Virg. Æn. 1. Sin abſumpta ſalus,  
 & te pater optime Teucrum. Lucan. lib. 1. Vnde venit Titan, & nox vbi ſidera 10  
 condit. Ouid. Met. 3. Actæon ego ſum, dominum cognoſcite veſtrum.  
 ¶ Item accuſatiuus Græcus nominum in As, Es, E, vt Ænean, Achifen, Calliopen.  
 Græcus itidem genitiuus multitudinis cuiusvis declinationis, vt Cimeriæ, 1, Epi-  
 grammæon. Virg. Æn. 11. Et ſeuum Ænean agnouit Turnus in armis.  
 Idem Æn. 1. Amitto Anchifen: hic me pater optime ſeſſum Deſeris. 15  
 Tibull. l. 4. Cimmerion etiam obſcuras acceſſit ad oras. ¶ Except. 1.  
 2 ¶ Corripe En, ſyllabâ finita, quæ faciunt genit. in Inis, vt Nomen, Lumen, Flumen.  
 Ouid. Faſt. 2. Nomen Arioniû Sicalas impleuerat vrbes. ¶ Excep 2.  
 3 ¶ Corripiuntur etiam Græca in, On, quæ ad ſecundam noſtram declinationem  
 ſpectant, vt Pelion, Ilion, Erotion. Ouid. in Epist. Ilion, & Tenedos, Smois, 20  
 & Xanthus, & Ida. Mart. lib. 5. Pallida nec nigras horreſcit Erotion umbras.  
 4 ¶ Omnes etiam accuſandi caſus, qui à nominibus vltimam breuē habentibus pro-  
 fiſciuntur, vt Scorpion, Thetin, Ityn, Maian, Æginan, à Scorpis, Thetis, Itys,  
 Maia, Ægina. Lucan. lib. 1. Scorpion incendis caudâ, & helas, peruris.  
 Ouid. Met. 6. Tantaq, nox animi eſt: Ityn huc acceſſite, dixit. 25  
 Stat. Theb. 7. Namq, ferunt raptam patrijs Æginan abundie.  
 5 ¶ Corripiuntur deniq; Forſitan, In &c. Virg. Æn. 2. Forſitan & Priami ſuerint, quæ  
 fata requiras. Idem Æn. 1. Hic tamen ille vrbe Pitauit, ſedeſq, locauit. Stat.  
 Theb. 10. — ferrumq, quod amens Ipa dedi. viden' vt iugulo conſuſperit enſe.  
 De quantitate eorum, quæ finiuntur in N. ¶ Schol. 8. 30
- H**ymen vltimam producit, quia à Græcis, ἵμην, per, n, ſcribitur. Catull. Hymen  
 ô Hymenæe, Hymen ades ô Hymenæe. Idem tamen alibi ſolitâ licentiâ eâ-  
 dem corripiuit. ¶ Anchifen, Calliopen, & cætera, quæ per, n, ſiue, E, longum ſeri-  
 luntur, per ſe ipſa aperta ſunt. ¶ Cimmerij Rectus multitudinis genitiuum Cimi-  
 meriorum poſſulabat: maluit tamen Tibullus Græco vii Κίμμεριον Cimmerion, cuius 35  
 vltima, vt cæterorū omniū interrogandi caſus per, n, ſcribitur. ¶ Viden' ab omni-  
 bus corripiuntur. Virg. 6. Edæcet. viden' vt geminae ſtent vertice criſtæ Decaſteris eiſdē  
 formæ, vt Scin', Audin', Noſtin', pro Scisne, Audisne, Noſſine, magna inter  
 Grammaticos, diſſenſio eſt. Qui cenſent hæc producenda eſſe, aiunt cum Seruio, Viden'  
 vltimam habere longâ naturâ, ſed ab Ennio primū correptâ fuiſſe, deinde eius exē-  
 plo à cæteris poetis. Alij contra affirmant vocalē naturâ longam in breuē mutari ad-  
 bibita

- bibita particula Ne. Vtrique tamen certat ſine teſibus. Quare res in dubio eſt: tu-  
 tius puto ab his omnibus abſtinere, vno Viden' excepto. ¶ Nemon' ab Horat. produci-  
 tur Serm. 1. Saty. 1. Illuc vnde abij, redeo nemon' vt anarum Se probat. — ſed qui in  
 contraria ſunt ſententia, id Ceſuræ attribunt. ¶ Illud, Ten' ego, quod ſemel, atque  
 iterum initio carminis legitur in Ciri, aiunt nonnulli deprauiatum eſſe, corrigendūq;  
 5 Tene ego. ¶ Noſtin' in epistola Medæa corripiuntur, Noſtin' an exciderunt mecum lo-  
 ca. — Vbi tamen alij legunt, Neſcio an exciderint mecum loca. — Verum poſte-  
 rior lectio frigidior videtur, & irate ſemine parum appoſita.  
 ¶ Menelaos, Scorpis, Pylos, Thetis, Ilys, Maia, Ægina, quem admodum no-  
 minatiui vltimam corripiunt, ita & accuſatiui. Ouid. in epist. Tu fore tam lentum  
 iuſta Menelaon in ira, &c. Idem Faſt. 4. Maian, & Electran, Taygetanq, Ioui.  
 ¶ Tethya produxit Mart. l. 10. Et virilē Tethyn, Oceanūq, patrem. Silius l. 17.  
 — molitæ regna tridenti Intima ab occaſu Tethyn impellit, & ortu.  
 P, finitum eſt Volup: ſed obſoletum: quod ab Ennio apud Gell. l. 12. c. 7. producituri.

## R, in fine.

- R**, dabitur breuibus: ¶ Nar, Par, & pignora longis: 2  
 Et Græca, vt Crater, patrius quibus exit in Eris:  
 Cur, Far, Fur, & Iber, Lar, Ver. ¶ Sit Celtiber an cept. 3
- R**, litera terminata corripiuntur, vt Amilcar, Sēper, Sēmiuir, Hæctor, Turtur:  
 20 Sil. lib. 2. At ſenior Siculis exultat Amilcar in armis.  
 Virg. Æn. 1. Semper honore meo, ſemper celebrabere donis. Lucan. lib. 8.  
 Inferiſſe manus impure, ac ſēmiuir audeſ? Ouid. Met. 12. Inferias dederat cū  
 fratibus Hæctor inanes. Virg. Ecl. 1. Nec gemere aëria ceſſabit turtur ab vlmo.  
 25 2 ¶ Producitur, Nar, Cur, Fur, &c. Par cum compoſitis, vt Copar, Impar, Diſpar.  
 ¶ Et Græca, quæ faciunt genitiuum in Eris, vt Aer, Æther, Crater.  
 3 ¶ Celtiber verd' comne eſt. Hor. in Arte. Cur ego, ſi nequeo, ignoroq, poeta ſalutor.  
 Mart. l. 5. Callidus effraclâ numos ſur auferet arcâ Idem l. 8. Si tibi durus Iber,  
 aut ſi tibi terga dediſſet Cantaber. — Horat. Serm. 2. Ludere par impar, equi-  
 tare in arundine longa. Virg. 6. Largior hic compo aër, & lumine poſſit.  
 30 Quanta ſit vltima in R, delinquentium. ¶ Schol. 6.  
**C**or, vix auſim producere, cūm ſerè ſemper à Poëtis corripiatur. Ouid. Triſt. 5.  
 Strangulat incluſus dolor, atque cor aſſuat intus. Idē de Pont. 1. Conſiteor mi-  
 ſero molle cor eſſe mihi. Sic Mart. l. 1. & Senec. Agam. act. 2. Quare iūd Ouid.  
 3 Molle meū lenibus cor eſt, &c. ſuſſicantur quidâ legendū eſſe ſic, Molle meū lenibusq;  
 cor eſt, &c. Cæterorū exempla à Grammaticis traduntur. ¶ Far. Ou. Faſt. 1. Far erat,  
 & pari lucida mica ſalis. ¶ Lar. Ibid. l. 5. Exagitant & Lar, & turba Dianâ ſu-  
 res. ¶ Nar. Virg. 7. Sulphurea Nar albus aqua, fontesq, Velini. ¶ Aer. Lucan. l. 1.  
 Aer, & longi voluent Titâna lahores. ¶ Ser. Senec. Hercul. Oct. 50. Legit Eois  
 Ser arboribus. ¶ Iber. Val. l. 5. Quos nec Iber, aut thura ſuis aurora pharetris, &c.  
 Sil. lib. 16. Omnis Iber, omnis Latio ſub nomine miles. Dona ferunt. — Poſſulat  
 compoſitionis



compositionis ratio, vt Celtiber vltimam etiam longam habeat, cuius tamen nullum mihi succurrit exemplum. ¶ Impar, Auson. in Crippa ternarij numeri corripuit, Tris primus par impar habet, mediumq; sed ipse, &c.

## As, in fine.

AS, velut Æneas Pietas, datur vltima longis.

AS, syllabâ finita longa sunt, vt Æneas, Pallas Pellantis, Fas, Nefas.

Virg. Æn. 10. Æneas ignarus abest, ignarus & abst.

Idem ibid. Tela, manusq; finit: hinc Pallas instat, & vrget. Idem Georg. 1.

Quippe etiam festis quædam exercere diebus Fas, & iura negant. —

Iuuenal. Saty. 13. Credebant hoc grande nefas, & morte piandum,

Si iuuenis vetulo non assurrexerat.

## EXCEPTIO.

AS, Danaûm brevis est, in Adis cum Patrius exit. Quartus, vt Heroas, Ternæ iungatur Achiuûm.

Corripi Græca, quorum genitiuus exit in Adis, vt Arcas, adis, Pallas, adis.

¶ Itē accusatiuus tertie declinationis Græcorû, vt Troas, Delphinus, Herodas.

Ouid. Met. 6. Pallas anum simulat, falsosq; in tempora canos Addit. —

Mart. lib. 9. Cum quibus Alcides, & pius Arcas erat. Ouid. in Epist. In te singebâ violentos Troas ituros. Virg. Ecl. 4. Permissos Heroas, & ipse videbitur illis.

As, vltima in nominibus Græcis. ¶ Schol. 10.

Syllerâ finita, cum multò latius pateant superioribus, in variis positiones necessario fuerunt distribuenda. Ou. 5. Met. Bellica Pallas adest, te protegit, egide fratrem.

Virg. Ecl. 8. Orpheus in syluis, inter delphinus Arion. ¶ Misculina primæ declinat.

vt Æneas, Menalcas, Damoetas, Hermagoras, longa sunt. ¶ Elias ab Ausonio corripitur, quod aliter carmen ingredi minime possit. Et Pythias ab Hor. in Arte, Pythias emuncto lucrata Simone talentum. Item Tertie, quorû genitiuus in, Antis exit, vltimam producant, vt Calchas, Atlas, Pallas, Antis. Virg. 11. Æn. Hanc tamen immensam Calchas atcollere molè, &c. Mart. 1. 9. Cõturbabit Atlas, & non erit vnciat tota.

¶ Schol. 11.

¶ Schol. 12.

¶ Schol. 13.

¶ Schol. 14.

¶ Schol. 15.

## Es, in fine.

Ponitur, Es, longum. ¶ Breuibus dat Tertii nomen

In numero primo, Patrij cum syllaba crescens

Est brevis. ¶ Inde Ceres, Paries, Abiesq; Latini,

Pes cum Stirpe, velut Sonipes, Ariessq; repellunt.

ES, Syllabâ terminata longa sunt, vt Anchises, Lœcuples, Quoties, Decies, Tricies, &c. Virg. Æ. 5. Anchises alacris palmas vtrasque tetendit.

Mart. lib. 11. Orbis es, & locuples, & Bruto consule natus.

Idem lib. 10. Dicere te lassum quoties ego credo Quirino.

Idem lib. 12. Ægrotas vno decies, aut septus anno.

Exceptio:

## EXCEPTIO I.

2 Corripi nomina tertie declinationis singularis numeri, quæ crescunt in obliquis penultima breui, vt Diues, Eques, Pedes, Hostes, Diuitis, Equitis, &c. Virg. Æn. 2. Insula diues opum, Priami dum regna manebant.

Idem lib. 6. Obuius armato, ceu cum pedes iret in hostem.

3 ¶ Præter Abies, Ariess, Ceres, Paries, Pes, cum compositis, vt Cõrnipes, Sõnipes.

Virg. Ecl. 7. Populus in fluuijs, abies in montibus altis.

Lucan. lib. 8. Non aries illis, non vlla est machina belli.

10 Virg. Georg. 1. Flaua Ceres alto nequicquam spectat Olympo.

Ouid. Met. 6. Nec pes ire potest, intra quoque viscera saxum est.

Virg. Æn. 4. Scat sonipes, & frena serox spumantia mandit.

## EXCEPTIO II.

15 AT neutra, vt Cacoethes, erunt rapienda Pelasgûm.

His Quintum, & Rectum numero date Græca secundo,

Arcades, & Troes veluti. ¶ Penes hæret eisdem.

Additur, Es, verbum & quæcumque oriuntur ab illo.

1 Corripi neutra in, Es, corripuntur, vt Cacoethes. ¶ Item nominandi, vocandi, casus Græcorum, vt Arcades, Troes, Rhetores, Lampades.

20 ¶ Penes etiam: &, Es, à verbo Sum, & ex eo composita, vt Potes, Ades. Iuuen. S. 7.

— tenet in sanabile multos Scribendi cacoethes, & agro in corde senescit,

Virg. Ecl. 7. Ambo florentes ætatibus, Arcades ambo.

Idem Æn. 1. Egressi, optatâ potiuntur Troes arenâ.

Horat. in Arte, Quem penes arbitrium est, & vis, & norma loquendi.

25 Virg. Æn. 2. Quisquis es amisses iam hinc obliuiscere Graios.

Mart. lib. 6. Tu potes & patrie miles, & esse decus.

In, Es, de finentium quantitas ostenditur. ¶ Schol. 11.

Aduerbia numerandi semper producantur. Mart. 1. 5. Vndecies vnâ surrexit Zote cornâ. Idem lib. 10. Quindecies ætius primu Olympiadas. In eod.

30 Supremus tibi tricis in anno. In eod. Ducenties accepit, & tamen viuuit. Scazon est. Protulimus tam multa testimonia, quod quidam existiment esse breuia, alij desiderant classici alicuius testimonium. ¶ Ariess. Idem lib. 9. Hic aries asiris, hic leo dignus erat. ¶ Paries. Virg. in Moreto, Quam fixam paries illos seruabat in vsus.

¶ Pes, & ex eo composita, vt Alipes, Sonipes, docet Probus in Catholicis esse breuia, quæ Ausonius sequutus est: Qui bipes, & quadrupes foret, & tripes, omnia solus.

¶ Vterque tamen à Veterum vestigijs recessit. Virg. 3. Georg. Pes etiam, & cãmuris hirta sub cornibus aures. Stat. Theb. 8. — umbone repellitur vmbro, Ense minax ensis, pede pes, & cuspide cuspis. Sic Iuuen. Saty. 11. Ouid. Met. 4. & 11. Sil. lib. 16.

Horat. 1. Seru. Saty. 3. Omnia magna loquens: modò sit mihi mensa tripes, & Concha salis puri. — Virg. 10. Tollit se abreptu quadrupes, & calcibus auras Verberat. — Lucan. lib. 3. Non sonipes in bella serox, non iret in æquor. ¶ Illud re-

35

35

35

35

35

35

35

35

35

*Gras docet idem Probus eod. loco, Teres, esse breues Res correpta (inquit) tis facinor  
genitio, Teres tēretis. Cuius sententiam confirmat Horat. Serm. 2. S. 7. Fortis & in  
se ipso totus teres, atque rotundus. Ex, Es, cōposita etiā corripuntur. Inuen. S. 5.  
Si potes illa pati, & c. Virg. Eclog. 7. Huc ades ô Melibœe, caper tibi saluum, & hedi.  
Addunt etiā quidam Inquies, sed nullo id testimonio confirmant. Tigres ac-  
cūsandi casu ab Ouid. corripitur. Ep. 10. Quis scit an hæc seuas infula tigres habet.*

## Is, vel Ys, in fine.

**I**s, vel Ys, astringes. Plurales exime casus,  
Glis, Sis, atque Velis, & Vis tendatur vtrumque:  
Et Quamuis, Nolis, Adlis, ac cætera proles.

**I**s, vel Ys, finita corripuntur, vt Apis, Inquis, Ais, Tbetis, Tiphys, Itys.

Ouid. Met. 3. Non apis inde tulit collectos sedula flores.  
Mart. lib. 5. Non est, inquis, idem: multò plus esse probabo.  
Pers. Saty. 4. Hunc ais, hunc dijs iratis, genioq; sinistro.  
Stat. Achill. 1. Iam dudum tacito lustrat Tbetis omnia visu.  
Virg. Eclog. 4. Alter erit tum Tiphys, & altera, quæ vebat Argo.

### EXCEPTIO I.

**E**xcipe casus omnes multitudinis, vt Viris, Armis, Mufis, Nobis, Vobis, Quis  
pro quibus. Omnis, Vrbis pro Omnes, Vrbes, in accusatio pluralis numeri.

**I**tem, Glis, Vis nomen, & verbum: Velis, Sis cum cōpositis, vt Quamuis, Nolis, Adlis.  
Virg. Æn. 1. Præsentemq; viris intentant omnia mortem.

Idem Æn. 8. Nobis ad belli auxilium pro munere tanto Exigua vires. —

Idem Æn. 1. — ô terq; quaterq; beati,

Quis ante ora patrum Troie sub mœnibus altis Contigit opprera. —

Idem ibid. Non ea vis animo, nec tanta superbia victis.

Mart. lib. 9. Iam satis est, non vis Afer, auere, vale.

Lucan. lib. 3. Quamuis Hesperium mundi properemus in ænem.

### EXCEPTIO II.

**O**rdinis extremi personam exten de secundam  
Ex numero primo, vt Sentis. Producta sequatur  
Itis habens Patrio longum, siue Inis, & Entis:  
Lis, Sannis, Sinois, Sâlamis exempla ministrant.

**P**roduc etiã securdas personæ numeri singularis modi Indicatiui quartæ  
coniugationis, vt Nescis, Sentis, Sēpelis.

**L**onga præterea sunt quorum genitiuus exit in Inis, Entis, Itis, penultimâ lon-  
gâ, vt Sâlamis, Salamēnis, Sinois, entis. Sannis, itis, Lis, litis.

Mart. lib. 3. Nescis, heu nescis dominæ fastidia Romæ.

Ouid. in Epist. Hac ibat Sinois, hic est Sigēa tellus.

Horat. in Arte, Grammatici certant, & adhuc sub indice lis est.

Is, vltima per Iota, vel Ys, per ypsilon quanta fit. Schol. 12.

**A**lo tertia esse declinationis docet secunda persona brevis Ais: videtur tamen  
priscis temporibus quarti ordinis fuisse: Neniū enim apud Prisc. lib. 10. sic  
ait, An nata est sponsa prægnans? vel ai, vel nega. & Suprà, cū de diphebono  
egimus, Schol. 1. pag. 634. ostendimus Omnis, Vrbis, & cætera id genus per, l, literâ,  
non per diphebonum, a, siue, ei, à Veteribus fuisse scripta. & Quæ in Ys per Y, excu-  
unt, serè corripuntur. Virg. Æn. 2. At Capys, & quorum melior sententia menti.  
Ouid. Met. 5. — paruog; in tempore nudus Arboris Othrys erat, nec habebat Pe-  
lion vmbra. Mart. l. 6. Et Libys in longo pūluere sudet eques. Lucan. 6. Cū ia-  
culum parvâ Libys amittauit habenâ. & Tethys tamen videtur anceps. Virg. G. 1.  
Teq; sibi generum Tethys emat omnibus vndis. quod etiã ex accusandi casu, qui  
nominandi casum sequitur, intelligitur. Mart. l. 10. Et viridem Tethyn, Oceanumq;  
patrem. rarissimè enim hic, maximè apud Mart. producit breuis Cæsura bene-  
ficio. Si quis verd Cæsura turbare velit productionem, faciè vtrūque casum corrip-  
endum esse tuebitur. Ouid. enim posteriorè corripuit Fast. 5. Tethys, & extremo sepe  
recepta loco est. & Ris, vltima futuri Coniunctiui modi, scipissime corripitur. Mart.  
lib. 2. Is mihi, dines eris, si causas egeris, inquit. Idem lib. 5. Hos tu seu pariter,  
siue hanc, illūmæ priorè Videris: hoc dices, Marcus auere iubet. In eod. Nec por-  
rexeris ista, sed teneto. Idem 7. — quod si fera monstra duorum Iunxeris, alte-  
rius fiet vterque timor. In eod. Et cū iam satis est dixeris, ille leget. Idem l. 9.  
Videris immenso cū conclamata querelis Saxa senis. — Hor. in Arte, Dixeris  
egregiè, nosum si callida verbum Reddiderit innectura vocum. — Lucan. lib. 1.  
Ætheris immensi partem si presseris vnam. & Ommitto alia ne sim longæ. Repe-  
ritur interdum hoc tempus longum: sed credo id Cæsura attribuentum. Certè Pro-  
bus Inst. Art. vbi de vltimis verborum agit, Ris, syllabam tam præteriti, quàm futuri  
temporis coniunctiui modi breuem esse docet: quamuis idem ipse Probus affirmet Ri-  
mus, vtriusque temporis semper penultimam producere. Idem in eod. lib. vbi de vlti-  
mis prouocabuli Quis, vel Qui agit, Datiuus & ablatiu inquit, si, Is, syllabâ termi-  
nantur, iam tum recipiunt, vt Queis ante ora patrum: si Bus, Pirrhybium, vt His  
quibus inuisi fratres. Queis ait esse Iambum, qui ex secunda longa constat. vbi  
natandum est enim existimasse Queis esse dissyllabum, & versum Hexametrum pri-  
mo loco recipere Bacchium, qui ex Iamto, & syllabâ longâ constatur. Queis an-  
— Cū tamen versus Heroicus numquam, maxime primo loco, Iambum re-  
cipiat, aut Bacchium ex illo constatum. Quare viderint Critici, num, Quis, potius sit  
scribendum. Etenim cū prouocabulum partim ad secundam declinationem, vt à  
quo, quâ, quos, quas: partim ad tertiam spectet, vt quem, à qui: datiuus Quis, similis  
est datiuo secunde, vt Dominis, Doctis: Quibus verd datiuo tertie, vt Sermonibus,  
Breuibus, Vnde, qui Analogiam impugnant, apud Varr. lib. 1. Quæ homines, Recto  
multitudinis, pro Qui homines, aiebant dicendum esse, si sequenda esset Analogia.  
Seruius in Donati libellam de Oso part. idem sentit. Datiuus, inquit, & ablatiuus  
plurales parj sunt: dicimus enim à Quis, vel à Quibus: qui quidè videntur hac ra-  
tione

tione variari, quoniã ablatiuus singularis inuentus est varius. Scimus enim quia omnia quæ, O, terminantur in Is, mistunt: quæ, I, in Bus. Ergo sicut dicimus ab hoc docto, ab his doctis: ita dicimus à quo, à quis. Item sicut dicimus, à puppi, à puppibus; ita dicimus à qui, à quibus: Hæc ille. ¶ Velis. Horat. Serm. 2. Tempora si, fastosq; velis euoluere mundi. Lucan. l. 6. Si quicquam mutare velis, vnoq; sub icu. ¶ Sis. Mart. lib. 13. Nasutus sis vsque licet, sis denique nasus. ¶ Possis. Ibid. Et possis ipsum tu deridere Latinum. Iuuenal. tamen corripuit Saty. 5. Cum possis honestius illic, &c. ¶ Gratis, & Ingratis aduerbia producuntur. Ouid. eleg. lib. 1. Et graue ne gratis hic tibi constet amor. Sic Mart. l. 1. Lucret. lib. 3. Effugere haud potis est, ingratis heret, & angit. & l. 6. — cadant ingratis illa necesse est. ¶ Vis etiam numero multitudinis producitur. Lucret. lib. 3. Sed quasi multæ vis vniuersi corporis exstant. ¶ Quamuis à Manilio corripitur, Quamuis ab extremo citius reuolaueris orbe.

## Os, in fine.

**O**S, adhibe longis. ¶ Breuibus dato Compos, & Impos, 2 15  
 Osq; ossis. Rapiant neutralia Græca Latini,  
 Ut Chaos. ¶ Accelerent, velut Arctos, Græca Secunda: 3  
 ¶ Et Danaum Patrij: pro teste Erymanthidos esto. 4

**O**S, finita longa sunt, vt Os oris, Erectos, Bos, Honos, Tros, Minoæ, Heros, Athos, Androgeos, & cætera, quæ per, ω, mega scribuntur. 20  
 Ouid. Met. 1. Os homini sublime dedit, calumq; tueri iussit, & erectos ad sidera tollere vultus. Virg. Æn. 6. Tros Anchisiade facilis descensus Auerni. Idem Æn. 2. Androgeos offert nobis socia agmina iungens. ¶ Exceptio.

**C**orripi Compos, Impos, Os, ossis: & Græca neutra, vt Chaos, Melos, Argos. 25  
 Virg. Æn. 6. Et Chaos, & Phlegethon, loca nocte silentia late.

**I**tem, Os, finita, quæ ad secundam Latinorum declinationem transeunt, vt Tyros, Arctos, Ilios. Lucan. l. 3. Et Tyros instabilis, pretiosaq; murice Sidon. Mart. lib. 9. Nescia nec nostri nominis Arctos erat.

**O**mnes denique interrogandi casus à quibuscumque Rectis proficiantur, vt Arcados, Pallados, Typhoos, Tethyos, Tereos. 30  
 Ouid. Met. 1. Arcados hinc sedes, & inhospita tecta Tyranni. Ingredior. — Idem Fast. 4. Alta iacet vasti super ora Typhoos. Ætna. Lucan. lib. 1. Tethyos vnda vagæ lunaribus astuat oris. ¶ Schol. 13.

**E**X composito, Exos, intelligimus, Os ossis breue esse. Lucret. l. 3. Exes, & exanguis tumidos perfluctuat artus. Sil. lib. 17. Hæc secum infrendens. Mentis ne ego compos, & hoc nunc Indignus reditu? — Ouid. Epist. 14. Securumq; quies alta per Argos erat. Val. Flac. l. 8. Ipsa autem innuptæ iam Pallados erigit aras. Mart. lib. 1. Ille magis ludit, qui scribit prandia seui Tereos: aut cœnâ crude Thyesta tuâ. ¶ Hic illud obiter dictu sit, Thyesta per, a, legendu esse, non per, e, vt Orestes Orestia, Æetes, Æeta. Vide, quæ supra diximus, cum de, Es, syllabâ finitis egimus in Declin. Schol. 2. pag. 200. Idem lib. 2. Pelcos, & Priami transit, vel Nestoris etas.

Vs,

## Vs, in fine.

**V**S breue sit. ¶ Quartæ Patrium productio: Rectum 2  
 Adijcito, & Quartum ex numero, Quintumq; secundo.  
 ¶ Et Patrij producta quibus penultima crescit, 3  
 Ut Virtus. Palus est anceps. ¶ Monosyllaba produc, 4  
 Ut Rus: ¶ & nomen cui Patrius exit in, vntis, 5  
 Ut Cærafus. ¶ Det Pus, vt Apus, sua pignora longis. 6

**V**S, syllabâ terminata breuia sunt, vt Litus, Intus: & nominandi, vocandiq; casus singulares quartæ declinationis, vt Domus, Manus. Dativus item, & ablatiuus numeri pluralis, vt Sensibus. Virg. Æn. 3. Heu fuge crudeles terras, fuge licetis auarû. Idem Æn. 2. Apparet domus intus, & atria longa patefcunt. Idem ibid. Hic Dólopum manus, hic seuis tendebat Achilles.

## EXCEPTIO.

**E**Xcipe genitiuum quartæ declinationis, & nominatiuum, accusatiuum, & vocatiuum numeri pluralis eiusdem, vt Aditus, Vultus. Iuuenal. Saty. 3. Scire volunt secreta domus, atque inde tueri. Mart. lib. 8. Hos aditus urbem Martis habere decet.

**E**t quæ crescunt in obliquis penultimâ longâ, vt Salus, ùis: Tellus, ùris. 3  
 Ouid. Met. 1. Mox etiam fruges tellus inarata ferebat.

**I**tem Monosyllaba, vt Plus, Rus, Thus. 4  
 Lucan. lib. 1. Plus illâ vobis acie, quam creditis actum est. (antis)

**D**enique Græca nomina quorû genitiuus exit in vntis, vt Opus vntis Amathus, 5  
 ¶ Et quæ ex pedis pedis Pus podos componuntur, vt Tripus, Oëdipus, Melampus. 6  
 Virg. Æn. 10. Est Amathus, est celsamibi Paphus, atq; Cythera.

**E**X, oos, vt Panthus adhibe contracta Pelasgum 1  
 Productis. ¶ Ab, Os, vt Prologus, venientia tolles. 2  
 ¶ Vs, longum Patrijs ex, O, venientibus exit, 2  
 Ut Manto, Mantus: venerandum & nomen IESVS. 3

**Q**Uæque ex, Oos, contrahuntur, vt Panthus ex Panthoos. 30  
 Virg. Æn. 2. Panthus Otriades artis, Phœbiq; sacerdos.

**I**tem genitiuus à scemininis in, O, vt Manto Mantus Clio, Clius, &c. 2  
 Virg. Æn. 10. Fatidica Mantus, & Tusci filius amnis.

**H**uc etiã IESVS sacrosanctû Domini, atq; Redemptoris nostri nomen spectat. 35  
 3

## APPENDIX.

**V**S finita non contracta, ab Os syllabâ profecta corripuntur, vt Pampagus, Oribasus, Pólypus: quorum vltimum Æoles per, Os, scribunt ποδωπος. Vnde à Latinis per, Vs, effertur vltima breui.  
 Ouid. Met. 3. Pampagus, & Dorceus, & Oribasus, Arcades Omnes.  
 Horat. in Epod. Polypus, an grauis hirsutis cubet hircus in alis.

¶ Schol. 14

**I**ESI'S nomen Hebræū est, à Græcis Ιησους scribitur, ab Hebræis Iesús, cui præter A, addunt consonantem, cui nulla in Europa respondet. ¶ Palus ultimam cōmūnem habet. Virg. 6. Fata obstant, tristiq; palus innabilis vnda. Horat. corripuit in Arte. Regis opus sterilisq; diu palus, aptaq; remis. ¶ Sic etiam Senectus Corn. Gall. eleg. 1. Continuos gemitus ægra senectus habet. ¶ Attici πολυπους Polypus nominandi casu, vt Tripus dicunt: Æoles verò πολυπος Polypos: vnde Latini Polypus ultima breui. Vide Athenæum lib. 7. Polypus dicitur etiam πολυποδὲς πολυπος per, et, ab eodem Athenæo lib. 8. ob quam causam Horat. primam vocalem produxit. Item Mar. lib. 12. Nasutus nimium cupis videri. Nasutum volo, nolo polyposum. Ouid. M. 4. Vt ve sub æquoribus deprehensum polypus hostem Continet ex omni demissis parte flagellis.

### DE PEDIBVS.

**T**Radidimus iam prima nouis elementa Poëtis  
De Breuibus, Longis, Communibus: vnde resultant  
Membra Metri maiora Pedes: quibus omnia constant  
Carmina. Vatis opus breuiter dicamus vtrumque.

**Q**uoniam de Syllabis tum breuibus, tum longis, tum communibus dictum est: superest, vt & de Pedibus, qui ex ipsis syllabis, & de Versu, qui ex pedibus constat, breuiter dicamus.

### Quid sit Pes.

**P**Es numerosa Metri pars est, quam Syllaba certo  
Sub numero modulata creat: certo ordine complet.

**P**Es est pars versus certo syllabarum numero, atque ordine definita.

### Pedes duarum syllabarum.

**S**yllaba longa duplex spondeum effingit: & vnum  
Pyrrhichium duplex celerem correpta creabit.

**S**pondeus constat ex duabus syllabis longis, vt Possunt, Omnes.  
Pyrrhichius ex duabus breuibus, vt Furor, Ruit.

**C**um longâ breuis vna simul sinxere Choreum.

**C**At velox, & tarda simul modulantur Iambum.  
**C**horeus, seu (vt alij vocant) Trocheus ex longa, & breui, vt  
Arma, Vincor. ¶ Iambus ex breui, & longa, vt viros, Roga.

### Pedes trium syllabarum.

**S**yllaba lenta grauem genuit triplicata Moloſsum.

**M**oloſsus ex tribus longis, vt Æneæ, Contendunt.

Trocheus, siue Tribrachys ex tribus breuibus, vt Facere, Tumidus.

Dactylus

**D**actylus ex tarda constat, rapidisq; duabus;  
Post agiles sit lenta duas Anapæctus habetur.

**D**actylus ex longâ, & duabus correptis, vt Corpora, Traximus:  
Anapæctus, ex duabus breuibus, & longa, vt Animos, Cupiunt.

**B**acchiūm breuis vna, duplex & longa figurant.  
**S**i præeat bis longa breuem, sonat Antibacchiūm.

**B**acchius ex breui, & duabus longis, vt Dolores, Parabant.  
Antibacchius ex duabus longis, & breui, vt Audiſſe, Maturus.

**S**it breuis Amphimacro geminis circumdata longis.  
**S**it longa Amphibrachy rapidis circumdata binis.

**C**reticus, siue Amphimacer ex longa breui, & longa, vt Maximos,  
Audiunt. ¶ Amphibrachys ex breui, longa, & breui, vt Cadebat, Poëma.

### Pedes quatuor syllabarum ex superioribus compositi.

**P**Es Dispondeus duplicato simplice, constat  
Fit Proceleusmatici breuibus structura quaternis.

**D**ispondeus constat ex duobus Spondeis, vt Oratores.  
Proceleusmaticus ex duobus Pyrrhichijs, vt Abiſſe.

**F**it Dichoreus item numero duplicante Choræum.  
**F**E gemino Dijambus abicit conflatus Iambo.

**D**ichoreus ex duobus Choreis, vt Dimicare.  
Dijambus ex duobus Iambis, vt Propinquitas.

**Q**uosq; pedes Choriambus habet, tibi nomine promit.  
**Q**Anti etiam passus fit Iambo addendo Choreum.

**C**horiambus ex Choreo, & Iambo, vt Nobilitas.  
Antipassus ex Iambo, & Choreo, vt Recusare.

**O**rnatur Spondei te Maior Ionice pondus  
Pyrrhichium præiens. Versus creat ordo minorem,

**I**onicus à maiore ex Spōdeo, & Pyrrhich. vt Calcaribus, Catabimus.  
**I**onicus à minore ex Pyrrhichio & Spōdeo, vt Diomedes, Lacedæmon.

### Pæones.

**S**yllaba Pæonibus spatij viger vnica longi:  
Vnde sibi cognomen habent, pro sede locorum  
Quattuor, ipsa quibus varijs in vocibus hæret.

**P**æones quatuor sunt, omnes ex tribus breuibus, & vnâ longâ constants, hac lege, vt  
primus primâ habeat longâ, secundus secundam, tertius tertiam, quartus quartam.

**Pæon I.** ex Choreo, & Pyrrhichio, vt Aspiciſſe, Temporibus.

**Pæon II.** ex Iambo, & Pyrrhichio, vt Potentia, Docebimus.

**Pæon III.** ex Pyrrhichio, & Choreo, vt Animatus, Moriamur.

**Pæon IIII.** ex Pyrrhichio, & Iambo, vt Calamitas, Obierant.

DE VARIIS GENERIBVS.  
 Epitriti, seu Hippij totidem sunt, sed superioribus contrarij.

Hippius emergit, quoties de quattuor vna Syllaba corripitur: numerumq; assumit eundem, Pro ratione situs, in quo breuis ipsa locatur.

Epitritus I. ex Iambo & Spondeo, vt Repentino, Repugnarunt. — — —  
 Epitritus II. ex Choreo, & Spondeo, vt Cōditores, Cōprobarūt. — — —  
 Epitritus III. ex Spondeo, & Iambo, vt Discordia, Clamaueras. — — —  
 Epitritus IIII. ex Spōdeo, & Choreo, vt Fortunatus, Pugnabamus. — — —

Pedes quinque syllabarum.

Creticus, vt Dóchimum generet, præponit Iambum.

Quinque syllabarum pedes inusitati sunt, præter Dóchimum oratoricæ compositioni maximè appositum: constat ex Iambo & Cretico, vt Reipublicæ, Perhorrescerent.

¶ Schol. 3.

Diomedes lib. 3. doctè, & copiosè de Pedibus agit: quorum enumeratione fuimus contenti, quod cetera non sunt perinde necessaria ad scribenda carmina. Choreum solet Cicero appellare, quem plerique Grammatici Trocheum vocant: quem verò hi Tribrachym appellant, ille Trocheum nominat. Quintilianus Ciceronem secutus iisdem nominibus vtitur. Non sunt tamen Grammaticorum vocabula, vt barbara contemnenda, cum etiam Quintiliani etate recepta fuerint.

DE VERSV.

Metrum est ex numeris oratio iuncta canoris, Quæ speciem, numerumq; pedum certo ordine poscit.

Versus est oratio certo genere, numero, atque ordine pedum alligata.  
 Carmen Hexametrum, siue Heroicum.

Sex pedibus constant Heroum carmina: quintus Dactylus esse solet: Spondeus in oraine sextus. Quattuor at reliqui similes vtrumque locantur, Et quintum admisit rerum grauitas Spondeum.

Hexametrum carmen constat sex pedibus, quorum quintus dactylus est, sextus spondeus, reliqui dactyli vel spondei.  
 Virg. Æn. 2. Vrbis antiqua ruit multos dominata per annos.

CARMINVM.  
 APPENDIX.

Quintus pes nonnumquam spondeus est, vnde versus spondaicus appellatur, quo vel rei alicuius grauitas, & amplitudo, vel ingens mœror, animiq; auctor, vel aliud declaratur.


Virg. Eclog. 4. Cura deum soboles, magnum Iouis incrementum.  
 Idem Æn. 2. Consiitit, atque oculis Phrygia agmina circumspexit.

Pentamêtrum carmen.

Pentametro sunt quique pedes, in carmine quales Vidimus Hexametro: duo sunt sine lege priores Vatis ad arbitrium Spondeus, Dactylus: inde Longa subit cæsura: tenet loca proxima duplex Dactylus: ac tandem metrum cæsura coronat.  
 Hæc quintum geminata pedem cæsura creabit, Ni faciat cæsura pedes Anapæstica plenos.

Pentametrum carmen, quod serè Hexametrum comitatur, quinque pedes habet, quorum duo primi dactyli, vel spondei pro cuiusque arbitrio sunt, adiuncta syllabâ longâ, quæ cæsura, vel semipes dicitur: ceteri perpetuè sunt dactyli: quibus semipes itidem adiungitur, vt ex vtroque semipede quintus pes fiat. Vel tertio loco est spondeus, qui alterius verbi fine, alterius initio constat: deinde duo Anapæsti.

Quid. de Pont. lib. 4. Omnia sunt hominum tenui pendentia filo.  
 Et subito casu, quæ valuere, ruunt.



De Carminis Hexametri, & Pentametri pedibus. ¶ Schol. 1.

Elegimus ex plurimis carminum generibus ea, quibus Poëta frequentius vtitur. Diomedis librum tertium, Seruij Centimetrum, aliorumq; libros adeat, cui hæc non satis esse videbuntur. Heroici carminis ornamenta (quod etiam Epos vocatur, vnde Epici poëta dicti) à Virgilio imprimis, ac ceteris, qui eodem scribendi genere floruerunt, sunt petenda, quod idem de alijs ver suum generibus dictum sit: horum enim diligens, & assidua lectio magistris omnes superat. ¶ Versus Hexameter recipit interdum Anapæstum, & Proceleusmaticum, vt quibusdam placet. Seruius in illud Virg. Æneid. 1. Genua labant. — & Georg. 1. Tenuia nec lanæ per calum vellera ferri. Genua la. — & Tenuia, proceleusmaticos appellat. Similiter Æn. 9. Abietibus iuuenes patrijs, & montibus equos. & 12. Mœnia quiq; imos pulsabant ariete muros. alijsq; locis eiusdem pedibus vsus est Virg. Anapæstum verò posuit in prima sede Georg. 1. Fluuiorum rex Eridanus, camposq; per omnes. & Hor. epist. 2. Vehemens, & liquidis, vnoq; simillimus amni. Vide Dionys. eius interpretè in eumd. locum. In secunda sede Sil. lib. 7. Ducit sinuato captiuum ad litora lino. Sic iterum lib. 6. in sexta sede. Lucret. lib. 2. Præterea, qui corpus aquæ, naturaq;

tenuis Atriu — Vlcima enim communis est. Vnde, Tenuis, Anapestus esse potest. Si hos etiam pedes in alijs Hexametri locis inuenis apud idoneos auctores, ne mire- ris, cum hi sine dactylis, & spondeis temporibus aequales. De quo iterum inferius, de Carm. Dimens. Schol. 7. Posterior ratio metiendi Pentametrum Quintiliano probatur lib. 9. c. 4. Et quidem optime est sibi iunctus Anapestus, vt qui sit Pentametri finis. Ibid. Est quoddam in ipsa diuisione verborum latens tempus, vt in Pentametri medio Spondeo, qui nisi alterius verbi sine, alterius initio constet, versum non efficit.

Senarius Iambicus, siue Trimeter Iambicus, acatalectus.

SEX graditur pedibus Trimeter Senarius, vnde Nomen habet: cunctosq; mouet perfectus Iambos. Hexametri miscere pedes in sedibus audet Imparibus: gaudetq; locis Anapestus iisdem. Quælibet ora Metri capiet, nisi sexta, Trochæum.

Senarius Iambicus cum purus est, & integer omnibus in locis Iambos habet Horat. Epod. Beatus ille qui procul negotijs. Od. 2.

Omnes sex pedes. Iambi sunt, eodens enim pedes Senarius admittit, vnde & nomen inuenit. Verum Tardior, vt pauld, grauiorq; veniet ad aures, vt Horatius ait primo, tertio, & quinto loco Spondeum, Dactylum, & Anapestum recipit. Omnibus etiam in locis, præterquam sexto, Trochæum potest recipere. Horat. Ibid. Pavidumq; leporem, & aduenam laqueo gruem.

Table with 6 columns and 5 rows of rhythmic notation using vertical bars and circles.

Scazon, siue Choliambus.

Verba pedum Trimetri placuit Scazonibus, oris Quatuor in primis, pes ordine quintus Iambus Semper erit: Spondeus amat loca sexta supremus.

Scazon semper quinto loco habet Iambum, sexta verò Spondeum: cateris omnibus cum Senario Iambico consentit. Mart. Ex temporalis factus est meus Rethor: lib. 5. Calphurnium non scripsit, & salutauit.

Dimetrum Iambicum, acatalectum.

His geminos Dimeter sibi versus Iambicus optat Etse pedes: cunctisq; locis admittit Iambos. At Spondeus inest, Anapestus, Dactylus oris Imparibus: quæcumque adhibet, nisi quarta, Trochæum.

Dimetrum Iambicum quatuor recipit pedes: secundo, & quarto loco Iambos: primo, & tertio Iambum, Spondeum, Dactylum, Anapestum. Potest etiam in omnibus, præter quartum, Tribachym admittere.

Subscribitur hic versus intordum eleganter Senario Iambico.

Table with 4 columns and 4 rows of rhythmic notation for Dimetrum Iambicum.

Horat. in Epod. od. 4.

Licet superbus ambules pecuniâ

Fortuna non mutat genus.

De Carminum mensuris.

Schol. 2.

Metimur omnia genera carminum pedibus duplicatis, præter Dactylicum, hoc est Hexametrum, & Pentametrum, quod ex ipsis nominibus facile intelligitur.

Trimetra enim appellantur, quod tribus metris, siue mensuris consistit: cum tamen senos habeant pedes; vnde, & Senarij vocantur. Acatalecta dicuntur carmina integra, omnibusq; suis numeris absoluta. Catalectica, quibus deest vna syllaba. Hypercatalecta, quæ syllabâ vnâ, aut duabus redundant.

Brachycatalecta, quibus pes vnus deest. Legitimus Senarius Iambicus sexto loco Iambum habet, tamquam custodem, de senforenq; Iambici ordinis: ex quo cum fuerit deturbatus, atque in eius locum substitutus Spondeus, Scazon, id est, claudicans, & Choliambus.

Choliambus hoc est, claudus Iambus appellatur: claudicare enim hi versus putantur. Mart. plurima epigrammata hoc carmine scripsit: Trimetro, ac Dimetro pauciora. Tragediam scripturus Seneca Trimetros diligenter inspiciet, obseruabitq; quos pedes, quibus locis frequentius vsurpet. Non loquimur de Plautinis, ac Terentianis Senarijs, qui locis omnibus (vt Prisc. de Metris comicis docet) excepto sexto, quinque pedes Iambum, Tribachym, Spondeum, Dactylum, Anapestum sine discrimine admittunt. Terent. in Prolog. Andr. Qui vtramuis re- tte norit, ambas nouerit. Idem ibid. Accensant: quos hic noster auctores habet.

Idem in Andr. Perduxere illuc secum, vt vnâ esset, meum. Omnes sunt Spondei, præter quartum, & sextum, qui sunt Iambi. Idem in ead. Nihil isthac opus est arte ad hanc rem, quam paro. Primus pes est Anapestus, secundus Dactylus: reliqui Spondei, præter quartum, & sextum. Ibid. Scudebat: & tamen omnia hæc mediocriter. Primus & secundus est Iambus, tertius Anapestus, quartus Iambus, quintus Tribachys, sextus necessarius est Iambus. Qui dialogos, aut comædias scripserit, dummodo vltimus sit Iambus, ne de cæteris sit sollicitus: poterit enim hos quinque pedes ad arbitrium suum permiscere.

Idem in Andr. Perduxere illuc secum, vt vnâ esset, meum. Omnes sunt Spondei, præter quartum, & sextum, qui sunt Iambi. Idem in ead. Nihil isthac opus est arte ad hanc rem, quam paro. Primus pes est Anapestus, secundus Dactylus: reliqui Spondei, præter quartum, & sextum. Ibid. Scudebat: & tamen omnia hæc mediocriter. Primus & secundus est Iambus, tertius Anapestus, quartus Iambus, quintus Tribachys, sextus necessarius est Iambus. Qui dialogos, aut comædias scripserit, dummodo vltimus sit Iambus, ne de cæteris sit sollicitus: poterit enim hos quinque pedes ad arbitrium suum permiscere.

¶ Seneca in quinta sede Iambum sepius adhibere solet, Daetylum aliquando. Horatius huic loco passim Iambum, sed nunquam, quod sciam, Daetylum adhibet. Idem Seneca pro suo iure Procelesmaticum carmini Iambico inserit in prima sede, resolutum nimirum Spondeo in quatuor breues. Hippolyt. Scelus aliqua tutum, nulla securum tulit. Ibid. Patrefacite acerba cede funestam domum. Idem in Octau. act. 1. Modo facibus atris armat infirmas manus. Ibid. rursus: & Herc. Oct. act. 5. & Med. act. 4. Idem Agam. act. 3. extremo pro Iambo Pyrrhichium sede quartâ locauit prælicenter. Et vestis atrî funeris exesa cingit ilia. Iambicum est tetametrum. Idem Med. act. 4. sede quintâ (quod rarissimum est) Choreum posuit: Vectors istic perfidi sanguis inest. Et tertio loco Creticum in Thyest. Tunc ille ad aras Phylistenem se-  
10  
nus trahit. Secundo loco Anapæstum in Troad. Act. 1. Prior Hecuba sidi grauida neq; tacni metus. Ibid. Act. 3. Mihi cecidit olim cum ferus curru incito.

### Anapæsticum dimetrum, acatalectum.

¶ Quattuor ex pedibus Veteres. Anapæstica fingunt Carmina: & ante alios princeps Anapæstus habetur: Spondeus permixtus huic, vel Daetylus esto. Dum tamen in quarta, neque sit regione secunda Daetylus. ¶ Interdum constat sine principe carmen. Regnat & interdum cunctis Anapæstus in oris.

¶ Anapæsticum carmen, quo frequenter in choris vitur Seneca constat quatuor pedibus, qui serè sunt Daetyli, vel Spondei, permixtis Anapæstis: ita tamen, vt secundo loco absit Daetylus. Secundus pes dictionem terminat, qui frequentissime est spondeus.

Senec. Herc. Fur.  $\overline{100-100-100-100-}$   
Lugeat ather, magnusq; parens  $\overline{1-001-1-1-001-1-1}$   
Ætheris alti, tellusq; ferax,  $\overline{1-1-1-1-1-1-1}$   
Et vaga ponti mobilis vnda.

De pedibus carminis Anapæstici. ¶ Schol. 3.

¶ Ne te illud prætereat Anapæsticū versum nonnunquam pedem Anapæsticū habere nullum. Senec. Thyest. Tertia misit buccina signum. Idem ibid. Nondum serâ nuncius horæ. Vt è contrario omnes interdum Anapæstos. Idem ibid. act. 5. Proprium hoc miseros sequitur vitium, Nunquam rebus credere latis. Ita sepe ibid. & act. 4. pro Anapæsto posuit Tribrachyn, Deforme chaos: iterum terras. Idem in Octau. act. 1. Sorbetq; mare: tollitur ingens. Ibid. crebrius hunc pedem adhibet. Idem fecit semel in Medea: & iterum Herc. Oetæo. In Octau. choro. 1. his interposuit Choreum. Funeris auctor: en vt merui. Ibid. Furit ereptam, pelagoq; doles Viuere matrem impius ingens, &c. Idem ibid. choro extremo, Plura referre prohibet præsens Exempla dolor. Idem Herc. Oct. act. 5. Clara Tonante: cenum populi. Idem Agam. Flebile saxum, & adhuc lacrymas.

Glyconium.

### Glyconium.

¶ Omnia Spondeo præcunte Glyconia constant: Daetylus inde duplex, chœrea modulante, tonabit. Glyconium carmen constat Spondeo, & duobus Daetylis, quo Seneca interdum choros scribit. Thyest. Tandem regia nobilis Antiqui genus Inachi Fratrum composuit minas.

$\overline{1-1-001-001}$

### Asclepiadæum.

¶ Metrum Asclepiadis Spondeus, Daetylus ornant, Longaq; cætura: & pes Daetylus ordine duplex. Asclepiadæum carmen constat Spondeo, Daetylo, & syllabâ longâ: deinde duobus Daetylis: Vel Spondeo, duobus Choriambis, & Pyrrhichio. Horat. Carm. 1. Mœnas atavis edite regibus.

$\overline{1-1-001-1-001-001}$

### Phaleucium.

¶ Vinque pedes moueat proles numerosa Phaleuci. Spondeum subeat pes Daetylus: inde sequatur Ordine perpetuo triplicis mensura Chorei. Phaleucium carmen quinque pedibus constat, Spondeo, Daetylo, deinde tribus Chœreis. Mart. lib. 1. Commendo tibi Quintiane nostros, Nostros dicere si tamen libellos, Possum, quos recitat tuus pœta.

$\overline{1-1-001-01-01-01}$

¶ Versibus hendecasyllabis (sic enim à numero vndecim syllabarum appellantur Phaleucij) plurimum vtuntur, qui epigrammata scribunt.

### Sapphicum carmen.

¶ Sapphica plectrâ mouens tribuat loca prima Choreo. Spondeo cedant loca proxima: tertius esto Daetylus: hunc subeat duplex in fine Choreus. ¶ Singula post ternos subdantur Adonia versus. Daetylus, & grauior Spondeus Adonia consentent.

¶ Versus Sapphicus quinque pedibus hoc ordine admittit, Choreum, Spondeum, Daetylum: deinde duos Chœreos. ¶ Tertio cuique necitur Adonius, qui Daetylo, & Spondeo constat. Horat. Carm. 1. od. 22.

Integer vitæ, scelerisq; purus Siue per Syrtis iter estuosas,  
Non eget Mauri iaculis, nec arcu, Siue facturus per inhospitalem  
Nec venenatis grauidâ sagittis Caucasum, vel que loca fabulosus  
Fuscæ Phætræ. Lambit Hidaspes.

$\overline{1-01-1-1-001-01-01}$

Vvuu 2

Glyconium


**L**yconium carmen apud Horat. lib. 1. ad. 15. Choreum habet initio, Ignis Iliacas domos. **A**sclepiadum apud Senec. in secunda regione. Spondeum Oedip. act. 3. Ut primū magni natus Agenoris. Sub nostræ ramis constitit arboris. In primo loco Dactylum Agam. Chor. 4. Effugium, & miseros libera mors vocet. **S**apphicum in primam regionem Spondeum recipit apud eund. in Agam. Chor. 3. Solus contemptor lenium deorum. Ibid. iterum Chor. 4. Audiuit sonitum crepitante lamnâ. **D**actylum etiam in eod. Chor. Frange sua capti caderens Pelasgi. Ad solitas vices caput, & relabens. Ibid. Et licuit versare dolos, ut ipsi. **A**napestum in Oet. Chor. 4. Habeat, nec illâ dominetur aulâ. Agam. act. 4. Triplici catenâ tacuit nec villo. Ibid. Venitq; collo pereunte nasci. **D**actylum in secunda sede posuit Hippol. Chor. 1. Quaque ad Hesperias iacet ora metas. Siqua Pari basia glacialis vrsæ: In Agam. Chor. 3. Motam barbaricis equitum cateruis. Ut quondam Herculeâ cecidit pharetrâ. In Oedip. Chor. 2. Te caput Tyriâ cobibere mitrâ. Sidus Arcadium, geminumq; plaustrum. Thyest. Chor. 3. Cuncta diuinitas, metuitq; casus. Troad. Chor. 3. An ferax varij lapidis Carystes.

**Alcaicus dactylicus, acatalectus.**

**A**lcaici loca prima tenent Spondeus, Iambus Vatis ad arbitrium: sed Iambus in eade secunda. Gaudet habere locum: sequitur cæsura deinceps Longa: duo hinc geminus loca Dactylus vltima claudit.


**A**lcaicus primo loco Iambum, vel Spondeum recipit: in secundo Iambum: tertio cæsura syllabâ longâ constantem: quarto, & quinto Dactylum.

Horat. 2. Carm. od. 1. Insigne mæstis præsidium reis, Et consulenti Pollio curia,



**P**ost bina Alcaici generis duo carmina subsunt; Proximus est Dimeter perfectus Iambicus: ora In prima, ac terna resident Spondeus, Iambus Ad libitum: sed Iambus inest in sede secunda. Solus, & in quarta: dabit vnica syllaba finem.


**T**ertius versus Iambicus, Archilochius, Dimeter, hypercatalectus adus solet, qui primo, & tertio loco Iambum postulat, vel Spondeum: secundo, & quarto solum admittit Iambum: ac denique syllabam in hunc modum.



Dactylicus

**D**actylicus tandem Alcaicus subit ordine quartus Quattuor ex pedibus constans; loca Dactylus ornat Duplex prima duo: & loca proxima bina Chorus.

**Q**uartus versus est dactylicus Alcaicus, acatalectus, primo & secundo loco Dactylum recipiens: tertio, & quarto Chorem. Ibid. Dalmatico peperit triumpho.



Schol. 5:

**A**lcaicus Dactylicus primo loco sæpissime Iambum admittit. Horat. 1. Carm. od. 31. Frui paratis, & valido mihi. Ibid. od. 9. Amice Valgi stat glacies iners. Quarto, & quinto loco duos habere Dactylos communis vsus ostendit. Illud enim Horat. 1. Carm. od. 17. Nec Martialeis hædilia lupos. rarissimum est, Dionysius interpres in eundem locum docet Ionicum à maiore pro Choriambo (qui pedes temporibus sunt pares) fuisse positū: idq; tum Græcis aliquibus, tum Latinis confirmat exemplis. Vnde post cæsura loco duplicis Dactyli, seu Choriambi cum Pyrrhichio, qui totidem syllabis constant, Ionicum à maiore cum Pyrrhichio adhibetur, hædilia lupos.

**DE CARMINVM DIMENSIONE.**

**V**ersus metimur pedibus, quibus metiendis non parum prodest Syllabæ communis, Necessitatis metricæ, Licentiæ poëticæ, Figurarumq; cognitio.

**De Syllaba communi.**

**S**yllaba communis modulando aptissima metro Ut constat, modò lenta gradu, modò concita fertur.

**C**ommunis Syllaba, vt supra diximus, est, quæ modò breuis, modò longa apud Poetas reperitur. **PRÆCEPTVM I. DE SYLLABA COMMUNI.**

**V**ocalem præiens diuersa in voce sequentem Diphthongus: vocalis item producta, licenter Vatis ad arbitrium, numeris aptabitur anceps:

**E**t Diphthongus, & vocalis longa cõmunes sunt, cū vocalē diuersæ dictionis præcedunt. **E.** **q** Virg. Æn. 3. Infula Ionio in magno: quas dira Celeno. (cedunt. Idem Georg. 1. Ante tibi Eos Athlantides abscondantur. Idem Eclog. 7. Stant, & Iuniperi, & castaneæ hirsutæ. **E.** **q** Idē Æn. 6. Nomen, & arma locū seruant: te amice nequiti Conspicere. Hor. Serm. 1. S. 9. Si me amas, inquit, paulum hio ades Inteream si, &c. **I.** **q** Virg. Eclog. 8. Credimus? an qui amant, ipsi sibi somnia fingunt? Idem Eclog. 3. Et succus pecori, & lac subducitur agnis. Iuuenal. Saty. 2. Si fur displiceat Verri: homicida Miloni.



- O. Virg. Æn. 5. Victor apud rapidum Simoenta sub Illo alto.  
 Propert. lib. 2. Tu quoque ô Eurition vino Centaure peristi.  
 Ouid. Met. 2. O ego quantum egi: quam vasta potentia nostra est  
 Ibid. lib. 15. O & de Latio, ô & de gente Sabina, &c.

## BREVES, ET LONGAE IN EODEM VERSV.

- O, & Æ. Virg. Georg. 1. Glauco, & Panopea, & Inoo Melicerta.  
 I, & O. Ibidem, Ter sunt conati imponere Pelio Ossan.

## PRÆCEPTVM II.

Correpta Aufonij quædam monosyllaba vates  
 Nonnunquam extendunt Græcorum exempla secuti.

Monosyllaba breuia interdum à Poëtis more Græcorum producuntur.  
 Virg. Æn. 3. Liminali, Laurusq; dei, totusq; moueri.

- Ouid. ad Liu. Nata quod es altè, quod sætibus aucta duobus.  
 Stat. Theb. 1. Quisquis es is, aut me, si non affectus oborto, &c.  
 Sil. lib. 14. Tot vno introitu capiuntur militis arces.  
 Mart. lib. 4. Bis vndena nocens, & bis duodena nocentes.

## PRÆCEPTVM III.

Syllaba missa pedes post quattuor arcta priores  
 Longa fit interdum: quod sæpius accidit olli,  
 Quæ sit post ternum, vel post rescanda secundum.

Syllaba breuis post quattuor primos pedes, maxime secundum, & tertium relicta nonnunquam producitur.

## SYLLABA BREVIS POST PRIMVM PEDEM PRODUCTA.

- Virg. Æn. 11. Oras? equidem & viuus concedere vellem.  
 Idem Æn. 6. Quis nescit? aut quis non nouit munera pali?  
 Lucan. lib. 2. Dum sanguis inerat, dum vis materna pergit Iussa Cato. —  
 Mart. lib. 6. Meq; siuis omnis, me manus omnis habet.

## POST SECVNDVM.

- Virg. Æn. 2. — tælis Nostrorum obruimur, oriturq; miserrima cædes.  
 Idem Georg. 4. Non te nullius exercent numinis iræ.  
 Idem Æn. 10. Nam tibi Thymbre caput Euandrius abstulit ensis.  
 Mart. lib. 14. Det tunicam diues: ego te præcingere possum.

## POST TERTIVM.

- Virg. Æn. 5. Ostentans artem pariter, arcumq; sonantem.  
 Idem Æn. 3. Dona dehinc auro grauiâ, sectoq; elephanto, &c.  
 Idem Æn. 12. Congredior, fer sacra pater, & concipe sædus.  
 Stat. Achill. 2. Nequa det indignos Thetidi captiua nepotes.

## POST QVARTVM.

- Virg. Æn. 6. Ille latus niueum molli sultus hyacintho. Idem Georg. 2.  
 Muneribus tibi pampineo grauidus Autumnus Floret ager. —

Admonitio.

## ADMONITIO.

Hæc tria non vtenda nouis documenta poëtis  
 Tradidimus: sed vt inde sciant arcana Poëtis.

His tribus præceptionibus, non in suis componendis, sed metiendis Veterum  
 poëtarum carminibus vtentur tyrones.

De Syllaba communi beneficio Cæsura. Schol. r.

- Tria hæc præcepta à Græcis mutuati sunt Latini, quorum omnium exempla  
 possidem: nisi ad alia festinarem, & Typographus à Græcis typis esset impa-  
 ratus. Huc spectant præterita imminuta, T, litera finita. Ouid. Fast. 4. Nox abiit, ori-  
 surq; aurora, Palilla poscor. & cætera: quæ supra posuimus, cum de, T, litera fini-  
 tis egimus Sch. 4. Huc itidem videtur spectare vltima syllaba secundæ personæ tam  
 præteriti, quàm futuri Coniunctiui modi, cum longa reperitur. Horat. Serm. 2. — at-  
 simul assis Misceueris elixa simul conchylia turdis. Lucret. lib. 6. Cum bene co-  
 gnoris elementis reddita quæ sint. Ouid. Fast. 1. Da mihi te placidum, dederis in  
 carmina vires. Tibull. l. 4. Respueris etiam Phæbo gratissima dona. Stat. Sylu. 4.  
 Aut cum me dape iuueris opima. Item hæc quæ sequuntur. Sil. l. 14. Hic mitis Hi-  
 eronis opes, hic sancta vetustas. Horat. Serm. 1. Saty. 4. Qui non defendit alio  
 culpante solutos. Catull. Argon. Qualis adest Thetidi, qualis concordia Pelei.  
 Ouid. M. 11. Næ amque senex Thetidi Proteus prædixerat vda. Mart. lib. 7. Maxi-  
 mus ille tuus. Ouidi Cæsonius hic est. Virg. G. 4. Nam duo sunt genera, hic melior, in-  
 fignis, & ore. Idem Æn. 12. Hic hasta Æneæ stabat: huc impetus illam Detule-  
 rat. — Iuuen. Saty. 3. Maestas, tandemq; redit ad pulpita notum Exodium —  
 Stat. Sylu. 5. Mollior ossa dolor prohibet, atque ira nocendi Impatiens. — Mart. lib.  
 10. Iuno labor Polyclete tuus, & gloria felix. Ouid ad Liu. Miscebor cineriq; ci-  
 nis, atque ossibus ossi. Sil. l. 6. Non aliter, quàm qui sparsa per stagna profundi.  
 Corn. Gall. Hæc sunt primitiæ mortis, his partibus etas Desiuit. — Sunt & alia  
 de quibus supra de Syllab. Dimens. Schol. 7. Multa denique excusantur his præcepti-  
 onibus, quæ alioqui breuia sunt. De Vocali tam breui, quàm longa ante mutam, &  
 liquidam eiusdem dictionis iam satis dictum est supra. De Syllab. dimens. in Excep-  
 pt. 1. de Liquefcentibus, & Schol. 8.

## PRÆCEPTVM IIII.

Syllaba cuiusuis erit vltima carminis anceps:

- Vltima syllaba versus communis est, siquidem breuis pro longa ponitur.  
 Virg. Æn. 1. Gens inimica mihi Tyrrhenum nauigat æquor.  
 Ibidem, Nate patris summi, qui zela Typhœa temnis. Sextus enim pes  
 spondens est, qui ex duabus longis constat. Aut contra longa pro breui.  
 Mart. lib. 9. Nobis non licet esse tam disertis. Qui Musas colimus seueriores.  
 Vltimus namque pes Chorus est, qui ex longa constat, & breui.

## De Necessitate Metrica.

**E**X longis fecere breues aliquando Poëta,  
Ex breuibus longas, numeris dare iura coacti.

**L**Ex, necessitasq; Metri cogit Poëtas breues aliquando producere, velut cum sunt tres breues continue in carmine Heroico, quod in Italia, Priamide, Arabia, alijsq; id genus vlti venit.

Virg. Æn. 3. Ibitis Italianam, portusq; intrare licebit.

Idem Æn. 6. Atque hic Priamidem laniatum corpore toto Deiphobum vidi.

Propert. lib. 2. Et domus intacta te tremis Arabie.

¶ Aut contra longas corripuere, vt cum breuis inter duas longas est.

Senec. Agamemnon. Semper ingentes educas alumnos.

Educas dixit prima breui necessitate metri constrixtus, neque enim Sapphicum carmen tertio loco Antibacchium recipit, qui ex duabus longis, & breui constat.

## De Licentia Poëtica.

**Q**uidlibet audendi semper fuit ampla facultas

Vatibus: arbitrioq; suo, neque lege coacti,

Liberè ab utuntur longis, breuibusq; vicissim.

Hinc Tulerunt, Dederunt: & multa simillima produnt.

**P**oëta, quibus semper potestas fuit (vt inquit Horatius) quidlibet audendi, nulla coacti necessitate syllabis interdum pro suo iure abutuntur. Tulerunt enim, Dederunt, & nonnulla alia eiusdem generis penultima correpta efferunt.

Virg. Eclog. 4. Matri longa decem tulerunt fastidia mensis.

Horat. Epist. 1. Diji tibi diuitias dederunt, artemq; fruendi.

## De Figuris.

**A**Ccipe quas Metro Vates pinxere Figuras,  
Mensuram, variosq; scies dissoluerè nodos.

## Episynalœphe, seu Synæresis.

**C**ontrahit ex binis, vt Deinde, Synæresis vnam.  
His tamen vtendis Latios imitabere vates.

**E**pisynalœphe, quæ & Synæphonêsis, & Synæresis appellatur, est syllaba vna ex duabus facta: quod fit, cum due vocales in vna contrahuntur, vt Aluearia, Eadem, Alueo, Eodem, Eisdem, Aureis, Ærei, Denarijs.

Virg. Georg. 4. Seu lento fuerint aluearia vimine texta.

Idem Æn. 10. Vna, eademq; via sanguis, animusq; sequuntur.

Horat. Serm. 2. Sudando, pinguem vitij, albumq; nec osrea Nec scarus. —

Hic E, & A, in vnam syllabam contrahuntur.

Idem Æn. 7. Assuetæ ripis volucres, & fluminis alueo.

Idem Æn. 12. Vno, eodemq; tulit partu, paribusq; reuinxit Serpentis spiris. —

Hic, E, & O, vocales in vnam coalescunt.

Idem Æn. 11. Atria: dependent lychni laquearibus aureis:

Idem Æn. 12. Pectora: nec misero clypei mora profuit ærei.

E, & I, in vnam syllabam coeunt.

Mart. lib. 9. Denarijs tribus inuitas: & mane togatū **Observare iubet.**

Idem lib. 10. Nunc postquam desijt ludere, prima pila est.

Duplex ij, in vnum contractum est.

¶ Idem accidit genitiuis Oilei, Achillei, Vlysei: & datiuis, ablatiuisq; Tereo, Typhœo, & similibus: interdum & accusatiuo Orphea, Typhœa.

Virg. Æn. 1. Vnius ob noxam, & furias Aiæcis Oilei.

Idem Æn. 3. Littora Achaemides, comes infelicis Vlysei.

Idem Æn. 9. In arime Iouis imperijs imposita Typhœo.

Ouid. Met. 6. Degeneras, scelus est pietas in coniuge Tereo.

Virg. in Cul. Sed fortuna valens audacem fecerat Orphea.

Ouid. Met. 3. Nec quo centimanum deiecerat igne Tiphœa.

¶ In primis, E, & I, in secundis, E, O, in vltimis, E, & A, in vnam syllabam coalescunt.

¶ In superiorum contractione delectu, & auctoritate opus est: at horum, Cui, Huic; Dij, Dijs, Ij, Ijdem, Ijdem, vsque adeo, omnibus vt licet.

¶ Item aduerbiorum Deinde, Dein, Deinceps, Dehinc, Proinde, & verbi Deest, deerat, deerant, deerit, dcerunt, deesse, & eorum, quæ ex Semi componuntur, vt Semianimis, Semihomo, Semiambulus, Semisus, Semiermis.

Variæ Synæresis contractiones.

¶ Schol. 2.

**P**robis Inst. Art. Episynalœphe est vna syllaba ex duabus facta, vt Fixerit Æripedem, — pro Æripedem, tetrasyllabon ex pentasyllabo fecit. **Συνκλιση** Synæphonêsis dicitur à **συνκλιση**, quod simul sonare significat, quod duarum vocalium sonus confundatur, permisceaturq;. Contractio rei dicitur hæc sit aut diuersa, aut similibus in vnam coeuntibus. ¶ Huc spectant Antecambulo, Antehac, Anteit, Anteitrent. Mart. lib. 2. Sum comes ipse tuus, tumidq; antecambulo regis. ¶ Lucan. lib. 6. Plurimag; humanis antehac incognita mensis. ¶ Virgil. Æneid. 12. Qui candore nines anteitrent, cursibus auras. ¶ Ouid. Met. 11. Nunc precedentem sequitur nunc praeuius anteit. ¶ Aureæ. Idem M. 7. Dentibus horrendis cuspides erat arboris aureæ. ¶ Alijs. Lucret. lib. 4. Vt quod alijs cibus est, alijs fuit acre venenum. Alijs prior loco dissyllatum fecit. Idem lib. 6. — tempestas, atque tenèbra Cooperiant maria, ac terras impensa supernè. O, duplex breue in vnum longū coëgit. Id quod l. 5. rursum fecit, & Quoad, etiam contraxit. ¶ Denarius 4, longum habet, ne quis putet esse Daetylum. Mart. lib. 2. Vnus sæpe tibi tota denarius arcâ. Idem etiam lib. 1. contraxit. Denarijs tibi quinque Martialem. ¶ Dij, Dein, Dehinc. Lucan. l. 1.

Sed venient maiora metu: diuota secudent. Horat. Serm. 1. Saty. 3. Vnguibus, & pugnis: dein fustibus: atque ita porro Pugnabant armis. — Stat. Achill. 1. Dehinc sociare choros, castisq; accedere sacris Hortatur. — ¶ Deest, Deerat, Deerunt. Virg. Æn. 10. Deest iam terra fugax: pelago Troiam ne petemus? Sil. lib. 6. — cernere deerat Frustra seminecum quercenia lumina cælum. Lucan. l. 8. Non vlli comitum sceleris presagia deerant. Mart. lib. 8. Sint Mæcenatis non deerunt Flacce Marones. ¶ Cui, Huic, Ei, dandi casus, putat Prisc. lib. 13. monosyllaba esse, quod in hoc genere declinationis datiuus minor sit genitiuo vnâ syllabâ, vt Vni: vni, Solius soli, Illius illi, Ipsius ipsi: item quod plerique poetarum id metris comprobent. Virg. Æn. 4. Cuiq; loci leges dedimus, connubia nostra Reppulit. — 10 Et 1. Georg. Huic à stirpe pedes temo protentus in octo. De datiuo Ei, nullum profert testimonium. Inuenies tamen apud Catull. ad Quintum. Eripere ei noli, multo quod carius illi Est oculis. — Probus Inst. Art. docet hæc tria esse disyllaba. Huic, ait Pyrrhichium esse, sed posse ambas syllabas in Episyualæpham cadere. Cui, ait idem constare ex duabus breuibus, vt, Et cui putre solum. — Interdum ex breui, & longâ, &c. Suprà cum de vltimis egimus, testimonijs Martialis planum fecimus vtramque aliquando breuem esse: easdem corripuit Iuuen. Saty. 3. Quis nunc diligitur, nisi conscius, & cui feruens Æstuat occultis animus? — Sic in eius composito Senec. Troad. Mitat, & donet cuicumque terræ. Multo tamen frequentius contractum est. Sic ex eo composita, vt Alicui, Cuicumque, Cui libet, Cuiquam, Cuique, Cuiuis, Vnicuique. Mart. lib. 5. Incipio quoties alicui tua dona referre. Sic Ouid. Met. 14. & Trist. 4. eleg. 7. Idem Fast. 6. Cuicumque ex illis dederis, ego munus habebō. Horat. Epist. 1. Cui libet hic fasces dabit, eripietq; curule, Cui vollet, importunus ebur. — Virg. Georg. 4. Scis Prothen, si is ipse: nec est te fallere cuiquam. Idem Æn. 10. Stat sua cuique dies, breue & irreparabile tempus, &c. 25 Ouid. Trist. 1. In causa facili cuiuis licet esse disertus. Manil. tamen lib. 4. Cuique posteriore longâ dixit. Sic erit & sedes fugienda, petenda cuique. Propert. lib. 2. Vnicuique dedit vitium natura creato. ¶ Huic. Ouid. Met. 11. Iuncta palus huic est densis obfessa saliculis. Huic, apud Stat. 1 Sylu. bis legitur priore breui, Latius huic dono videas dare thura nepotes. Falsus huic pennas, & cornua sumeret aethræ. 30 Vtrumque versum affert Prisc. eod. loco, putatq; ab Statio vtrobius factam esse: Diæresim. ¶ Probus ait, Ei, Iambum esse: quod Lucret. produxit lib. 6. Et manibus nitidum teneris opus effluit ei. Idem lib. 5. Nam primum quidquid fulgoris differit ei. Suspiciantur quidam eum, Eij gemino ij, scripsisse, prioremq; productam esse positione. Id quod in libris correctis nunc experiri licet. — opus effluit eij: Differit eij, 35 vt in multis alijs eiusdem modi. Sic Plaut. in Rudent. Oppidum magnum communito: Eij ego vrbis Gripo indam nomen. Idem Bacchid. Vt te eij habere gratiâ, æquū sit, bonam. Prisci enim, vt suprà diximus, I, inter duas vocales geminabant, Aijo, Majja, sic Eijus, & in datiuo seruato vtroque I, Eij. Hæc est Probi, atque Prisciani sententia. Probo libentius accedo. Nam & Lucret. lib. 1. Iambum fecit in hoc versu. Nulla vi foret vsus ei, quæ partibus eius, &c. Sic Ouid. opusculo Halienticom.

Semper

Semper ei similis, quæ contigit. — De polypo memorat. ¶ Eidem, dandi casu, semper breuiter dici crediderim. Sil. lib. 8. — iterumq; & rursum eidem Soli obluendum Fabio. — Sic Iuuenel. Contrahitur à Lucil. Vni se, atque eidem omnes studio se dēdere, & arti. Cui, Huic, Ei, puto suapte naturâ disyllaba esse, vt dij, dijs, ij, is, quæ ferè à Poëtis contrahuntur. Quod verò Prisc. ait datiuum nominum, pronominumq; quorum genitiuus exit in, Ius, minorem esse genitiuo vnâ syllabâ, de ijs accipiendum est, quorum Rectus duas habet syllabas, vt Vnus, Ille, Solus, &c. At Quis, Hic, Is, monosyllaba sunt. Sed hæc vt multa alia viderint Critici. ¶ Iidem. Lucan. lib. 4. Iidem, cum fortes animos præcepta subissent, &c. ¶ Eadem. Lucret. lib. 5. Denique fluctifrago suspensæ in littore vestes Vuescunt: eadem dispensæ in sole ferescunt. 10 — ¶ Eo iudem. Ennius, Quorum fortuna belli natura pepercit, Eorumdem me libertati parcere certum est. ¶ Eo iudem. Propert. lib. 4. Eo iudem habuit secum, quibus est elata capillos. ¶ Initium. Lucret. lib. 1. Vnde initium primum capiat, res quæque mouendi. ¶ Iulus disyllabum pro trisyllabo apud Sil. lib. 8. Inde amens nunc sydeream Iulij, tuamq; Effigiem. — ¶ Deorsum, Seorsum, Prehendo, Prehenso, omisimus, quod illa ferè apud Priscos Poëtis leguntur cōtracta: hæc verò, quia nihil est, cur à Poëtis contrahantur, cum Prendo, Prenso verba imminuta tam sint in vsu, quàm plena, & apud Virg. Æn. 2. — prensant fastigia dextris. legitur non Prehensant, vt quidam citant. Ibid. — quam prendimus arcem? Horat. 20 Serm. 1. Saty. 10. Cum de se loquitur, non vt maiore reprehens. Idem Epist. 1. Nec tua laudabis studia, aut aliena reprendes. Ouid. M. 14. Phœniceam suluo chlamydæ comprehensus ab auro. ¶ Proinde. Sil. lib. 2. Proinde polo crescant Alpes, altiusq; coruscas, &c. Lucret. lib. 8. Proinde foraminibus debent differre figuræ. ¶ Prout. Horat. Serm. 2. Saty. 6. Pasco libatis dapibus prout cuique libido est. 25 ¶ In Pituita primam, ac tertiam producit Catull. epigr. 4. Mucusq; & mala pituita nasi. Duas verò medias in vnam contraxit Horat. Serm. 2. S. 2. Lenta feret pituita, vides, vt pallidus omnis, &c. Item Pers. Saty. 2. Scœmia pituitæ, qui purgatissima mittunt. ¶ Quoad. Horat. Serm. 2. Saty. — Heredes voluit? quoad vixit, credit ingens Pauperiem vitium. — ¶ Rei, in vnam syllabam contrahitur à Lucret. lib. 3. Aut alic cuius desiderium insedeat rei. Sic Lucil. Virtus querendæ 30 rei finem scire, modicum. Quos imitatus est Terent. Heaut. Nec rei ferè sanè amplius quicquam fuit. Nec rei, spondens omnino est. ¶ De Seorsus, & Seorsum Lucretij vnum ex pluribus locum accipe ex lib. 4. Seorsus item sapor oris habet, vni seorsus odores Nascuntur seorsus sonitus. — ¶ Semihomo. Virg. Æn. 8. Semihominis Caci, facies quam dira tegebat. ¶ Semianimis Lucan. lib. 3. Semianimis alij vastum subière profundum. Virg. Æn. 3. Fama est Enceladum semistum fulmine corpus, &c. ¶ Sil. lib. 14. Semiambrusta rotat liquefactis saxa cauernis. ¶ Semiermis. Idem lib. 11. Semiermemq; manum sternendam obiecerat hosti. ¶ Vehemens. Horat. Epist. 2. ep. 2. Vehemens, & liquidus, puroq; simillimus amni. 35 Suprà diximus Vehemens posse esse Anapæstum: vtrumque probabile putamus. Cic. in Arat. Gestit: iam verò clinata est vngula vehemens. Synæresim potius

XXXX 2

feciße

fecisse dixerim, quàm Anapæstum in sexta regione. Catull. epig. 47. Est vehemens  
 dea: ledere banc caueo. ¶ Vehementer. Lucret. lib. 2. Nam tibi vehementer no-  
 na res molitur ad aures Accidere. — ¶ Vinciunt. Ibid. — omnia circū Largi-  
 ficā sīpe ditantes, vinciuntq; rosarum Floribus. — ¶ Vindemiator. Hor. Serm.  
 1. Saty. 7. Vindemiator & inuidius cui saepe viator Cessisset. — ¶ Victus apud  
 eum. in Epod. Quis sudor vietis, & quàm malus vndique membris, &c.

## Synalœphe.

Vocalem Synalœpha rapit, quando obuiat illi  
 Altera: proijcitur gladio Diphthongus eodem.

Synalœphe est, cum vocalis, aut Diphthongus præcedentis dictionis à sequenti  
 excipitur, & quodammodo absorbetur.

Virg. Æn. 2. Conticere omnes, intentiq; ora tenebant.

Idem lib. 6. Ille autem paribus quas fulgere cernis in armis.

HEU, atque O, peritus Synalœphe intacta relinquit.

O, & Heu sequente vocali, aut Diphthongo integramant.

Virg. Æn. 10. O pater, ò hominum, diuimq; æterna potestas.

Stat. Theb. 5. Hec ubi siderei vultus? ubi verbaligatis Imperfecta sonus? —

Quibus modis fiat Synalœphe

Episynalœphe locū habet in ead. dictione, Synalœphe verò in diuersis à συναλφει  
 appellata, quod simul iungere, & liuere significat, cœunt enim due vocales, &  
 quodammodo simul iunguntur, atque collinuntur. Quintil. Synalœphen, & Synære-  
 sim etiam in eadem dictione fieri docet l. 1. c. 5. Plus, inquit, exigunt subtilitatis, quæ  
 accidunt in dicendo vitia; quia exempla eorum tradi scripto non possunt, nisi cum  
 in versus inciderunt, vt Σιδεϊσιν Europαι: & ei contrariū vitium, quod συναλφει, &  
 συναλφει Græci vocant: nos Complexionē dicimus, qualis, est, apud Varronem, Cum  
 te flagranti deicctum fulmine Phæton. Nam si esset prosa oratio, easdem literas  
 enunciare veris syllabis licebat. Hæc ille: vbi aperte Phæton pro Phæton ait Synalœ-  
 phen esse. Idem lib. 9. c. 4. Synalœphen appellat in diuersis dictionibus. Nam & co-  
 eunt literæ, quæ συναλφει dicitur, etiā leniore faciunt orationem, quàm si omnia  
 verba suo sine cludantur. Ibidem, Nam vbi libido dominatur, innocentia leue præ-  
 sidium est. Nam Synalœphe facit, vt vltimæ syllabæ pro vna sonent. Vbi Synalœphen  
 Ecclipsim vocauit. Probus Inst. Art. ait Synalœphen fieri multis modis, Interdum  
 inquit, brevis in breuem cadit, vt Obsedere alij telis angusta viarum. Interdum  
 brevis in longam; vt Tanarius etiam fauces alta ostia Dicitis. Interdum longa  
 in breuem, vt Se signari oculis vltro implacabilis ardet. Interdum Diphthongus in  
 simplicem longam, vt Dardanidæ è muris — Aliquando brevis in Diphthongum, vt  
 Arua neque Ausonia semper. — Interdum diphthongus in diphthongum: huius vl-  
 timi modi exemplum non est apud Probum: à vetustate enim deletum est. Multa  
 ament, inuenias apud Poëtas. Virg. 6. Ille autem paribus quas fulgere cernis in armis.

¶ Ah,

¶ Ah, Hei, Hui, & Cui, cum est contractum, non videntur elidi sequente vocali.  
 Tibull. lib. 4. ad Cerinthū, Ah ego non aliter tristes euincere morbos, Optarim.

## APPENDIX I.

Integra vocalis, Diphthongus & integra perstat  
 Interdum: at magnos decet ista licentia vates.

Interdum nec vocalis nec diphthongus, vt supra diximus, à sequente vocali exci-  
 pitur. Virg. Georg. 1. Glauco, & panopeæ, & Inoo Meli certæ.

Idem Æn. 1. Post habitam coluisse Samo, hic illius arma.

Id quod multo rarius accidit, si vocalis brevis sit.

Idem ibidem. Et vera incessu patuit dea: ille vbi matrem.

Iuuenal. Saty. 10. Ergo superuacua, aut perniciose peruntur.

## APPENDIX II.

Fiet & in metris eadem Synalœpha duobus.

Synalœphe non solum in eodem carmine, sed in diuersis locum habet.

Virg. Georg. 3. Et spumas miscent argenti, viuag; sulphura, Ideasq; pices.

Idem G. 2. Inseritur vero ex sortu nucis arbutus horrida, Et steriles platani.

Idem Æn. 1. — ignari hominumq; locorumq; Erramus. —

¶ In his, atque similibus locis vltima vocalis præcedentis versus excipitur, atque  
 absorbetur à prima sequentis.

## Ecclipsis.

M, perit Ecclipsi, perit & vocalis eandem

Anteiens, propter vocalem expulsa sequentem.

Ecclipsis est, cum M, litera simul cum vocali eliditur propter sequentem vo-  
 Virg. Æn. 3. Italiam, Italiam primus conclamat Achates. (calem,

¶ Pers. Saty. 1. O curas hominum! ò quantum est in rebus inane!

M, brevis in metro quondam permanit eodem:

Hanc vigor Ecclipsis varijs modò, versibus aufert.

Prisci, M, literam cum vocali correpta seruabant.

¶ App. 1.

Lucret. lib. 3. Sed dum abest, quod auemus, id exsuperare videtur.

Ennius Annal. 10. In signita ferè tum millia militum octo.

Ecclipsis etiam in diuersis carminibus locum habet.

¶ App. 2.

Virg. Æn. 7. Iamq; iter emensi, turres, ac tecta Latinorum:

Ardua cernebant iuuenes, murosq; subibant.

Idem Georg. 1. Aut dulcis musti vulcano decoquit humorem,

Et folijs vndam tepidi desumat aheri.

Horat. Serm. 2. S. 2. — num vesceris ista Quæ laudas plumæ cocto num adest  
 honor idem? Iuuen. Viuendū rectè cum propter plurima, tum his Præcipue  
 causis. — Tibull. l. 1. eleg. 5. Et tantū venerata virum hanc sedula curet. Hunc mo-  
 rem à priscis acceptū, cum ceteri, vt vides, tū Seneca retinuit, vt Herc. Fur. Panidæq;  
 matræ arma nisi dentur mihi. Idē Herc. Oct. Num arma cessat? teq; languenti manus.

Num audit arcus? si potes telum dare, &c. Idem in Octau. Sibi quisque fugam, alij lacerae Puppis tabulis haerent nudi. Idem ibid. Viuere matrem impius ingens, &c. Idem Med. Seruare malum: adde venenis. Idem Agam. Flebit saxū, & adhuc lacrymas. Quo quidem genere, M, literam modo productè modo breuiter vsurpari vides. Manil. lib. 4. ad priscorum consuetudinem dixit, Asperiores agas mensis si mensis in astrum Letius inciderit. —

## APPENDIX III.

S, quoque non rarò prisci elidere Poëtæ:  
Tum geminis si occurfus adhuc vocalibus effec,  
Scindebat mucrone notam Synalœpha priorem.  
S, tamen è medio vix aurea sustulit ætas.

Prisci Poëtæ, S, literam passim elidebant: quod si deinde concurrerent vocalis, prior à posteriore per Synalœpham excipiebatur.

Ennius, Doctus fidelis, suavis homo, facundus, suoz,  
Contentus, atque beatus, scitus, secunda loquens in  
Tempore, commodus, & uerborum vir paucorum.

Doctu si — cundu su — dactylis sunt. In secundo versu ex primo verbo exterritur, S, deinde fit Synalœpha sic — Content' Atque be. —

Rarò apud posteros vides hanc literam extritam.

Cic. in Arato, Delphinus iacet haud nimio lustratus nitore.

Alcinous, Longè erit à primo quisquis secundus erit.  
Lustratus, & Quisquis, S, amittunt.

## De vsu Ecclipsis.

Exhibere elidere, extinguere significat: vnde Ecclipsis dicta est, qua propriè eliditur, M, litera: deinde vocalis à vocali per Synalœpham excipitur. Iuuen. Sat. 9. neque consonantem neque vocalem extriuit. Viuendum recti, cum propter plurima, tum his Præcipue causis. — Quidam aiunt, H, hic vim habere consonantis, vt in illis Virgilij carminibus lib. 9. — versūq, iuuenctum Terga fatigamus hastâ. — & 7. — feruida pinum Sustinet, ac nata, Turniq, canit Hymencos. Sed hæc loca Virgilij, aliq, eiusdem generis syllabâ communi excusantur, de qua supra egimus. Illud verò Iuuenalis non video qua ratione sit excusandum, quod hodie in libris correctis legitur — tum his. non addita præpositione De, hoc modo, tum de his, vt alij volunt. Macrobl. l. 5. c. 14. ait hos versus υπερκαταλεπτικὸς hypercatalecticos à Grecis appellari: qui, inquit, syllabâ longiores sunt, vt — quin protinus omnia, Vulcano decoquit humorem. Et spumas miscent argenti, viuæque sulphura, & — arbutus horrida. Hæc ille, que omnia aut Synalœphâ, aut Ecclipsi defendi possunt, excepto eo, quod est in 6. Æn. Bis patriæ cecidère manus, quin protinus omnia Perlegerent. — &c. Seruius legit — quin protinus omnem. subaudit enim picturam. & De literâ, S, extrita sic scribit Cic. in Orat. Quin etiâ, quod iam subrusticum videtur, olim autem politius, eorum verborum, quorum eadem erant postrema duc litera, que sunt in Optumus, postremam literam detrahebant, nisi vocalis in sequeba-

tur. Ita non erat ea offensio in versibus, quam nunc fugiunt Poëtæ noui. Ita enim loquebantur, Qui est omnibus princeps: non omnibus princeps. & Vitâ illâ dignus, locoque: non dignus. In eodem. Sed quid ego? vocales sine vocalibus saepe breuitatis causâ contraherent, vt ita dicerent multi modis, vas argenteis, palm' & crinibus, recti' fractis, &c. Hæc ille.

## Diæresis siue Diallysis.

Soluitur in geminas virtute Diæresis vna:  
Vt Siluæ, Aurai, Euolüam, Solüenda, Süauis.

Diæresis est cum syllaba vna in duas diuiditur, vt Aurai trisyllabū, pro Auræ disyllabo, Siluæ, Euolüam, Euoluisse, Dissoluo, Heii, Persolüendus, Süauis, Iam, apud comicos disyllabū. Virg. Æn. 6. Æthereum sensum, atque aurai simplicis ignem.

De nonnullis Diæresis contractionibus.

Schol. 5.

Horat. in Epod. ode. 13. Nivesq, deducunt Ionæ: nunc mare, nunc syluæ. Catull. ad Ortul. Condita quin verè pectoris euolüam. Ouid. in Ep. Debuerant suos euoluisse suos. Catull. Priscina vota nouo munere dissoluo. Ou. ad Liniã. Vita data est vt enda, data est sine senore nobis Mutua, nec certa per solüenda die. Mart. l. 8. Heii quâ bene nunc Papyriane. Virg. de Liuore. Non lux, non cibus est süauis illi.

Senec. Hipp. Si qua feruēt subiecta Cancro est. Etenim in tertia sede Sapphici carminis pes dactylus dominatur. & Aurai, Aquai, Aulai, Pictai, quibus Virgilius diuersis locis vtitur non sunt à genitiuis Auræ, Aquæ, Aulæ, Pictæ: esset enim vltima E, non I: sed ab Aurai, Aquai, Aulai, Pictai disyllabis: sic enim prisci casus interrogandi, dandiq, primæ declinationis scribebant per, ai, more Græcorum, non æz, vt post scripserunt posteri. Lege Quintil. lib. 1. c. 7. Carmen Horatij, vt Prisc. lib. 1. docet, constat ex Dimetro Iambico, & Penthemimeri Heroica, hoc est duobus dactylis, & syllabâ, quod ex cæteris eiusdem Ode facillè intelligitur. & Iam, teste Scauro, apud Plantum in Pseudolo disyllabū legitur: Nunc iam. Iam (inquit) diuisit in duas syllabas metri causâ. Lege Rufinum de metris Comicis.

## Systole.

Systole vocales posito, vel origine longas  
Contrahit: at positum faciens exploditur vna.  
Hanc, OBicis, partem probat; illam ostendit ORion.

Systole est, cum syllaba naturâ longa corripitur.  
Virg. Æn. 1. Cum subito assurgens fluctu nimbosus Orion.  
Idem Æn. 6. Ille autem paribus, qua fulgere cernis in armis.  
Idem 8. — videres Férvere Leucaten, auroq, effulgere fluctus.  
Vt positione lōga, sed altera consonante ex tritâ, vt Obicis, pro Obijcis, Abici pro Abijci. Lucan. l. 8. Cur obicis Magno tumulum, manesq, vagantes? Quid. de Pont. 2. Turpe putas abici, quia sit miserandus, amicum.

**O** Rion à Græcis per, *s. scribitur* ωρωρ. *Fulgere, Effulgere ait Probus huc spectare Fêruere, verò negat, quòd Fêruo feruis, tertiæ coniugationis apud Veteres lectum sit. uerò id ex corripere significat, unde Systole.*

## Ectasis, siue Diastole.

**E**ctasis arte breuis fit longa: aut consona voci  
Additur, ut positu duplicis producta feratur.

**E**ctasis est cum syllaba naturâ breuis simpliciter producitur.

Virg. Æn. 1. Italiani fato profugus, Lauinaq; venit Littora. —

Aut cum eadem consonans geminatur, ut Relligio, Relligue, Repperit, Rettulit, Reppulit. Lucan. lib. 1. Reppulit à Lybicis immensum Syrtibus æquor.

Virg. Æn. 2. Relligione patrum multos seruata per annos. Idem Æneid. 1. Troas Relligias Danaum, atque immitis Achillei. Idem Vir bonus, & sapiens, qualem vix reperit vnum. Horat. Epist. 2. Reppulit acceptos, regale numisma, Philippos. Ouid. Met. 2. Repperit ossa tamen peregrinâ condita ripâ.

Unde dicatur Ectasis, & quæ sit eius uis. Schol. 6.

**E**xtrius producere, extrudere significat, unde extrasis productio, extrasio. *Diastole* diduco, diuido, laxo, unde διαστολή. Arietibus, cum quinque habeat breues, non poterat in quinta regione locum habere, nisi productâ antepenultimâ. Versus ille Virgilij, Arietat in portas, & duos obice postes: huc etiam spectat, si Macrobio credimus, ait enim lib. 5. c. 14. λαγαρος Lagaros appellari versus, qui in medio habent syllabas breues pro longis, ut — & duos obice postes. Gell. tamen lib. 4. c. 17. docet Obijces Obijcius gemino, y esse scribendum: ut verbum Obijcio à quo facta sunt: primamq; positione longam esse. Probus Inst. Art. ubi de decem modis Positionis agit, Decimus modus, inquit, est, si post vocalem subiecta sit consonanti vocalis, I, rel, V, & correpta vocalem habeat consequentem, ut Parietibus textum cæcis. — In hoc versus quoniam prima pars orationis correptam habet, hoc genere positionis primam syllabam longam efficiamus: secundam namque syllabam rescamus per medium, & præcedentem consonantem primæ syllabæ conglutinamus: vocalem autem ad tertiam reuocamus, & loco consonantis desigimus. Hic sanè modus positionis apud Virg. non in superiore exemplo tantum, sed in multis versibus inuenitur, ut Arietat in portas, & Transstra per, & remes, & pilus abiete puppes. Item, Genua labant, vestos quatit æger anhelitus artus. Et, Tenuis vbi argilla, & dumosis calculus aruis. Hæc ille. Cuius verba quoniam fortasse alicui obscuriora videbuntur, planius explicemus posito exemplo Abiete: post vocalem, A, I, vocalis subiecta siue postposita est consonanti, B, habet consequentem vocalem nimirum, E, breuem: quoniam igitur in Abiete A, prima syllaba corripitur, rescamus secundam syllabam nempe Bi, per medium, & præcedentem consonantem hoc est B, damus primæ vocali A, ut fit syllaba Absipam verò vocalem I, loco consonantis desigimus, reuocamusq; ad tertiam vocalem, E, ut sine hoc modo distributa syllaba, Ab, ie, te: sic Ten, uis: Gen, ua: atque cætera eodem m. do.

modo. Plura huius generis reperias apud alios poetas. Lucret. lib. 6. Nil aded potius cuiquam leue, tenueq; membris. Pers. Saty. 6. Non Prætoris erat stultis dare tenuia rerum Officia. — Sil. lib. 1. Genua labant, fessiq; humeri gestamina laxant. Idem lib. 6. Tenuis opum cum patre nitens, linguæque, sed asper. Etse. — Idem l. 8. Arietat in primos, obicitq; inmania membra. Idem l. 6. Cætera sinuatis glomerant sub pectore gyris. Sic idem l. 7. Macrobi. lib. 5. c. 14. ait versus, qui in principio habent breues pro longis appellari ωκεφαλος acephalos, quasi sine capite; nam Heroici à longis incipiunt: huius generis sunt aliquot apud Virg. Georg. 4. Parietibusq; premunt arcibus: & quattuor addunt. Idem Æn. 5. Parietibus textum cæcis iter, ancipitemq; &c. Idem Æn. 11. Arietat in portas, & duos obice postes. ωκεφαλος inquit, Arietat in portas. — Parietibus textum cæcis iter, & similia. λαγαρος autè, qui in medio versus breues syllabas pro longis habent, — & duos obice postes. & Consiliū ipse pater, & magna incepta Latine. Idem docet Diom. l. 3. & Athenæus l. 14. Addit præterea idem Athenæus μαδρος Μιτρος, qui in fine habent breuem pro longa: ubi Homeri testimonia inuenies. Quæ cum ita sint, Macrobius à Probo dissentit, cum primas breues esse in Arietat, Parietibus, & similibus doceat. Macrobiij, Diomedis, & Athenæi doctrina multò facilior est, & auribus consonantior. Voces enim, eâ positâ, suauius efferuntur. Illâ verò metamorphôsi vocaliū in consonantes factâ, nimis asperæ redduntur, & inusulæ. Quarè potius dicendū impropriis interdū pedes à Poëtis carminibus heroicis admisceri, qui aut inuersione fiant, aut resolutione, temporibusq; sint proprijs æquales. Dactylus enim resoluitur in Proceleusmaticū, ut in illis, Genua labant, Parietibus textū, & similibus. Inuersione pro Dactylo substituitur Anapestus eide syllabarum ordine contrarius, ut in illo Virg. Fluiorum rex Eridanus. — & Horat. Epist. 2. ep. 1. Vehemens, & liquidus. ut supra iam adnotauimus De varijs generib. carm. Schol. 1. Hi verò tres Dactylus, Anapestus, & Proceleusmaticus pro Spondeo, cuius sunt dissolutiones, substituantur.

## DE CÆSVRA.

**S**yllaba, quæ superest quacumque ex voce, redundans  
Post quemuis concisa pede m, Cæsura vocatur.

Munere cuius habet breuis, ut lit longa frequenter.

**S**yllaba, quæ ex dictione caditur, ac post quemuis pedem relinquitur, vulgò Cæsura dicitur: cuius tanta est vis, ut eius beneficio breuis syllaba producat: est enim quoddam in ipsa diuisione verborum latens tempus, nam dum moramur, atque ad alias transimus, interuallum vnum spatiumq; lucratur. Plura superius, vbi agitur de syllaba cõmuni, ponuntur exempla. Sch. 1. 2. & 3.

Virg. Æn. 4. Pectoribus inhians spirantia consili' exta. Idem Æn. 5. Emicat Euryalus, & munere victor amici. Idem Æn. 10. Vna eademq; via sanguis, animusq; sequuntur. Idem ibid. Grauis homo infectos linquens profugus Hymencos. Vides, ut syllaba naturâ breues post primum, secundum, tertium, & quartum pedem producantur? id beneficium Cæsura acceptum referunt.

Discretos cum verba pedes dant singula metris,  
Maximè in Herois, insulsa poemata fiunt.

Vt Aurea scribis carmina Iuli maxime vatam.

¶ Ast ubi verba pedum nexus concisa figurant,  
Ex alijsq; alij, ceu mutua vincula, pendent,  
Iucundos Cæsura facit pulcherrima versus.

SI Pedes, maximè versus Heroicè à singulis verbis consent, ineptum & insulsum fit carmen. ¶ Contrà si verba concidantur, ita vt mutuo amplexu pedes alij ex alijs pendeant, pulcherrimus efficitur versus.

Virg. Æn. 1. Semper honos, nomenq; tuum, laudesq; manebunt.

APPENDIX.

Optima distinctis gaudet Anapæstica verbis.  
Cætera Cæsuras Anapæstica turba recepit.

ANapæstici versus optimi putantur, si pedes singuli è singulis fiant verbis.

Senec. Thyest. Tertia misit buccina signum.

Ibidem, Nondum serc nuncius horæ.

Ibidem, Curuo breuius limite currens.

¶ Qui tamen per pauci sunt, si cum alijs conferantur.

Idem ibid. Pectora longis hebetata malis

Iam sollicitas ponite curas:

Fugiat mæror, fugiatq; pauor.

De Penthemimeri, Hephthemimeri, &c.

Quattuor in partes Heroum carmina scindit  
Docta cohors Veterum, & cedro dignissima censet.  
Vel quæ suscipiunt Cæsuras in vocibus vnam:  
Vel geminas, numeroue trium si carmina constant.

Veteres grammatici versus Heroicum in quatuor partes secant, quas Sectiones, siue Cæsuras appellant, Penthemimerim, Trochaicam, Hephthemimerim, Bucolicam siue Tetrapodiam.

Penthemimeris.

Fit Penthemimeris Musis gratissima: vocem  
Post geminos cæsa vna pedes cum Syllaba claudit.

Penthemimeris, Latine Semiquinaria, constat ex duobus pedibus, & syllabâ quæ dictionem claudat, vt,

Virg. Æn. 8.	Vt belli signum	—	—	—	—	—
Idem Æn. 10.	Panditur interea	—	—	—	—	—
Idem Æn. 12.	Turnus vt infractus	—	—	—	—	—

Trochaica

Trochaica.

Post binos inquit cæsura Trochaica Chorem

Trochaica post duos pedes habet duas syllabas longam & breuem, Trochaicum scilicet, aut Chorem, qui dictionem terminet, vt

Virg. Eclog. 4.	Non omnes arbuta	—	—	—	—	—
Idem Æn. 2.	Infandum Regina	—	—	—	—	—
Idem Æn. 12.	Excutiens ceruice	—	—	—	—	—

Hephthemimeris.

Post tres missa pedes finit cum syllaba vocem,  
Est Hephthemimeris Veterum celeberrima metris.

Hephthemimeris, Latine Semiseptenaria, continet tres pedes, & syllabam, quæ dictionem finiat:

Virg. Æn. 1.	Talibus Ilioneus: cuncti	—	—	—	—	—
Ibidem,	Multa super Priamo rogitans,	—	—	—	—	—
Ibidem,	Terram inter fluctus aperit:	—	—	—	—	—

Bucolica.

At si Hephthemimerim duplex correpta sequatur  
Syllaba, Bucolicis aptissima versibus exit  
Bucolica, ex ipso deductum carmine nomen.

Bucolica, seu Tetrapodia fit si semiseptenarie duas breues adiunxeris, vt  
Talibus Ilioneus: cuncti simul

&	Multa super Priamo rogitans, super	—	—	—	—	—
&	Terram inter fluctus aperit: furit	—	—	—	—	—

Hanc tamen potestatem aiunt propriâ esse Bucolici carminis, quæ Theocritus plurimum est vsus.

APPENDIX.

Versus, qui Heroico nomine digni censentur, modò Cæsuras vnam habent.

Vt, Vt belli signum Laurenti Turnus ab arce.  
Panditur interea domus omnipotentis Olympi.

Omnes solam semiquinariam habent.

Non omnes arbuta iuuant, humilesq; myrica.  
Infandum Regina iubet renouare dolorem:  
Excutiens ceruice toros, fixumq; latronis, &c.

Omnes Trochaica, & Semiseptenaria constant.  
Talibus Ilioneus: cuncti simul ore fremebant.  
Multa super Priamo rogitans, super Hectoris multa.  
Terram inter fluctus aperit: furit astus arenis.

Omnes, & Semiseptenariam, & Bucolicam habent.

De varijs Cæsura generibus.

¶ Schol.

**C**æsura, si more Veterum loquamur, non est syllaba, quæ post pedes superest, sed pars carminis simul cum syllaba, aut syllabis, quæ dictionem finiunt. itaque Penthemimeris non significat syllabam, quæ post duos pedes relinquitur, sed duos pedes simul cum syllaba: quod Quintil. l. 9. c. 4. apertissime docet. Et quod (inquit) a nobis pedibus, & parte Penthemimeris à Græcis dicitur. Et Grammatici, cum dicunt versû aliquo constare Penthemimeri Heroica, duos pedes, & partem intelligunt. Adatur a nonnullis recentioribus Triemimeris, quæ pedem unum, & syllabam habet, ut *Multa super*. — Itē Enneemimeris, quæ quatuor pedibus, & syllabam constat. Virg. Æn. 10. *Gravus homo infectos linquens profugus*. — Sed à Veteribus nulla de his, nisi me fallit memoria sit mentio. ¶ Quod ad vocabulorû rationem attinet Penthemimeris à πέντε quinque, & ἔμμεν, quod in compositione huius dicitur hoc est semis, & μέγισ, quod partem significat, sic enim video plerisque vicinâ scribentes: sunt qui malint per. Semiquinaria vocatur, inquit Dion. l. 3. quia pedes dividit, habet enim duos pedes, & semipedem, qui sunt dimidium quinque. ¶ Hephthemimeris ab ἑπτὰ, hoc est septē, & ceteris partibus dicitur Semiseptenaria, dividit enī septē. Sunt qui hos numeros malint ad Arsin, & Thelin, hoc est, sublationem, & positionem pedum referre. Vnusquisque enim pes sublationem, & positionem habet. Nam ut animantes ingredientibus vicinâ pedes & attollunt, & deponunt, ita metiendis versibus altera pars pedis attollitur, altera deprimitur: quæ attollitur Græcè ἔσσις, Latine sublatio: quæ deponitur θείσις, hoc est positio vocatur. Cum igitur pes in duo dividitur Arsin nimirum, & Thesin: duo pedes, & semipes quinque partes siue semipedes efficiunt. ¶ Quarta cæsura τετραπόδια Tetrapodia à Diomede eodem libro appellatur, quod quatuor pedes contineat. Βουκόλιε Bucolice, seu Bucolica, quod Theocritus, inquit, idem auctor carminis Bucolici, hæc plurimum est: vsus cre, datur. Vtitur quidem Theocritus eâ frequentissime, ut eius scripta docent: sepe tamen dactylus ex integra dictione constat: reperitur eodem loco Spondeus, sed rarissimus. ¶ Priscianus lib. 1. Exercitationum tres tantum cæsuras admittit, Commata (inquit) sunt tria Trochaica, Semiquinaria, & Semiseptenaria: quarta enim Bucolica magis passio est, sicut semipes, & quarta Trochaica, & quæ inveniuntur per singulos pedes. Cæsura verò cursum, & rhythmum leniorem solent perficere, & necesse est vel unam, vel duas cæsuras in versu inueniri: nam tres rarissime possunt inueniri in eodem versu. Lege, si vacat, cetera. Sed utcumque sit, certè Virgilius vehementer bac cæsura delectatur, nulla enim serè est pagina in qua, non reperiat semel, interdum ter, quater, quinquies, idque in Ænside.

Iam calum, terramque meo sine numine venti.  
Detrudunt naues scopulo: leuat ipse tridenti.  
Iamq; faces, & saxa volant: furor arma ministrat.  
Sic cunctus pelagi cecidit fragor, æquora postquam.  
Est in secessu longo locus: insula Portum  
Efficit obiectu laterum: quibus omnis ab alto.

¶ Hæc omnia in pagina vna Æneidos. ¶ Addunt quidam Trochaicam quartam, cum quarto loco est Trocheus partem orationis terminans, cuius exemplum affert Terentianus: *Quæ pax longa remisera arma, nouare parabant*. Quæ, cum rarissime reperiat, à multis negligitur. Nonnulli eodem loco Spondeum collocant, qui orationis partem terminet, ut *Albaniq; patres, atque altæ moenia Romæ*. Hac non rarè vtitur Virg. 8. Æn. *Vt belli signum Laurenti Turnus ab arce Extulit, & rauco strepuerunt cornua cantu*. Diomedes, cui quatuor cæsura, quas amplexi sumus, placent, meminit etiam harum, ubi de Bucolica egit. Sunt [inquit] qui quartum Trocheum in hac cæsura collocant, ut est, *Quæ pax longa remisera arma, nouare parabant*. Alij verò Spondeum, ut est, *Inde toro pater Æneas sic orsus ab alto*. Sed hæc hætenus.

## DE VERBIS POETICIS.

**V**erborum licentiâ liberiores multò sunt Poëta, quàm Oratores, quibus assidue, accurateq; legendis, non solum verba, sed etiam cetera ornamenta, qui Poëtice studio tenentur, diligentissime sunt obseruanda.

## DE PATRONYMICIS NOMINIBVS.

**P**ropriâ nominibus quæ sunt deducta parentum, Rite Patronymico gaudent cognomine: Vatum Propria: Graiugenûmq; ferè sunt vocibus orta: Cunctaq; significant aliquâ de stirpe minores.

**P**ropriâ Poëtarum sunt, quæ à Grammaticis Patronymica vocantur, quod à patrum, maiorumq; nominibus facta filium, aut filiam, nepotem, aut neptem, aut ex posteris aliquem significant. Hæc serè à Græcis nominibus fiunt, atque vel in Des, vel As, vel Is, vel Ne exiunt.

**I**n Des, facta viros referunt: atque omnia primi Ordinis esse docent doctorum exempla virorum. Cetera fœmineam designant omnia prolem.

**Q**uæ in, Es, terminantur masculina sunt, & primæ declinationis, ut Amphitryonides, &, Æacides, &, Pelides, &. Cetera fœminina sunt, & declinationis tertie, ut Thesias, adis, Æolis, idis: exceptis vltimis, quæ secundæ sunt Græcorum, ut Nerine, Nerines.

**P**elides Achilles, Pelei filius. Ouid. in Epist. Pelides vtinâ vitasset Apollinis arcus. ¶ Æacides Achilles. Æaci nepos. Virg. Æneid. 1. Scius ubi Æacida telo iacet Hector: ubi ingens Sarpedon. — ¶ Æacides Pyrrhus pronepos Æaci. Idem Æn. 3. Coniugio Æacida Pyrrhi, sceptrisq; positum. ¶ Æacides Pyrrhus Epirotarum rex ab Æaco originem trahens. Idem Æn. 6. Eruct ille Argos, Agamemnoniasq; Mycenæ, Ipsumq; Æaciden genus arripotentis Achillei.



¶ *Fœminina in As, & Is finiuntur, & ad tertiam declinationem spectant; quæ vobis in Ne, ad secundam Græcorum: vt Thestias, Althea Thestij filia. Ouid. M. 8. Thestias haud aliter dubijs affectibus errat. ¶ Thaumantias, Iris Thaumantis filia. Virg. Æn. 9. Ad quem sic roseo Thaumantias ore locuta est. ¶ Æolis, Alcione Æolifilia. Ouid. Met. 11. Æolis interea tantorum ignara malorum. ¶ Atlantis Atlantidis, Electra Atlantis filia. Virg. Æn. 8. Dardanus Iliacæ primus pater urbis, & auctor, Electra, vt Graij prohibent, Atlante cretus. ¶ Nerine Nerines, Galatea filia Nerei. Idem Eclog. 7. Nerine Galatea. — &c.*

## APPENDIX.

**N**ec solum traxere Patrum de vocibus ortum:  
Sed Matrum complura trahunt ab origine nomen,  
Aut Fratrum, Regumque: suis Auctoribus vrbes  
Nominis interdum debere fatentur honorem.

**P**atronymica non solum à patribus, auis, proavis, abauis, atavis, tritavis, alijsq;  
maioribus deducuntur, sed etiam à matribus, vt Iliades, Romulus ab Ilia: Philyrides Chiron Centaurus à Philyra: Latôis, idis, vel idos, Diana à Λατώ, hoc est Latona. ¶ Item à fratribus, vt Phorônis, Io, seu Isis Phoronei soror: Phæton-tius, soror Phætonis. ¶ A Regibus præterea, & conditoribus, vt Romulidæ, Romani à Romulo: Dardanidæ, Troiani à Dardano: Æneadæ ab Ænea. Cecropidæ, Athenienses à Cécrope: ijdem Thestidæ à Thesto.

## APPENDIX.

**M**ulta Patronymicam videas imitantia formam:  
Nec sunt: vt fluuijs, aut quæ regionibus orta,  
Rebus & ex alijs similem retulere figuram,  
Quæ appositi subiere vices: exempla dedistis  
Italîs, & Phœbas, Troas, Erymanthis, & Alis.

**M**ulta à regionibus, vrbibus, montibus, fontibus fluuijs, alijsq; rebus fiunt, quæ  
formam quidem patronymicam habent, re autem vera gentilia sunt, aut  
pro possessiuis, adiectiujsq; nominibus ponuntur, vt Als, Libyssis, Italîs, Aïsonis,  
Sîcanis, Sârmatîs, Colchis, Sîthonis, Thêssalis, Sicelîs, Sidonîs, Thêbais, Ilias, Troas,  
Erymanthis, Menalis, Pîeris, Tritônîs, Pégasis, Phasis, Typhôis, Illyris, Pânnonis, Phœbas.

De Patronymicis fœmininis adiectiuorum vicem subeuntibus. ¶ Schol. 1.

**O**uid. Met. 9. — celeriq; carina Ægeas metiris aquas, & in Aside terra  
Mœnia constituis. — Sil. lib. 7. Ad quæ Cymodoce Nympharum maxima natu  
Italidum. — Virg. Æn. 5. — occurrit Acestes Horridus in iaculis, & pelle Li-  
bystidis vrsæ. Ou. Fast. 2. Nomen Arionium Siculas impleuerat vrbes: Captaq;  
erat lyricis Aïsonis ora sonis. Idem Trist. 1. Sârmatîs est tellus, quam mea vela pe-  
tunt. Idem in Epist. Nec vrbis Actæas Sîthonis vnda rates. Idem Met. 10. Collocat  
hanc stratis conchâ Sidônide tinclis. Idem ibid. — omnes Thebâides inssis sua tē-  
pora frondibus ornant. Virg. Æn. 1. Interea ad templum non equæ Palladis ibant.

Crinibus

Crinibus Iliades passis. — Ouid. Met. 13. Troades exclamant: obmutuit ille dolore.  
Idem in Epist. Qui primus Danaum Troada tanget humum. Idem Trist. 3. Cum  
truci Borâ Menalis vrsa videt. Idem in Epist. Pégasis Oenône Phrygijs celeberrima  
sylvîs. Idem Fast. 2. Vectam frenatis per inane draconibus Ægeus Credulus im-  
merita Phâsida fouit ope. Idem Trist. 2. Nunc tibi pannonia est, nunc Illyris ora  
domanda. Lucan. lib. 5. Limine terrifico metuens consistere Phœas. Idem l. 6.  
Pânnonis haud aliter post ictum seuior vrsa.

## Patronymica masculina quo pacto

formentur, Præceptum I.

**N**omen in A, tantum, Des, accipit: Ilia format  
Iliades. ¶ Aliquando ipsum depellitur alpha, ¶ Excep.  
Et manet, I, medium. Genitrix ita Philyra nati  
Philyrides proprio nomen de nomine finxit.

**N**omina, A finita assumunt Des, syllabam, vt Ilia Iliades. Ouid. Met. 14.  
Inuadunt, portasq; petunt, quas obijce firmo Clauferat Iliades. —  
¶ Aliquando ipsum A, mutatur in I, vt Philyra Philyrides.  
**A** Ouid. Philyrides puerum citharâ præfecit Achillem.

**A**S, finita solent ante, S, De, assumere: legem  
Approbat Æneades Æneæ ex nomine ductum.

**A**S, terminata assumunt, De, Syllabam ante, S, vt Æneas Æneades, Pheretias  
Pheretiades. Ouid. Met. 8. Cumq; Pheretiade, & Hyanteo lolao.

**I**nterdum, I, capiunt ante, A, quod fecit Amyntas: ¶ Excep.  
Vnde & Amyntiades Macedum rex ille Philippus.  
¶ Ex Græco Æneas Æneades varibus exit.

**I**nterdum, I, ante, A, assumunt, vt Amyntas Amyntiades Philippus Amyntæ  
filius. Ouid. in Ibin, Aut vt Amyntiaden, &c. Æneades Iulus Æneæ filius  
fit à Græco avias Æneas sublato A, Æneades, Æneades.

Virg. Æn. 9. Sit satis Ænide telis impune Numanum Oppetisse tuis. —

## Præceptum II.

**E**S in Ades migrare iubent præcepta Poëlis.

Hinc fluit Hippotades Hipotes ex voce profectum.

**E**S, finita mutant, Es, in Ades, vt Hippotes, Hippotades, Æolus Hippotæ filius:  
Ouid. Met. 4. Clauferat Hippotades æterno carcere ventos.

**H**æc sæpe, I, capiunt ante, A, quæ iura recepit ¶ Except.  
Vox Anchisiades ex nomine facta parentis.

**H**æc sæpe, I, ante, A, admittunt, vt Anchises, Anchisiades, Laerteæ Laertiades.  
Virg. Æn. 8. Æneas Anchisiades, & fidus Achates.

Ouid. Met. 13. Saxa moues genitu, Laertiadeq; precaris.

## Præceptum III.

**N**omina si fuerint ex ordine ducta secundo,  
Finis & Vs, Recti: Patrio Des, syllaba crescit:  
Et breuis ipsa manet penultima: longa quibusdam.  
Hinc breue Priamides Priamo de patre creatur:  
¶ Longa Lycurgides sequitur de patre Lycurgo.

**N**omina secundæ declinationis, v's finita, in genitiuo assumunt, Des, syllabam  
penultimâ breui, vt Æacus, Æaci, Æacides: sic Priamides, Æolides, Tanta-  
lides, à Priamo, Æolo, Tantalò. Virg. Æn. 6. Misenum Æolidem, quo non præ-  
stantior alter. Ouid. M. 13. Priamidenq; Helenum raptâ cum Pallade captû.  
Idem in Ibin. Tantalides tu sis, tu Tereiq; puer. ¶ Exceptio 1.  
¶ Nonnulla penultimam habent longam, vt Belides, Lycurgides, Amphiarades.  
Virg. Æn. 2. — si forte tuas peruenit ad aures Belidæ nomen Palamedis. —  
Ouid. in Ibin. Quisq; Lycurgiden lacerauit ab arbore natum.  
Idem Fast. 2. Amphiarades Naupacteo Achiloo, &c.

**I**nterdum A, sumunt in Des, finita sequentem:

Vnde Menætiades à voce Menætius exit. ¶ Except. 2.

**Q**uæ à nominibus secundæ declinationis sunt, interdum etiam ante Des, syl-  
labam, A, literam recipiunt, maxime quæ in, Ius, exeunt, vt Battus Batti-  
ades, Asôpus Asopiades: Menætius Menætiades, Thestius Thestiades, Nauplius  
Naupliades: hæc in Ius, posterius I, genitiui mutant in A, Thestij Thestiades.  
Ouid. in Ibin. Nunc quo Battiades inimicum deuouet Ibin, &c. Idem Met. 7.  
Huic Asopiades petis irrita, dixit, & vrbis. Idem in Ep. Siue Menætiaden falsis  
cecidisse sub armis. Idem Met. 8. — ne titulos intercipe sœmina nostros The-  
stiades clamant. — Idem M. 13. Sed neque Naupliades sacinus defendere tantû.

## Præceptum IIII.

**E**vs, cum Rectus habet Patrij penultima casus  
Longa sonat. Diphthongus enim ex vocalibus vna  
Contrahitur: quas ipse prior genitiuus habebat,  
Sicut Achilædes. Patrius, quod fecit Achillei.  
Hanc passim inuenies sexcenta gerentia formam.

**G**enitiuus nominum in EVS, assumit, Des, syllabam penultimâ longâ: E, enim, &  
& I, vocales in, I, longum, vel ei diphthongum contrahuntur: vel e, more  
Græcorum, vt à multis scribitur: vt Atreus, Atræi, Atrides, seu Atreides: sic  
Pelides, Alcides, Achilædes, Thestides, Tydides, & sexcenta alia.  
Ouid. Met. 13. Conuocat Atrides socios terrore pauentes.  
Virg. Æn. 10. Te precor Alcide cœptis ingentibus adsis.  
Ouid. in Epist. Pyrrhus Achilædes animosus imagine patris:

Appendix.

**A**, sibi, vt, Otriades, medium paucissima sumunt.

**H**æc rarius A, ante Des, syllabam habent.  
Virg. Æn. 2. Pantbus Otriades arcis, Phœbiq; sacerdos.

## Præceptum V.

**R**ite ex nominibus Ternæ complura trahuntur,  
Syllaba si fuerit gradui, Des, addita dandi:  
Sic & Agenorides ab Agenore voce creatur.

**S**i nomina sint tertie declinationis, patronymica sicut à datiuo addita, Des,  
syllaba, vt Agenor, Agénoris, Agénori, Agenorides Cadmus filius Agénoris:  
Thestorides Calchas filius Thestoris: Actorides Pátroclus nepos Actoris: Æsoni-  
des Iason filius Æsonis.

Ouid. Met. 3. Donec Agenorides coniectum in guttura ferrum.  
Idem Met. 12. — at veri prouidus augur Thestorides Vincemus ait. —  
Idem M. 13. Reppulit Actorides sub imagine tutus Achillis Troas &c. —  
Valer. lib. 6. Aduolat Æsonides, mortemq; cadentis acerbat.

## EXCEPTIO.

**A**s, finita, quibus Patrius formatur in Antis  
A, medio insertam, Des succedente, repossunt:  
Sic & Athlantiades à nomine fluxit Athlantis.

**N**omina, As, finita, quorum genitiuus exit in Antis, A literam ante Des,  
syllabam petunt, vt Abas, Abantis, Abanti, Abantiades: sic Athlantiades,  
Pæantiades, Athamantiades, Dryantiades, & alia id genus.  
Ouid. Met. 5. Victor Abantiades Patrios cum coniuge muros Intrat. —  
Idem Met. 8. Venit Athlantiades positus caducifer alis.

**S**ic ea formantur, quibus, On, est Rectus, vt illud  
Amphitryoniades ex Amphitryone profectum.  
Scipio Scipiades generans à lege recedit.

**E**odem serè modo formantur, quæ à nominibus in, On, fiunt, Tèlamon, Tèla-  
monis, Telamoni, Telamoniades: Amphitryoniades, Laomedontiades.  
¶ A Scipione tamen non Scipioniades, sed Scipiades inminuto verbo nascitur.  
Ouid. Met. 13. Nec Telamoniades etiam nunc hiscere quicquam Audet. —  
Virgil. Æneid. 8. Interea cum iam stabulis saturata moueret Amphitryonia-  
Idem ibid. Laomedontiaden Priamum Salamina petentem. [des armenta.  
Idem Georg. 2. — hec Decios, Marios, magnosq; Camillos  
Scipiadas duos bello, & te maxime Casar.  
Sil. lib. 7. Heu vbi nunc Gracchus aut vbi nunc duo fulminis gentis Scipiade? —  
Patronymica  
Zzzz

Patronymica foemina vnde formentur, Præceptum I.

**N**omina foeminei generis quamplurima fient, Syllaba, De, fuerit si ex nomine pulla virorum. Ex Phaërontiades ita vox Phaërontias exit.

**P**atronymica foemina, quæ in As, & Is, exeunt, sunt à masculinis, De, syllabâ sublatâ, vt Thestias Thestias Thestias: Ætiades, Ætias: Thaumantias Thaumantias: Phaëthontias Phaëthontias: Æolidēs Æolis Æolidis: Tantalides Tantalidis: Oebalides Oebalis: Latoides Latōis: Dardānides Dardānis, idis: Cécropides Cécropis, idis: Beldes Belis, idis. & Multa præterea sunt, quæ passim apud Poetas leguntur. Ou. M. II. Talib<sup>9</sup> Æolidis dictis, lacrymisq<sup>3</sup>, mouetur. Idem epist. 8. Aut ego Tantalida Tantalidis vxor ero. Idem M. 4. Assidue repetunt, quas perdunt Belides, vndas. APPENDIX I.

**D**antur in, As, quædam vel in, Is: firmavit Athlantis, Et pariter normam stabiluit Athlantis istam.

**Q**uædam tum in As, tum in Is, exeunt, vt Ætias, & Ætīs: Athlantis, & Athlantis: Pallantias, & Pallātis. Ouid. M. 7. — rapido fallax Ætias igni imponit, &c. Valer. Flac. lib. 7. — nec me Ætis quin audiat opto. Idem lib. 6. — ingens Ætida perculit horror. Virg. Georg. 1. Ante tibi Eoa Athlantis abscondatur. Sil. l. 16. Vixq<sup>3</sup>, Athlantiadū rubescerat ora sororū. Ouid. Met. 15. — modicisq<sup>3</sup>, per equor Ionū Zephyris sextæ Pallantidos ortu Italiam tenuit. APPENDIX II.

**S**yllaba foemineis penultima longa solutis Diphthongis marium de nomine furgit in Eis. Sic fit ab Ænōdes Ænēis clara Maronis.

**F**oemina, quæ à masculinis sunt penultima longa, in Eis desinunt soluta diphthongo, atque E, breui in longum verso, vt Ænōdes Ænēis Ænēidos: Achilōdes Achilōis Achilōidos: Thestades Thestīs Thestēidos. Ouid. Trist. 2. Et tamen ille tuæ felix Ænēidos auctor. Stat. Theb. 12. Viue precor: nec tu diuinam Æncida tenta. Iuuen. Satyr. 1. Semper ego auditor tantum? nunquā ne reponam Vexatus totis rauis Thestēide Codri?

EXCEPTIO.

**N**onnumquam correpta manet penultima: testis Ænēis esse potest, opus admirabile Vatis.

**N**onnumquā penultima manet breuis, vt Ænēis, Nēreīs. Ou. de P. 3. Ænēidos Vati grande fuisse onus. Stat. 2. Sylu. Nēreis & dulces rapuit de collib<sup>9</sup> vnas. Habet etiā Nēreīs penultimā productā. Virg. in Culice. — Nēreīs ad vndas Signa dabit. — Ouid. M. 13. Descendūt, placidusq<sup>3</sup>, notat Nereides vndis. Præceptum

Præceptem II.

**S**i patrio fuerit Ne, syllaba iuncta creantur Multa, vt Adrastine, Patrius quod finxit Adrastus Fit quoque Neptuni de nomine Neptunine.

**N**e, finita à genitiuo sunt additâ, Ne, syllabâ, penultimâ longâ, vt Neptunus, Neptuni Neptunine: sic Adrastine, Nerine à genitiuis Adrastis, Neres, E, & I, mutatis in, I, longum.

**C**um datur, I, præiens ante Os, mutatur in One Os, tantum: & geniti penultima longa resultat. Acrisione etenim Acrisios formauit, & ultra Acrisioniades factum est ex nomine matris.

**Q**uod si primigenium I, ante, Os, habeat, mutabitur, Os, in, One, penultimâ productâ, vt Acrisios ἀκρίσιον Acrisione Danaë Acrisij filia. Catull. Argon. Tēne Thetis genuit pulcherrima Neptunine?

APPENDIX.

**A** muliebri Acrisione finxit Ouidius virile Acrisioniades. Met. 5. Vertit in hunc harpen madefactam cade Medusæ Acrisioniades, adigitq<sup>3</sup>, in pectus: at ille, &c.

**O**ratores raro patronymicis vtuntur. Cic. Off. 1. Regalis sanè, & digna Æacidarū genere sententia. Phasis Colchorū fluius est, vnde Poëtæ Phasida Medæā vocant. Phæbas Phæbados, fatidica, fatiloga Phæbi sacerdos. Pelides etiam Pelias, interiecta vocali A, à Græcis dicitur Πηλιάδης, vnde Pelias patronymicū foemininum Πηλιάς, ex diphthongo reiecto. Ouid. in Epist. Transeat Hectorē Pēlias hasta latus. vbi patronymicum foemininū pro possessiuo positū est Pēlias hasta, hoc est, Achillæa. Pzantiaden inuenies apud Ouid. Met. 13. Athamantiaden, & Dryantiaden apud eund. in Ibin. Latōis, Diana, à Latōides fit, Latōides verò à Λατώ hoc est Latona, τῆς Λατώος, os versa in ἰδης more Græcorum Λατώιδης vel more Latinorū à datiuo Λατώι adiectâ ἰδης syllabâ. Patronymica Ne syllabâ finita, quæ ait Prisc. l. 2. propria esse Ionum, rara sunt. Adrastinen, & Acrisionen nondum apud Latinos poëtias, quod meminerim, legi.

DE METAPLASMO.

**C**um verbis noua forma datur, quod barbarus esset Error, id artis erit Metaplasmi in carmine virtus.

**M**etaplasms dicitur, quod vetus verborū forma, vel necessitate metri, vel ornâdi poëmatis causa, à Poëtis in nouâ figurâ, faciendū, sermonis mutetur. Proprium enim Poëtarum est verbis, quibus Oratores vtuntur, aliquid interdū addere, vel detrabere nonnumquā literas alias alijs permutare: aliquando è proprio loco in alienum transferre: quod quidē, cum in soluta oratione vitium sit, Barbarismūq<sup>3</sup>, nominetur, in carmine tamen non Barbarismus, sed Metaplasms appellatur: datur enim venia Poëtis, quia plerumque metro seruire coguntur.

Próthēsis πρὸθεσις.

**P** Rincipium Próthēsis superaddit: Aphærelis aufert.  
 ¶ Syncopa diminuit medium: sed Epenthēsis auget.  
 ¶ Dat Paragóge vltro: Apocope rapit improba finem.

**L** itera, vel syllaba principio dictionis addita, vocatur Próthēsis, vt Gnatu  
 pro Natus, Tetuliffem pro Tuliffem.  
 Terent. Andr. Eo pacto & gnati vitam, & consilium meum Cognosces. —  
 Idem ibid. Nam pol, si id sciffem, nunquam huc tetuliffem pedem.

Epenthēsis ἐπιθεσις.

**E** penthēsis est, cum medio dictionis litera, aut syllaba interijctur, vt Relliqui-  
 as pro Reliquias, Mauors pro Maors, Nauita pro Nauta.  
 Virg. Æn. 1. Troas reliquias Danaum, atque immitis Achilla.  
 Idem Æn. 8. Fecerat & viridi sætā Mauortis in antro Procubuisse lupā. —  
 Ouid. Fast. 2. Quid tibi cum gladio? dubiam rege nauita puppina.

Paragoge παραγωγή seu Proparalepsis προπαραλήψις.

**P** aragoge, seu Proparalepsis dicitur, cum extrema syllaba aliquid adiungi-  
 tur, vt Deludier pro Deludi, Admittier pro Admitti.  
 Terent. Andr. Vbiuis facilius passus sim, quam in hac re me deludier.  
 Virg. 9. — cum Nisus, & vnā Euryalus confestim alacres admittier orant.

Aphæresis ἀφαίρεσις.

**L** itera, vel syllaba principio dictionis subtracta Aphæresis appellatur, vt Ruo  
 pro Erno: Temno pro Contemno. Virg. 12. — dabit ille ruinas  
 Arboribus stragemq; satis, ruct omnia latē  
 Terent. Adelph. Cateros ruerem, agerem, raperem, tunderem.

Syncope Συκοπή.

**S** yncope literam, vel syllabam e medio dictionis subtrahit, vt Gubernaclo pro  
 Gubernaculo: Periclis pro Periculis: Vixet pro Vixisset: Extinxem pro Ex-  
 tinxiffem. Virg. 5. Cumq; gubernaclo liquidas proiecit in vndas Præcipitē —  
 Idem Æn. 3. — fessum Deseris, heu tantis ne quicquam erepte periclis.  
 Idem Æn. 1. Vixet cui vitam Deus, aut sua dextra dediffet. Ibid. 4.  
 — gnatumq; patremq; Cum genere extinxem, me met super ipsa dediffem.

**A** pocope fini dictionis aliquid detrahit, vt Tuguri & Tugurij: Pecūli pro Pe-  
 culij: Oti pro Otiij.

Virg. Ecl. 1. Pauperis & tūguri congestū cespitē culmen.  
 Idem ibid. Nec spes libertatis erat, nec cura peculij.  
 Idem Georg. 4. Illo Virgīlium me tempore dulcis alebat.

Parthenope studijs sordentem ignobilis oti.

Tmesis

Tmesis τμήσις.

**P** Et Tmesim inseritur medio vox altera vocis:  
 Vt, Scythiæ regio Septem subiecta trioni.

**T** mesis est, cum verbum diuiditur aliqua dictione interposita, vt Septemq; trio-  
 ni pro Septemtrioni. Qui te cumque pro Quicumque te.  
 Virg. G. 3. Talis Hyperporeo Septem subiecta trioni Gens effrena virum. —  
 Idem Æn. 9. Qui te cumque manent isto certamine casus.

Antithēsis ἀντιθεσις.

**A** nthēsis virtute notæ variantur, vt Olli.

**A** nthēsis est literæ commutatio, vt Olli pro Illi.  
 Virg. Æn. 5. Olli cæruleus supra caput astitit imber.

Metathēsis μεταθεσις.

**C** um nota transfertur, ceu Thymbre, Metathēsis esto.

**M** etathēsis est literarum ordo immutatus, vt Thymbre pro Thymber.  
 Virg. Æn. 10. Nam tibi Thymbre caput Euandrus abstulit ensis.

**N** isi quis putet nominandi casu cum Thymber, tum Thymbrus dici, vt Euan-  
 der, & Euandrus.

## APPENDIX.

**S** ynælæphe, Episyælæphe, Diæresis, Ecchlipsis, Systole, Diástole sunt etiam  
 Metaplasmi species, de quibus supra egimus.

**P** Robus de Metaplasmo Inst. Art. agit. Diom. lib. 2. eiusdem meminit. Quintil.  
 lib. 1. c. 8. Cum (inquit) Grammatices amor, & vsus lectionis, non scholarum  
 temporibus, sed vite spatio terminentur: in prælegendo Grammaticus & illa quidem  
 minora præstare debet, vt partes orationis reddi sibi soluto versu desideret, & pe-  
 dum proprietates: quæ aded debent esse notæ in carminibus, vt etiã in oratoria com-  
 positione desiderentur: deprebendatq; quæ barbara, quæ impropria, quæ contra  
 legem loquendi sunt posita: non vt ex his vtique improbentur Poëta (quibus, quia  
 plerumque metro seruire coguntur, aded ignoscitur, vt vitia ipsa alijs in carmine  
 appellationibus nominentur: Metaplasmos enim, & Schematismos, & Schemata, vt  
 dixi, vocamus, & laudem virtutis necessitati damus) sed vt cōmoneat artificialiū, &  
 memoriam agitet. Probus Proparalepsim vocat, quam Donatus Paragogen. Diome-  
 des ait esse nescio quid discriminis parum, vt videtur, necessarij inter vtramque fi-  
 guram. Probus, & Diomedes carmine Virgilij probant literarum ordinem immu-  
 tatum, apud quem paulo ante Thymber recto casu legitur,  
 Daucia, Laride, Tymberq; simillima proles.

## PROSODIA.

**Q**uod sonat in Danaum regione Prosodia Graijs:  
 Id Latijs Tenor atque Tonus, seu Accentus in oris  
 Dicitur. Is terno variat moderamine voces.  
 Nam modò concentu sursum, modò pressa deorsum  
 Verba trahit: modò præstat opus simul artis vtrumque.  
 Vnde tot Ausonij numero posuere Tenores.

**G**reci *prosodias*, Latini *Accentus, Tenores, & interdum Tonus* vocant. 10  
*Accentus rector est, ac moderator pronuntiacionis: eo enim vel attollitur,*  
*vel deijcitur vox: vel partim attollitur, partim deijcitur. Vnde ipsum non imme-*  
*ritò quidã vocis animã appellarunt. Tres verò sunt tenores, Acut<sup>o</sup>, Grauis, Circu-*

*Syllaba cella pètens modulã mine fertur Acúto: (flex<sup>o</sup>.)*  
*Deijcitur cõmpulsã Graui: sed in ardua partim* 15  
*Tollitur & partim Flexo petit infima cantu.*

**A**cuto attollitur syllaba, Graui de primitur, vt Pópulus, antepenultima acui-  
 tur, penultima verò & vltima deprimuntur, gra latinq; descendunt: Cir-  
 cumflexo partim attollitur, partim deijcitur syllaba, vt Romãnus. 20

**I**nter acuta nouis & Circumflexa Latinæ  
 Hospitibus peregrina latent discrimina linguæ.  
 At nota temporibus non est incognita nostris.  
 A læua in dextram surgens nota signat Acutum  
 A summo obliquè dextram grauis hastã petiuit. 25  
 Ex notula Flexus pariter coalescit vtrãque.

**S**onus hodie incertus est: siquidem Latine linguæ hospites, veterisq; pronun-  
 ciacionis ignari eodem penitus sono tum acutas, tum flexas voces efferimus.

**A**cuti nota è sinistra in dextram obliquè descendit: Circumflexi ex Acuto, 30  
 & Graui constat.

**F**ert Circumflexum penultima sòla tenorem.  
 Hæc ipsa & præciens huic próxima gaudet Acúto  
 Esto Graui sedès tonus est vbi nullus eorum.

**A**cutus in penultima, vel antepenultima locum habet: Circumflexus in pe- 35  
 nultima tantum: Grauis vbi vterque abest.

## PRÆCEPTVM I.

**V**ltima sermonis nulla est acuenda Latini:  
 Nec Circumflexis modulanda tenoribus vnquam.

**N**ullius verbi Latini vltima syllaba, aut acuitur, aut circumflectitur, auctore  
 Quintiliano, Quare Palam, una, alius, & cetera id genus aduerbia, prima  
 Præceptum

## ME PROSODIA:

acutã sunt pronucianda. Nec te moueat quod vltima à typographis graui  
 accentu notentur: id enim tantum fit, vt aduerbia esse intelligas.

## Præceptum II.

**D**ictio naturæ monosyllaba curta vigore,  
 Vel positu solùm producta, notatur Acuto.

**D**ictio vnus syllaba naturã breuis, aut positione solùm lōga acuitur, vt *As,*  
*Ast, Fax, Dux.* Præceptum III.

**N**aturã vōx longa cupit monosyllaba flecti:  
 Et quæ sit positu, generisq; propagine longa.

**D**ictio monosyllaba naturã longa, aut positione simul, & naturã flectitur, vt  
*Mōs, Bōs, Lūx.* Præceptum IIII.

**D**ictio si fuerit tantum disyllaba, cuius  
 Syllaba tarda suo penultima fluxit ab ortu:  
 Aut positu sit longa simul: prior illa duarum  
 Flectitur, eiusdem modò sit breuis vltima vocis.  
 Sin minus accentum penultima poscit Acutum.

**I**n disyllabis prior naturã longa, aut positione simul & naturã flectitur, dum-  
 modo posterior sit breuis, vt *Cæcus, Aūdīt, Æstus, Mæstus, Mætris, Frãtris.* Ali-  
 oquin acuitur, vt *Æstas, Arma, Fūror.*

## Præceptum V.

**O**mnia præscriptam teneant polysyllaba normam.  
 In quibus incedit tardo penultima gressu.

**I**n polysyllabis (quemadmodum in disyllabis dictum est) semper obseruanda est  
 penultima, quæ flectitur si longa fuerit naturã, aut naturã simul, & positione,  
 dummodo vltima sit breuis, vt *Amicus, Affligit, Arãtrum, Palæstra, Ana-*  
*pæstus, Alioquin acuitur, vt Romãnos, Victōres, Marcëllus.*

## Præceptum VI.

**A**t breuis istorum si sit penultima, cantu  
 Tertia præcedens à fine insurget Acuto.

**I**n polysyllabis semper acuitur antepenultima, si penultima sit breuis, vt *Dō-*  
*mius, Arcópagus.*

## De Præpositionum tono.

**P**ræpositæ partes vno, cum casibus hærent,  
 Edantur solùm, quasi vox sonet vna, tenore.

**P**ræpositiones suis casibus præpositæ vno, eodemq; tenore simul cum ipsis ef-  
 feruntur, ac si vna tantum esset vox, vt *Pèr sòrum, àb èo, àd Déum, præter*  
*mòrem, contrã sædus.* Vides vt præpositiones graui tono pronuciantur.

## DE GRÆCIS VERBIS.

**Q**uæ penitus sunt Græca, tonis dignabere Graijs.

**V**erba planè Græca Græco accentu pronunciantur, ut παραλιπομίνων, Paralipoménon penultimâ acutâ. λιθόστρωτος Lithóstromotos acutâ antepenultimâ. κίριε Kirie eadem acutâ. ελίσσον Elísson verbum est quatuor syllabarum, cuius non vltima, sed antepenultima acuitur.

## APPENDIX.

**I**n Græca lectione, si due vocales concurrunt, ne in carmine quidem eliditur prior, nisi in ipsis libris antè exèrita per apostrophon fuerit. Quare cum κίριε ελίσσον septem syllabis constet, totidemq; vocalibus saluis, & integris scribatur, nulla prorsus est omittenda.

## De Hebræis vocibus.

**P**rorfus Hebræa suo modulabere verba tenore. Horum extrema tono plerumque effertur acuto.

In paucis acuenda tamen penultima verbis:  
Sicut Abel, Nóe, atque Cáin: acuuntur in Ezer,  
Aut Sédec, Mélec: & quod finitur in Ai:  
Atque alijs, quibus vsus erit bonus ipse magister.

**Q**uæ Hebræa omnino sunt, neque Latinitate donata, Hebræo tono pronunciantur, ut Amén Cherubím, Seraphím, quæ acutâ extremâ, ut pleræque alia, efferruntur.

## EXCEPTIO.

**A**bel, Cáin, Lámech, Nóe, Abigáil, Báal, Eden, Ephrátha, Ephráim, Gómor, Isbólseth, Pháse, Sibóleth, & quæ in Ezer, Sédec, Mélec, Ai, exeunt, ut Eliézer, Melchisédec, Abimélec, Sarái, Sinái, Abisái penultimâ acutâ pronunciantur. Alia præterea sunt huius classis, quæ cõsulidò prætermitto.

## APPENDIX.

**I**n Latium quæcumque fluunt de fonte Pelasgûm:  
Et quæ Romanis vtenda dedistis Hebræi,  
Facta Latina sonent Latios, vt in Vrbe, tenores

**Q**uæ à Græcis & Hebræis ad Latinos defecerunt, Latinorum normâ metienda sunt, vt Idólum mediâ flexâ, cum à Græcis ἰδωλόν ídolon antepenultimâ acutâ pronuncietur.

**S**ara à Latinis priore acuta effertur, quia declinatur, vt Musa, cum ab Hebræis Sará posterior acuatür. Sed hæc hæcenus.

De

De appellationibus, numero, & vsu Accentuum. Schol.

**A**CCENTVS varie à veteribus appellatur. Quintil. lib. 1. cap. 5. vbi de Barbarismo agit, Adhuc (inquit) difficilior obseruatio est per Tenores, quos quidem ab antiquis dictos tenores comperi, vt videlicet declinatis à Græcis verbo, qui τόνους dicunt: vel accentus, quas Græci προσωδίας vocant & cæc. P. Nigidius Ciceronis aequalis Accentum Voculatione nominat: Tenorem verò Tonum more Græcorum. Gellius lib. 13. cap. 24. P. Nigidij verba sunt ex Commentariorum grammaticorum XXIII. hominis in disciplinis doctrinarum omnium præcellentis, Deinde, inquit, voculatio, qui poterit seruari, si non sciemus in nominibus, vt Valeri, vt rum interrogandi, an vocandi sint? Nam interrogandi secunda syllaba superiore tono est, quàm prima, deinde nouissima deijctur. At in casu vocandi summo tono est prima, deinde gradatim descendunt. Sic quidem Nigidius dici præcipit. Sed si quis nunc Valerium appellans, in casu vocandi secundum id præceptum Nigidij acuerit primam, non aberit, quin rideatur. Summum autem tonum προσωδία acutam dicit: & quem Accentum nos dicimus, Voculationem appellat. Hætenus Gellius. Idem in eod. cap. 6. Quas Græci προσωδίας dicunt, eas veteres docti tum notas vocum, tum moderamenta, tum accentuunculas, tum voculationes appellabant. Diomedes lib. 2. Accentus dictus est ab accinendo, quod fit quasi quidam cuiusq; syllabæ cantus: apud Græcos ideo προσωδία dicitur, quod προσώδεται τὰς συλλαβὰς. Idem ibidem, Accentus quidam fastigia vocauerunt, quod capitibus literarum appouerunt: alij tenores, vel tonos appellant: nonnulli acuminia definire maluerunt. Sunt vero tres Acutus, Grauis, & qui ex duobus factus est, Circumflexus. Ex his Acutus in correptis semper, interdum productis syllabis versatur: Inflexus in his, quæ producuntur. Grauis autem per se nunquã consistere in vilo verbo potest, sed in his, in quibus Inflexus est, aut Acutus, ceteras syllabas obtinet. Ibidem, Vt nulla vox sine vocali, ita sine accentu nulla est: & est accentus, vt quidam rectè putauerunt, velut anima vocis. Idem Diomedes modo inflexû, modo circumflexum accentum vocat, & syllabas modo flexi, modo inflexi, modo circumflexi. Gellius lib. 4. cap. 7. verbo Circumflexendi, & aduerbio Circumflexè vtitur: Valerius, inquit, Probus grammaticus inter suam atatem præstanti scientiâ fuit. Is, Annibâlem & Asdrubâlem, & Hamilcârem ita pronuntiabat, vt penultimam circumflexerit, vt testis est epistola eius scripta ad Marcellum: in qua Plautum & Ennium, multosq; alios veteres eo modo pronuntiasse affirmat: solius tamen Ennij ver sum vnum ponit, ex libro qui Scipio inscribitur. Eum ver sum quadrato numero factum subiecimus, in quo nisi tertia syllaba de Annibâlis nomine circumflexè ponatur, numerus claudus est: Versus Ennij, quem dixi, ita est, Qui præpter Annibâlis copias considerant. Probus Inst. Art. eod. verbo vsus est de Erge, cum pro causa ponitur, agens: Hæc sanè sola coniunctio contra rationem Latinitatis vltimâ syllabam circumflexi

Accentus tres:  
Acutus,  
Grauis,  
& Circumflexus.

Ergo pro causa.

cum flectit. Quintil. simplex verbum flectendi, participiumq; flexus crebro  
 usurpat, cum de Tenoribus agit, qui lib. 1. c. 5. apertissime docet, nullius verbi  
 Latini ultimam syllabam acutam, aut flexam esse. Est autem, inquit, in omni  
 voce utique acuta: sed nunquam plus una, nec ultima unquam: ideoq; in disylla-  
 bis prior. Præterea nunquam in eadem, flexa & acuta, quoniam eadem flexa  
 ax acuta. Itaque neutra claudet vocem Latinam. Ea verò, quæ sunt syllaba  
 vnius, erunt acuta, aut flexa, ne sit aliqua vox sine acuta. Idem lib. 12. cap. 10.  
 Sed accentus quoque cum rigore quodam, eum similitudine ipsa minus sua-  
 ues habemus, quia ultima syllaba nec acuta unquam excitatur, nec flexa cir-  
 cumducitur, sed in grauem, vel duns graues cadit semper. Ex his Fabij locis  
 luce meridiana clarius est, nullum esse verbum Latinum sine acuto, aut flexo  
 tenore, vt vocant, prædominante. Quod verò quidam aiunt grauem tonum  
 etiam in verbis monosyllabis dominari, vt Fax, neque syllabicum solum esse,  
 seu syllabæ accentum, sed etiam dictionis, apertissime contra Quintil. faci-  
 unt: mitto Grammaticorum coryphæum Diomedem, qui hanc ipsam vocem  
 acutam esse affirmat lib. 2. Omnis (inquit) vox monosyllaba aliquid significas,  
 si breuis est, acuetur, vt Mel, Fel. Et si positione longa fuerit, acutum scilicet  
 tenorem habebit, vt ars, pars, pax, nix, fax, dux. Si autem natura longa fue-  
 rit flectetur, vt Lux, Spes, Flos, Sol, Mos, Ros, Lis. Atræus, Orphæus, & alia,  
 quorum vltima acuitur, merito à Græcis ὀξύτονα, hoc est, quorum vltima acui-  
 tur, nominantur, neque sonum acutum amittunt, etiam si in consequentia, vt  
 nocant contextuq; orationis acuti signum in grauis notam mutetur, auditur  
 enim acutus sonus, non grauis, cū verba oxytona in ipso orationis cursu enū-  
 ciantur: quam rationem notandi verba videntur Librarij aliqua opportuni-  
 tate nobis incognita ducti primū excogitasse. Quod si oxytona in clau-  
 sulis dumtaxat acuto sono excitanda sunt, potius βαρυτονα fuerunt appellāda.  
 Certè Quintil. eos, qui acuto tenore concludebant Circūm, id in cursu orati-  
 onis fecisse docet. — quæ circūm lictona, circūm Piscofos scopulos. —  
 Item Quantum, Qualè comparantes, id sanè nisi in cursu orationis fieri non  
 potest, vt Tale est mancipium, qualis est herus. Tanta est turris, quantus est  
 mons. Atræus etate Quintilianij vltima acuta, more Græcorum pronuncia-  
 batur: quem, inquit idem lib. 1. c. 5. nobis iuuenibus doctissimi senes acuta pri-  
 mā dicere solebant, vt necessariò secunda grauis esset. Perinde ac si diceret,  
 vltimam ante acutam in grauem necessario fuisse mutatam: agit enim de bar-  
 barismo, qui Tenore sit, suaq; etate barbarissimum fecisse, qui Atræus vltima  
 graui pro acuta pronunciaffent, quamuis doctissimi senes superioribus annis  
 ita fuissent locuti. ¶ Si quempiā aduerbia, Ponè, Ferè, Vnā vltima acuta au-  
 dieris pronunciantem, ne infœciæ damnaueris: fuerunt enim non mode Græ-  
 matici, sed etiam viri docti etate Quintilianij, qui aduerbia, propter quadam  
 vocū discrimina, docuerint extremā syllabā acutā pronunciantem esse. Caterū,  
 inquit Quint. lib. 1. cap. 5. scio iam quosdam eruditos, nonnullos etiam Græ-

Nullum est  
 verbum La-  
 tinum sine  
 accentu a-  
 cuto. aut  
 flexo præ-  
 dominante.

Ponè, Ferè  
 vna, pen-  
 acuta pro-  
 nuncianda.

maticos

maticos sic docere, ac loqui, vt propter quadam vocum discrimina, verbum  
 interim acuto sono finiant, vt in illis — quæ circūm lictora, circūm  
 Piscofos scopulos. — ne si grauem posuerint secundam, circūm dici videatur,  
 non circuitus. Item Quantum, Qualè interrogantes graui, cōparantes acuto  
 tenore concludunt. Quod tamen in aduerbijs ferè solis, ac pronomiibus ven-  
 dicant: in ceteris veterem legem sequuntur. Hac ille. Pronomina vocat Fabi-  
 us more Veterum Quantum, Qualis.  
 ¶ Deinde, Proinde, Exinde, si Quintiliano credimus, mediā acutam habent.  
 Sunt qui putent antepenultimam acuendam, ne videantur due partes orati-  
 onis. Probus vt Gell. refert lib. 7. c. 7. putauit Exaduersum secundam syllabā,  
 hoc est antepenultimam habere acutam, quod vna, non dua essent orationis  
 partes. Quod si quis Probum velit sequi, opus est, vt ita antepenultimam acu-  
 at, ne penultimam corripiat: quod, qui fieri possit, viderint, qui eius sententiæ  
 accedunt. ¶ Valeri, Ouidi, Virgili vocandi casu pronuntiabant Romani  
 prima acuta Nigidij, atque Ciceronis etate: sed Aul. Gell. ceteriq; eius æque-  
 les penultimam acuebant. Vide Gell. lib. 13. c. 24. Mutatur itaque accentus ratio  
 progrediente tempore, nemog; miretur si hodie Ambrōsi, Gregōri, Geruāsi,  
 Protāsi eadem penultimā longā efferunt viri pij.  
 Areópagus ἀρεῶν παγῶν penultimam habet breuem: παγῶν Pagos enim, hoc  
 est collis, locusq; editus, vnde hoc nomen componitur, priorem corripit: neque  
 enim ex Pagus vocabulo Latino copulatur, cuius prior productur. l. 1. Epigr.  
 αἰς ἀμπελων, Τῆς οὖν παγῶν δουρικου, ἀνελιος ἐξέβρεται.  
 Euripides, vbi Minerva Orestem à furijs in Areópago de cade matris accu-  
 satum, à se absolutum alloquitur, ἄρεος δικάσιος ὄντις ἐκείσοσάσθε  
 καὶ περὶν ἄρεος ἐν παγῶν τήφους ἴσας κείνας ὀπίσθαι.  
 Versus est senarius Iambicus: παγῶν quartum locum obtinet, qui necessa-  
 rid est Iambus. Ne verò putes παγῶν significare vicum, aut pagum, audi eum-  
 dem poetam in eadem tragœdia vbi sorori Iphigeniæ narrat Orestes quem-  
 admodum in Areópago venerit, ibiq; à furijs fuerit accusatus, testimonioq;  
 Apollinis à Pallade absolutus. ὡς δ' αἰς ἄρεος ὄχεθον ἕκαστος ἐς δίκην  
 τ' ἴσθη.  
 Postquam ad Martium collem veni, &c.  
 ὄχθος tumulum, seu collem non pagum, aut vicum significat. Itaque ἀρεος  
 ὄχθος, & ἀρεος παγῶν idem prorsus significant. Pausanias in Atticis, Hesy-  
 chius, Suidas, Magnum Etymologicum docent Areópagum in loco edito suis-  
 se: Suidas ἐκείθεν δὲ ἀρεος παγῶν ὁ τι ἐν τῷ παγῶ ἔστι ἐν ἑῶν Ἀκαιοῦ κήριον.  
 ἀρεος ἐπὶ τὰ φωνικὰ δικάσιος, ὅστις ἀρεος ἐπὶ τῶν φόνων. Vtriusque vocabuli ratio-  
 nem explicat, παγῶν pagon ait dictum fuisse quod in loco edito esset forum:  
 παγῶν enim collis seu tumulus est: Martiū vero, quod capitalia grauioraq; iu-  
 dicia in eo exerceretur, & de cadibus, quibus præest Mars, ab Areopagitis iu-  
 dicaretur. Addit idem multiq; alij, vel Martiū fuisse appellatū, quod Mars pri-  
 mus, interfecto Neptuni filio, accusatus ibidē causam dixerit. Quod Varroni,  
 vt re-

Valeri,  
 Ouidi,  
 Virgili.

Areῶν  
 pagus,  
 Pen. br.

vt re-

vt refert D. Augustinus lib. 18. de Ciuitate Dei cap. 10. non probatur, ne de os suos traducere videatur. Græci non spectant penultimam, vt Latini: sapifimè enim acuitur, cum sit breuis, vt *Andreas, Maria, Philosophia*: quam rationem pronuntiandi sequuntur Latini, cum ea vel longo vsu recepta est, vel aures eorum offendit. quibus cum viuunt. Malunt enim Græcorum more pronuntiare, quam noua pronuntiatione amicorum, aut piorum hominum aures offendere. Quare cauendum est, ne decipiamur Græco tono. Et si enim rectè, verbi causa, Græco ritu *Maria, Andreas*, penultimam acutam effserunt: barbarismus tamen fiet, si in carmine penultima producatur: aliud enim est quantitas syllabæ, aliud accentus: quantitas in longitudine, & breuitate syllabæ posita est: at accentus in moderanda voce, ac pronuntiatione versatur. Sunt qui *Andream* per *e*, à Græcis putent scribendum: ego in correctissimis libris per *i*, semper memini legisse. ¶ Si cui otium fuerit, colligat literarum ordine omnia *Hebræa* (que non ita multa sunt) quorum penultima acuitur: atque deinde in vniuersum præcipiat cetera omnia extremam acutam esse pronuntianda.

## F I N I S.

## Tituli trium librorum huius Institutionis.

## In I.

De Nominum declinatione, pag.	1.	De Generibus Nominum,	153.	20.
De Verborum coniugatione,	25.	De Nominum declinatione,	196.	
De Verbis anomalis,	94.	De Nominibus anomalis,	241.	
De Verbis defectiuis,	103.	De Nominibus variæ declin.	288.	
Rudimèta, seu de Octo part. Or.	115.	De Verb. præter. & supinis.	299.	

## In II.

De constructione transitiva,	342.	De constr. Superiorum,	556.	
De constr. transitiva Nominis,	364.	De constr. Participiorum,	557.	
De constr. transit. Verbi Neutr.	418.	De constr. Pronominis,	562.	
De constr. transitiva Verbi Act.	466.	De constr. Prepositionum,	573.	
De constr. Verbi Passiui,	510.	De constr. Aduerbij,	583.	30
De constr. Verbi Communis,	515.	De constr. Interiectionis,	599.	
De constr. cõmuni omnium verb.	520.	De constr. Coniunctionis.	600.	
De constr. Infinitiu,	537.	De Figurata constructione,	605.	
De constr. Gerundiorum,	544.			

## In III.

De Syllabarum dimensione,	631.	De Carminum Dimensione.	709.	35.
De Incremento Nominis,	662.	De Cæsura,	721.	
De Incremento Verborum,	675.	De Patronymicis,	725.	
De vltimis Syllabis,	680.	De Figuris poeticis,	731.	
De Pedibus,	700.	De Profodia seu Accentu.	734.	
De varijs generibus carminum,	702.			

## Index totius operis, in quo prior numerus paginam, secundus lineam ostendit: &amp;

sic in sequentibus, si fuerint plures.

A, lit. 163 14. In compos.	299. 27. 300. 8. 613 34.	Abrotonus. & um.	288. 20.	Accidit.	427. 11. 429. 16.
654. 40. Eius constr.	142. 38.	Abs.	579. 20. 142. 38. 580. 19.	Accido.	324 36. Accio. 318. 10
579 20. 580. 18.		Abscedo.	429. 6.	Accipio.	321. 6. 494. 41. 505.
A in fine.	680. 8.	Abscindo.	490. 40.	Accipiter.	170. 14 211. 19 (31
Ab. 142. 38. 579. 20. 580. 18.		Abscidi.	647. 32.	Acclamo.	428. 11. 429. 8.
Abaliæno.	505. 22.	Abscundo.	311. 8. & 13.	Acclinis.	385. 18.
Abantiades, &.	729.	Absens particip.	141. 18.	Acclino.	490. 40.
Abax, abacis.	664. 7.	Abstimilis.	381. 5.	Acclinis.	385. 20.
Abdico, abdicas.	500. 30.	Abstint hites.	172. 7.	Accomodatius.	400. 3.
Abduco.	505. 24. 575. 7.	Abstisto.	452. 39. 575. 32.	Accubo.	428. 11. 429. 19.
Abel, pen. acuta.	735. 26	Abstuluo.	474. 1. 478. 22.	Accumbo.	429. 20. 428. 11.
Abco, is.	575. 28. 214. 25.	476. 36.		Accurra.	304 12. 428. 11. 429.
Abeani, pro Atribo.	102. 3.	Absonus.	385. 13. 412. 2.	Accusatiui com.	504. 19. (22.
Abhinc.	588. 9.	Absorbeo.	313. 34. 314. 15.	Accus. præstantior quo modo	
Abhorreo.	575. 30.	Abstque.	579. 20. 143. 1.	mutandus in passiuæ.	510. 39.
Abiectus nom.	560. 15.	Abstemius.	370. 8.	Acc. plur. in ls.	230. 1. 634. 5.
Abies.	211 38. 695. 7.	Abstentus.	314. 24.	Acephali vef.	721. 7. (216. 3.
Abigail, pen. acuta.	736. 26.	Absterreo.	505. 27.	Acer, acris.	161. 19. 211. 15.
Abimélech.	736. 28. 690. 34.	Abstineo.	575. 8. 505. 29.	Acer, acris.	211. 13. (216. 3.
Abisai, pen. acuta.	736. 29.	Abstraho.	505. 30.	Acerbus.	385. 26.
Ablatiuus absolutus.	532. 1.	Absum.	426. 32. 575. 32.	Acetum.	243 39.
Ablatiuus p Nominat.	610. 6	Aburdus.	385. 15.	Acbab.	689. 26.
Abl. Laudis, & c.	366. 27.	Abundo.	460. 2.	Acbãia, Achãis, Achãis.	641.
Abl. Crimin.	476. 19. 477. 4	Abutor.	515. 19. 465. 37. (22	Acheron.	211. 3. (27.
Instrumenti.	532. 8.	Atydos, Abydus.	160. 28. 288.	Achille, in vocat.	201. 27. 220.
Excessus, Pretij.	534. 20.	Abyssus.	178. 15. ¶ Ac. 146.	Achilleis.	642. 23; 730. (1.
Causæ, & Modi,	532. 37.	Academia.	642. 3. (12.	Achilleus, & ii.	207. 13.
Abligurio.	306. 6.	Acantibus.	175 34.	Achilædes.	728 38. & 41.
Abluo.	645. 11.	Acatalecta carmina.	705. 25.	Acidulus.	371. 4.
Abnuco, prisicum.	322. 34.	Cataléctica.	Ibid. 22.	Acidus.	385. 27.
Aboleo.	318 30.	Accanto.	452 39.	Acij pro Acies.	233. 8.
Abolesco.	137. 27. 318. 30.	Accedo.	325. 9. 426. 15.	Acinaces, is.	171. 39.
Abominor.	468. 35. 515. 34.	428. 11. 429. 11. 575 33.		Acinus, l. Acinum.	288. 13.
Aborigenes, um,	252. 38.	Accentus.	334. 737. 5.	Acquiesco.	429. 13.
Abrado.	505. 25.	Accerso, Arcesso.	138. 8.	Acquiro.	490. 41.
Abripio.	505. 26.	Acceptus.	385. 17.	Acragas.	171. 8.
Abroga.	429. 5. 449. 35.	Accident, neutr.	183. 4.	Acrisjoniades.	751.
		Accidètia Part. orat.	147. 26.	Acrisjone.	Ibidem.



742	AC. AD.	AD.	AD Æ	Æ. AF.	AF. AG. AL.	AL.	743					
Acrochordon.	163.28.669.24	Adigo.	490.41.	Adslipulor.	430.40.426.11.	Ænea in Recto.	682.6.	Affluo.	428.14.430.10.460.	Aleo, ðnis.	282.16.	
Acron, ðnis.	669.37.	Adicio.	Ibid. & 321.4.	Adsto.	428.13.429.38.	Æmades.	727.22.	Affrico.	491.2. (8.	Ales substantiu.	193.16.212.17.	
Acteon Actæonis.	668.14.	Adimo.	329.36.	Adstrepo.	428.13.429.39.	Ænodes.	Ibid.28.	Affulgeo.	430.12.	Ales adiect.	159.11.282.22.	
Actiuum verbū.	134.30.136.3.	Adipifcor.	339.4.468.35.115.	Adstrepo.	453.4.	Æolis.	726.4.730.	Affundo.	491.2.	Aletrinas, ætis adiect.	19.9.	
4.8.21.419.11.		Adiudico.	490.41. (33.516.21)	Adsum.	426.32.	Æolides.	728.9.	Agamemnon.	288.29.668.17.	Alex, alæcis.	181.38.215.8.665	
Actiuorū verb. gen.	467.30.	Adiungo.	Ibid.	Adueho.	491.1.	Æneis.	641.24.730.	Age, Agedum, Agite.	144.20.	Alexandria.	641.30. (28.	
Actōrides.	727.	Aliuro.	429.30.	Adueneror.	468.36.	Æneus, a, um.	641.29.	Aggemmo.	453.6.	Alexis, idis, vel xis.	212.37. &	
Acus, f.	175.13.213.38.231.37.	Adiutorium.	625.4.	Aduenio.	428.13.	Æpy, ycs.	166.28.210.14.	Aggero.	491.2.	Algeo	316.19.317.24. (40.	
288.25.		Admetior.	490.41. 468.35.	Aduentisius, l. ticinus.	625.9.	Æquanus.	385.37.	Aggredior.	468.36.515.38.	Algificus.	386.6.	
Acu, masc.	175.10.213.37.	Admiror.	468.35.	Aduerbiū.	44.1. & 36.585.1.	Æqualiter.	382.24.385.36.	Aggressu sup. passiu.	93.37.	Algor.	298.9. Algu.	Ibid. 15.
Acus.	175.10.179.2.288.25.	Admisceo.	491.1.	596.28.518.30.596.37.	683.20. & 29.686.37.	Æquilibrium.	387.14.	Agillimus.	129.22.	Alia.	591.21. Alibi.	589.28.
Acubus in dat.	231.37.	Admitto.	574.8.	Aduersariū.	234.30.	Æqui boni.	484.23.	Agnum collectiuum.	375.27.	Alicubi.	589.28.	
Acyron impropriū.	626.30.	Admodum.	584.40.	Aduersarius.	381.12.385.31.	Æquilibrium.	486.32.	Agnatus.	386.4.	Alicunde,	590.4.	
Ad in compos.	301.7. & 23.	Admoliō.	468.35.	Aduersor.	427.8.428.11.	Æquor.	169.9.	Agnitus.	386.5.652.8.	Alienigena.	153.23.158.40.	
Adæquo.	486.35.	Admoneo.	480.14.	Aduersus nom.	385.35.	Ær.	217.15.218.32.245.9.	Agnomen.	122.5.123.12.	Alieno.	505.33. Alienus.	386.7
Adagiū, & Adagio.	288.26.	Admonitū, vel tus.	288.27.	Aduersus præp.	142.29. & 30.	Æs.	178.40.244.3. & 35.	Ago.	327.24.474.22.	Alijs disyllab.	713.36.	
Adam, & Adamus.	277.24. &	Admoueo.	491.1.	Aduigilo.	453.5.	281.11.283.9.	488.70.520.11.	Alis in dat.	208.5.	Alio aduerb.	590.27.	
Adamas.	170.25.211.33. (28	Adnascor.	428.13.429.32.	Adūlor.	425.13.426.10.430.	Æsculapij in plur.	242.19.	Alis in dat.	208.5.	Alior sum.	591.39.	
Adaxint, pro Adegerint.	110.	Adnato.	428.12.429.35.	Aduolito.	428.14.430.4. (2.	Æson.	668.16.	Alis in dat.	208.5.	Alioqui.	661.27.	
Ad dico.	490.41. (24.	Adnexus.	385.31.	Aduolo.	574.10.575.35.	Æsonides.	729. (12.484.	Alis in dat.	208.5.	Aliquā aduerb.	591.22.	
Ad dictus cum dat.	385.29.	Adnisus, l. Annisus.	339.25.	Aduoluo.	491.1.	Æstimo.	482.15.483.11.535.	Alis in dat.	208.5.	Aliquā aduerb.	591.22.	
Ad do.	490.41. 495.3.	Anior.	428.12.429.35.	Æ in I, quæ mutant in comp.		Æstiuo.	142.22.460.7.	Alis in dat.	208.5.	Aliquā aduerb.	591.22.	
Ad dicit pro Adduc.	101.16.	Adno.	428.12.429.33.	Æ acides.	725. (300.28.	Æstuo.	142.22.460.7.	Alis in dat.	208.5.	Aliquā aduerb.	591.22.	
Ad eam pro Adibo.	102.2.	Adnubilo.	453.3.	Æ depol.	145.2.	Ætas collectiuum.	375.20.	Alis in dat.	208.5.	Aliquā aduerb.	591.22.	
Ad eō aduerb.	686.37.	Adoleo.	318.31. 319.13.	Æ des, vel Ædis.	258.8.	Æternior.	129.10.	Alis in dat.	208.5.	Aliquā aduerb.	591.22.	
Ad eo verb.	573.23. & 30.	Adolesco.	Ibid.	Æ dipus.	671.25.	Æther.	211.22.665.37.	Alis in dat.	208.5.	Aliquā aduerb.	591.22.	
Ad eps.	187.10.214.10.	Adolescens.	156.6.	Æ dilis.	221.9.224.19. 153.32.	Æthiops.	672.16.	Alis in dat.	208.5.	Aliquā aduerb.	591.22.	
Ad equito.	428.12. 429.26.	Adonis.	212.37.	Æ don, ðnis.	671.4.	Ætna.	185.9. Æuum.	248.21.	Alis in dat.	208.5.	Aliquā aduerb.	591.22.
Ad erro.	452.40.	Adopto.	491.1.	Æ etias adis.	730.	Æffabilis.	399.2.	Alis in dat.	208.5.	Aliquā aduerb.	591.22.	
Ad est pro Exedit.	107.18.	Ador.	169.9.277.30.672.3.	Æ etis, idis.	Ibid. 18.	Æffaris vel re.	468.36.	Alis in dat.	208.5.	Aliquā aduerb.	591.22.	
Ad fero.	301.28.	Adorior.	468.35.	Æ gilops.	672.26.	Æffatim.	584.20.	Alis in dat.	208.5.	Aliquā aduerb.	591.22.	
Ad fremo.	453.1.	Adrafiā.	641.30.	Æ goceras.	170.35.	Æffero.	332.9.	Alis in dat.	208.5.	Aliquā aduerb.	591.22.	
Ad hereo.	429.26.	Adrafiar.	731.	Æ gon, ðnis.	669.38.	Æfficio.	301.23.321.3.501.2.	Alis in dat.	208.5.	Aliquā aduerb.	591.22.	
Ad herefco.	Ibid. & 28.	Adrepo.	429.37.645.11.	Æ grē, cum dat.	430.5.	Æffingo.	491.1.	Alis in dat.	208.5.	Aliquā aduerb.	591.22.	
Ad hibeo.	490.41. 489.24.	Adria.	164.8.	Æ groto.	460.5.	Æffinis.	221.7. 224.12.381.16.	Alis in dat.	208.5.	Aliquā aduerb.	591.22.	
Ad hinnieo.	451.2.	Adscisco, & Ascisco.	625.8.	Æ mōn, Æmonis.	668.15.	Æffixus.	386.2.	Alis in dat.	208.5.	Aliquā aduerb.	591.22.	
Ad hortor.	468.35.	Adscribo, & Ascribo.	Ibid. &	Æ mulor.	430.7.468.32.	Æffigo.	491.1.	Alis in dat.	208.5.	Aliquā aduerb.	591.22.	
Ad huc.	586.11.	Adsis.	696.22. (491.1.	Æ mulus.	382.18.385.36.	Æfflo.	453.6.491.2.	Alis in dat.	208.5.	Aliquā aduerb.	591.22.	
Ad iaceo.	429.29.	Adfileo.	301.28.	Æ mullus.	382.18.385.36.			Alis in dat.	208.5.	Aliquā aduerb.	591.22.	
Ad icit pro Adicit.	647.12.	Adspiro.	428.13.574.3.					Alis in dat.	208.5.	Aliquā aduerb.	591.22.	
Ad icituum.	123.20.365.10.							Alis in dat.	208.5.	Aliquā aduerb.	591.22.	
367.22.3.21.124.1.								Alis in dat.	208.5.	Aliquā aduerb.	591.22.	

Allicio, 320.40.321.29.574.11  
 Allido, 325.5.299.19. (491.2  
 Alligo, 478.26.473.25. Allino,  
 Allobrox, 215.3.230.30.672.  
 Alluceo, 428.14.430.15. (12  
 Allucino, l. Hallucino, 625.9  
 Alludo, 301.23.428.14.430  
 Alluies, & Alluio, 288.33(17  
 Alo, 329.24. ¶ Aloe, 165.26  
 Aloes, aloides, 642.5  
 Alpis, 230.21.256.25. 226.32  
 Alpha, 163.14.277.13. Alphe<sup>9</sup>  
 Altaria, 262.22. (641.24  
 Altruter, 196.26.198.25  
 Alter, 373.6.411.26.201.6  
 Altus, 403.14 (638.29  
 Aluear, Aluearium, 288.34  
 Aluearia quadrifyll. 712.39  
 Alueo disyllab. 713.2  
 Alumnus, adiect. 367.34  
 Aluus, 174.33.246.9  
 Am, prep. 143.13. & 30  
 Amárcus, Amárcu. 288.35  
 Amarus, 386.11. (& 36  
 Amaryllis, 249.31.220.5  
 Amatúire, &c. 74.12.540.12  
 Amatú sū, vñū esse tēp. 76.14  
 Amasso fut. Indic. 60.10.103  
 Amassere fut. Inf. 74.11. (16  
 Amathus, 214.6.699.24  
 Amazon, 668.19 (& 34  
 Ambages, 302.27.256.25  
 Ambeido, 326.17.  
 Ambesús, 302.27.  
 Ambigo, 301.21.304.33 (32  
 Ambigui gen. nom. 150.7.186  
 Ambiguitas, seu Amphib. 543  
 Ambiguus, 371.10 (28.  
 Ambio, 102.6. & 10.301.21  
 Ambitus particip. 652.19  
 Ambitus nomen, Ibid.  
 Ambio, 13.9.196.36

Ambulacrum, 650.26  
 Ambulatio, p ambulacro, 167.1.  
 Amburo, 301.21.302.27 (24.  
 Amén. vlt. acuta, 736.■  
 Ames, itis, 171.32.212.17  
 Amethysus, 177.8  
 Amicio, 336.16.498.28  
 Amic<sup>9</sup>. 386.12 Amicē, 587.5  
 Amilcar. 663.36  
 Amisti, p amiffi, 40.18.  
 Amitháon. 641.21.668.21  
 Amitto, 301.6. Amón<sup>9</sup> 410.4  
 Amnis, 173.3. & 8.223.7. & 9  
 Amolior, 516.23.468.36  
 Anomum in plur. 244.26  
 Amphirás, 641.21  
 Amphiaráides, 728.16  
 Amphibólia, 626.32.543.28  
 Amphibrachys pes car. 701.  
 Amphion, 641.40.668.21(12  
 Amplexor, 468.36.516.24  
 Amplexor, 468.37.  
 Amor, 252.4.1.  
 Amoueo, 505.34  
 Amphitryon, 670.1  
 Amphitryonides, 725.31.729  
 Amydon, ónis, 669.41  
 Amyntiades, 727.28  
 An 692.7. ¶ Analecía, 262.  
 Analogia, 237.2. (26  
 Anapest. car. 706.15.722.14  
 Anapest<sup>9</sup>. 701.5.721.23. & 25  
 Anas, 211.30.663.37.236.11.  
 Anastrophe, 627.27.628.25  
 Anchises, 199.3.241.20.288  
 Anchisa, 288.37. (36.  
 Anchisiades, 727.4.1  
 Ancillor, 427.8.430.21  
 Anceps, 215.22.227.22  
 Ancon, ónis, 670.2  
 Andréas, 641.13.740.8  
 Andreion. 669.24

Antíthesi figura, poet. 733  
 Antony in plur. 241.24  
 Anxius 370.9. Anxur, 211.9  
 Apella, pr. br. 654.38. (190.34  
 Apenninus, 625.10.242.10  
 Aperio, 301.8.311.10.336.18  
 654.34. Apibo, p Apia. 102.22  
 Apes, 197.13.171.22.289.1  
 236.11. ¶ Apex, 214.35.  
 Apharefis, 732. Apiariū, 262.  
 Apina, 256.22.257.11. (30.  
 Apiscor, 339.3.468.37  
 Apitū. l. Apius, 289.2.244.12  
 Applaudo, 428.14. (26  
 Aplastre. l. trū. 289.4.230  
 Apócope fig. poet. 732.4. & 38  
 Apollinares, 251.20  
 Apollo, 209.2.241.24  
 Appareo, 428.14.450.24  
 Appellatiū nom. 121.5. & 30  
 Appellatiua in ablat. 529.22  
 Appello, as, 476.21.477.22  
 Appello, is, 329.27.491.2  
 Appetitio, & Appetitus, 289.  
 Appetentia, ibid. 7. (5.  
 Applaudo, 430.27.428.14  
 Applico, 310.22.574.12.491.2  
 Appono, 301.23.491.2.495.13  
 Appositus nom. 400.7  
 Appositū dicitur adiect. 121.23  
 Apprecor, 468.37  
 Apprimo, 491.2. Api<sup>9</sup>, 400.8  
 Aprilis, 160.2. ¶ Appropero,  
 Apud, 142.29.578.14. (513.38  
 Apus, 179.11.184.36.214.4  
 Aquai, &c. 201.3.719.21  
 Aqualis, 172.32.218.24  
 Aquilex, Aquilegis, 214.40  
 Ara, & Ara. 257.5  
 Arabia, 712.10. Arabs, 124.40  
 Aranea, & eus. 289.9. (214.14  
 Araris, & Arar. 664.74  
 Arbitror, 516.26, 468.37  
 Arbor, 169.8. Arbos, 174.37  
 Arceo, 142.22.313.21.505.36  
 Arcesso, 473.30 (509.19  
 Archaismos, 619.30. & 38  
 Architector, aris. 468.37  
 Arctos, 176.12.204.27.205.1  
 Arctophylax, incr. br. 664.11  
 Arctōus, 642.5  
 Arcus, Arcubus, 231.7. & 35  
 Pro Iride, 289.10.175.8  
 Ardeas, átis adiect. 19.7  
 Ardeo, 316.16.317.14.533.30  
 Arduor, Arduissim<sup>9</sup>, 129.33  
 Ardu<sup>9</sup>, 386.21. ¶ Arelas, 171.6  
 Arena, 246.12. (10.739.19  
 Areópag<sup>9</sup> seu Ariopagos, 178  
 Areopagita, & gites, 289.13  
 Arethusa, 155.2 Argentiū. 243  
 Argi. 274.17.289.14. (40  
 Argos. 186.30.190.39.698.  
 Argōus. 642.5. (24.  
 Argo. 160.16.161.11.217.16  
 Arguo. 336.39.475.38.476.  
 Aris 153.32.212.5.695.6. (32  
 Ariolor 468.38. Arista. 650.40  
 Aristides, 200.26. Ariston. 671  
 Aristocrati. 641.31. (641.31  
 Arithmetice. 199.38. Ar<sup>9</sup> flu.  
 Arma. 162.40.262.10  
 Arniger, &c à Gero, 204.30  
 Armum p orū. 234.39.235.15  
 Aromatis in dat. plu. 229.35.  
 Arpinas adiect. 12.6.211.31  
 Arpinatis, & te. 18.33. (236.23  
 Arrideo. 426.14.430.29  
 Arrodo. 301.23. ¶ Arrogo.  
 Arrogans. 386.23. (491.2  
 Arsis, & Thesis. 724.17  
 Artemon, artémonis. 669.24  
 Arteria, orū. 289.15.262.32.  
 Articuli. 3.23. (289.15.  
 Bbbbb

*Athamas*, *antis*, 186.2  
*Athamantiades*, 729.26  
*Athene*, 243.21  
*Athlantis*, 212.37.213 9.226.5  
*Athlaciades*, 729.18 [730.19  
*Athos*, in accus. *Athos*, l. *Atho*  
 208.24. *Atho*, *onis*. *Ibid.* 35  
*Atinas*, *atis* adiect. 19.11  
*Atomus*, 187.15 & *Atqz*, 146.12  
*Atrax*, *aracis*, 664.4 [37  
*Atrida*, *e*, 682 & *Atrides*, 728  
*Atriplex*, *triplicis* neut. 182.9  
*Atriox*, 371.13 [289.16  
*Attagen* & *Attagena*, 169.2  
*Attamen*, 692.7 & *Attempero*  
*Attendo*, 431.10. 455 31. 491.3  
*Attentus*, 386.28  
*Attero*, 330.22. 491.3 [301.24  
*Attestor*, 468.39 & *Attingo*  
*Attremo*, 453.12 [609.31  
*Attributa Partiu Orat.* 147.26  
*Au*, in comp. *mutatur in E*, 300  
*In O*, *u*. 28. *In V*. *u*. 30 [32  
*Auar*<sup>9</sup>, 367.9. & 31 & *Auaritia*  
 & *Auarities*, 289.17. 247.27  
*Auceps*, *aucupis*, 214.10  
*Auctor*, *Author*, *Autor*, 625.10  
*comune duor.* 156 11. 150.23  
*Aucupor*, 468.38. 136.20  
*Audeo*, 318.24. 319.27  
*Audio*, 505.38. 507.7  
*Audibo*, 102.20, & *Audin*,  
*Aue*, 107.39 108.40 [692.38  
*Aucto*, 109.8. & *Auco*, 304.39  
*Auello*, 505.38. 508.2  
*Auernar*, *orū*, 268.39. 289.18  
*Anersor*, 468.39. & *Auersus*,  
*Auerto*, 505.39. 509.14 [412.2  
*Anser*, 302.11. 491.12. 505.41  
*Ausugio*, 302.11 (508.2  
*Augeo*, 316.22. & *Augesco*, 137  
*Augur*, *com. duor.* 156.33 [27  
*Augurium*, *p orū*, 235.12  
*Auguror*, 468.39 [370.13  
*Augustus*, 404.37. & *Auidus*,  
*Auis*, 155.10. *Aue*, l. *auis*, 223.6  
*Aulā*, 262.35 & *Aulā*, 199.14  
*Aure*<sup>9</sup>, 127.22. *disyll.* 713.35  
*Auriga*, 154 31 & *Aurū*, 243.40  
*Ausculto*, 427.7. 431.11. 455.  
*Ausim*, 108.5 111.5 [17  
*Ausonidūm p darū*, 233.39  
*Ausonis idis*, *patrony.* 726 39  
*Auspex com. duor.* 156.14  
*Auspicor*, 468.39  
*Auspiciat<sup>9</sup> cum dat.* 386.33  
*Aut*, 146.13. & *Autem*, 146.24  
*Auxilior*, 425.12. 431.12. 141  
*Axim*, 60.11. 110.19 [9  
*Axis*, 172.37. & *Axon*, 670.3  
 B  
*Baal pen. acutā*, 736. *ult. br.*  
 694.26. *Incrēm. br. u.* 29.  
*Babylon*, 670. & *Bacchāna*, 251  
*Bacchanalia*, 249.38 (6  
*Bacchar*, 169.24. 289.19. 663  
*Bacchi*<sup>9</sup>, 641.31 701.8 [37.289  
*Bacillū*, 298.46. *Bacill<sup>9</sup>*. *Ibid.*  
*Bactra*, *orū*, 162.40. 243.25  
*Baculū*, 289.22. *Bacula*, 248.25  
*Batis*, *Bate*, l. *Beti*, 221.23. 237  
*Baia*, 243.13. & *Balan<sup>9</sup>*, 177.35  
*Balineæ*, *Balineū*, 276.30 & 34  
*Balneū*. *Balnea*, *Balnea* 276.26  
*Balsamū*, 244.2. *Balsama*, *u.* 23  
*Belteus*, *Balteū*, 289.23. & 24  
*Baptisma*, *tiſm<sup>9</sup>* 289.26. & 27  
*Barathrum*, 248.13 (622.22  
*Barbarifun<sup>9</sup>* 621.25. *Vnde die<sup>9</sup>*  
*Quibus modis fiat.* 621.34  
*Barbarorū*, *n. declinat.* 277.20  
*Barbiton*, 168.33. *Barbitus*, 189  
*Bardocucullus*, 2. *br.* 661.38 (6  
*Basilæa*, 641.24. *Basilū*  
*Basis*, *base*, l. *bas*, 221.33. & 39  
*Basilides* *patrony.* 728.21 (28  
*Batuo*, 321 17. & *Beatitudo*, 289  
*Bebryx*, *bebrycis*. *incr. ancip.*  
*Belbinatis*, & *te*, 18 35 [667.11  
*Belides* 728 13. *Belis idis*, 730  
*Bellū*, *orum*, 262.37  
*Bellerophon*, 211.3 [521.18  
*Belli*, & *Bello*, *pro Belli*, 520.35  
*Bellū<sup>9</sup> sine comparat.* 131.19  
*Bello*, *as*, *cum dat. poet.* 453.13  
*Bellua*, l. *Bellua* *dupl.* l. 625. 11  
*Bene*, 537.1. 683.22  
*Benecupio*, 426 16. 431.21  
*Benedico*, 426.16. 431.15  
*Benefacio*, & *Benefit.* 426.16  
*Beneprecor.* 431.20 [431.17  
*Benenerit.* 427.17. 431.26  
*Benevolentior*, *entiſ<sup>9</sup>*. 128.17  
*Beneuolo.* 426.16. 431.22  
*Benivolus*, 386.34  
*Benignefacio.* 426.15. 431.23  
*Benignus*, 381.21. 386.36  
*Bephotrophium*, 641.38  
*Bes* l. *Bessis*. 171.34 174.25  
*Bestia epicæni.* 195.12 (212.1  
*Bibliopola* 153.31 & *Biblos*. 177  
*Bibo*. 323.15. *Bibi*. 647.28 (32  
*Bibliotheca*. 625.11 (olī, 215.22  
*Biceps*, *capitis*. 211.10. *Bicipes*  
*Bicolor*, *Bicorpor*. 159.26. & 31  
*Bidens*. 179.31. 182.22. *Bidēs*  
 in abl. 224.39. *Bidēti*, 225.24  
*Biduum primā. l.* 660.2  
*Biga*, *e*, 659.7. 256.26. 257.21  
*Biugus primā. br.* 646.35  
*Bilis*. 246.20  
*Bimestre in ablat.* 222.17  
*Bini*, *distribut.* 125.27. 250.17  
 126.18. *Binūm*, 234.27. (4  
*Bipennis*. 182.23. 218.25. 224.  
*Bipes*, 212.23. *Biremis*. 182.23  
*Birria*

*Birria*. 200.3. & *Bison*, 211.3  
*Biturix*, *Biturigis*. 214.31  
*Blandiloquus*. 130.29  
*Blandior*, *au d.* 426.10. 431.27  
*Blanditus passuē.* 516.31  
*Blanditia*. 256.26. *Blandus*  
*Blitum*. 289.29. (386.39  
*Bobus*. *pen. l.* 662.28. 672.6  
*Bogud*, *Bogudis*, 210.29  
*Bombyx*. 180.4. & 33. 666.38  
*Bona*, *orum substant.* 263.4  
*Boni consulo*. 484 24 (199.4  
*Bootes*. 172.6. & *Boreas*, 153.19  
*Bos*, 157.24. *bouis*, *cr. br.* 671.  
*Botryon*, *onis*. 670.5. [26  
*Brachycatecta carm.* 705.24  
*Brachiū. l.* *Bracchium*, 625.11  
*Brauium*. 641.32. (33  
*Brenis*, *Brenior*, & *com. duor.*  
*Brenius*, & *simil. neutra* 179.3  
*Breue subst. subaudito*, 612 15  
*Briton*, *cr. com.* 668.4. 671.8  
*Brundisium. l. disium.* 625.10  
*Bubo*, *dubij. g.* 191.14 [11  
*Bucina. l.* *Buccina*, 289.31. 625  
*Buceras*, *bucērat* *neut.* 170.35  
*Bucolica*, *orum*. 162.40. 250.5  
*Bucolica cesura*. 723.23. 724  
*Buris*. 217.3. & 5. [25 & 28  
*Buxus*. 289.32. *Buxum*. 462.9  
*Byss<sup>9</sup>* 177.34. & *Byzer*, 666.3  
 C  
*Cachetes fœm.* 177.30  
*Cacodæmon*. 669.25  
*Cacœthes*, 172.18. & 25. 212.20  
*Cacophaton*. 629 7. 630.24  
*Cacula*. 153.31 & *Cadaver*. 169 5  
*Cadō*, 324.26. 466.19  
*Cadit.* 427.12 431.29  
*Cadūm*, *p Cadorum*. 234.30  
*Cacur*. 371.13. & *Cado*. 224.38  
*Cæci* *pen. l.* 648.13  
*Cædūm*, *p Cædium*. 235.29  
*Cælebs*, *Cælebis*. 214.20  
*Cæleste in ablat.* 222.17  
*Cælestium*, *pro ium.* 235.30 (23  
*Cælites*. 253 10. & *Cælum*. 274  
*Cæmētū*. 298.9. *Cæmētra*, *e. u.*  
*Cænē* *o Cænē*. 206.22. [18  
*Cæpa*. 178.3. *Cæpe*. 165.30  
*Cære*. 161.10. 183.15. [277.18  
 222.24. 277.32. 289.33.  
*Cæremone. l.* *Cærim*. 625.12  
*Cæres Cæretis*. 289.34  
*Cæsares iu plur.* 241.24  
*Cæstus. l.* *Cæstus* 625.13  
*Cæsura generalis*. 690.1. & 12  
 681.37. 710.22. 711.8. 721.32.  
*Cai* in *voc. &c. pen. l.* 638.39  
*Calamifer*. 289.37 (205.38  
*Calamistrum. Ibid.* 38  
*Calceus*, & *um*. 289.39  
*Calceo Accus. cum abl.* 498.23  
*Calchas o Calchus*, l. *Cha*. 220.  
*Calendæ* 256.2. [7. & 9 217.15  
*Calcfacio*. 101 3. *Calface* *u.* 12  
*Calida subau-*  
*dito substantiuo*, 612.6  
*Cales*, *iu. vrbs Capan.* 243.20  
*Calix cælicis*. 181.2. 179.30 [37  
*Calleo*. 468.2. & *Callidus*. 367  
*Callis*. 172.33. & *Calliopœa*, 641.  
*Callistus*, 210.26 [24  
 290.2  
*Calpe*, 185.7. & *Calx*. 191.28  
*Callunior cum accus.* 468.39  
*Caluo*, *is*, *obſoletum*, 336.4  
*Ca'ypso*, *is*, 210.26. 217.16  
*Camærops*, 185.12  
*Campeſter*. 11. 12. 211.20  
*Campeſtris*, & *tre*, 11.25  
*Cænalis*. 188.14. & *Cæcellis*. 252.  
*Cancer*. 170.7. 195.12 (29  
*Candace non Candax*. 664 30  
 661.5  
 2  
 2

748	CA, GE,	CE, CH,	CH, CI,	CA, CL,	COE,	COM,	749
Carina, & Carin. 290.7 & 8	Cenchrus, is, masc. 173.11	Cholera. 246.6. (705.16)	Citimus cum dat. 387.9	Cænū. l. canū. 625.12. 248.18	Comes, itis, com. d. 156.16. 212.		
Carthago, 625.14 & Car. 387	Cenchrus, idis, fœe. Ibid. (468.39)	Cheliambus, seu Scazon & su	Cirro, vlt. l. 688.17	Cœo. 428.15. 432.6	16, cum neutr. figuratē		
Cassinus adiect. 18. 30. (7)	Censeo, 313.24. Cēseor depon.	Chorea. 640.24. & 27. 641.	Citum à Cico. pen. br. 648.38	Cœpio. 321.40. Cœpi. 106.1	Cometa masc. 264.9. [158.40		
Cassinatis, & te olim, Ibid. 31	Census & Sensus discrimen in	Chorœus, 641.25. 700.34	à Cio pen. l. 649.1	Cœpt <sup>9</sup> . 322.1 & Cœpi Infinit.	Cometa, & tes, 290.32		
Cassus, is, masc. 173.17. 253.13	pronunciatiōne. 7.10	Choriamb <sup>9</sup> pes car. 701.25 (34)	Ciuitatiū. p. atun, olim. 236.3	Cœpt <sup>9</sup> desiderat. 106.10	Comitiū, & comitia, 263.37		
Cassus, idis, fœe. 212.34. 290.9	Centaur <sup>9</sup> nauis, 160.16. 161.11	Chremes, & cis. l. Chremes. c. 2.1	Ciuis com. du. 156.15. à ciue	Cœrceo. 313.33. 314.7	Cômitor, cum D. 452.19. [35		
Cassida, e, Ibid.	Centeni, 250.20. Cētū. 249.35	Chremes, Chremis. 212.4	vel ciui 223.7 & 23	Cognatio literarum. 117.25	cū accus. 468.40. 515.31. 516.5		
Cassus, cum abl. 410.7. 315.3	Centimanus, 198.5. 196.13	O Chremes, l. Chreme. 220.1	Ciuitas collectiuum. 375.20	Cognit <sup>9</sup> . p. br. 652.7 [X.3	Câminus ad quæst. Vnde. 590.5		
Cassimonia, 247.27	Centussis, 174.26. 223.33	Chria, 64.31. & Chronica, ori	Clades, is, 211.40. Cladum pro	Cognomen. 122.2. Duplex.	Comis, cū D. 387.15 (423.27		
Castra, 263.16 & Castrū, X. 17	Cera. l. Cera, 625.13	Chronicus, Ibid. 35. [251.34	cladium poeticum, 235.29	Cognominis, & ne. adiect. 221	Cōmeditor 468.40 Cōmemini		
Castus cum ablat. 412.4	Ceras, 170.33. Cerafles. 172.13	Chrysolithus, incer g. 189.37	Clam pr. ep. ablat. 579.20.	20. cū G. l. D. 381.25. 387.14	Cōmandatis <sup>9</sup> . 131.14. 560.35		
Casus nominum, 147.32	Cerafū, & Cerafus. 290.14. &	Chytrop <sup>9</sup> , & trōpodis. 214.4.	142.38. cum accus. 579.37.	Cognosco. 323.21. 301.31. & 35	Cōmendo. 299.30. 485.13		
Sex esse. 149.28 (149.16)	Ceraunia, ori. 263.20. (16)	179.6. à Chytro, & Pus. Ibid.	Clamo, & Clamito cū D. perf.	cum prap. De, Ex, Ab. 507.17.	Cōmētariū, & tri <sup>9</sup> . 290.33 & 34		
Casuū synonima, 342.17	Ceraunius, 263.27	Cibaria, orum. 263.33.	Classicum, 263.36. (451.27	Cogo. 328.33. à Con, & Ago	Cōmentar, cōmercior, 468.40		
Cataracta, Cataractes, 290.10	Cerco ps. opis, 672.14 & 24	Cicer, 169.7. & Cicon. 668.28	Classis, à classe, l. si. 223.7 & 30	300.1. & 35. pen. l. 654.27	Cōmereor, cōmetior. Ibid. 41		
Catalectica carmina, 705.22	Cercyon, 668.25. (250.34	Cicco, cics. 316.24. 318.3	Clathr <sup>9</sup> . 298.33. Clathrū. X. 36	Cohæreo cū D. 428. 15. 432.8	Cōmigo. 428.16. 432.18		
Cataplasmaticis in d. pl. 229.34	Cerealia, l. Cerialia, 625.13	Cicur, & curis, 672.35. & Cilix.	Claudo. 325.37 & Clauis em. l. im.	Cohæres. 212.22 [24	Cōminor, cōminisfor. 468.41		
Cauco. 318.33. cum D. 426.11	Cerebrū, 298.9. Cērebr <sup>9</sup> X. 18	Cingo, 498.26. (153.33	Climax, climacis. 664.5. & 10	Cohibeo, cū pra. A. 506.2. 654	Cōmittō. 302.8. 485.11		
431.33. cum varij casib. 455.17	Ceres, 212.12. 186.11. 695.6	Cingulū, & Cingul <sup>9</sup> . 290.19	Cliens, masc. 157.25. clientū	Cohortium in gen. 227.39 [10	Cōmodo. 425.13. 426.11. 428.		
509.25. Caue vlt. com. 683.1	Cerno, 330.8. Certior. 368.1	Cinis dub. g. 191.18. 212.31	vel clientū. 227.25. 236.36	Cohortor. 504.2. Colax. 664.	Comodi, & Inc. Di <sup>9</sup> 529.37		
Cauilla, & Cauillum, 298.17	Certo, 453.14. & Cert <sup>9</sup> 367.40	Cio, cis. 318.10. & Circa prap.	Clinia, 200.3. Clio, is. 641.31	Colchis, idis, patrony. 726.30	Cōmoa <sup>9</sup> cū D. 387.18. cū Ad		
Cauillatio, 298.9	Cespes, 171.23. & Cessat <sup>9</sup> 140.36	142.31. aduerb. 589.30	Clitella. 256.12. [699.33	Collabefacio, 3. br. 653.10	Cōmoliōr. 468.41. [400.15		
Cauillor, 468.39. 451.25 [7	Cete neut. 165.28. In declin.	Circiter, Circū prap. 142.31	Cliuus, 298.9. Cliuū vers. 18.	Collectiuum nom. 221.7. 375.16	Cōmonefacio. Gen. cum accus.		
Caulis, 173.16. & Caulon. 670	262.8. 218. h. vlt. l. 684.26	Circumdo, 311.5. 491.12. 509	Cliuus, 298.9. Cliuū vers. 18.	Collicia. 257.31 [377.7	480.17.		
Causa, 625.13. & Causidicus	Cet <sup>9</sup> 270.7. & Chalcedon. 668.	Circumduco, 575.17 [6	Clocho in accusi. 217.16	Collido. 325.6 [pra. A. 506.4	Cōmonéo, cū 2. accusi. 496.19		
652.9. Causor, 468.39	Chaldae Coniunct. carēt. 29.33	Circumfundo, 491.12	Cludo. 327.12 & Clueo 322.37	Colligo. 299.19. 301.27 cum	cum accusi. & genit. 480.15		
Cauter, & Cauterium, 290.13	Chalybs, 179.27. 214.18. 666	Circūglobo, Circumligo. Ibid.	Clunis dub. g. 193.13 Clymæne	Collimitor cū D. 428.16. 432	cum De. 480.20. 497.37		
Ce, adiectio Syllabica, 683.11	Chameleon, 167.25. 211.3 (14	Circumiaceo, 432.5	Clypeus, & um. 290.21 [155.2	Collis. 172.37. Colloco. 485.49	Cōmōstr. sso. fut. 103.26. [28		
Cecidi à Cædo p. l. 648.13	Chaon, 668.27. Chaos. 174.31	Circumiectus, 387.10	Cne <sup>9</sup> , & Cne <sup>9</sup> 625.15. & Coaleo	Colluceo cū D. 428.16. 432.15	Cōmōrat, & cōmouerat, 40.		
Cecropides, e, patrony. 726.19	Character, 211.22 [248.14	Circummetior, 516.33	313.40. & Coe quo 486.39	Colludo. 299.21. cū D. 453.16	Cōmorit, & cōmouerit. 40.32		
Cecropis, idis, patrony. f. 730	Charistia, 251.11. & Charites.	Circumplector, 468.4	Coagmento. 485.8 [475.39	cum ablat, repet. prap. 574.13	Cōmōstē, & cōmōstē. 40.36		
Cecurriolim, & Cucurri, 304.3	Charon, 211.3. (256.22. 257.29	Circumfedeo, 300.18	Coargo G. cū accusi. 473.14.	Collum & Coll <sup>9</sup> 298.10. & 19	Cōmorior, cū D. 428.16. 432		
Cadit imperf. 427.13. 431.30	Charybdis. 217.20. 219.1. 221.	Circumfero, 332.22. 491.13	Coassernor cū accusi. 468.40	Colluuius, & colluuiio, 290.26	Cōmunia Xrba. 418.39. 515.25		
Cædo, 325.8. cū D. 427.8. 431	Chelidon, lidonis, 669.26 [22	Circumsido, 575.41. (13	Coccyx, 667.15. 180.41	Colo 329.23 [siū. 290.27	Cōmunis Xrbi paradigma, 92		
cū abl. 460.11. Pro da. 107.40	Cherubim, vlt. acuta, 738.23	Circūsergo, Circūueho. 491.	Cocles. 212.14. 153.40. 17.36	Colo castia e. 244.10. Coloca-	Cōmunia duor. n. 155.17. quo-		
109.10. 468.32. 687.32.	Chely vlt. br. 685.30 (10	Circūsto cum Accusat. 576.3	Cochlear. l. are. l. ariū. 290.24	Colopbon, onis, 671.2 [29	modo eis addantur adiect. 6.36		
Celeber, 11.12. Celebris, & bre.	Chimæra, nauis. n. 160.16. 161.	Circūuenio, 500.41. 576.1. 625	Codicillus. 253.15	Coloftra, e. Coloftrū. 290.28 &	cōmunicatus actiue. 313.16 [25		
Celeberrimus, 127.34 (X.25	Chiographū, & ph <sup>9</sup> 290.17.	Cis. prap. accusi. 142.31. (14	Cœmo, à con. 300.18. & 35	Col <sup>9</sup> , is. dub. g. 193.20. 290.30	cōmunico cū D. 428.16. 432.		
Celer, 11.12. Celō, 2. acc. 496,	Chiron, dnis, 670.8. (& 18	Citō vlt. br. 686.38	Cœna, & cœna. 625.13	Comedim, & Cōmedā. 108.6.	cū accusi. & abl. 501.21. [12		
33. cū D. 477.32. cū De, 498.1	Chiromanthia, 641.34	Citra prap. 142.32	Cœnatio fœm. 165.40. & Cœno	Comedo onis 153.31. [109.34	cōmunionē sign. nom. cū g. 367		
Celox. 180.2. & Celsus. 330.40	Chios inf. 641.41. & Chi <sup>9</sup> a. ū.	Citer, antiquum. 131.1.	Cœna <sup>9</sup> . nom. 312.40. [319.36	Comedo, is, primā br. 654.26	cōmunis cū G. l. D. 381.29		
Cëlthiber, bēri, 204.29. 663.21	Chlamys, idis. 212.34. (141.40	Citerior, Citim <sup>9</sup> 130.31	Cœnatorio, cœnatoris. 305.28	Comes, comest, defect. 107.20	cōmurnuratus actiue, 626.7		
		cicimus.			cōmuto		

750 COM, CON, CON, CON, CON, CON, COR, 751  
 Cōmūto Acc. cum abl. 501.29 Compos. nomina decl. vt sim. Conduco Acc. cū Abl. & prep.  
 Como, is, 329.35 plicia. 196.8. Et 574.299.10 Ab, 506.5.507.10.  
 Cōpages, & Cōpago, 290.35 Eorū quantitatē sequ. 651.24 Cōfabrīcor, Cōfabulor. 469.1  
 Cōpar cū G.l.D. 381.30. 387. Cōpos. ex 57bo, sū, cū D. 426. Conserbeo. 319.27  
 19. cr. br. 663.38. Vlt. l. 693. Cōprecor cū accus. 469.1 (25 Consercio. 336.30  
 Cōparatiuū, n. 127.6 Vnde (25 Comprimo. 329.37 Consero, 332.10. cū acc. & dat.  
 formetur, 57.17 A quid? 131.8 Con, prapof. 143.13. N. amit- 486.5.1. 491.13 cū pra. 574.15  
 quae illo careat, 127.19. 128.11 tit in compos. 300.34 Consert cum dat. 432.40  
 Terminatio in Or. cōm. du. 158 Saepē mutat in alias. 301.35 Conseruefacio, 658.15  
 constr. ei? cū abl. 413.20 (12 Cōcedo. 325.9. D. cū. acc. 485. Cōfīto, cōfīsu. 325.10. 327.16  
 cum genit. 414.2.3. 415.30 cū abl. 460.13. cū dat. 428.17. Cū dat. 425.9. 428.17. 433.2  
 mutatur in abl. cū pra. 57.35 Cōcerto cū d. 453.17 (432.28 cū abl. 460.17. & pra. In, 21  
 cum abl. excessus. 416.10 Cōcessiū? mod? 69.20 [ & 37 Cōfine, & Cōfinium. 291.1  
 cū casib. positiuorū. Ibid. 12 Cōchylīū & Conchyle. 298.33 Confinis cū dat. 387.26  
 cū g. Nōstrū, Vestrū, 567. Cōcido. 324.39 & Cōcieo. 318.4 Confit, defectiū. 109.25  
 Adū-bia Comp. 588.30. cū (26 Concilio, as, d. cū accus. 485.9 Confititeor Accus. 469.1  
 accus. l. abl. mēsurā, 589.14 Concinnitas, & tūdo. 290.37 Et Abl. cum De. 470.11  
 Comparo D. cū accus. 486.30 Cōncino eū d. 428.17. 432.30 Confeſſus passiue. 517.3  
 cū, Ad, loco datiuī. 487.7 Concionabū? cū acc. 403.39 Cōfſo. 491.14 & Cōfluens masc. (182.21  
 cū praep. Cum, 574.14 Cōcipio. 321.6 & Cōcio, cis. 318. Cōfundo. 491.14 Congener cum G. 368.3  
 Compello, 329.37 Concit? a Cio pen. l. 649.1. (10 Congenitus cum dat. 387.17  
 Cōpenſo Abl. cū accus. 501.41 Cōcitus a Cōcieo p. br. 648.38 Congero, dat. cū acc. 491.14  
 Cōperio. 321.10 & Cōpeſco. 323. Conclauē. 165.25. 290.38. Con- Congratulor, 428.17. 435.4  
 Compes ſæ. 171.22. 256.26 (24 clauis & Cōclauīū. Ibid. & 40 Congredior. Ibid. 6. & 428.17  
 257.33 Cōpedū. l. peliū, 228.14 Concludo. 325.5. 344.38 Cōgruo. 321.24. Cū d. 428.17  
 Cōpilo Abl. cū accus. 500.19 Cōcluſe. p. cōcluſſem. 40.16 433.9. Cum praep. 574.16  
 Compingo. 328.2 Concolor cū d. 385.2. 387.24 Congruenter cū dat. 586.40  
 Compita, & Cōpitū, 264.4 Concoquo d. cū accus. 492.16 Cōiunctio. 146.10. Eius ſpeciei  
 Cōpitalia, in pl. taniū. 250.34 Concorditer, 586.39 (330.21 Ibid. 20. Conſtruſ. 600.17  
 Cōplaceo cū d. 428.16. 432.27 Concors cū dat. 387.24 Coniunctiui praesens futur. re-  
 Complector. 469.1 515.31 Concredo D. cū accus. 485.12 dolet. 63.26. 43.20. parti-  
 Compleo. 316.23. Abl. cū acc. Cōcurro. 304.12 cū d. 428.18 cula ei adherētes. 57.30  
 499.13. vel G. 502.3 Cōdecet cū acc. 472.24 (432 omittitur interdū. Ibid. 39  
 Complex? cū d. 387.22. 516.39 Cōdeno, G cū acc. 474.5. 475. Quot modis explicetur. 58.20  
 Complico. 308.33 33. vel Dat. p. na. 477.41 Fut. triplex habet. 59.51. & 36  
 Complures, & ra. 253.18 Conditio, l. conditio. 625.13 aliud fut in tm. 60. 11. (18  
 Compluria. 230.25 Cōditio cū Gen. 479.24. cum Coniunct? cū abl. sine pra. 575.  
 Compluris in accus pl. 230.6 accus 450.3. cū dat. Ibid. 4. Coniuro cū dat. 453.19  
 Compono. 302.9 & 428.17. 432.37. Coniux cōm. d. 157.24. 214.40  
 Dat. cum accusat. 487.2 Condiſſe cū Abl. 587.15 Conloquor, olim. 301.29 (& 37  
 Compos. tis. 213.15. cum G. l. Conduco, dat. cū accus. 485.19 Conloquor, olim. 301.29 (& 37  
 Abl. 405.2. Vlt. l. 698.24 Conducit. 427.39. 432.33) Conuitor, niſus. l. x. 339.36.  
 Conuico

Conuico. 318.35. 428.18 Conſtituo. 340.40 Conuenio, cū d. 433.38. & 47  
 Cōnubiū, 652.11. [23] Conſto. cū d. 428.18. 433.16 cum genit. 479.24  
 Conopœum, 641.25 Apud Hor. cū abl. 460.22. Et, E, l, Ex, Conuerſor cū dat. 434.2  
 in Epō. od. 9. pen. br. Conſul. 210.37. 153.32 [57.26 Cōueſſio Acc. cū Abl. 498.27  
 Conops, d. p. culex 672.26 [8 Conſulo. 329.23. cum d. 425.8 Conuico, 474.7. 475.40  
 Conor. 459.1 Cōquinifco. 324.426.17. 433.33. cū Acc. 426.6 Conuiciū, & Conuitiū, 625.15  
 Conqueror. 453.21. 469.2 Conſultus cū genit. 560.12 Conuictior cum dat. 434.4  
 Conrado apud antiq. 301.28 Contagio, tagiū, tagies. 291.6 Conuina, 154.33. & 35  
 Conſanguineus cū d. 387.29 Contemno. 330.11. [619.41 Conuino cum dat. 434.6  
 Cōſcendo. 324.20. & Cōſciſco. Contemplor cum Acc. 469.2. Coopto vnde comp. 300.35  
 Conſero cū d. 453.21. [491.14 Contēdo cū dat. poët. 453.22 Copia nomina cū gen. 367.18  
 Conſci? cū d. l. g. 381.32. 387 cum accus. & dat. 487.15 Copio? G. l. Abl. 405.6  
 Conſector cū Acc. 469.2 [32 Cū praep. Ibid. 7. & 503.9 Copulo D. cū acc. 485.8 & 35  
 Conſentane? cū dat. 387.34 Contentus cum abl. 410.7 Copulor de pen. rarū, 470.17  
 Cōſentio cū d. 426.16. 428.18 Conterminus, D. 387.40 (14 Coquo, 33.20  
 433.12. cū pra. Cum, 574.17 Cōtero. 330.22. Acc. cū d. 491 Cor, 169.9. Corrip. 693.32  
 Conſequeus neutr. g. 183.4 Conteſtor. 469.2. 515.30 Coram, 142.39. 579.20  
 cum datiuo. 387.35 Conteſtatus passiue, 517.7 poſtponitur raro, 143.19  
 Conſequenter cū dat. 587.13 Contexo. 491.14. & Conticeo Corax coracis p. br. 664.10  
 Cōſequer, 469.2 (& 30 Contigu? cū d. 388.1 [313.22 Corbis dub. g. 188.11  
 Conſero. 332.16. & 19. 333.24 Cōtineo Acc. cū ablas. 506.2 Cordax, ācis, 665.15  
 Conſeruab? in dat. pl. 199.28. Continens ſæ. 182.22. & 38 Corium, & Coriū, 291.9  
 Conſido. 327.8. cū dat. 433.15. Neutrū, 183.3. cū d. 388.3 Crōnicen, inis, 211.7  
 Conſilio, is, cū dat. 433.19 cointinēti. l. e. in abl. 225.2 Cōrnipes masc. 182.18. 212  
 Conſiliū, p. orum. 235.12 Cōtingit cū d. 427.12. 433.34 Cornix icis, 214.33 [23  
 Conſimilis, G. l. D. 381.8 Cōtinuo, as, Acc. cū d. 485.37 Crrnu, & Cornus, 291.10  
 Conſelabilis actiue. 399.11 Continuus G. 371.6. D. 388.5 Coronis, idis ſæ. 174.1. 212.36  
 Conſōlor. 469.2. cōm. 517.5. Contra. 142.33. 582.37. Corpus, 213.25. Eius compoſ.  
 Conſonans ſæ. 182.24 (515.34 Vlt. cōm. 680.28 adiectiua, 159.34. 671.30  
 Sine vocali non ſonat. 118.1 Contradico cū dat. 433.36 Corripio, 301.27  
 Conſ. praecipue habenda ratio Contrāco cū dat. 433.37 Cortex dubij g. 191.21  
 in geminatione prat. 303.30 Contrabo. 329.21 (388.7 Coru? epi. æn. 195.12  
 Conſono cum dat. 433.20 Contrarius, G. l. dat. 381.38 Cēs, cōtis, ſæm. 174.37. 213.35  
 Cōſon? 387.36. & Conſors. G. Cōtremiſco cū accus. 468.3 cotium in genit. 228.25 (35  
 Cōſortium in g. 227.2c [368.4 Cōtrouerſus, D. 388.9. Cōtro. Coſſis, is, 57micul?, masc. 172.  
 Conſortiuū, Conſortio. 291.4 uerſor controuerſia. 661.39 Coſſus, & Coſſis, 291.15. & 16  
 Conſpergo. 328.5. 340.38 (29 Contubernalis cōm. du. 136.18 Coſſos, ſæm. 176.23  
 cū varijs caſib. 491.14. 508. Contueor, Accus. 469.2 Coſtum, 177.25. 291.13  
 Conſpicio. 320.40. 321.28 Contumelioſus cū dat. 388.15 Cotylēdon ſæm. 168.29  
 Conſpīcor, cum Accus. 469.2 Contūdo. 324.24. (183.4 Cotys, Coſys, l, Coſyos, 213.14  
 Conſpīc? cū dat. 387.38. (25 Conueniens, neutr. 182.26 Cranior, Crātoris viri, n. 671  
 Conſtat cū dat. 427.39. 433 Conuocienter, cū dat. 586.39 Cōw, a, ū, pl. 642.5. (22  
 Blbbb 4 Crater

722 CK, CV, DE, DA, DE, DE, 775  
 Crater eris. 211.22.665.37 Cuius, a um, 125.39 126.10 Cythêra, orû, 162.40.243.27  
 Cratêra, e, 2.1.17. [683.17 Cuiusuisque, 24.7 Cythera, cytheris, 641.25  
 Crates. 158.1. q. crebrod. vit. Cuiusmodi, indeclin. 278.7 Cytherêia, antep l. Ibid. 29  
 Credo cû D. 434.8. cû accusf. Cuiusmodi, ibid. [620 Cythêron, ðnis, 670.14  
 Crêdulus cû D. 388.16 [450.7 Cuiusq, cum possessiuis. 564.4 D  
 Cremon, ðnis. 670.10 Cûlcura, & culcita, 625.15 Dactylus pes car. 701.3  
 Crenis, creni lis. 667.7 Culex, masc. raro fœ. 181.31 Est spondêi dissolutio, 721.25  
 Crepo. 306.24. cû acc. 468.8 Culpam plur. 246.23 Dadaicus, p l. 641.2. br. 75.7  
 Crepundia, orû 264.9.291.18 CVM præ. abl. 579.20.142. Dadaï, a, um, cû G. 371.16  
 Crepundia, e. Ibid. [29 Cumæ, arum, 243.20 (38 Dama dub. 721.25  
 Cres, crêtis. 212.2. Cresco. 451 Cumulo abl. cû accusf. 499.15 Dânisif<sup>o</sup> cû D. 388.23 [192.14  
 Creticus pes carm. 701.11 Dat. cum accusf. 485.39 Damno cum varijs cas. 474.2  
 Criminator, 469.2 [173.3 Cunabula, orum, 264.13 475.29.476.17, & 30. & 38,  
 Criminosus, D. 388.19 q. crinis Cunctus, partit. 125.12 478.1. & 3. cû D. pœn. Ibid.  
 Crocum. 248.26.291.20 Cuniculus epicœn. 195.8 [15 Damnosus cum D. 388.24  
 Crocus. Ibid. & 244.10 Cupedia, orû, cupedia, e, 264. Damon, ðnis, 670.15  
 Croco, & crocon. 670.11. & 12 Cupido dub. g. 192.32.291.31 Dandi verba latentē motû ad-  
 Crucialis actiue. 399.13 Cupidus cum G. 370.17 (30 significât, 525.2. (665.35  
 Crudelis cum D. 388.21 [15 Cupio, 320.34. cum Dat. 451 Dâniel, êlis, 210.34.277.26  
 Crus, ris. 213.40. crurî, 228 Cupress<sup>o</sup> fœ. olim masc. 162.2 Daphnis, idis, 212.38.219.19  
 Crusta, & crustum. 297.35 Cur, 144.15, produc. 693.25 Daphni in voc. 220.17. vlt. br.  
 Crystall<sup>o</sup> fœm. 177.12.291.21 Curiosus cum G. 370.22 Daphnon, ðnis, 670.16 [685.15  
 Crystallû. Ibid. & 177.25 Curo cû D. apud poët. 453.23 Daps, dâpis, 179.30.282.30  
 Cubit<sup>o</sup> & cubitum. 291.25 Curriculum, 298.7 Dardânides, patr. masc. 726.19  
 Cubo. 306.22. composita. 725.25 Curro, 332.5. 304.6. composita  
 Cubitus, & cubatus, 308.11 ta primâ geminantia, Ibid.  
 Cûcumer, cucumis, eris, 170.8 Currâm, pro curruum, 236.38 Dares, êtis, 212.3, Darius, 641  
 172.34.212.31.291.23. Curulis fœm. 182.23, & 40 Di<sup>o</sup>, Ternus, & dandi cas. 342  
 cucumî, in accusf. 217.27 Curuli in ablat. 224.6 Di<sup>o</sup>, & Abl<sup>o</sup> similes, 196.49  
 cucumî, in ablat. 222.3 Cuspis, idis, 212.29 Di<sup>o</sup> post Nom: 384.7. 399.30  
 Cudo, is: 324.17 q. cudo, 166.2 Custodia fœm. 155.4 post Verba, 424.11. [429  
 Cui pro cuius olim, 20.22 Custos, ðdis, côm. d. 156.24 Dat. exigêtia ordine lit. 385.11  
 Cuiusmodi gl<sup>o</sup>, 20.25 Cyane, pr. br. 642.11 [213.9 Di<sup>o</sup>, pers. cum neut. 451.25  
 Cui disyll. vlt. cômuni, 685.20 Cyanec, & cyane<sup>o</sup>, p. d. 641.41 Cum verbis poët. 452.36  
 Cui, monosyllabum, 714.7 Cyathisso cû D. pers. 451.31 Cum Actiuis, 484.35  
 Eius composita, Ibid. 20 Cyclopus, 641.2. br. versf. 6 Dâniui gemini præc. acc. 494  
 Cuias, âtis interrog. 124.14 Cyclopis, 214.18 672.17 Di<sup>o</sup> cû V. passiuus, 510.5, & 19  
 Ad cuias quid resp. 125.12 Cydon, ðnis, 670.13 cû 7b. côm. nimb<sup>o</sup> 515.29, 516.5  
 Cuiatis, & te, 18.36 [714.20 Cycnus pen. côm. 631.36. 646. D. cômuni persona, 529.33  
 Cuiumque, cui libet cuiquam Cymothoe, 2. br. 661.11 D. cû Participiali in dñ, 553.10  
 cuique trisyll. Ibid. 27. Cyperos, & cyperum, 291.35 cum participijs præc. 557.36  
 Cuius disyllab. 714.26 Cyrène, & cyrênes, 291.33 cum aduerbijs, 586.36  
 Di<sup>o</sup> pro

Darius pro Nominat. 610.16 Deerro repet. præp. 576.6 Delta neut. 663.14  
 Datum, p. br. 648.33. 649.22 Defectiua verba. 103.30 Demereor cum accusf. 469.3  
 Datum iri, & c. fut. esse, 539.34 Defectus nom. cû abl. 410.8 Demetior, Demê<sup>o</sup>, côm. 517.9  
 Datum ire præf. 1. ibid. 33.540.13 Defendendum p. entiu. 235.40 Demetior, Demetatus Ibid. 11  
 David, Davidis, 210.30.277 Defendo, 324.17. cum varijs Demitor Demolitor acc. 469.3  
 De, 142.39.579.20 (26.667 Deferbo. 319.25. (cas. 509.8 Demo, 329. Acc. cû d. l. Abl. cû  
 supprimitur interdû 614.28 Defero acc. cû G. 473.34. l. abl. Demophoo, 211.3. (præ. Ex. & c  
 produc. 654.40. In ead. dict. Deferuo. 319.24 [cû De, 476 Demonstro D. cû acc. 485.2  
 sequente. voc. corrip. 655.14 Defetiscor. 340.19 [34 Demoror accusf. 469.3  
 cum alia contrahitur. 655.16 Deficio cû d. 434.17. cû accusf. Demuto abl. sine præp. 575.20  
 Deabus, 202.23 Decapolis, eos. 456.27. cû abl. 460.33 Denariû, & Denariû, 291.38  
 Decedo, 434.9.451.33 (213.11 Definitio, & Diffinitio. 625.16 Denariûm, 234.22 Denarijs  
 cû abl. sine, & cû præ. 460.28 Desit, 108.2.109.21. cû d. 434 Deni, e, a. 250.17 [713.41  
 Decê, 249.3.4 Decêber, 230.4 19. abl. 460.33 (317.35 Denûn. pro orû, 234.24  
 Decens neut. 182.25.183.3 Desormus, 38.30 q. Desfrigeo Denioctoni, Deninoneni,  
 Decerno, 330.9. q. Decet cû d. Desfrutû, 244.2. Desfruta. 7. Deniquaterni distrib. 250.17  
 434.11.472.36. cû acc. Ibid. Desuat prisçû, 94.31 (19 Dens masc. & compos. 179.31  
 Decies sestertium, & c. 612.26 Degener, eris, 222.37.227.12 Denûbo cum dat. 434.23  
 Decima, l. Decuma, 258.3 Cû G. l. D. 382.3. Acc. cû Ad, Deorsum, 591.39. dify 715.5  
 Declaro D. cum Acc. 485.2 400.22. Abl. cû A, 412.7 Deosculor, Depacifcor, Depaf  
 Declinatio Nom. 196.1 Degenero, d. 453.25 q. Deglubo cor, Depeculor, accusf. 469.4  
 Declinare quid. 197.2 (148.4 Dego, 299.40.327.31 (323.16 Depello, 574.20.506.14  
 Declinatio duplex. Ibid. 5. Dehinc monosy. 713.41 (11 Deponetiu 7b. paradigma. 92  
 Declino repet. præp. 576.3 [13 Dehortor, cû acc. 469.3.506. Deponetia, & Cômuni. 468.35  
 Decoquo 330.21. cû dat. 434. Deidamia 64.11. Detero 652.7 Deposui, p. Deposui, 33.39  
 Decor adiect. prisçum. 671.32 Deicio Abl. sine præp. 575.11 Depopulo, Depopulor, 517.13  
 decoris in g. p. b. in côm. ibid. cû De, 507.39.574.18 Daprador accusf. 469.4 [6  
 Decorus cû d. 388.25 [304.15 Dein monosy. per synar. 714.2 Deprecor, 469.4.502.40.5.4  
 Decurro decurri. l. decurri. Deipoda, Deiphobus, 641.25 Deprimo, 299.20.329.38 [3  
 Dec<sup>o</sup> & Dedec<sup>o</sup> 213.25, & 26 Delamentor cû accusf. 469.3 Depropero cum acc. 514.4  
 Decussis masc. 174.25 Delectabilis actiue, 399.14 Depugno cû d. poët. 453.29  
 Dêdecet, cû accusf. 472.26 Delectat cû accusf. 472.31 Dequeror, 469.5 q. Derelinguo  
 Dêdecor, & Dêdecoris. 671.31 Delecto, 299.3. q. Delector cû Deriuata, 650.22 [330.19  
 Dêdecor<sup>o</sup> cû D. 388.27 [640.40.34. cû dat. 433.21 Dêrogo cû d. 434.24.491.14  
 Dederunt pen. br. 712.26 Delêgo, Acc. cû dat. 485.12 Descendo, 324.20.453.30.576  
 Dedi p. br. 647.28 q. Dedignor Delibutus cû abl. 410.10 (17 Desceus, & Descensio, 291.40  
 Dedu<sup>o</sup>. cû D. 388.29 (469.2 Delicia, 276.15. Delicia. Ibid. Desero, 332.19.499.38  
 Deditit<sup>o</sup> & Deditic<sup>o</sup>, 625.16 Deliciû, 276.15. q. Derelinguo Deses, idis, 212.24  
 Dedoceo cû duob. acc. 496.25 Delos, 204.27.205.2 (330.19 Desilio, 337.21 q. Desipio, 321.4  
 Deduco cû præp. 506.10.507 Delphi, 243.24. q. Delphin. m. Desisto, 576.13. q. Desolo, côm. 1  
 Deest monosyllab. 714.4 (31 167.25, 173.36. q. Delphin<sup>o</sup> Despectus, & Despectio, 292.2  
 Deerat, Deerat, Deerat, aisyll. 291.37. Delphinas in acc. Desperno, rarum, 331.21  
 Ibid. (230.31 Cccc Dissêro



756 EL, EM, EN,

EO, EP, ER,

ES, ET E.

Elicio, 321.1. Elicio 325.6  
 Eliczer, pen. acutâ. 735.29  
 Elisabeth. 277.25 & tba. 7.28  
 Elogium. 641.32. Eloquent  
 Eluſor, Acc. 577.4 (469.7  
 Elucubror, cum Acc. 469.7  
 Eludo Acc. l. D. 435.30  
 Emâncipo Acc. cû D. 485.22  
 Emâthion, ônis. 670.19  
 Emblematis in dat. pl. 229.33  
 Emédi ſua cû Abl. pretij. 534  
 Emédico Acc. & Abl. cû A, l, ab  
 Ementior cum Acc. 469.7  
 Ementitus paſſiue. 517.29  
 Emergo repetit præp. 574.24  
 Emergor, Emetior Acc. 469.7  
 Emico. 309.4 & 6. cû Abl. 577.5  
 Emigro cû Abl. 577.6. 574.25  
 Eminco. 316.14. Cû dat. 453.38  
 Cum Acc. 574.26  
 Eminus ad queſt. Vnde. 590.5  
 Emitto, 507.37. 574.27 (507.8  
 Emo. 329.31. cû præp. 506.22.  
 Emodulor, Emolior acc. 469.8  
 Empturio, empturis. 305.28  
 Emulgeo. 317.4  
 Emungo Abl. cû Acc. 500.12  
 En. 144.21. cû N. l. acc. 583.37  
 Enallage fig. 608.21. Quibus  
 modis fiat. Ibid. 31. & 609.32  
 Eneco. 306.20. Energia, 641  
 Enim poſtponitur. 146.16 (32  
 Enitor. 339.20. cû acc. 469.8  
 Enixus paſſiue. 517.31 [577.11  
 Ennemeris caſara. 724.9  
 Enſis. maſc. 172.3. Enyo. p. l.  
 Eo. is, & compoſita. 101.39  
 Eo aduerb. cû G. 586.3  
 Cû ſuo ſtimo. 484.22  
 Ad queſt. Quo? 590.26  
 Cum ſuperlatiuis. 597.18  
 Et. productâ. 688.17  
 Eodem 590.26. pen. l. 661.28  
 Eorundem triſyl. per ſyncr. 715  
 Eoſdem diſyl. Ibid. 12  
 Edux. 641.26. Edux. 4. un. Ibid.  
 Erentbeſis fig. poet. 732  
 Epæus. 641.27  
 Ephraſha, p. acutâ. 736.27  
 Ephraim pen. acutâ. Ibid. 78  
 Epicæna, l, Promiſ. 150.4. 193  
 Eorû diſcr. à dubiis. 194.29. 35  
 A comanib. 7. 17. Quomodo  
 adiectiuis copulanda. 195.15  
 Epiphanîa. 641.32  
 Epîrus, 160.15 [732.36  
 Epîſynalæphe, ſeu Syncreſis.  
 Fit in eâd. dict. 716.22  
 Epitriti, ſeu Hiſij pedes, 702.6  
 Epos, car. Heroic. neut. 174.32  
 Epula, & Epulum. 276.19  
 Equabus. 199.28. 202.28  
 Eques. maſc. 153.40. 157.36  
 Equeſter, is, & tre. 11. 13. 211.20  
 Equidè. 146.17 Equiria 250.34  
 Erêmus ſæ. 176.12. Erga. 142  
 Ergo, 584.23. vlt. l. 686.31 (32  
 Erynnys, yis, yos. 213.13. f. 155.3  
 Eripio d. cû acc. 498.15. l. Abl.  
 575.15. cû præ. A, 106.22. 507.  
 Eriſiſthon, iſtonis. 668.30 (37  
 Ergo dat. cû accuſ. 485.14  
 Erratus paſſiue. 140.35  
 Erubefco cû Accuſ. 468.21  
 Erudio Acc. cû Abl. 497.14 vel  
 cum præp. De. Ibid. 26.  
 Eruditus, n. cû Abl. 410.11  
 Erulia, & Erulium. 292.11  
 Eruii. 244.12. Eryx. 180.3  
 Erymâthiſ, idos, 213.11. 716.31  
 Eryſipelas, pelatis, neu. 170.39  
 Es, ſuo. br. & compoſita, 695.21  
 Eſſe pro Edere, 106.39.  
 Eſſe deſt interdum, 613.40  
 Eſeda, & Eſedum, 292.11  
 In Eſſo, ſuc. 103.19 (420.34  
 Eſt meum, cui, & c. p. Mea, & c.  
 Eſto phibet. p. d. 688.23  
 Eſum, pro Sum, olim, 94.11  
 Eſurio, 306.4 & Etenî, 146.16  
 Eſtîus, 253.19. & Ethica, 250.6  
 Etiam, 147.16. & Etena, 185.9.  
 Etâſi, Et ſi, cû Ind. l. C. 601.1  
 Etrufcus, l. Hetrufcus, 625.17  
 Etymologia de dictione agit.  
 116.26. pen. br. 640.20.  
 Euadit, p. Euenit cû D. 435.33  
 Euado cû Acc. 577.12. Euafſi,  
 pro euafſiſti, 40.17.  
 Euax, 145.19. & Eueho, 329.22  
 Euenit. 427.12. 435.34. 142.15  
 Euentus, Euentû, 270.19. 292  
 Euge, 145.18. & Eugenia, 641.  
 Euidens, cum D. 389.24 [33  
 Euigilo, 513.40. Euigilatus,  
 140.35. (514.9  
 Euios, ô Euiæ, 209.9.  
 Eumæces, neu. 172.19  
 Euocatio fig. 613.20  
 Euoco. repet. præp. 574.28  
 Euoliam quadrifyl. 719.16  
 Euphorion, 6713  
 Euphrates, is, 684.5. 160.3  
 Eurîpides, 200.26. 207.19  
 Eustochium, ſæ. 162.11 (8  
 Euthia v. Græci. n. 124.7. 681  
 Ex, 142.2. 579.25. In cõp. X.  
 mutat interdum in alias, 312.12  
 ſupprimitur aliquâ, 614.28  
 Exequo, as, D. cû Acc. 486.37  
 Exarmo Abl. cû Acc. 500.11  
 Excacamerâ, p. cauifſe. 66.32  
 Excedo, 325.9. cû acc. 577.14  
 Excedo, 325.9. cû acc. 577.14  
 Exceller, 331.1. Excello, 329.25  
 Exceller, 331.1. Excello, 329.25  
 Exaduerſus, 578.39  
 Excelſus, 43.34. Exaduerſus, 578.39  
 Excelſus, 43.34. Exaduerſus, 578.39  
 Excelſus, 43.34. Exaduerſus, 578.39

EXC, EXE,

EXP, EXS,

EXT, EX,

Excelfus. 331.4. cû d. 389.25  
 Excepta, actionis 734, 341.6  
 Exerpo. 497.30. (612.34  
 Excido à Cado. 324.4  
 Excido à Cado. 324.37. 359.20  
 Excidit cum das. 453.38  
 Exciteo. 316.30. 575.13  
 Excio 318.10. 574.30  
 Excito cum Abl. 575.14  
 Excitus ab Excio p. l. 649.1  
 Excitæ ab Exciteo p. b. 648.40  
 Excludo 329.8. Excubia. 155  
 Excubo. 318.21. 435.38. (4  
 Excûdo. 325.18. Excurreo. 304  
 Excutio. 321.19. 491.15 (12  
 Executus paſſiue. 517.37  
 Exeo. 577.17. & 20. 574.31  
 Exequie. 256.17. & Exerceo.  
 Exeſt, p. excedit. 107.26 (313.  
 Exhæredo Abl. cû acc. 500.13  
 Exhæres, êdis. 212.22  
 Exhaurio Acc. cû dat. 491.14  
 cû Abl. 500.7. Et Ex, 507.32  
 Exhibeo. 489.28. & Exhortor.  
 Exigo. 340.34. 575.24. (469.  
 503.11. 507.33 (8  
 Exiguor. 129.39. Exiguifſim.  
 Exilio. 337.25. 577.22 (30.3  
 Exilis. 410.14. Eximi. 374.32  
 Eximo. 491.15. 575.22  
 Exinatio Acc. cû Abl. 500.10  
 Exſto. 312.5. Ac. l. Abl. 577.22  
 Exitibilis, Exitialis. 389.26.  
 & 29. Eitioſus. Ibid. 30.  
 Exitium, pro orum. 235.7  
 Exodus, l. exodus. 625.17  
 Exoleo, exoleſco. 318.29. 319  
 Exoneror Ac. cû Abl. 500.18 [10  
 Exoptatiſ. D. 389.31 (517.34  
 Exordior. 469.8. Exorſi. paſſ.  
 Exoro cû. 2. acc. 104.11. 503  
 Exoſculor. 469.8. [18  
 Exoſus D. 559.1. Acc. 557.40  
 Expâdo, 326.3. & Expedio, 500  
 Expedi. 427.30. 431.40 (25  
 Expello, 329.28. & Expendo  
 Expergeſcio, 658.15. (491.15  
 Expergiſcor, 338.8 (35. 515.37  
 Expior Acc. 469.8. cõm. 517.  
 Expertus, cû G. 560.14 [20  
 Expertiſ. ſine cõparatiuo, 131  
 Expers G. l. Abl. 404.12. 405.  
 Abl. cû Ex, 507.31  
 Expreſes, 281.32. cû g. 368.7 [39  
 Expiſcor Acc. 469.8. (34  
 Expleo, 318.2. Acc. cû Abl. 499  
 Explico, 310.23. 309.1. Acc. cû  
 (D. 485.2  
 Explodo, 325.6  
 Expono Acc. cû dat. 485.2  
 Expoſco Acc. & Abl. 502.35  
 Exprimo, 329.38. 491.16. 575.  
 Exprobrato. 400.11. [24  
 Expugnâſſe fut. priſc. 74.11  
 Expungo, 328.4 (338.28  
 Exquilit, 256.22. & Exſecror,  
 469.9.  
 Exquiro, 503.23 (469.9  
 Exſatio es, l, exatio, 625.17  
 Exſaturo, l, exâturo. Ibid. 18  
 Exſero, 332.20  
 Exſenſus, & exſenſio, 292.15  
 Exſilio, & exilio, 625.18  
 Exſolui, p. exſoluitus, 319.29 (25  
 Exſoluo, l, exoluo, 625.18. 500.  
 Exſorbeo, 313.34 & Exſors, G.  
 Exſortum in G. 227.20 [368.6  
 Exſpecto, vel, expecto. exſto, l,  
 exto. exſtruo, l, extruo. exſudo,  
 vel exudo. 625.19  
 Exſugo, 327.28. 328.35  
 Exſulo, l, exulo. Exſupero, vel  
 exi. po. Exſurgo, l, exurgo, 625  
 Extra, orû, 264.26 [19. & 20  
 Exti. & exti. 326.40. & 38  
 Exter, 131.1. exterior, excimus,  
 vel extremus, 130.32  
 Extenuo Acc. cû Abl. 575.25  
 Externus cum dat. 389.32  
 Extinguo, 317.18  
 Exinxem, p. extinxifſe, 10.17  
 Extorqueo Acc. cû D. 991.16  
 Extio Acc. l, Abl. 577.22  
 Extorris, 406.3. 412.9  
 Extra, 142.31. 589.30 (57.31  
 Extrabo, Acc. cû D. 491.35. l,  
 Abl. cû Ex, 507.31  
 Exturbo, præp. repet. 574.3  
 Extum, 255.12 (461.1.  
 Exulo, 519.19. & Exûbero. Abl.  
 Exul dub gen. 156.28. G. l, Abl.  
 Exulto, 453.41 (406.7. 412.11  
 Exundo Abl. 461.5. (d. 508.21  
 Exuo, Acc. cû Abl. 498.24. l.  
 Ezer finita Hebraea, p. acutâ,  
 E (736.28  
 F, lit. 118.10. eius fig. p. V, cõſ.  
 635.23. Non eſt. Gr. 7. 18  
 Kim muta habet, 631.41. 645.  
 Fabricor, Fabulor, 469.9 [16  
 Fabrum, p. orû, 234.1. 235.16  
 Fac, & cõpoſ. 11. 5. face, 7. 21  
 Fac, anceps, 689.21. 690.19.  
 Fac poſſis, 9. 3. fac ſis, 96.2  
 Faciſſo, 332.28. 334.3 cum Abl.  
 Facetia in ſing. 258.18 [461.8  
 Facie in d. o. i. 233.2. (683.30  
 Facile, cû ſupl. 597.34. Vlt. br.  
 Facilis, lim. 127.35. cû D. 400.  
 Facin. 213.25 (27. cum Ad, 28.  
 Facio, 321.2 cû G. 482.15.  
 Acc. cû d. 488.20. 450.14. l,  
 Factor, Fio, 100.13 [Abl. 519.33  
 Compoſita, 101.3. & 9 [30  
 Faciundi, undo, unâ, & c. 102.  
 Facilius, l, facturus, 625.20  
 Falax, 258.20. & Fallaciu p. um  
 Fallax, Falſus, 389.31 [35.37  
 Fallo, 329.15. & Fama, 247.24  
 Fames, 3



758 FA, FE, FI, FL, FL, FR, FR, GA, GE 759  
 Fames, 247.21.298.10 Famis in Recto ꝑ. 20. fame, vlt. l. 682  
 3. famij pro famei. 233.8  
 Familiaris, 156.29.389.36  
 Familiarū ꝑ priu, 242.12  
 Famulor, cū d. 427.8.436.3  
 Far, farris, 210.39.244.1.281  
 11. vlt. l. 693.25 [15  
 Farcio, 335.23. acc. cū abl. 499  
 Faris, l, re. 436.4.517.39  
 Fuscus, 172.34.253.20 (469.9  
 Fas. 170.24.248.14.557.2  
 Fasti, & Fastꝑ 292.17.253.27  
 Fastidio, 336.14. Fastidiosus, G. 436.6. Abl. 461.10  
 Fatalis cū D. 389.38 (370.25  
 Fateor, 338.4 ꝑ Fatidicus, p. b. 652.9  
 Fatifer D. 389.39 (652.9  
 Fatisco, 303.17. Fatiscor, 340  
 Facu supinū passiu. 93.35 [15  
 Fauces, 227.10.258.22  
 Fauco, 318.33.426.14.436.5  
 Fauoris nomina cū D. 384.26  
 Faustus, D. 389.40 ꝑ Fax. 664  
 Faxem, ꝑ fecissem, 110.36 (10  
 Faxim fut. ꝑ facerim, 60.11.  
 Faxo, 108.31 (110.26.108.5  
 Febris, 217.3.218.6  
 Fecondus, l, fecundus, 625.20  
 Fel, 167.23.210.38.248.29  
 Felis, l, es, com 157.28.292.18  
 Felix, cū d. 390.1 ꝑ Femur, oris  
 Ferai, &c. 201.3 (217.24  
 Feralia, 250.34 Feralis, 390.2  
 Ferax G. l, Abl. 370.5.406.11  
 Ferbeo, 319.22. ꝑ Ferie, 256.17  
 Ferē, Ferme. 145.7.683.20  
 Ferio, 303.18. ꝑ Fero. 97.25  
 332.7. Acc. cū Abl. & A. 606  
 Ferocem, ꝑ ium, 235.36 [24  
 Fer-ox. cū G. 370.36. ꝑ Fertilis,  
 cū d. 190.3 G. l, Abl. 406.16  
 Ferū, 243.40 ꝑ Feruco. 318.35

Ferul. 1370.36. Feruo, 320.4  
 Fespꝑ. cū Abl. 406.19. G. 370.37  
 Festino cū Acc. 513.40 festinor  
 141.5. festinatꝑ ꝑ ꝑ. l, bid ꝑ. 1  
 Festorū nomina in pl. tantum  
 Fejus, 390.6 [249.37.250.33  
 Fiditius, l, ticius, 625. (2. & 3)  
 Fidei, l, & sic ꝑ us, 292.21.175.  
 Fide in d. oll. 233.16 fidei, p. b.  
 Fidelis cū d. 384.30. [639.8  
 Fidenas, atis adiect. 19.12  
 Fides. pr. br. 650.40  
 Fido, 32.10.319.35. cum D.  
 Fidus cū G. l, D. 382.27  
 Fidissꝑ 130.8. sine cōparatiuo.  
 Figo, 328.6 (131.19  
 Figura partiū Orat. dua, 148  
 Figurata constr. 605.1 (34  
 Figura poetica, 712.27  
 Filiabus, 199.28.202.27  
 Filius, d fili. 204.39  
 Filix, filicis, cr. br. 666.33  
 Fimus, & simū, 292.22.245.23  
 Findo, 324.22. fidi p. b. 647.28  
 Fingo, 327.30. ꝑ Finis, 188.17  
 sine, l, fini in abl. 223.7. & 18  
 Finitimus cū g. l, dat. 382.29  
 Finitū Nom. & Infinit. 14.22  
 Fio anomalum. 100.15. & 30.  
 Neutropassiuū, 319.35  
 Cū d. l, abl. 519.20. & 30  
 l, habet longū, 688.13  
 Fixū N. seu Subst. 123.23.121.  
 Flabra, orum, 264.28 [14  
 Flagito cū duob. acc. 496.28  
 Cum præp. A, 502.37  
 Flagro cū Abl. 461.13  
 Flamen, inis, 211.7.264.32  
 Flauco, 318.35 ꝑ Flebilis adiect.  
 Fleto, 335.4. [399.16  
 Fleto, 316.27. cū Abl. 451.15  
 406.32. Fre.

Frequens ad ꝑ. b. 609.16 [21  
 Freitū. 298.10. Freitꝑ priscabi.  
 Fretus Abl. 410.15. d. l, bid. 16  
 Frico, 308.32.307.35.309.10  
 Frigo, 317.32  
 Frigida, subst. suppresso, 612.7  
 Frigus, oris, 213.28  
 Frit, neutr. 167.23.278.18  
 Frons, dis, 179.30.298.10  
 Fūdōs, is. l, bid. 22. ꝑ Frons, tis  
 Frontalia, 250.35 (214.23  
 Fructuosus cū dat. 390.14  
 Frugi indeclin. 278.14.158.  
 Frugifer cū dat. 390.15 [23  
 Fruror, 339.8. cū Abl. 461.25  
 Fruens, &c. particip. 141.34  
 Frustra vlt. l. 680.35  
 Frustror cū Accus. 469.9  
 Frux, 214.40.282.31. Iner. l.  
 672.39. Fruges, is, 292.27.  
 34. Neutr. 183.36. fœ. 185.1  
 Fuera pro fuisse, 70.9  
 Fuga, 246.5 fugai, 201.3  
 Fugus, cū g. 370.5. cū d. 382.31  
 Fugio, 320.33. cū d. ꝑ. 451.34  
 Fulgēnas, atis, 19.10 (120.2  
 Fulgeo, 316.19.317.24. Fulgo  
 Fulgetra, & Fulgetrū, 292.24  
 Fumus, 245.23 ꝑ Fūdo, 324.21  
 Funnū, & Funnus, 297.35  
 Fūnebris cū dat. 390.16  
 Funestus cū dat. l, bid. 17  
 Eungor cū abl. 461.28. cū acc.  
 464.40.463.22 [213.25  
 Funis. m. 173.3. ꝑ Funnus eris  
 Fuo priscū, 94.19. & 26 [39  
 Eur. m. 157.36 filis p. l. 672.  
 Eursur, masc. 170.20.253.36.  
 Eurois, 304.35.333.2  
 Cū dat. ꝑ irasci, 454.1

Furor, aris Acc. cū dat. 508.6  
 Cum abl. & præp. Abs, l, bid.  
 Fustis masc. 172.33.223.21  
 Futurū Insect. & ꝑfect. 38.16.  
 Fatur. Indic. ꝑ fut. coniunct. 41  
 Fut. Infinit. ꝑ. uū. 539.20 (7  
 Fut. in Ro. in Indicat. simile  
 priori ponendum, 41.24  
 Fut. in Rim. potential. modi,  
 Fut. præterito misū, 541.35  
 Fut. in Rum priscum, 538.13  
 Quibus ꝑbis gaudeat, 542.39  
 Fut. prisc. in. sere. sicut. 338.23  
 Futurꝑ cū dat. l, ablat. 519.33  
 G  
 Gabij, 243.18. Gabriel. 153.18  
 Gadis in sing. 243.29.259.7  
 Gades, ium, l, bid. & 243.27  
 Gadir, 214.40.282.31. Iner. l.  
 672.39. Fruges, is, 292.27.  
 34. Neutr. 183.36. fœ. 185.1  
 Galbanū, & galbanus, 298.7  
 Galerū, & galerum, 292.26  
 Gallia, 241.25.242.34  
 Ganea, & ganeum, 292.27  
 Gargarus, & Gargara, 270.27  
 Garūna masc. 160.3 (& 30  
 Gaudeo, 319.27. & 35. cū dat.  
 451.35. cū ablat. 461.31  
 Gausape neutr. 165.18  
 Ladeclinab. 276.40  
 Gausapū, & Gausapa in plur.  
 Gaza in plur. 246.25 (278.25  
 Gelat, 344.7.612.34.613.2  
 Gelōus, 642.6. ꝑ Gelu, 248:16  
 167.21.298.10. & 22  
 Geminare primā in præ. quid  
 Gemo, 329.33 [303.21  
 Gemini, ꝑ signo celesti, 254.8  
 pro fratribus, 254.3. [21  
 Genā, & 259.9. ꝑ Gener, 204  
 Genera nom. quinque, 147.34  
 Genesis, is, l, eos, 29.1  
 Geryones, 292.24. Geryon 668.

Geꝑ Patrius, interrogandi, Ru-  
 gadi, l, Gignēdi casus, 342.18  
 Geꝑ post substantiua, 364.14  
 post adiectiua, 367.5  
 post superlatiua, 373.5  
 Geꝑ figuratē ꝑ Nomin. 481.4  
 ꝑ acc. ꝑ Enallagen. 608.32  
 G. nō mutatur in passiuā, 511.3  
 Geꝑ in, As, olim, 199.13.200.30  
 Geꝑ Criminis, 473.20. Pæne.  
 Genꝑ 245.25 [474.9  
 Genus. n. collect. 375.16.213.25  
 Genus omne. com. s. iū, 149.39  
 Genus ꝑ gen. ꝑ Enallag. 610.25  
 Gen. Epicurū, 193.35.194.17  
 Geōmetra antep. l. 661.13  
 Geōmetra, p. br. l, bid. 23  
 Geōmetrica, orum, 251.35  
 Geōmetricus, a, ū, l, bid. 36  
 Georgica, orum, 250.5  
 Georgicus, a, um, 251.35  
 Gero, 332.5. D. cū Ac. 488.24  
 Geruāsi in Voc. p. acut. 739.17  
 Gerulus cū G. 371.25 (549.14  
 Gerundia vnde dicta, 102.30  
 Suorū ꝑborū casꝑ habēt, 543  
 Passiua nullū, 549.6 (37  
 Hec à quibus ꝑbis. s. i. t. 551.38  
 G. in Di, rarō pass. sign. 549.15  
 Genit. pl. adnuntunt, 546.29  
 A nominibus pendēt, 545.34  
 In Do, datini, & ablat. 549.21  
 Cum præp. iuncta, 548.10  
 Sine præp. l, bid. ꝑ. 12  
 Passionem saepe sign. 549.16  
 In dat. rarō actionē, 548.39.  
 G. in Dū, saepe passiuā, 549.16  
 Cum præp. iuncta, 47.34  
 Cum adiectiuis, ibid. 30  
 Gerundij variandi ratio, 549.37  
 Eius loco Infinitū, 544.22  
 Geryones, 292.24. Geryon 668.



**Illecebra**, 259.20  
**Illic**, **Illicet**, &c. 17.23  
**Illic**, pro **illice**, 17.29  
**Illicio**, 321.29 [31  
**Illico**, 590.2 & **Illico**. vlt. br. 687  
**Illico**, **Illico**, **Illico**, 491.3  
**Illicum**, 18.1. & **Illic**, 590.27  
**Illicum**, 591.39  
**Illicum**, 590.39  
**Illicum** cū d. 428.19. 436.31  
**Illicum** cum d.l. acc. 456.13. 426  
 13. 428.20. 436.32.  
**Illyriū**, 162.9 & **Illyris** 727.6  
**Imaginor**. Acc. 469.11  
**Imbecillimus**, & **lisp** 129.27  
**Imber**, bris, 211.17.230.4  
**Imbrex**, dub. G. 186.19. 189.4  
**Imbuo** Acc. cū Abl. 497.17  
**Imitor**, 459.11. 515.34. 518.1  
**Imaturus** cum d. 401.13. 391.21  
**Immemor** cū g. 370.31 (4. 6. 35  
**Immineo**, 316.14. cū d. 428.20  
**Imisti**, p. **imissit**, 40.18 [30.2.9  
**Imittis** cū d. 391.22. ¶ **imitto**,  
**Imōdicus** cum genit. 371.26  
**Imorior**, **immoror** cū d. 428.20  
**Imugio** cū d. 454.5 [436.38  
**Imunis**, g.l. Abl. 406.33. cū Ab.  
**Imurmuro**, 454.6 (412.16  
**Imūdo**, l. **imūdo**, 625.24. v. b. 686.38  
**Impar** D. 384.38. v. l. 663.38  
**Impatit**, 436.4.1. & **impello**, 329  
**Impēdeo**, D. 428.20. Acc. 476  
**Impendo**, Acc. cū d. 491.3 [18  
**Imperatius** modus, 41.36  
 Duo habet tēpora. 42.2. & 18  
 Fut. duplex. **ibid.** 20. & 48.1  
 To finit. **reip.** cū **pres.** 43.1  
 Hatet alias voc. **similes** conū-  
 ſino, 50.30. **suband.** Fac, 51.2  
 et ponitur **conū.** p. **Impat.**  
 12.2. Fac aliqū. exprimitur,

**Improbis** cum dat. 391.29  
**Impuid**, **Imprudens** cū g. 368  
**Impubes**, bis, 197.24 (19. & 21  
**Impubes**, l. **Impūbis**, eris, 198  
**Impulsio**. l. **Impulsus**, 293.11 [4  
**Impunis**, & **ne**, cum d. 391.30  
**Imputo** Accus. cum dat. 491.4  
**Imus** superl. n. 231.20 [144.1  
**In**. 143.5. **Privat** v. **bum** vi sua  
**Interponitur** **interdū**, 143.26  
 Cū v. b. **mos** acc. habet, 181.6  
 Et p. **Erga**, **Contra**, &c. v. 7  
 Cum v. b. **quietis**, Abl. 581.18  
 Et pro **Inter**. **Ibid.** ¶ 14  
 Supprimitur **interdū**, 614.28  
**In** cōp. saepe mutatur, 301.26  
 Corripitur etiā in comp. 658  
**Inacce** D. 391.34 [21. 692.27  
**Inaqualia**, siue **Anomala**, 241  
**Inanis** cum g. l. Abl. 406.37  
**Inascensus**, **Inaspectus** cū d. 391  
**Incalesco**, 305.24 (37. & 38  
**Incautus** cum g. l. d. 382.39  
 Ab. cū **prae.** d. l. **Ab**, 412.18  
**Incedo**, 325.9. cū **acc.** 576.19  
**Incertus** cū G. 368.25. cū Abl.  
 & **prae.** De, **Ibid.** 26  
**Incesso**, 332.23. D. l. acc. 456.8  
**Incessus**, & **Incessum**, 293.13  
**Inchoativa** v. b., 135.9. 137.3  
 Ad v. b. **Magis**, &c. **admittit**  
 Et v. b. **Incipio**, 137.14 [v. 7  
 Vnde **frant**, v. f. 25. & 28  
**Prat.** & **Sup.** carent; 353.21  
**Incido** à **Cado**, 324.37. 340.34  
 Cū d. 428.21. 427.18. 437.  
 10. Cū **acc.** **rep.** **prae.** 574.32  
**Incido** à **Cado** d. cū **acc.** 491.4  
**Inclamo** D. 428.21. 437.13  
**Includo** D. cum **acc.** 491.4  
**Incluyis** sine **Comp.** 131.20  
**Inclutus** vin **supl.** habet, 374  
**Incepti**, & **inceptus** 106.22  
**Indignor** cum **acc.** 468.4  
**Incognit**, **Incōmod**, **Incōcess**, **Indignus** cū g. l. Abl. 406.39. d.  
**Incōgruens** cū d. 392.1.3. 24  
**Indign** g. l. Abl. 407.2 (407.1  
**Increbescō**, l. **Increbresco**, 625  
**Indipiscor**, 339.4. cū **acc.** 469  
**Indo**, **acc.** cum **dat.** 491.5 (11  
**Increpo**, 306.24. 307.10. **Ac.** **Indecilis**, g. l. dat. 383.3  
 cū g. 475.7. Sic **Increpito**. **ibid.** **Indocit** cū g. 368.29. 560.25  
**Increresco** cū d. 454.7. (10 **Indoles**, 246.29 (& 9  
**Incubo** cū d. l. **acc.** 437.17 **Indoleo**, **Indubito** cū d. 454.7  
**In dolo**, 325.34 **Indormio** cū d. 428.21. 437.32  
**Inculo**, 300.9. d. cū **acc.** 491.4 **Induciae**. l. **tiae**. 625.25. 256.17  
**Incubo** cum d. 425.29. 428.21 **Induco** D. cum **accus.** 491.5  
 437.21. **Acc.** cū **Ad. l. In**, 425 **Induce**, pro **Induc.** 101.17  
**Incunabula**, orum, 262.14 (22 **Indulgeo**, 316.18. cū d. 437.33  
**Incuriosus** cum g. 370.23 427.6. 428.21. Et **acc.** 485.21  
**Incurro** cū d. 428.21. 437.28 **Induo** D. l. Abl. cū **acc.** 498.19  
**Acc.** **repet.** **prae.** 574.34 **Industrior**, 129.36 [508.14  
**Incurso** cū d. 437.29. 428.21 **Induua**, 259.21. ¶ **Induxis**, p.  
**Incus**, cū d. s. 178.38. 213.28 **Induxeris**, 47.21. **Induxit**, **ibid.**  
**Incusō** **Acc.** cū g. **crim.** 473.35 **Inefficax** cum **dat.** 392.14  
**Incutio**, 325.37. **Acc.** cū d. 491 **Ineo** **prae.** **repet.** 574.35  
 4. **Acc.** cum **In**, 574.33 **Inerro** cū d. 437.39 (400.40  
**Inde**, 590.2. cum **genit.** 386.9 **Inexptus** cū d. 392.15. cum **Ad.**  
**Indebitus** cum **dat.** 392.9 **Inexplebilis** cū d. l. Abl. 407.4  
**Indecet** cum **acc.** 472.28 **Inexplicabilis** cum **dat.** 399.5  
**Indecor** omn. g. 159.35. 671.31 **Inexpugnabilis** cum d. 399.6  
**Indecoris**, & **re.** 159.33. p. **br** **Infamis** cū **dat.** 392.17 (37  
 671.40. Cū d. 392.10 **Infamo** **Acc.** cum g. **crim.** 473  
**Indecōrus**, cum **dat.** 392.12 **Infandum** **interiect.** 145.27  
**Indeficiens** cum **dat.** 292.13 **Infans** cōm. **duor.** 156.38 (& 20  
**Index** cōm. **duor.** 156.37 **Insuij** **Insensus** cū d. 392.19  
**Indicativus** modus, 38.37 **Infer**, 4. ū, 130.40. **Infer**, 1. orū,  
 Dicitur p. **nūciatū** **Ibid.** 40 **Inferbo**, 319.27 (254.11  
 D. **finiū** 39.1. **Sermo finit**, **Inferia**, 259.26. 283.38  
**Indico**, **acc.** cū d. 491.4. (70.25 **Inferior**, **Infirmus**, 130.33  
**Indice**, p. **Indic.** 101.14 **Inferior** cū d. 392.22. 414.11  
**Indilem**, 59.3. **pen.** b. 659.40 **Infernē**, 590.3. **Vlt.** b. 684.40  
**Indigena**. m. 158.40. 159.6 **Infernus** **adiect.** 270.37  
**Indiges**, **indigetis**, 211.40 **Infero**, 330.10. **Acc.** cū d. 491.5  
**Indigeo** cum g. 464.32. 455.2 **Inferneſco** cum **dat.** 454.11  
 Cum **ablat.** 461.35 **Inferit** **Inſi** cū d. 392.23. & 25  
**Indigenus** cum **genit.** 371.29 **Infidelis** cum **dat.** 392.14

Iniungo Acc. cū dat. 491.3 Insolens cū G. 368.35 (401.3) Interest. & Differt cū d. 440.1  
 Inuisu, 281.39 (438.17 & 16) Insuper G. l. d. 383.13 cū Ad. G. cū abi. Mea & c. 566.26. 567  
 Ināscor, Ināto, Inno d. 428.23 Insono cū D. 439.14 [393.19] 5.420.31. Acc. cū Ad. 421.38  
 Innitōr D. 438.24. Acc. l. Abl. Insons G. 368.34. q Insuper Interfāris, l. are, Acc 469.12  
 Innocens, 371.33 (cū In, 574.38 Inspicio. 321.28 [508.32] Interfluo cū d. 440.3. 428.29  
 Innotescō, D. 428.23. 438.28 Insupergo. Acc. cū d. 491.6. l. Abl. Interfluo, Interiaceo D. 440.3  
 Innoxius, G. 370.12. D. 393.12 Inspiro. Acc. cū d. l. d. foliū, 450 Interiectio. 145.16. & 33 [5. & 5.  
 Abl. cū A, l. Ab, 412.20 Instar. 284.5. G. 584.27 (23) Eius constructio. 599.16  
 Innoxior, & ius, 129.33 Inferno Acc. cū Abl. 498.27 Interiocio, Acc. cū dat. 491.16  
 Innulca, p. br. 652.8 Infillo Acc. cū Abl. 491.6 Interiectio cū d. 393.25 [440.7  
 Innuo, 321.25. cū dat. 451.40 Infituio, Infruo Acc. cū Abl. Interloquor, Interluceo dat.  
 Inobsequens, Inōcu, Inofficio Instrum. Ablat<sup>9</sup> 533.26 (497.16) Intermaneo cū D. 454.16  
 Inoleo, Inolescō 319.10. d. 438. Infillo, D. 439.17. Acc. 576.27 Interminor D. 440.9. Acc. si.  
 Inops, 214.18. 227.12. cū G. l. Infilio, Infilio cū d. 439.23 Intermiss<sup>9</sup>, 333.26 [mul. 450.32  
 Abl. 407.6. cū prae. Ab, 412.19 Infulso cū d. l. acc. 456.40. Internascor cū d. 440.31. 428  
 Inopportunos cū D. 393.12 Insurgo cū d. 454.15 (428.24) Inter neco, 306.40 (25  
 Inprimis, l. Imprimis, 625.25 Insum D. 439.31. Abl. cū In, Interpono Acc. cū dat. 491.16  
 Inquam, 107.30. 305.8. 111.9. Inf. p. cū Acc. 578.24. (175.2) Interpres cōm. du. 157.1  
 cū d. 438.31. Inquies, 696.5 Infulsurro cū dat. 450.27 Interpretor & b. cōm. 515.35.  
 Inquietus, Insaluber D. 393.14 Intahesco D. 439.34 & Intact<sup>9</sup> Interpungo, 328.4. [518.1  
 Infatiabilis cum G. 371.34 Integer g. l. Abl. 407.8. cū Ad, Interrogatio, & Responso ca.  
 Inscribe, Insculpo, Acc. cū D. ibid. cum A. 412.23 Interrogatiuū. n. 124.10. 280. su consentiunt. 363.35 (1  
 Infensco cū dat. 428.23. 438. Intelligo, 327.36. 302.3. 507.15 Interrogatiuū. n. 124.10. 280.  
 Insequor Acc. 469.12 (34) Intendo D. 450.30. Acc. simul Interrogatio fut. prisc. 103.17  
 Infero, 332.17 Acc. cū d. 491.6. Ibid. & 491.6. Sic Intēto ibid. Interrogo cū du. Acc. 4.6.32  
 Inferpo, Insiūlo cū d. 454.13. Intentus D. l. Abl. 401.4. & 8 Interuero D. 454.17 [491.17  
 Inferuio cū d. 448.36. 427.7 Acc. cū prae. Ad. Ad vsus, ibid. Interuenio D. 440.14. 428.26  
 Infideo D. 438.39. Acc. 576.21. Inter, 142.33. postp. intercū, Intestinu, & Intestin<sup>9</sup>. 265.6  
 Abl. cū In, 575.3. Intercedo, d. 439.16 (143.25) Intexo Acc. cū D. 491.6. & 12  
 Infidia, 256.10. q Infidior D. Intercido à Cado, 324.40 Intono cū D. 440.16. 454.18  
 439.2. 426.13. Infidiā<sup>9</sup> 140. Intercido à Cado ibid. 37. Intra prae. accus. 142.32  
 Infidiosus cū D. 393.16. [38] Intercludo, Acc. cū d. 491.16. Postponitur interdū, 143.13  
 Insidio cū D. 439.6. Acc. & 9. cū Abl. 508.33. & prae. A, & 35. Intra, Interior, Intim<sup>9</sup> 130.33  
 Insigneibā, p. & bām, 102.24. Intercurro D. 439.38. 428.28 Intimus cum dat. 393.28  
 Infilio, 336. D. 439.9. Acc. 576. Inreus vlt. br. 672.37 Intrāstitiua Syntaxis, 341.34  
 Infirmulo Acc. cū G. 473.39 (23) Interdico cū d. 439.40. 428.25 Intransitiuum Verbū, 419.9  
 Infirmus D. sup. pressō Acc. 450. D. cū. Acc. l. Abl. 458.10. & 14. Intud ad & b. 590.28. vlt. l. 688  
 Infricivus, l. titius, 625.25 (19) Interdum fut. prisc. 115.17 Introduco antep. l. 641.28 (17  
 Infilio D. 439.11. Acc. 576.24 Interea, vlt. l. 681.16. & 31 Intubū, Intubus, & Intyb<sup>9</sup> 231  
 Inso: iabilis cū D. 393.17. Interest. cū G. 419.38. 428.20. Introrsum, 591.40 [13. 175.2  
 (420.31). Intrator

Inuicor, 469.12. & Intumesco. Irredux, & educis cr. br. 673.2 Inuones in pl. 242.19. & 24  
 Inu<sup>9</sup> 587.29. 590.6. (451.4) Irripio D. 428.24 prae. rep. Iupiter, l. Iuppiter, 625.26  
 Pro Inu<sup>9</sup>, 591.14 Irritus cū g. 368.39 [440.32] Iurisperitus, 196.23  
 Inuado, 327.13. cū d. 440.17. Irritatio fut. prisc. 60.10. 103. Iuriscōsultus, l. Iurecōs. 525.26  
 cū acc. 573.24. & prae. In, & 31. Irriogo Acc. cū D. 451.7 [18] Iuro: 313.9. cum dat. 440.41  
 Inueho Acc. cū D. 491.6 Irrumpo cū Acc. 575.27 Iusso, pro Iussero, 40.18  
 Inuehor cū Acc. 575.26 Irruo prae. repet. 574.40 Ius iuris, 213.40. 284.14  
 Inueniunt D. 393.29 (428.24) Is, ōnib<sup>9</sup> p. Insuperuit, 133.34 Iusurandū, 196.25  
 Inueterasco, 137.28. l. 440.19 Pro relat. Qui, ibid. 24 Iussu, & c. 271.14. 284.21  
 Inuid<sup>9</sup> cū g. 560.27. D. 393.32 Et vsus in orat. abig. 572.14 Iustum, 271.8. rusus, 293.18  
 Inuideo, Inuidio D. 440.21 Is finita in Acc. pl. 230.1. 634 Iusta Syntaxis, 341.26. & 37  
 Inuidiosus cū d. 333.31 [5 & 25] Isais p. accurā, 641.11 (5) Iustia, orum, 265.17  
 Inuisus D. 333.33. cū Ad. ibid. Is, ōf. ch. 736.28. & Iis, 217.24 Iusti, p. Iustifi, 40.18  
 Inuitis<sup>9</sup> sine comp. 131.2. (24) Ismarus, & Ismara, orū, 271.6 Iustitia in pl. rard, 248.8  
 Inuolo D. l. acc. 440.26. 428. Israelita, ites, l. itis, 293.17 Iustitiū pl. caret, 248.16  
 Inuolucru, & Inuolucra, 293.15 Istac, 591.2. & Ister, & Istrum, Iuuat cum Acc. 472.29  
 Inuoluo, Inuero Acc. cū D. 491. Isthaec, p. Isthaec, 17.35 (160.5) Iuuenis cōm. g. 157.3  
 Inundo cū acc. l. Abl. 461.38 (7) Isthic, Isthaec, Isthoc, & c. 17.20 Iuuenta, 248.8. 293.19  
 Inusitatus cū dat. 393.31 Isthicine, Isthaecine, & c. 17 Iuene<sup>9</sup>, ibid. & 179.8. 214.2  
 Inutilis D. l. acc. cū Ad, 401.8 Isthmia, orum, 2.0.3 [25] Iuuo, 308.28. & Iuxta, 142.30  
 Io, pen. cōm. 640.2. & c. ro in Isthmia, 176.13. q Isthic, 590 Ixion, Ionis, 642.2. 668.38  
 Ioānes pr. l. 642.6 (Abl. 215.27) Istiusmodi, 18.1. 278.7. (2) Iynx, auis. n. f. 180.18. & 30  
 Iob, 277.24 p. duc. 689.27 (25) Iud, 590.26. rstor sum, 591.38 K,  
 Iocinoris, à Iocinus, 215.8. 211 Istiusque ad q. Quo? 590.40 K, ubi scribendum, 119.4. & 16  
 Ioculor Acc. 471.14. (13) Ita, 144.16. cum Op. at, 52.39 Kalenda, l. Calenda, 625.26  
 Iocor cū D. 440.29. Acc. 471 Italis, idis, 726.37 (vl. l. 680.18) Kyrie elēison, 736.7  
 Iocus in pl. Ioci, l. Ioca, 71.18 Italia, 242.10. pr. l. 712.8 L,  
 Iod Hebr. semp. cōf. 632.29. 635 Iudicium, 720.10 Est collectiuū, 375.23 L, liquida, 631.38. (653.10  
 Ionia pen. br. 641.11 [35] Iter, 169.7. 210.10. Itiner, 215 Labefatio, & Labefatio, pr. b.  
 Ionicus à mai. & min. pedes. Itidem. p. br. 619.40 (18) Labes in plu. 246.31  
 Ioni<sup>9</sup> pr. l. 642.2 (car. 701.29) Itum, p. br. 648.33. Itys, 693.9 Labium, 298.10. Labia, & ibid.  
 Iosaphat vlt. l. 689.26 Iubar, 248.15. cr. br. 663.37 Labici, orum, 243.20. (23  
 Ioseph, Iosephus 277.24. & 28. Iubeo, 316.18. Acc. 475.37. 490 Labor, eris, 338.9. (462.2.  
 Iota semper vocalis, 632.27 3. cū d. simul, 425.35. 489.42 Labo, as, cū Abl. 461.41. cū d.  
 Iotactismus, 625.25 [ibid. 13] Iucū<sup>9</sup> cum dat. 393.40 Laborat<sup>9</sup> passiuē, 140.36 (462.  
 Iouis, 754.11. Ioues in plur. Iudex cōm. du. 157.2. 158.40 Laboriosus cū dat. 394.4  
 Ipbigenia, 641.32 (148.27) Iudicatio fut. prisc. 60.10. 103 Laboro cum Abl. 462.3.  
 Ipse, cuiusvis persona, 133.30 Iudico cū G. pœne, 474.30 (15) Laburnū, arbor, 162.10 (39  
 Ipsissim<sup>9</sup>, 529.2. Ipsus oī. 16.35 Iudicium, pro orum, 235.15 Lac, 167.25. p. duc. 650.30. 243.  
 Ir, siue Iir, 170.17 (333.39) Iugerū, & Iugera, um, 275.22 Lacedaemon, omis, 668.39  
 Irascor. D. 440.30. Iratus D. Iulus disj. ll. 715.14 (& 30) Lacesio, 334.18. & 24  
 Iris, 217.24. 219.30. Iri in voc. Iungendū & ba Acc. cū d. 485 Lacesio, 332.20. 334.18  
 220.30. Dēdd 3 [8

766 LA, LE, LI, LI, LI, MA, MA 767

Lachanū, 265.19 (4) Later. eris, 211.23 284.34 Libero Acc. cum abl. 900.20  
 Laches, ètis. vel Lachis. 212.3. Laterna, pr. l. 650.37 Liberadi ŷba, 499.3 (478.24)  
 Lacon, 670.24. Lacōnas, 230. Laterensis, e. l. i. in abl. 224.30 Libertabus, 199.29. 232.29  
 Lacrymo cū abl. 462.6 [29 Latex. m. 181.31 [116.32 Libet, 320.9. cū d. 427.30. 441  
 Lacryma, l. Lachryma, 425.27 Latina, arū, 251.15. Latinitus. Libripens, endis, 214.28 (8)  
 Lactes, ium, 259.30 (37) Latio cum dat. 441.5 Librosū nomina in pl. 211.32  
 Latus, us, 298.34. Lac<sup>o</sup> i. ibid. Latōis patrony. f. 726.16. 730 Libs, vent<sup>o</sup>, m. 153.36. q. Libum  
 Lacubus, 131.37. cr. b. 673.23 pen. l. 642.6. Latōus. Ibid. Libyŷis idis, 726.19 (265.22)  
 Lætra, 200.9. Lærtēs. pr. l. Latria, 641.34. q. Latro. m. 153 Licentia poetica, 712.16  
 Lætrūades, e. patr. m. 727.41 Latus, eris, 213.25 (39.157.36 Liceo, 519.19. q. Licet, 313.40  
 Lædo, 325.3 (4) Lat<sup>o</sup> acc. l. abl. mēŷura, 403.14 320.10. 314.1. cū d. 427.30  
 Lætor cū abl. 462.8. Acc. 468 Lauacū, 650.26 (tere, 479.30) Licens nomen, 141.21 (469.13)  
 Lætus cū dat. 394.2. g. l. abl. Laudadi ŷba, &c. g. nō admitt Licet, 305.3. 340.23. cū acc.  
 Læuā ad ŷb. 591.23 (407.12) Laudis abl. 417.9. q. Læuer f. Liceturum, 142.16. 320.18  
 Læuor sum. Ibid. 40 Lauo, 308.25. 309.13 (169.29) Licet pro Quāuis cū Cōiū.  
 Læganum, 265.22 Lauo, is, 312.21 [40.213.30] 601.7. cum Indic. 602.21  
 Lægari ŷsus qui, 720.23. 721 Laurēti. l. 250.35. q. Læus, 178 Lichen, m. 167.20. Lichenes, 4  
 Lægōis, 642.6 (11) Læurus. l. Læurus, us, 293.20 Lien. m. 169.1. 293.22 (293.21)  
 Lægōpus. f. 179.20. p. l. 661.14 Lebes, ètis, 212.2. m. 172.17 (2) Lienis. m. ibid. & 173.3 [207.25]  
 Læmbdacism<sup>o</sup>, 623.16 (736.27) Læcyth<sup>o</sup>. f. 178.2. q. Legio, 167 Ligeris, is, 211.25. q. Ligor, eris,  
 Læmbo, 323.17 q. Læmēch, p. ac. Lelex, Lælegis, 214.40 (35) Ligo, ōnis. m. 166.2 (306.6)  
 Læmentabilis actiue, 399.20 Læmures, 254.21. Lemuria, 250 Ligurio ligūris, & compos.  
 Læmentor cū acc. 469.13. 518 Lenōcinor cū d. 441.6. q. Lenis Ligus, Ligūris, 213.39. cr. br.  
 Læmpas, dis. l. dos, 211.30 [3] cū d. 394.4 (ibid. 24. 218.26) Limax, dub. g. 187.20 (672.34)  
 Læmpada, e, 298.37 Lens, dis, 214.17. Lens, tis, Limes, itis. m. 171.16. 212.15  
 Lænius, & Lænio, onis, 298.34 Lepos. l. Lepor. ōris, 213.18 Limus, 241.5 (41)  
 Lænistā masc. 153.31 (22) Lepus. m. 178.35. 195.8. 213 Lingo, 327.27. q. Lingon, 668  
 Læocon, ontis, 211.4. pr. l. 641 Læporis crm. br. 671.26 [28 Lino, 330.5. q. Linquo, 330.18  
 Læodamīa, Læomedon, 641.22 Lesbos. fœm. 160.21. 208.23 Linter dub. g. 192.27. 211.21  
 Læomedontiades patr. m. 729. Læstrygon. onis, cr. br. 668.40 Liquefacio, 658.8 101.3 (227)  
 Læpicidīna. l. dicīna, 625.27 Læthalis, Læthifer, cū d. 394.5 Liquecū dat. 427.33  
 Læpidesco, 137.29 q. Læpis, 172 Læthe, es. f. 184.13. q. Læthum, Liquide litera quatuor, 631.38  
 Læpidat. Cōtēnēbrat, &c. 612. Leucōpetra, 661.21 (248.15) Liquor, liqueris, 3.319  
 Læp. 254.20. 211.8. 185.30 (38) Lenir, lēuirī. masc. 170.16 Lis, litis, 213.4. 227.10. cr. l.  
 Cr. br. 663.36. Vlt. l. 693.37 Lex, lēgis, 180.1. cr. l. 651.28 666.19. vlt. l. 696.38 Litis in  
 Lærium in g. 228.7 (369.1) Libanus, fœm. 161.40. 162.2 Lltanīa, 641.34 (acc. pl. 230.6  
 Lærgior, 469.13 q. Lærg<sup>o</sup> cū g. Libens nom. 141.21. 226.2 Litera, l. Litt. e. dupl. 625.27  
 Lærgiter cum genit. 584.21 Liberi, orū, 163.1. 252.33. Libe Litera p. epist. 259.34 (103.11  
 Lærynx, 180.33 q. Lærix, 181.31 rīm, 233.40. Liber, eri, 204.29 Literarū nomina fœ. l. neutr.  
 Lærs, Lærtis, 214.24. q. Læser, Liber adie. G. l. abl. 407.17 Earū mutatio in cōp. 299.17  
 Læbra, 259.31 (masc. 169.7. Liberalia, iū, 250.35 (412.25) Attributa, 147. Numer<sup>o</sup>, 109  
 Læco cū d. 141.1. cū Acc. 144 Liberalis cum gen. 359.2 Litōstrotos atep. ac. 736.6 (24

Lito. p. sacrificio, 441.11. 450.34 Lychnis, idis herba n. fœ 174.3 Malecupio cum dat. 426.13  
 Lituū à Lino p. br. 648.33 Lycophron. cr. b. 669.2 (212.36) Maledico cū d. ibid. & 441.14  
 Litu. l. lituus, 625.27. 213.28 Lycurgides, patrony. m. 728.15 Maledicus, p. br. 652.9  
 Lineo, 318.35. q. Lixa. m. 153.31 Lyncēus, 641.27 Maledicentior, ètis<sup>o</sup>, 130.22  
 Locessim. 111.1. q. Loculi, 252.29 Lynx, Lyncis, dub. g. 193.1 Malefacio cū d. 426.13. 441.16  
 Locuples, ètis, 665.27. 236.31 Lyncum in g. pl. 227.6 Malesic<sup>o</sup> cū d. 394.12 (18. & 15)  
 Omn. g. 159.11. 282.23. cū abl. Lysidas, e, 199.3 Maleloquor, Maleprecor, 441  
 Locupletior, 359.13 [410.22] Maled est cum dat. 441.16  
 Locu. i. & Loca, orum, 271.21 M, liquida, 63.38. 645.37 Maleuertit, d. 427.17. 441.21  
 Logos. m. 176.13. Loliū, 244.10 Ante, B, P, M, scribēda, 7.26 Maleuolo cū d. 426.13 (& 14  
 Longē ad Vbi Vnde? Quo? 589. Et ante alias conson. 7.29 Maluolus, Malignus d. 394.13  
 29. 590.6. & 28. 598.2 M, in fine corrip. 691.35 Malo, 98.25. 99.15. 329.20  
 Pro Valde, cū Superl. 597.32 Mācedo, 668.9. Mācedūm, 234 Malūm interiect. 145.27  
 Longē alius, &c. 598.11. & 14 Macellum, 248.14 [2] Māndr. a. masc. 164.9. & 21  
 Loginquit cum dat. 394.7 [8] Maceria, & Maceris, 293.31 Mānceps, 214.20. Mancipi, 156  
 Longinquior sine suplat. 129 Machāon, chāonis, 669.3 Mancipo, 485.35 (36.278.33  
 Longius, 590.6. q. Long<sup>o</sup>, 403.14 Machinor cum acc. 469.14 Mādo, is, 324.326.26 (485.11  
 Loquor, 469.13. Acc. cū d. 485.3 Macrolōgia, 628.9. 629.13 Mādo, as, D. 450.36. Ac. simul.  
 Lora, 243.39. q. Lot, 689.27 Maete, 281.35. 285.7 Mane, 248.35. 285.17 (468.4  
 Lubricus cū d. 394.8. q. Lucar, cū genit. l. abl. 407.21 Manco, 316.13. cū d. 452.1. Acc.  
 Luceo, 316.20. D. 441.12 (169.28) Luceres, 252.40. Luceria, 250 Māneo, 316.13. cū d. 452.1. Acc.  
 Lucerna pr. b. 650.40 (35) Macēnas. l. Mēcēnas, 625.28 Mānes, ium, 230.3. 254.32  
 Lucrifacio, 660.22. Lucror cū (211.31) Manifestus cum genit. 371.36  
 Lucrosus, D. 394.9 [acc. 469.13] Macenates, in plu. 241.19. & 29 Māna, 248.17. neutr. 164.21.  
 Lucter cum dat. 454.20 Lucroŷis, idis, 727.3 Macēnālis, idis, 727.3 Manŷues, 666.8 (f. ibid. 28  
 Ludificor cum Acc. 469.13 Lucroŷis, idis, 727.3 Mano cū d. 452.4. cū abl. 462  
 Ludio, & Ludiu, 295.23 Māenalus, & Māenala, 269.27 Manŷuctus cum d. 394.17 (13  
 Ludorū nomina, 250.2 Māxon, Māxonis, 669.4 (271.31) Mānto, ŷis, 210.26. 217.16  
 Ludo, 325.4. q. Lues, 246.5. 285 Magnates, sum, 255.6 Māmbia, 256.17. q. Mānus. fœ.  
 Lugeo, 316.20 (2) Māgnēs, ètis. m. 172.17. 212.2 Māpalia, ium, 265.35 [174.33  
 Lumen pro oculo, 265.24 Māgnificentior, ètis<sup>o</sup>, 128.16 Māppa, 259.35. 298.34 Māppū  
 Luna, in plur. 242.38 Māgnificētior, ètis<sup>o</sup>, 128.16 Māra, 281.11. Mare in abl. 222  
 Luo, 321.24. Luiturus, 322.35 Māgnos, suppreŷo subŷ. 535.16 Mārgarita, & ritū, 293.34  
 Lupcal, 251.9. Lūpalia, 250.35 Māgnos, vl. l. 6, 0. 35. [23] Mārgo dub. gener. 121.39  
 Lupinus, & inū, 293.28. 244.10 Māta, 299.2. Mātan in acc. 203 Māria. p. acutā, 641.13. 740  
 Lūŷtro, 265.34. Lūŷtra, ŷ. 28 Māior, Māioris, 128.22 (29) Mārmor, 160.9 (8  
 Lūcū, 2.8. 18. & 33 (246.33) Māioris, 536.23. q. Māiores, 214 Mārones in plur. 241.30  
 Lux, is, crem. l. 672.39. Luccs Māiāgnas in d. plur. 229.36 Mārs. m. 153.15. p. bello, 185.30  
 Licāon. 669.1. q. Liccum. 641.1 Mālam fuz. Indic. 99.26 Māŷ, mēris cr. br. 663.37  
 Lycus, 642.2. q. Lycōn. 671.3 Māle cū ŷbis emēnāt, 337.1 Māŷculini gen. definitio, 150.2  
 Vlt. br. 683.21. Māŷfimal. l. Māŷf. 625.28. 153

MA, ME, MI, MI, MO, MV, 769  
Mafficus, Maffica, orum, 271.35  
Maffiche, es, 165.20  
Maffix, igit, 180.16.667.15  
Materfamilias, 1,9.14  
Materia, & Materies, 293.36  
Materie. N. Comparatio, & Superl. carent. 127.22  
Matralia, iu, 250.36  
Matricida, p.l.66.32(401.10  
Maturus cum dat.l.acc. & Ad, 227.6.cr.b.671.23.cu.g.369  
Maturiss<sup>o</sup> & Maturrim<sup>o</sup> 129.  
Mauolo, Maueli, &c.99.37(14  
Mausoleum, 641.28  
Maxime, 144.16 [566.27  
Mea, Tua, &c.cu. yb. 420.25  
p genit. Mis, Tis, &c.567.19  
563.15.cu.G.Vnius, &c.566.  
Meabilis actiue, 399.21 (27  
Medea, 641.28 (acc.441.22  
Medeor, 303.19.cu.D.475.8.1.  
Medens, 141.15(10.469.14  
Medicor, D.l.acc.457.2.426.  
Medimnu, & Medimn<sup>o</sup> 293.37  
Medimnum, p oru, 234.31[30  
Meditatiua. 305.27.135.24.1.7  
Meditor. 516.6.518.4.469.14  
Medius D 394.18. Medi<sup>o</sup> fidi<sup>o</sup>  
Medon, 669.26 (ad yb.145.2  
Megalenses, 25.4. Megalefia,  
Mebércole, Mehercle, [251.21  
Mebércoles ad ybia, 145.1  
Mecio, 330.25. Mel, neut. 167.22  
Melo, 380. mella, 244.20.281.11  
Mclap<sup>o</sup>. m.179.10.214.5. Cr.  
b.671.25. v.l.699.24.220.12  
Melchisedec. p. acuta. 736.29.  
Mele neut. 165.28 (690.34  
Mellec finita Hebr.ca. p. acuta  
736.29. vlt. br.690.33  
Melichrysis gema. fae. 177.8  
Melilotos, herba fæm. 178.1  
Melior, anom. 128.19  
Meliphylon antep.l. 660.13  
Melius cu ybis emendi, 337.1  
Mellaria, oru, 266.1 [24  
Meles neut. 174.31. Vlt. b.698  
Memini, 104.31. cu acc.468.31  
cu G.l. Acc.423.12. cu Abl.  
& præ. De, y. 19. & 424.3  
Memnon, Memnonis, 669.5  
Memoris, & re, prisçu, 222.20  
Memor, omn. g. 159.11.282.6.  
Memoratis<sup>o</sup> 131.11[29.370.29  
Memoro Acc. cu D. 485.3  
Mendū, & Menda, e, 293.40  
Menætiades patron. m.728.21  
Meneas, &c. 641.21.205.2  
Meninx, meningis, 18.17  
Meno, p Menon, &c. 215.35  
Mensis, 172.37.235.33.254.33  
Mefura. N. cu Ac.l. Abl.403.7  
De merfuris Carminu, 705.18  
Mentior, D.441.29. p Imitor,  
cum Accuf. 469.14  
Mefsis Orat. vitiu, 626.41  
Merces, edis, 212.22.665.27  
Mercor cu Accuf.469.14. &  
Abl. cu præ. A,506.27. De,507  
Mercor Accuf.469.14. (8  
Merges, itis, 212.18. masc. 171  
Mergo, 328.6 (28  
Meridianus, secūda l. 660.38  
Meritissimū substantiu. 129.1  
Merops, mēropis, 214.18  
Merx, mercis, 227.9  
Mesozeugma fig. 616.12  
Metacifmus, 623.15 (160.17  
Metamorphosis feos, 213.11  
Metaplasms, 624.23.731  
Metá h:sis fig. poët. 732  
Metaurus, & Metaurū, 150.5  
Methodus f. 176.6  
Metior, comūne, 518.5.469.14

MI, MI, MO, MV, 769  
Meto, 335.6 (passiue, 518.9  
Metor cu acc.469.15. Metatu  
Métrica necessitas, 712.1  
Metuo 321.24. cu D. 426.12  
441.31. Acc. cu dat. 509.27  
Metūn p orum, 234.13  
Me<sup>o</sup>, Tu<sup>o</sup>, &c. p deriuatiu. 570  
Meus in voc. 209.18 (13. & 23  
Michael, 153.18.665.37[308.31  
Michol. vlt. br.691.28. q Mica,  
Migro cu Abl. 462.16. cu De,  
Ibid. cu acc. y. 18. Migratu su  
Mibi, 685.10 (pin pass. ibid.19  
Miles com. duor. 157.4.212.16  
Militia ad q Vbit 520.8  
Miliun, ij, 243.39  
Mille substant. 165.34.249.35.  
278.40. Milli in abl.279.4  
Adiectiu. 158.25.159.35.249  
Milleni, distributin. 250.22 (35  
Milliare, seu, riu, 403.16  
Mimalion, onis, 670.27  
Mine, 256.13. q Mingo, 330.25  
Minime, 144.18. cu g. 586.14  
Minim<sup>o</sup> 1.8.20. Minimo, 535.16  
Minister, a, u, cu gente. 371.36  
Ministro Ac. cu d. 485.6 [469  
Minor, Minitor, Acc. cu d. 450  
Minor. n. 118.20. Minoris cum  
ybis Emendi, &c. 536.10 & 25  
Minori cu subst. y. 33. Minores  
Minos, ois 213.20 (252.27  
Minus, & Minimū, 365.11  
Mirotaurus antep.l. 661.25  
Minuta, & Minuties, 298.38  
Miratu sup pass. 93.32(259.36  
Misticissimus, 130.21  
Mitor cu accus. 469.15 (24  
Misceo, Acc. cu d. 469.5.3.3.  
Mis, Tis, Sis, p Mei, &c. 564.32  
Actiue sign. Ibid.  
Miser cu y. 371.37. d. 394.20.  
cr. br. 663.18.) Mife.  
Misereor, 338.9. cu g. 422.35  
Cum dat. Ibid.35 [7  
Misere, 320.12. Acc. cu g. 480  
Miserefat, ibid. y. 9. & 468.33  
Miserecur impf. Acc. cu g. 136  
35.481.21. & 35  
Miseror cum acc. 469.15  
Miseratus cum g. 559.28  
Missi pro misisti, 40.18  
Missus cum dat. 394.22  
Missy, yos, metalli genus, & tu-  
beris, neur. 166:29.210.14  
Mitefco, à Mitis, 305.12  
Mitis cu d. 394.22 (495.3  
Mitto, 335.6. Acc. cu d. 489.32  
Miari yfus, qui, 721.14  
Mobile, seu adiect. 123.29  
Mobilis pr.l. 650.37 (469.15  
Moderor cu Accil. dat. 441.35  
Moderatu. supin. pass. 93.37  
Modestus cum dat. 394.25  
Modi yboru quinque, 148.22  
Modicum substantiue, 365.12  
Modicus adiect. cu g. 370.38  
Modico cu yb. emedi, &c. 535  
Modificor, 469.15. 518.11. (16  
Modius, & Modiu, 294.1  
Modo vlt. com. 687.20. Ei<sup>o</sup> co-  
posita vlt. br. 687.16. 686.38  
Modus, quid sit, 36.40. Dicitur  
Species, 37.34. Vari<sup>o</sup> ei<sup>o</sup> yfus,  
y. 2. Est ybi attributu, 373.30  
Modorum numerus, 37.36  
Modus act. effertur abl. 533.15  
Admittit præ. Cum, Ibid. 10  
Mod<sup>o</sup> p modo, p Enallag. 611.6  
Modus finit<sup>o</sup> significationes modos  
præter Infinitiu, 342.22  
Moniaium, 266.3.266.3.  
Mureo, Mureo, 625.28  
304.36.319.32.  
Cum accusat. 468.12  
Moerit in vocat. 220.3. vlt. br.  
[7 Molaris, masc. 182.20 (y. 16  
Mo estus cu dat. 394.26  
Molitor, iris, 469.15  
Mollitia, ties, & tudo. 294.3  
Molossus, pes carm. 700.39  
Molorum cum acc. 469.15  
Miseratus cum g. 559.28  
Missi pro misisti, 40.18  
Missus cum dat. 394.22  
Missy, yos, metalli genus, & tu-  
beris, neur. 166:29.210.14  
Mitefco, à Mitis, 305.12  
Mitis cu d. 394.22 (495.3  
Mitto, 335.6. Acc. cu d. 489.32  
Miari yfus, qui, 721.14  
Mobile, seu adiect. 123.29  
Mobilis pr.l. 650.37 (469.15  
Moderor cu Accil. dat. 441.35  
Moderatu. supin. pass. 93.37  
Modestus cum dat. 394.25  
Modi yboru quinque, 148.22  
Modicum substantiue, 365.12  
Modicus adiect. cu g. 370.38  
Modico cu yb. emedi, &c. 535  
Modificor, 469.15. 518.11. (16  
Modius, & Modiu, 294.1  
Modo vlt. com. 687.20. Ei<sup>o</sup> co-  
posita vlt. br. 687.16. 686.38  
Modus, quid sit, 36.40. Dicitur  
Species, 37.34. Vari<sup>o</sup> ei<sup>o</sup> yfus,  
y. 2. Est ybi attributu, 373.30  
Modorum numerus, 37.36  
Modus act. effertur abl. 533.15  
Admittit præ. Cum, Ibid. 10  
Mod<sup>o</sup> p modo, p Enallag. 611.6  
Modus finit<sup>o</sup> significationes modos  
præter Infinitiu, 342.22  
Moniaium, 266.3.266.3.  
Mureo, Mureo, 625.28  
304.36.319.32.  
Cum accusat. 468.12  
Moerit in vocat. 220.3. vlt. br.  
[7 Molaris, masc. 182.20 (y. 16  
Mo estus cu dat. 394.26  
Molitor, iris, 469.15  
Mollitia, ties, & tudo. 294.3  
Molossus, pes carm. 700.39  
Molorum cum acc. 469.15  
Miseratus cum g. 559.28  
Missi pro misisti, 40.18  
Missus cum dat. 394.22  
Missy, yos, metalli genus, & tu-  
beris, neur. 166:29.210.14  
Mitefco, à Mitis, 305.12  
Mitis cu d. 394.22 (495.3  
Mitto, 335.6. Acc. cu d. 489.32  
Miari yfus, qui, 721.14  
Mobile, seu adiect. 123.29  
Mobilis pr.l. 650.37 (469.15  
Moderor cu Accil. dat. 441.35  
Moderatu. supin. pass. 93.37  
Modestus cum dat. 394.25  
Modi yboru quinque, 148.22  
Modicum substantiue, 365.12  
Modicus adiect. cu g. 370.38  
Modico cu yb. emedi, &c. 535  
Modificor, 469.15. 518.11. (16  
Modius, & Modiu, 294.1  
Modo vlt. com. 687.20. Ei<sup>o</sup> co-  
posita vlt. br. 687.16. 686.38  
Modus, quid sit, 36.40. Dicitur  
Species, 37.34. Vari<sup>o</sup> ei<sup>o</sup> yfus,  
y. 2. Est ybi attributu, 373.30  
Modorum numerus, 37.36  
Modus act. effertur abl. 533.15  
Admittit præ. Cum, Ibid. 10  
Mod<sup>o</sup> p modo, p Enallag. 611.6  
Modus finit<sup>o</sup> significationes modos  
præter Infinitiu, 342.22  
Moniaium, 266.3.266.3.  
Mureo, Mureo, 625.28  
304.36.319.32.  
Cum accusat. 468.12  
Moerit in vocat. 220.3. vlt. br.  
[7 Molaris, masc. 182.20 (y. 16  
Mo estus cu dat. 394.26  
Molitor, iris, 469.15  
Mollitia, ties, & tudo. 294.3  
Molossus, pes carm. 700.39  
Molorum cum acc. 469.15  
Miseratus cum g. 559.28  
Missi pro misisti, 40.18  
Missus cum dat. 394.22  
Missy, yos, metalli genus, & tu-  
beris, neur. 166:29.210.14  
Mitefco, à Mitis, 305.12  
Mitis cu d. 394.22 (495.3  
Mitto, 335.6. Acc. cu d. 489.32  
Miari yfus, qui, 721.14  
Mobile, seu adiect. 123.29  
Mobilis pr.l. 650.37 (469.15  
Moderor cu Accil. dat. 441.35  
Moderatu. supin. pass. 93.37  
Modestus cum dat. 394.25  
Modi yboru quinque, 148.22  
Modicum substantiue, 365.12  
Modicus adiect. cu g. 370.38  
Modico cu yb. emedi, &c. 535  
Modificor, 469.15. 518.11. (16  
Modius, & Modiu, 294.1  
Modo vlt. com. 687.20. Ei<sup>o</sup> co-  
posita vlt. br. 687.16. 686.38  
Modus, quid sit, 36.40. Dicitur  
Species, 37.34. Vari<sup>o</sup> ei<sup>o</sup> yfus,  
y. 2. Est ybi attributu, 373.30  
Modorum numerus, 37.36  
Modus act. effertur abl. 533.15  
Admittit præ. Cum, Ibid. 10  
Mod<sup>o</sup> p modo, p Enallag. 611.6  
Modus finit<sup>o</sup> significationes modos  
præter Infinitiu, 342.22  
Moniaium, 266.3.266.3.  
Mureo, Mureo, 625.28  
304.36.319.32.  
Cum accusat. 468.12  
Moerit in vocat. 220.3. vlt. br.  
[7 Molaris, masc. 182.20 (y. 16  
Mo estus cu dat. 394.26  
Molitor, iris, 469.15  
Mollitia, ties, & tudo. 294.3  
Molossus, pes carm. 700.39  
Molorum cum acc. 469.15  
Miseratus cum g. 559.28  
Missi pro misisti, 40.18  
Missus cum dat. 394.22  
Missy, yos, metalli genus, & tu-  
beris, neur. 166:29.210.14  
Mitefco, à Mitis, 305.12  
Mitis cu d. 394.22 (495.3  
Mitto, 335.6. Acc. cu d. 489.32  
Miari yfus, qui, 721.14  
Mobile, seu adiect. 123.29  
Mobilis pr.l. 650.37 (469.15  
Moderor cu Accil. dat. 441.35  
Moderatu. supin. pass. 93.37  
Modestus cum dat. 394.25  
Modi yboru quinque, 148.22  
Modicum substantiue, 365.12  
Modicus adiect. cu g. 370.38  
Modico cu yb. emedi, &c. 535  
Modificor, 469.15. 518.11. (16  
Modius, & Modiu, 294.1  
Modo vlt. com. 687.20. Ei<sup>o</sup> co-  
posita vlt. br. 687.16. 686.38  
Modus, quid sit, 36.40. Dicitur  
Species, 37.34. Vari<sup>o</sup> ei<sup>o</sup> yfus,  
y. 2. Est ybi attributu, 373.30  
Modorum numerus, 37.36  
Modus act. effertur abl. 533.15  
Admittit præ. Cum, Ibid. 10  
Mod<sup>o</sup> p modo, p Enallag. 611.6  
Modus finit<sup>o</sup> significationes modos  
præter Infinitiu, 342.22  
Moniaium, 266.3.266.3.  
Mureo, Mureo, 625.28  
304.36.319.32.  
Cum accusat. 468.12  
Moerit in vocat. 220.3. vlt. br.  
[7 Molaris, masc. 182.20 (y. 16  
Mo estus cu dat. 394.26  
Molitor, iris, 469.15  
Mollitia, ties, & tudo. 294.3  
Molossus, pes carm. 700.39  
Molorum cum acc. 469.15  
Miseratus cum g. 559.28  
Missi pro misisti, 40.18  
Missus cum dat. 394.22  
Missy, yos, metalli genus, & tu-  
beris, neur. 166:29.210.14  
Mitefco, à Mitis, 305.12  
Mitis cu d. 394.22 (495.3  
Mitto, 335.6. Acc. cu d. 489.32  
Miari yfus, qui, 721.14  
Mobile, seu adiect. 123.29  
Mobilis pr.l. 650.37 (469.15  
Moderor cu Accil. dat. 441.35  
Moderatu. supin. pass. 93.37  
Modestus cum dat. 394.25  
Modi yboru quinque, 148.22  
Modicum substantiue, 365.12  
Modicus adiect. cu g. 370.38  
Modico cu yb. emedi, &c. 535  
Modificor, 469.15. 518.11. (16  
Modius, & Modiu, 294.1  
Modo vlt. com. 687.20. Ei<sup>o</sup> co-  
posita vlt. br. 687.16. 686.38  
Modus, quid sit, 36.40. Dicitur  
Species, 37.34. Vari<sup>o</sup> ei<sup>o</sup> yfus,  
y. 2. Est ybi attributu, 373.30  
Modorum numerus, 37.36  
Modus act. effertur abl. 533.15  
Admittit præ. Cum, Ibid. 10  
Mod<sup>o</sup> p modo, p Enallag. 611.6  
Modus finit<sup>o</sup> significationes modos  
præter Infinitiu, 342.22  
Moniaium, 266.3.266.3.  
Mureo, Mureo, 625.28  
304.36.319.32.  
Cum accusat. 468.12  
Moerit in vocat. 220.3. vlt. br.  
[7 Molaris, masc. 182.20 (y. 16  
Mo estus cu dat. 394.26  
Molitor, iris, 469.15  
Mollitia, ties, & tudo. 294.3  
Molossus, pes carm. 700.39  
Molorum cum acc. 469.15  
Miseratus cum g. 559.28  
Missi pro misisti, 40.18  
Missus cum dat. 394.22  
Missy, yos, metalli genus, & tu-  
beris, neur. 166:29.210.14  
Mitefco, à Mitis, 305.12  
Mitis cu d. 394.22 (495.3  
Mitto, 335.6. Acc. cu d. 489.32  
Miari yfus, qui, 721.14  
Mobile, seu adiect. 123.29  
Mobilis pr.l. 650.37 (469.15  
Moderor cu Accil. dat. 441.35  
Moderatu. supin. pass. 93.37  
Modestus cum dat. 394.25  
Modi yboru quinque, 148.22  
Modicum substantiue, 365.12  
Modicus adiect. cu g. 370.38  
Modico cu yb. emedi, &c. 535  
Modificor, 469.15. 518.11. (16  
Modius, & Modiu, 294.1  
Modo vlt. com. 687.20. Ei<sup>o</sup> co-  
posita vlt. br. 687.16. 686.38  
Modus, quid sit, 36.40. Dicitur  
Species, 37.34. Vari<sup>o</sup> ei<sup>o</sup> yfus,  
y. 2. Est ybi attributu, 373.30  
Modorum numerus, 37.36  
Modus act. effertur abl. 533.15  
Admittit præ. Cum, Ibid. 10  
Mod<sup>o</sup> p modo, p Enallag. 611.6  
Modus finit<sup>o</sup> significationes modos  
præter Infinitiu, 342.22  
Moniaium, 266.3.266.3.  
Mureo, Mureo, 625.28  
304.36.319.32.  
Cum accusat. 468.12  
Moerit in vocat. 220.3. vlt. br.  
[7 Molaris, masc. 182.20 (y. 16  
Mo estus cu dat. 394.26  
Molitor, iris, 469.15  
Mollitia, ties, & tudo. 294.3  
Molossus, pes carm. 700.39  
Molorum cum acc. 469.15  
Miseratus cum g. 559.28  
Missi pro misisti, 40.18  
Missus cum dat. 394.22  
Missy, yos, metalli genus, & tu-  
beris, neur. 166:29.210.14  
Mitefco, à Mitis, 305.12  
Mitis cu d. 394.22 (495.3  
Mitto, 335.6. Acc. cu d. 489.32  
Miari yfus, qui, 721.14  
Mobile, seu adiect. 123.29  
Mobilis pr.l. 650.37 (469.15  
Moderor cu Accil. dat. 441.35  
Moderatu. supin. pass. 93.37  
Modestus cum dat. 394.25  
Modi yboru quinque, 148.22  
Modicum substantiue, 365.12  
Modicus adiect. cu g. 370.38  
Modico cu yb. emedi, &c. 535  
Modificor, 469.15. 518.11. (16  
Modius, & Modiu, 294.1  
Modo vlt. com. 687.20. Ei<sup>o</sup> co-  
posita vlt. br. 687.16. 686.38  
Modus, quid sit, 36.40. Dicitur  
Species, 37.34. Vari<sup>o</sup> ei<sup>o</sup> yfus,  
y. 2. Est ybi attributu, 373.30  
Modorum numerus, 37.36  
Modus act. effertur abl. 533.15  
Admittit præ. Cum, Ibid. 10  
Mod<sup>o</sup> p modo, p Enallag. 611.6  
Modus finit<sup>o</sup> significationes modos  
præter Infinitiu, 342.22  
Moniaium, 266.3.266.3.  
Mureo, Mureo, 625.28  
304.36.319.32.  
Cum accusat. 468.12  
Moerit in vocat. 220.3. vlt. br.  
[7 Molaris, masc. 182.20 (y. 16  
Mo estus cu dat. 394.26  
Molitor, iris, 469.15  
Mollitia, ties, & tudo. 294.3  
Molossus, pes carm. 700.39  
Molorum cum acc. 469.15  
Miseratus cum g. 559.28  
Missi pro misisti, 40.18  
Missus cum dat. 394.22  
Missy, yos, metalli genus, & tu-  
beris, neur. 166:29.210.14  
Mitefco, à Mitis, 305.12  
Mitis cu d. 394.22 (495.3  
Mitto, 335.6. Acc. cu d. 489.32  
Miari yfus, qui, 721.14  
Mobile, seu adiect. 123.29  
Mobilis pr.l. 650.37 (469.15  
Moderor cu Accil. dat. 441.35  
Moderatu. supin. pass. 93.37  
Modestus cum dat. 394.25  
Modi yboru quinque, 148.22  
Modicum substantiue, 365.12  
Modicus adiect. cu g. 370.38  
Modico cu yb. emedi, &c. 535  
Modificor, 469.15. 518.11. (16  
Modius, & Modiu, 294.1  
Modo vlt. com. 687.20. Ei<sup>o</sup> co-  
posita vlt. br. 687.16. 686.38  
Modus, quid sit, 36.40. Dicitur  
Species, 37.34. Vari<sup>o</sup> ei<sup>o</sup> yfus,  
y. 2. Est ybi attributu, 373.30  
Modorum numerus, 37.36  
Modus act. effertur abl. 533.15  
Admittit præ. Cum, Ibid. 10  
Mod<sup>o</sup> p modo, p Enallag. 611.6  
Modus finit<sup>o</sup> significationes modos  
præter Infinitiu, 342.22  
Moniaium, 266.3.266.3.  
Mureo, Mureo, 625.28  
304.36.319.32.  
Cum accusat. 468.12  
Moerit in vocat. 220.3. vlt. br.  
[7 Molaris, masc. 182.20 (y. 16  
Mo estus cu dat. 394.26  
Molitor, iris, 469.15  
Mollitia, ties, & tudo. 294.3  
Molossus, pes carm. 700.39  
Molorum cum acc. 469.15  
Miseratus cum g. 559.28  
Missi pro misisti, 40.18  
Missus cum dat. 394.22  
Missy, yos, metalli genus, & tu-  
beris, neur. 166:29.210.14  
Mitefco, à Mitis, 305.12  
Mitis cu d. 394.22 (495.3  
Mitto, 335.6. Acc. cu d. 489.32  
Miari yfus, qui, 721.14  
Mobile, seu adiect. 123.29  
Mobilis pr.l. 650.37 (469.15  
Moderor cu Accil. dat. 441.35  
Moderatu. supin. pass. 93.37  
Modestus cum dat. 394.25  
Modi yboru quinque, 148.22  
Modicum substantiue, 365.12  
Modicus adiect. cu g. 370.38  
Modico cu yb. emedi, &c. 535  
Modificor, 469.15. 518.11. (16  
Modius, & Modiu, 294.1  
Modo vlt. com. 687.20. Ei<sup>o</sup> co-  
posita vlt. br. 687.16. 686.38  
Modus, quid sit, 36.40. Dicitur  
Species, 37.34. Vari<sup>o</sup> ei<sup>o</sup> yfus,  
y. 2. Est ybi attributu, 373.30  
Modorum numerus, 37.36  
Modus act. effertur abl. 533.15  
Admittit præ. Cum, Ibid. 10  
Mod<sup>o</sup> p modo, p Enallag. 611.6  
Modus finit<sup>o</sup> significationes modos  
præter Infinitiu, 342.22  
Moniaium, 266.3.266.3.  
Mureo, Mureo, 625.28  
304.36.319.32.  
Cum accusat. 468.12  
Moerit in vocat. 220.3. vlt. br.  
[7 Molaris, masc. 182.20 (y. 16  
Mo estus cu dat. 394.26  
Molitor, iris, 469.15  
Mollitia, ties, & tudo. 294.3  
Molossus, pes carm. 700.39  
Molorum cum acc. 469.15  
Miseratus cum g. 559.28  
Missi pro misisti, 40.18  
Missus cum dat. 394.22  
Missy, yos, metalli genus, & tu-  
beris, neur. 166:29.210.14  
Mitefco, à Mitis, 305.12  
Mitis cu d. 394.22 (495.3  
Mitto, 335.6. Acc. cu d. 489.32  
Miari yfus, qui, 721.14  
Mobile, seu adiect. 123.29  
Mobilis pr.l. 650.37 (469.15  
Moderor cu Accil. dat. 441.35  
Moderatu. supin. pass. 93.37  
Modestus cum dat. 394.25  
Modi yboru quinque, 148.22  
Modicum substantiue, 365.12  
Modicus adiect. cu g. 370.38  
Modico cu yb. emedi, &c. 535  
Modificor, 469.15. 518.11. (16  
Modius, & Modiu, 294.1  
Modo vlt. com. 687.20. Ei<sup>o</sup> co-  
posita vlt. br. 687.16. 686.38  
Modus, quid sit, 36.40. Dicitur  
Species, 37.34. Vari<sup>o</sup> ei<sup>o</sup> yfus,  
y. 2. Est ybi attributu, 373.30  
Modorum numerus, 37.36  
Modus act. effertur abl. 533.15  
Admittit præ. Cum, Ibid. 10  
Mod<sup>o</sup> p modo, p Enallag. 611.6  
Modus finit<sup>o</sup> significationes modos  
præter Infinitiu, 342.22  
Moniaium, 266.3.266.3.  
Mureo, Mureo, 625.28  
304.36.319.32.  
Cum accusat. 468.12  
Moerit in vocat. 220.3. vlt. br.  
[7 Molaris, masc. 182.20 (y. 16  
Mo estus cu dat. 394.26  
Molitor, iris, 469.15  
Mollitia, ties, & tudo. 294.3  
Molossus, pes carm. 700.39  
Molorum cum acc. 469.15  
Miseratus cum g. 559.28  
Missi pro misisti, 40.18  
Missus cum dat. 394.22  
Missy, yos, metalli genus, & tu-  
beris, neur. 166:29.210.14  
Mitefco, à Mitis, 305.12  
Mitis cu d. 394.22 (495.3  
Mitto, 335.6. Acc. cu d. 489.32  
Miari yfus, qui, 721.14  
Mobile, seu adiect. 123.29  
Mobilis pr.l. 650.37 (469.15  
Moderor cu Accil. dat. 441.35  
Moderatu. supin. pass. 93.37  
Modestus cum dat. 394.25  
Modi yboru quinque, 148.22  
Modicum substantiue, 365.12  
Modicus adiect. cu g. 370.38  
Modico cu yb. emedi, &c. 535  
Modificor, 469.15. 518.11. (16  
Modius, & Modiu, 294.1  
Modo vlt. com. 687.20. Ei<sup>o</sup> co-  
posita vlt. br. 687.16. 686.38  
Modus, quid sit, 36.40. Dicitur  
Species, 37.34. Vari<sup>o</sup> ei<sup>o</sup> yfus,  
y. 2. Est ybi attributu, 373.30  
Modorum numerus, 37.36  
Modus act. effertur abl. 533.15  
Admittit præ. Cum, Ibid. 10  
Mod<sup>o</sup> p modo, p Enallag. 611.6  
Modus finit<sup>o</sup> significationes modos  
præter Infinitiu, 342.22  
Moniaium, 266.3.266.3.  
Mureo, Mureo, 625.28  
304.36.319.32.  
Cum accusat. 468.12  
Moerit in vocat. 220.3. vlt. br.  
[7 Molaris, masc. 182.20 (y. 16  
Mo estus cu dat. 394.26  
Molitor, iris, 469.15  
Mollitia, ties, & tudo. 294.3  
Molossus, pes carm. 700.39  
Molorum cum acc. 469.15  
Miseratus cum g. 559.28  
Missi pro misisti, 40.18  
Missus cum dat. 394.22  
Missy, yos, metalli genus, & tu-  
beris, neur. 166:29.210.14  
Mitefco, à Mitis, 305.12  
Mitis cu d. 394.22 (495.3  
Mitto, 335.6. Acc. cu d. 489.32  
Miari yfus, qui, 721.14  
Mobile, seu adiect. 123.29  
Mobilis pr.l. 650.37 (469.15  
Moderor cu Accil. dat. 441.35  
Moderatu. supin. pass. 93.37  
Modestus cum dat. 394.25  
Modi yboru quinque, 148.22  
Modicum substantiue, 365.12  
Modicus adiect. cu g. 370.38  
Modico cu yb. emedi, &c. 535  
Modificor, 469.15. 518.11. (16  
Modius, & Modiu, 294.1  
Modo vlt. com. 687.20. Ei<sup>o</sup> co-  
posita vlt. br. 687.16. 686.38  
Modus, quid sit, 36.40. Dicitur  
Species, 37.34. Vari<sup>o</sup> ei<sup>o</sup> yfus,  
y. 2. Est ybi attributu, 373.30  
Mod

**770**      **NA,**      **NE,**      **NI,**  
*Nenia*, 260.2.      294.17 *Neco*, 306.29. (br. 663.37. *Nector*, *Nestaris*, cr. br. 671.18  
*Nais*, *Naiades*, & *Naius*, 641 *Nectar neut.* 169. 4. 243.39. cr. *Nestrotrophium*, 641.38  
*Nam*, *Namque*, 146. 15. (22 *Necto*, 334 35.335.19. *Acc. cū d. Neutrobi*, ad q. Vbi? 19.38  
*Nascor*, 338. 2. cū acc. 469. 16 *Necubi*, 589. 34 [485.9 *Neurum* & b. 418.23. 419.22  
*Nar*, *Naris*, 190.28. *Vlt. l.* 693 *pr. l.* 658.32. *Vlt. br.* 685.10. *Neutrop. sua* & b. 519.20  
*Narbo*, dub g. 190.6 [25 *Neium. l. Ne dum, separata*, *Neutra N tres cas. simil.* 196.  
*Nardus*. f. 177. 15. *Nardū. Ibid.* 625.30. *Pr. l.* 668.34. *Neutri*, *Neutre in a.* 208.5. (cr  
*Naris in sing.* 259. 40 (25 *Nesane*?, *Nesari*? *pr. b.* 657.28 *Nex*, in *Nō.* 282. 31. *Neces in*  
*Narro*, *Acc. cum d.* 485.3 *Nesur*, *pr. b. Ibid. Neut.* 170.28 *pl.* 247.2. *Nētis cr. b.* 665.13  
*Nasamon, ōnis*, 670.30 *Cum. supino. in. V.* 557.1. *Nexo*, as. 312.12. & 23  
*Nascor*, 338. 13 & 25. *Nascitur*? *Nesur interiectio.* 145.27 *Ni. cū. Indic. & Cōiunct.* 603.36  
141.5. 240.2. *Cū abl.* 614.33 *Nesustus cum d.* 394.35. *pr. br.* 641.28. *Niceteria*, orū  
*Nasus*, & *Nasum*, 298. 11 *Nesurus*, *enclis.* 214. 16 (657.28. *Nicomedia*, 641.35 [250.36  
*Nataus*, 202. 15. (35 *Negatio tertia cū verbiis timē*  
*Natalis*, m. 182.20. *adict.* 254 *di affirmat.* 603.26. *Nil*, 248. 16. 276.39. *p. du.* 691  
*Natali. l. l.* 221. 10. 224. 22 *Negatiua. N. voc. carent.* 280 *Nihil*, 167.22. 248. 14. 277.1  
*Nates*, 159.40 (39.284 24 *Negligo*, 327.36 [23 *Nihili omn. g.* 158.27. [691.15  
*Natrix*, f. 181.32. & *Natu*, 281 *Nemo cōm. du.* 157.7. 245.5. *Cū Facio*, 483.34. *Pēdo*, 484.3  
*Natural*, pro *natura*, 201.3 *Nemon* v. l. 1693.2. *part.* 125.32 *Nihilo cū* & b. *Asimo*, 484.14  
*Naturalis cū d.* 394.32 [401.15 *Nemorosus cum abl.* 410.25 *p. nihilo. cū* & b. *pēdo*, & c. *ibid.*  
*Nat*? 301.33 *D. l. acc. cū Ad.* *Nemus, oris*, 213. 29. *arū.* 251.15 *Nihilū*, 248. 14. p. b. 652.8 (9  
*Nauale*, 266. 13. *Nauci*, 166.36 *Neo*, 316.27. *Neomenic*,  
*Naufragus cum g.* 371.39 *Nepet*, 279.13 (277.32 *Nimirum*, 145.6. p. l. 660.8  
*Nauis*, 217.8. 218. 15. (26 *Nepete*, 161.10. 183.22. *indecl.* *Nimis cum g.* 584.24  
*Naupliades*, *patrony. m.* 728 *Nepet. l. nepii, in abl.* 223.8 *Nimum*, 144.32. 365.11  
*Naut. a. m.* 153.31. *Nauus*, G. 369 *Neptunalia*, 249.39. 250.36 *Ningo*, 142.22. 2327.32. 344.7  
*Ne ad* & b. *phibēdi*, 144.21 [3 *Neptunine*, *patrony. f.* 731.7 *Nisi*, 146.22. *cū Indic. l. Cōiunct.*  
*Cum subiunctiuo*, 593.37 *Nequā omn. g.* 158.23. *Indecli.* 603.36. *Vlt. br.* 685.10  
*Cum Imperatiuo*, 594.3 *nab*. 279.14. *pr. l.* 658.27. *Nitor*, 339.15. *cū abl.* 462.20  
*Ne pro Non.* 607.12 *Nequior* *Nequis*? 129.11. [38 *Et prap. In. & 22. Cū d.* 414  
*Ne cōiunct. disiuunctua*, 146.13 *Nequaquā* 144.18. *pr. l.* 657. *Nitrum*, 248.17 [22  
*Seu. p. postponitur*. *Ibid.* 24 *Neque cōiunct.* 246.23 [657.30 *Nix*, 227.10. *cr. br.* 666.30  
*Et corripitur*, 683.11 *Nequeo*, 102.32. 98. 2. p. br. *Nixor cum abl.* 462.26. [67  
*Necausalis cū subiunct.* 602.29 *Nequicquā*, *Nequitia*, *Nequis*,  
*Post* & b. *timendi*, 603.2 *pr. l.* 657.37. 658.37 *Noceo*, 313.39. *D.* 426.13. 441  
*Nec non, pro. Ne. Ibid.* 17 *Nequitia*, & *Nequities*, 394.18 *Noctēs*, 225.32. *cū g.* 371.40. [40  
*Neapolis, is. l. eos*, 219.1 *Nereis*, *patrony. f.* 730 *Noctius cum d.* 394.39  
*Nec coniunctio*, 146.23 *Nerio, ōnis*, 210. 19 *Noctu*, *nomen.* 284.26  
*Corripitur*, 689.19 *Nerine*, *patron. f.* 726.7. 731.7 *Noctua epicān.* 155.13  
*Necesse*, & *Necessum*, 279.9 *Nerones in pl.* 241.24. 242.31 *Nōe pen. a. urā*, 736.27. [27  
*Necesse cum d.* 394.33 *Nescio vlt. br.* 686.39. *Nesci*? *Nolo*, 98.32. 329.20. *pr. l.* 661  
*Necessitas*, & *tudo*, 294.15 *Nesit*, *idīs, cr. l.* 666.21 [369.4 *Vl. cōm.* 196.24. *Et*? *cōposita*  
98.25 *Nolite*,

**NO,**      **NU,**      **OB,**      **771**  
*Nolite*, & c. *p. l.* 676.32 *Nouus cum d.* 394.40 *Nycticorax*, *cōracis. m.* 180.7  
*Nolite, vlt. l.* 696.22 *Nouis*? 131.18. *q. Nox*, 227.10 *O*, [cr. b. 664.11  
*Nomen quid sit*, 121.30 *Noxius cum g. l. d.* 383.21 *O*, *Interiectio*, 145.22. *cum Nō.*  
*Quid signif.* 14. 7. 7. & 15 *Nubo*, 323.17. & 27. *cū d.* 425.9 *Vel vocat.* 599.20. 588.18  
*Quando caceatur* p. *Eclips.* 611 *Nudasteret*, 144.26 (44.22 *O*, *cum Optatio*, 52.22  
*Fixum*, & *Mōbile*, 123. 23 [38 *Nudo*, *Acc. cū abl.* 499.17 *O*, *non eliditur sequente voc.*  
*Nomen generale*, 184.32 *Et prap. A. l. Ab.* 500.25 *O*, *in fine*, 686.14 (7.6.17  
*Nomen*, & *Cognomen*, 122.1 *Nudus cū g. l. abl.* 407.24 *o*, & *n*, *semper p. du.* 63.24  
*Nil incerti gen.* 186.32 *Et prap. A.* 412.26 [452.8 *o*, *mega habentia in g.* 669.36  
*Horū discrimen ab Epicān.* *Nug*, 256.10. *q. Nugor cū d.* *O*, *micron in cōp. corr.* 661.10  
*N. Mēsurā gen.* 403.7 (194.29 *Nul*? *partic.* 225.12. 280.23 *o*, *mega*, & *O*, *Latin. p. d.* V. 13  
*Que retineat casus* & b. *un-* *Nulla in g. olim*, 251.6 *Ob*, 142.32. *B. mutat* [5.15  
*de oriuntur*, 403.34. 404.3 *Nulla in d.* 258.18 *in alias conson.* 3.1.24 (26  
*N. adiectiua substantiue*, 365.10 *Nuncubi*, 589.33 *Obabulo cū d. l. acc.* 442.5. 428  
*N. sunt tertia p. f.* 148.31. 151.2 *Numerale nomen*, 125.21 *Obbibō*, 301.24 [7  
*Nominā compōsita* 196.8 *Cum gō plur.* 378.21 *Obdo*, *Obduco*, *Acc. cū d.* 491  
*N. pro. Aduerbio*, 609.13 *Cū g. Nostrū, Vestrū*, 567.36 *Obditō cū d.* 427.7. 442.8  
*N. pro. Interiect.* 609.18 (31 *Cū abl. & prap.* 378.4. 411.16 *O*, *equito*, *Obero*, *cū d.* 442.10  
*Ni*? *dicitur prima Positio*, 149 *Numeri Nam. Pron.* 147.29 *Obundus*, 140.34 (5.13  
*Et Recl*? *l. Nominādi cas*? 342 *Numeris p. Num.* 241.26. 610 *Obex* *dub. g.* 188.21. 285.20  
*Ni*? *p. vocat. p. Enallag.* (17 *Nunquam. l. Nunquā*, 625.31 (30 *Obiaceo cū d.* 442.14. 428.26  
609.34. *Pro. Gō.* 609.41 *Nūquis*, *Nūmque*, & c. 24.19 *Obicit*, p. *Obijcit*, 647.12. 719  
*Nomos masc.* 176.16 *Nūqui in abl.* 24.1 (4 *Obijcio*, *Acc. cū d.* 495.1 [39  
*Non p. Ne, cū Imp. it.* 51.19 *Nūquifnam*, *nūquidnam*, 25 *Obirascor*, *Oblatro cū d.* 442  
*Nondū. l. Non aum separatim* *Namūs. l. Nūmmus*, 625.30 *Oblectōr cū abl.* 462.27 [15  
*Nonē*, 256.7. (625.30 *Nūmū in pro arum*, 234.35 *Obligus cum d.* 395.5  
*Nonageni Nōgeni distr.* 250.20 *Nunciandi* & b. *latente motū* *Obligō*, *acc. cū g.* 478.38 *cū d.*  
*Nonnullus partic.* 125.10 (21 *ad significante*, 525.2 *491.7. 495.39. cum abl.* 478  
*Nonnumquam*, & *Nonnunquā* *Nuncio*, *Acc. cū d.* 485.3 *Obligat*? *cū d.* 395.4 [31  
*Noricum regio*, 162.9 (625.10 *Nunciū. l. Nūncius*, 625.31 *Obligui casus omnes prater*  
*Nosco*, 301.33. 323.20 *Nūdine*, & *Nūdinū*, 260.6 *Ntm* 149.31  
*Nosocomium. p. l.* 641.35 *Nūndinor cum acc.* 469.16 *Obligurio*, *āris*, 306.6  
*Nostin*?, & c. 692.38 *Nuptie in plur. tantū*, 256.13 *Oblitus partic.* 140.37. 518.13  
*Nostratis*, & c. *olim*, 18.31 *Nupturio*, *nūpturis*, 306.1 *Oblitiū orum*, *Oblitiū*, 266.17  
*Nostrorū*, *pro Nostrū olim*, 565 *Nusquam ad Vbi?* 589.29. *Ad*, *Oblitiūscor*, 338.8. *cū g. l. acc.*  
*Notō* *cū g.* 475.10 (16 *Nurus*. f. 154.47 (Quo? 29.2.28 *423.13. 469.16*  
*Notescō cum d.* 442.1 *Nuta*, *Abnuto*, & c. *cū d.* 452.9 *Obloquor cū d.* 442.18  
*Notitia*, & *Notities*, 294.19 *Nutribant*, p. *triebant*, 102.28 *Obluclor cum d.* 442.22. 428  
*Notus cum d.* 557.37 *Nutricor cum acc.* 469.15 *Obmolior cū acc.* 469.16 (27  
*Nonale*, & *Nonalis*, 294.21 *Nux, nūcis*. f. 180.2. *cr. b.* 662 *Obmurmuro cum d.* 454.23  
*Noueni*, 250.17 (468.32 *Nutus*, & *Renutus*, 322.32 [40 *Obnaſcor cū d.* 442.24. 428  
*Noui*, *nouisti*, 104.35. *cū accus.* *Nyctalops*, *ōpis, cr. l.* 672.27 *Obnisor cū d.* 442.24 (27  
*Eecce* 2 *Obnoxiosus*







776	PH,	PL,	(33)	PO,	PO,	PR,	PR,	777
Philyrides, patron. m.	727.18	Plecto, 335.4	Acc. cū abl. 477	Polyptus, 195.12	V. l. br. 699.38	Posterior, Postremus, 130.34	Precepta carminibus tradita	Premoderor cū d. 445.2
Philegeon, ontis,	211.4	Plectus, Pleione, pr. l.	641.28	Pompeij, oīū. m.	163.2.24.30	Postfero, Posthabeo, 486.25. &	facilius edisci, 116.20	Premoneo cū duob. ac. 496.20
Phocæus, antep. l.	641.29	Pleius cum g. l. abl.	408.1	Pompholyx, pholygis,	216.37	Postis, masc. 172.35	[28 Expeditius proferri. 7.21	Acc. cū abl. & prae. De. 480.24
Phœnix, auis. m. 180.37	f. i. l. 14	Pleomasmus, 628.24	629.24	Pomus, & Pomi <sup>2</sup> 295.14	162.23	Poste. l. i. in abl. 223.8	Tenacius inherere. 633.21	Praenato, Praenauigo, 577.39
Phor. yn, ynis, cr. l.	666.21	Plerique, pleræque, &c.	255.22	Podos, neut. 167.7. 166.10.	279	Postpono, Acc. cum d. 486.29	Quomodo explicada, 116.2	Praeneste, neut. 161.10
Phoronis, idos, patr. f.	726.17	Cum g. parit. 373.4		Pondus, eris, 213.22	(30	Sic Postponendi 7ba, 485.10	Praecingo, Acc. cū abl. 498.27	Indeclinab. 277.32. 279.37
Phragmon, onis, or. br.	669.13	Plico, as, 308.29	310.16	Pone præp. accusatiui. 142.30		Postquam cū Indic. l. Subiunct.	Praecino, 330.8. d. l. acc. 451.1	Praenestis, is, fæm. 295.19
Phryx, Phrygis m. 133.33. 213.3		Pluo, 321.24. 344.7	cū Acc. l.	Pano. 330.4. 280.11. 116.17		Postremis <sup>9</sup> , 131.22	(593.22 428.29 (mul. ibid. & 489.39	Praeniteo cū d. 445.4. 428.29
Phœbia, 641.36 (cr. br. 666.41		abl. 462.41. 465.25		suppresso, Acc. 613.17		Postremo aduerb. 144.29	Praecipio cū d. 451.5 & acc. fi-	Praenomen, 122.1. Eius not. 123
Phycus, untis, masc.	161.8	Plumbum, plur. caret.	243.40	D. cum accus. 495.37		Postremū substantiue. 365.12	Praecipito neutraliter cū abl.	Praeocido cum d. 445.5 (18
Phylax, cr. b. 664.10	[719.21	Pi <sup>9</sup> subst. 179.3	128.20	Pons, masc. 179.26		Postridie cum g. l. acc. 586.20	& Ex. suppresso acc. 613.14	Praeopto, Acc. cum d. 486.20
Physica, orum, 250.6. g. Pictus,		In plu. adiect. 282.11.	130.29	Pontus, 161.1. 2. 45.6		Antep. l. 660.40	(3 Praecipuus cū g. l. d. 383.34	Praeparo, Acc. cū d. 491.8
Pierides, & Pieris, pr. l. 642.12		Plaris cū 7b. 336.10.	483.8	Poples, itis, 212.15.		Postulo, Ac. cū g. 473.41. 476	Vim habet superl. 374.32	Praepes, praepetis. 211.39
Piges, 320.10. 481.19. Acc. cū		Pluria in plur. 230.23.		Populabundus cū acc. 404.2		Cū abl. 477.17. & De, ibid.	Praeclarus cum g. 372.1	Praepollens cum abl. 410.32
g. 480.3. suppresso Acc. 481		Pluris, in acc. plur. ibid. 6		Popularis com. du. 157.14		Potens. n. 96.14 141.18. cū g.	Praecludo, Acc. cum d. 491.8	Praepono, Acc. cum d. 485.10
33. Pigēū <sup>9</sup> & Geradia. 141.25		Plurimus, 128.13		Cum d. 396.5 (518.24		Potentialis, 61.35 (l. abl. 408.5	Praecordia, orum, 267.8	Praepositio, 142.25
Pigneror 469.20. Pign <sup>9</sup> 213.29		Plurimo, sine subst. 535.16 & 25		Popular com. 469.20. 515.33		Et <sup>9</sup> praesens redolet fut. 63.25	Praecox, praecocius, cr. b. 672.15	Migrat in aduerb. 582.33
Pissimus, 130.8. & 10. 131.19		Plurimū substantiue, 365.10		Populus collectiuū. 375.17		Poterint pro Poterunt, 95.19	Praecurro, 304.7. Cū acc. l. d.	Praepositiones Acc. 578.14 142
Pitcolus, & lū, 298.11	[128.13	Plutus, & Plutem, 295.13		Populus arbor. fæm. 161.20		Potest, & c. 96.7. &	Praeditus cū abl. 410.36 [455.39	27. Ablatiui, 579.20. 142.38
Pileum, & pileus, 295.12. 272.12		Pluto, 153.36	[& 26	Porro, ple. com. 687.1		Potestur, p. Potest, 96.28 (12	Praedo. m. 153.32. q. Praedor, 469	Alia alijs praeponitur, 583.1
Pila cū 7b. Facio, 483.38		Poculum, & Poculus, 298.11		Portū, & Porrus, 295.15		Potestas literarum, 117.26	Praeo cū acc. l. d. 455.41 [21	Earū officia, 143.15. 573.8
Pindarus, f. 165.23. p. Pingo, 327		Poculus, 160.20. 664.8	(& 36	Portentum, pro. oxum, 225.13		Potio p. pharmaco. 167.2. 295	Primā syll. com. 637.38	Constructio, 573.1. 7. & 30
Pino, 332.29. 334.30	(30	Poenatis, l. matibus, 229.33		Porticus, f. 274.33. p. Porticus, f.		Potior, Potissimus, 131.16 [17	Praesaris, & re, Acc. 469.21	Quantitas in comp. 653.20
Pin <sup>9</sup> , is, & pin <sup>9</sup> , i. 295.6. 161.		Poeniter, l. peniter, 625.32		Portubus, cr. b. 231.38 [165.40		Potior cū d. 396.7 [464.36	Praesatus passiuē, 518.28	Praeposterus cum d. 396.11
20. Olim. masc. 162.20		Poenitens, 141.31		Portunalia, ium, 250.37		Potior, iris, cū g. l. acc. 465.4	Praesero, Acc. cū d. 486.12	Praepotens, g. l. abl. 408.8
Piper, 159.6. 244.12	solim. m.	Poenitentiū, u. 228.32. 21. Acc.		Porxit, p. Porrexit, 40.18		Cū abl. 463.6. Potio, tis, 465.18	Praescio, Acc. cum d. 493.31	Praes. m. 153.33. 212.22 (369.14
Piscis, m. 172.32. 259.9		oīū g. 481.3. 468.32. 482.11		Posteo, 323.24. cū du. acc. 496		Potius, 144.21. subaud. aliqñ.	Praesidens cum d. 396.9	Praesagus, Praesagus, cū g. 372.2
Pisculentus cū abl. 411.1		Poesis, 160.20. p. Poetica, 148		29. Acc. cū abl. & præp. 90.2		Poto, us, 308.35 (614.19	Praesinio, Acc. cū d. 491.8	Praescribo, Acc. cū d. 491.8
Pistrinum, & pistrina, 293.9		Pois, 145.2. Cōrrip. 691.19	(8	Postitium nom. 127.4 (33		Potius, a. um. n. 312.33. 313.1	Praestuo cum acc. 377.30	Praesens neut. 182.24. Praesens
Putuilla, 715.25	[& 40	Poleiba, pr. l. ebam, 102.27		Postitio, p. bonis, 167.12 (& 31		Potius, us, & Potio, 295.17	Praegnans cum abl. 410.37	Coniunctiui fut. sign. 63.30
Pix, picis, 247.5. cr. br. 666.28		Polemon, onis, cr. br. 669.26		Postitua Me <sup>9</sup> & c. cū g. 563.16		Prae, præp. abl. 142.39. 579.21	Praegravis cū d. l. abl. 396.10	Praesens p. praet. imp. f. 60.20
Placeo, 320.11. cū d. 427.7. 445		Pollia, 641.36. Politica, orū,		Et cū g. Vni <sup>9</sup> , Soli <sup>9</sup> & c. 564.3		In Cōposit. quanta sit, 637.19	Praegredior cū d. 428. (410.3)	Praesens, praesentaneus cum d.
Plaga, pro vulnere, 260.29 [19		Pollens, 410.31. 96.26. (250.6		Cū substantiuis copul. 568.14		Praecutur, pr. br. 637.41	29. Cum acc. 444.30. 577.33	376.12. & 14. [295.20
Plaga pro reti, 256.23		Pollēo, 303.18. cū abl. 463.1		Postituum n. 124.36		Praeubo, Ac. cū d. 485.6. 496.3	Praeiacco cum acc. 577.33	Praesepo, Praesepes, Praesepium
Planeta, masc. 164.9. 295.10		Polliceor, Pollicitor cū acc. 469		Postitum, ies, 95.4. Postetur.		Praeucio cum d. 444.26	Praeiuicio cum acc. 444.34	Praeseruo cum d. 445.6
Planetes, e, 199.3. 295.10		Pollis, inis. m. l. fæ. 173.26 (20		Postitur, p. possit, possit, 96.28		Praecedo, 325.9. Accus. l. d. 456.	Praelabor cum acc. 577.34	Praesideo, d. l. acc. 445.7 (21. 14
Plangō, 327.27. g. Platanon,		Pollen, inis, neut. l. bid. 27		Postium cum abl. 463.3		Praecello, 331.2 (27	Praeloquor cū acc. 469.21 [237	Praesilio cum d. 454.26 Praes
Platan <sup>9</sup> . f. oli. m. 162.2 [161.33		Polluceo, 317.29 [39		Postis, vit. l. 698.6		Praecello, 329.25. D. l. acc. 444	Praeluceo, Praeludo cū d. 444.38	Praestat cum d. 445.9. 427.39
Platæa, p. com. 640.27. & 38		Pollux, ucis, 214.36. cr. l. 672		Post, 142.31. 589.30		Praecelsus, 330.4 [28. 428.28	Praemeditor, Praemercor, 469	Praestigia in sing. 260.31 (38
Plaudo, 315.4. cū d. 444.24		Polyarpus, Polydorus, antep. b.		Postea, ple. br. 681.16. 680.18		Praeceptum g. 370.37	Praemetuo cū d. 444.41 (21	Praestigia, & gium, 298.35 &
Plautinismus, 129.5		Polygiton, 669.14 (659.11		Posteaquā, cū Indic. & Cōiūct.		Praecepta generalia de Con-	Praemineo, 316.14. cū d. 445.1	Praestio, omni g. 158.23. 285.40
Plebs, bis, Plebes, ei, 295.11.		Polyphemon, emanū, cr. b. 669		Posteriorum, m. 163.1 (593.21		ructione, 151.25	Cum acc. 577.37	Cū d. 376.16 Ple l. 688.17
246.5. cr. l. 665.29		Posterior						

778	PR,	(10	PR,	PR,	PR,	PR,	PV,	779			
Præſlo ꝛb. 511.	40. d. l. acc. 455	Princeps cōm. du.	157. 16	Profundus, 403	15. pr. b. 657. 8	Propino, Acc. cū d.	451. 9. l. d.	Protentus, 326. 39	(656. 24	Puppis, acc. l. m.	217. 8. 218. 15
Præſſōlōr, d. l. acc.	456. 4. 469	Vim habet ſuplatiui.	374. 33	Progenij ꝛ, ei, olim,	233. 8	ſolūm. Ibid. Pr. cōm.	656. 39	Proteruus cū d.	396. 36. pr. br.	Purgo, Acc cū d. l. acc. cū ad,	474. 39. Abl. cū De, ꝛ. 41
Præſul. m.	133. 40. 157. 36. (21	Principia, orum,	267. 10 (10	Progredior cum abl.	578. 9	Propinquo cum acc.	514. 5	Prōtēſis fig. poētica.	732	Purgatus cum g.	475. 2
Præſulto, Præſum cū d.	445. 13	Priſtis, nauis. n. f.	160. 16. 161	Prohibeo, Acc. cū abl.	500. 36	Propinquuus cum d.	396. 27	Protozeugma,	616. 11	Purpureā pro purpure,	201. 3
Prætendo, Acc. cū d.	493. 33	Priuernas, aris adiect.	19. 6. 159	pr. br. 656. 35	[103. 19	Propior, 130. 34. cū d.	396. 29	Prouenit cum d.	445. 37	Pur <sup>o</sup> cū g.	408. 13. l. abl. Ibid.
Prætent <sup>o</sup> 326. 39	(vlt l. 681. 50	Priuernatis, & te,	18. 30. (29	Prohibeſſo futur. priſc.	60. 11	Vel acc. cū præ. Ad,	401. 37	Prouideo cū d.	328. 27. 426. 27	Cū A. l. Ab. Ibid.	412. 31
Præter, 142. 32.	¶ Præterea,	Prino, Acc. cum abl.	500. 35	Proinde diſyll ꝛ Syner.	7. 15. 22	Cū Ad, ꝛ. 40. abl. cū A, ꝛ.	33	Prouidus cum g.	369. 17	Pus, puris,	286. 9 (672. 8
Præterit cum acc.	344. 33	Sic priuandi verba,	499. 7	Prolepsis, 618. 30	(445. 29	Propitiuſ cum d.	384. 29	Prouocabulū Inſinitū. n.	14. 8.	Pus, podes, compoſit. cr. br.	
Præterita, & ſupin.	299. 2. (10	Prinſquā cū Indic. l.	Cōiunct.	Proles, 246. 6. ¶ Proliſo cū d.		Propitia, p. l.	657. 16	Prout monofyl ꝛ Dier.	715. 24	Putā, vlt. l. 681. 23	(243. 20
Præ. geminancia,	303. 8. 648	Pro. 142. 39, 579. 21	[593. 7	Prologus, maſc.	176. 13	Propontis pr. br.	655. 27	Proximē cum acc.	587. 21	Puteoli, orum, opp. n. m.	163. 3
Prætexo, Acc. cū d.	491. 9	In cōpoſit. quanta ſit,	655. 25	Proloquor cū acc.	469. 22	Proprium nomen,	121. 4 (19	Proximior, à Proximus,	131. 24	Puteus, & puteū,	298. 11. & 27
Prætext <sup>o</sup> , & tum,	295. 23	Pro, & Proh. interiecl.	625. 36	Proluuius, & lūniū,	295. 25	Eius diuiſio in 4. partes. ꝛ.		Proximo, as, cum d.	446. 2	Puto cū g. Magni, & c.	482. 15
Prætimeo cū d.	445. 15. 428. 30	Pro <sup>o</sup> G. 42. 23. 20. [20. 578. 11		Promiſſe, ꝛ Promiſſiſſe,	40. 18	Propria N plu. carent.	241. 20	Proxim <sup>o</sup> cū d.	396. 31. cū acc.	Putrefactio ſecundā. l.	658. 16
Præualeo cum abl.	463. 8	Procedo, 325. 9. Cū d. l. abl.	445	Promiſſi, ꝛ Promiſſiſſi,	Ibid.	Adiectiuus ſimilia abl. habent		& Ad, 402. 6. Et ſine præ. ibid.		Pygmalion. 67. 31. Pyracmon	
Præuāricor cū d.	445. 16. 428	Proceleuſmatic <sup>o</sup> ,	701. 17	Promittendi ꝛba cum Inſin.		in, E,	221. 18 (30	Prudens cū g.	369. 20. 267. 14	Pylades, 200. 26 (669. 26	
Præuehor cū acc.	178. 2 (30	pro Dactylo, & Spōdeo,	721. 21	Promo, 329. 34	(73. 38	Pr. Vrbū, & c. ad Vbi in g.	520	Prudentia, 148. 8. ¶ Fallo,	329	Pyramis, 212. 34. ¶ Pyrois, & c.	
Præuerto, Acc. cū d.	486. 14	Procella, 655. 36	(& 26.	Promōrat, ꝛ ꝓ mouerat,	40. 30	In abl. ſi ſint Tertiæ,	522. 32	Pſitacus, 184. 36	(19	Pyrrhic <sup>o</sup> , 700. 31 [213. 5	
Præuertor cum d.	445. 17	Procello, 657. 14. Proceres,	255.	Prōptu in abl.	281. 40. 284. 24	Vel pluralis num. Ibid.		Pte adiectio ſyllabica. b.	683. 11	Pyromantia, 641. 35 (694. 27	
Præuſſ <sup>o</sup> antep. br.	637. 20	Procliuſ, cū d. l. acc.	401. 31. (31	Prompt <sup>o</sup> cū d. l. acc. cū Ad,	396	Ad q. Quo? in acc.	524. 25	Pubes, pubis ſubſtant.	197. 23	Pythia, orum, 250. 3. ¶ Pythias,	
Præudeo, 316. 33. Præſus. n.	312	Procul,	579. 21. 142. 39	Propterea, 146. 16 [21. 401. 24		Ad vnde? in abl.	525. 30	Pubes. l. Pubis, adiect. in genit.		Pythion, ōnis. m. 168. 7. f. Ibid.	
Precis, 281. 9. 286. 1	[40	Procum pro, orum,	235. 16	Prōnepos, ꝛ ꝓ neptis, pr. b.	656. 13	Sæpe cum præp.	525. 38. 526. 1	puberis. l. pubis,	297. 26. 198. 4	Q (10. cr. l. 670. 32	
Precor cū du. acc.	504. 7. 469	Procumbo cum d.	445. 24	Prōnepos, ꝛ ꝓ neptis, pr. b.	656. 13	& 36. 527. 12		Publipor obſoletum,	672. 2	Q vbi ſcribendum, 119. 5 [30	
Prehendo, & Priēdo,	715. 15 (21	Procuror pr. cōm.	657. 1	Pro nūbilo cū Habeo, & c.	484	Pr. Regionū, & c. cū præ. effe-		Pudet, 320. 10. Acc cū g.	481. 6	Ad q. Quā? quomodo reſp.	525
Prehenſo, & Prenſo. Ibid.	16	Prodeo, 301. 20. Cū d.	452. 16	Pronomen, 132. 1	(9	rūtur 527. 38. Et ſine illa,	528. 9	Pudens. n. 141. 21	[468. 32	Quacumquē aduerb.	591. 22
Premo, 329. 36. Prendo,	326. 14	Prodigium pro, orum,	235. 13	Finitū eſſe, 14. 11 & 22. 133. 18		Diuiſio pron. 132. 2 & 15. Cō-		Pudicium,	142. 15 320. 19	Quadrageſi, e, a, diſtrib.	250
Preſbiter, eri,	204. 21	Prodiſo,	327. 31. 301. 20	ſtructio Demōſtratiui, 562. 1		Proprior, & ꝓ pri <sup>o</sup> , 130. 2. & 17		Pueritia,	248. 7	Quadrans, maſc. 179. 34 (19	
Preſtium. l. Precium,	625. 36	Prodig <sup>o</sup> cum g.	369. 16	Poſſeſſiui, 563. 10. Quomodo.		Proprius cum g. l. d.	383. 35	Pugil, maſc.	153. 39. 157. 36	Quadrat cū d.	446. 4. cū acc.
Preſt <sup>o</sup> abl <sup>o</sup> , 534. 20		Proſano, Proſan <sup>o</sup> , Proſari, pr:		cū ſubſtā. cōſentiant, 568. 14		Propter, 142. 33. ¶ Proſſū.	191	Pugillar, & Pugillares,	295. 27	& præp. Ad. l. In. Ibid.	6
Priancūſ, antep. l.	641. 29	Proſciſcor, 656. 27 (br. 656. 22		Quæ vocat. careant, 280. 24		Propugno cum acc.	468. 5 (40	Pugillares. m. 255. 34. 267. 16		Quadro actiuum. Ibid.	8
Priamides, pr. l.	642. 3. 712. 9	Proſectō, 144. 17. pr. b.	656. 26	Sæpe deſiderātur in Or.	613. 8	Propuſo, pr. l.	657. 12	Pugio, maſc.	166. 5	Quadriga, in ſing. 260. 35 [35	
Pridie, Pridianus pr. l.	660. 40	Vlt. l. 688. 14	[656. 33	Pronuba pr. br.	652. 8 [396. 23	Prorumpo cum abl.	578. 10	Pugnatus paſſiue,	140. 35. 511	Quadrigeni, diſtrib.	250. 21
Pridie cū acc. l. g.	586. 20	Proſecturus, à Proſicio, pr. l.		Pronus d. l. acc. cū Ad,	401. 32	Proſequor cū acc.	469. 22	Pugnax, cū d.	396. 37 [38	Quadriremis, mi, in abl.	224.
Primæ, arum, 260. 32. 256. 23		Proſectus à ꝓ ſciſ. pr. b.	656. 29	Propago, inis,	655. 37	Proſerpina, pr. cōm.	657. 17	Pugno,	454. 27	Quadrupes dub. g.	190. 23 (10
De Primis, & Medijs ſyll.	679	Proſeſtus,	656. 18	Propago, as, pr. cōm.	656. 36	Proſilio, 337. 25. Cū abl.	578. 11	Pugnatur imp. ſon.	111. 29	Quero, 332. 6. Acc cum abl. &	
Primates, tum, 255. 5	(11	Proſicio cum d.	445. 27	Prope, 142. 30. Propello,	657. 8	Proſodia de ſyllab. agit,	116. 26	Puls, puluis,	179. 28. 214. 12	prep. A. l. Ab, 503. 21	
Primitia, arum,	256. 9	Proſiteor cōm. 518. 29. 469. 22		Propēſus d. l. acc.	399. 17. 396	Signif. accentū, 737. 5. 734. 9		Puluis. 172. 40. 192. 12 (191. 27		Quæſtibus. l. bus,	232. 13
Primigenia verba,	151. 11	Pr. br. 656. 19		Propero cum acc.	513. 38 (25	Proſper. 104. 21. cum d.	396. 33	212. 31. In pl. 245. 28. Pumex.		Quæſo, 107. 38. 303. 18. 304. 34	
Primitiua, ꝛ deriuat. oliu.	568	Proſuens, maſc.	182. 21	Properor, 141. 7. Properat <sup>o</sup> ,		Proſpexti, ꝛ, xiſti,	40. 19	Punctum, & Punctus,	295. 29	Acc. cū abl. & præ. A. 502. 11	
22. More Græcorum. Ibid.	18	Proſugus cū g. l. abl.	408. 10	Properandus, 141. 35		Proſper. 104. 21. cum d.	396. 33	Punior, & ius,	1129. 24	Quæſuoſus cū d.	396. 38 (& 27
Primores, rum,	255. 24	Cū abl. & A. 412. 29. pr. b.	655	Properus cū g.	372. 4	Proſpicio, 445. 31. 426. 11		Punior ꝛb.	469. 22	Quæſ <sup>o</sup> , u, & Quæſ <sup>o</sup> . i. 298. 11	
Primum aduerb.	144. 29	Proſundo pr. cōm.	657. 4 (36	Propetia, pen. l.	641. 36	Proſpicio, d. l. acc. cū Ad,	445. 34	Protæſi in voc. p. acut.	739. 18	Qualibet,	
Primus cum g. partit.	373. 7			Propino		Literā D. vbi admittat,	95. 8				

**780** **QVA,** **QVE,** **QVI,** (20  
*Quilibet,* 591.21 *Quatuor. l. Quattuor,* 625.37 *Quintus casus dicitur voc.* 342  
*Qualis, redditiu.* 124.29.126.6 *Omnis g.* 158.24.249.34 *Quintus, Quinque, Quintilianus,*  
*Quam effectibus seruiens cum* *Quis p. Quib<sup>9</sup>,* 697.30 *Quintilis, Quintilianus, vel*  
*Positiuis, 594.30. & p. Quā-* *Quis, se p. postp.* 146.24. *Corr.* *Quintus, Quintus &c.* 625.39  
*uā, &c.* 38. *Cū alijs etiā,* 595.2 *Queo, anom.* 102.32 (683.11 *Quinam pro, orum,* 234.24  
*Pro vāde cū Supl.* 595.23 *Quercus, us, & Quercus, i,* 298 *Quique, pro Quisque,* 23.29  
*Rard cum Positiuis, &c.* 13 *11. & 28.* 232.6 *Quirinalia, ium,* 250.37 [22  
*Cū & b. Possum Supl.* 595.9 *Querela. l. Querella,* 625.38 *Quiris, itis,* 255.36. *cr. l.* 666  
*Et cum Positiuis, 596.7. (V. 15* *Queror,* 338.10. *Cum g. crim.* *Quiritiū. l. Quiritiū, in g.* 236  
*Quam, p. Quanto cū Compar.* 475.13. *Cū d.* 452.17. *Cū De.* *Quis interrogatiuū,* 19.38 [24  
*Quam vt post Compar.* 495.19 *&c.* 19. *Cum acc.* 469.22 *Et Infinitū. l. ibid. V. caret,* 280  
*Quā, & Tā, cū omib<sup>9</sup> grad. &c.* *Qui p. Quis,* 19.40 *Partitiuū cū supl.* 598.25 (21  
*Quā, Nisi, &c. similes casus* [27 *Qui, in abl. omn. g.* 20.4. & 13 *Quis, & Quid nunquā relati-*  
*Copulant.* 600.30 *Qui, cuius suis p. sona,* 148.28 *ua.* 226.15.20.33.21.13  
*Quam cum Optatiuo,* 52.32 *Qui, rel. voc. caret,* 280.22 *Quiscumque in abl. pl.* 24.2  
*Subaudiatur interdū,* 614.21 *Ei<sup>9</sup> cōsensu cū Antec.* 351.35 *Quispian, Quisquā partit.* 125  
*Quandiu l. Quandiu,* 625.36 *Cum subst. sequente,* 353.1 *Quisque cum supl.* 598.29 (10  
*Ad Quandiu resp. in acc l. abl.* *Ex pluribus cui respondeat,* *Cum Comparat.* 599.5  
*Quamobrem,* 144.15 (530.25 *Quia, causalis,* 146.16. [352.1 *Quisquilia, & liū,* 261.2. & 4  
*Quamquā. l. Quanquā,* 625.36 *p. Quod,* 604.5. *Vt. b.* 680.18 *Quitū à Queo, p. br.* 648.33  
*Cū Indic. l. Coniunct.* 601.23 *Quitus, crem. br.* 673.23 *Quitus pro Quiui,* 102.39  
*Quamuis. l. Quannis,* 625.37 *Quicum in abl.* 20.6 (38 *Quiuis, partitium,* 125.10  
*Cū Indic. & Coniunct.* 601.2 *Quicumque, partit.* 125.12.625 *Quisuis in abl. pl.* 24.5 (597.15  
*Vt. l.* 696.22. *rard b.* 698.12 *Vocatiuum habet,* 280.25 *Quō cū g.* 585.16. *Cū Compar.*  
*Ad Quādo resp. per abl.* 530.19 *Quincunx, m.* 181.10 (23.5 *Ad q. Quod quid resp.* 524.25  
*Quandoquē, Quādoquē,* 661.27 *Quid, & Quidquā adiectiuē,* *Quoad, monos.* 715.28 (525.39  
*Quandoquā, antep. b.* 661.35 *Quidā part.* 125.9. *Voc. caret,* *Quocirca, coniunctio.* 146.15  
*Quanti, Quanticū, 536.8. &* *Quidē, se p. postp.* 146.24 (280 *Quocunq; ad & b. pr. l.* 661.28  
*Quanto, Quātoquē. V. 33 [17* *Quid ita? Quid ni?* 144.15 *Cū g.* 585.39. *Ad q. Quo,* 590.27  
*Quanto cū Comparat.* 596.38 *Quidquā. l. Quicquā, Quid-* *Quod, coniunct. caus.* 146.16  
*Cū superl.* 597.18 (5. & 14 *quid. l. Quicquid,* 625.38 *Quod substantiuē,* 22.37 (604.5  
*Quā<sup>9</sup> redditiuū,* 124.29 126 *Quidquid adiectiuē,* 22.24 *Quodcūque substantiuē,* 22.30  
*Conuenit cū subst. sequēte,* 354 *Quies, 665.27 (partit.* 125.10 *Quodlibet, Quoniam, pr. l.* 661  
*Ei resp. Magn<sup>9</sup> &c.* 126.5 *Quiesco,* 323.20. *Quilibet,* *Quoniam,* 146.16 (29  
*Quapropter,* 164.5. *Quaqua,* *Quinam pro Quisnam,* 23.2. *Quoque semper postp.* 146.24  
*Quare,* 144.15.146.14 (591.22 *Quinqueni, Quinquagena,* 250 *Quoquid,* 590.26. *Cū g.* 585.37  
*Quartana subaud. febris,* 612.7 *Quingeni p. Quinquagita,* 126 *Quoquouerfū, Quoquouerfū,*  
*Quart<sup>9</sup> dicitur Acc<sup>9</sup>.* 342.19 *Quini, Quinidē,* 250.17 (26 *Quot. l. 124.30. 126.7 (391.41*  
*Quasi, vlt. br.* 685.10 *Quinquatru,* 250.37 *Quot Quotquot, ōn. g.* 558.23  
*Quasillū, & Quasillus,* 295.31 *Quinquatru,* 251.16 *Ad Quot resp. Vnus, &c.* 126.7  
*Quaterni,* 250.17 p. *Quatuor,* *Quinque, omn. g.* 158.24.249 *Quotennis, interreg.* 125.35  
*Quatio,* 321.18 (126.34 *Quintilis, m.* 160.2.182.21 (34 *Ad Quotennis resp. Biennis,*  
*&c.* 126.9 *Quoteni*

**RA,** **RE,** **RE,** **RE,** 71  
*Quotens interrogatiuū,* 125.35 *Recumbo cū d.* 454.29 *Reliquia,* 261.5.720.17  
*Cui resp. singuli, &c.* 126.8 *Recurro cū d.* 446.12 (301.20 *Reluctor cū d.* 446.26. 477.9  
*Quotidianus, secundā. l.* 659.25 *Reuiso cū d.* 454.30. *Redamo* *Remetior, Acc. cum d.* 485.8  
*661.1. Eadem br.* 660.40 *Reddo, Acc. cū d.* 485.7 *Remex, gis,* 214.40 [acc. 423.12  
*Quoquot, omn. g.* 158.24 *Et Reddēdi verba, ibid.* *Redeo* *Reminiscor,* 303.16. *cum g. l.*  
*Quotuplex, interrog.* 125.35 *Redditiuū, N.* 124.29 (301.20 *Remitto, Acc. cū d.* 489.35  
*Ad hoc resp. simplex, &c.* 126 *Redimib<sup>9</sup>.* 102.18 (A, 506.31 *Neutr. suppresso casu,* 613.13  
*Quotupl<sup>9</sup> interrogat.* 125.35 (9 *Redimo,* 301.20. *Acc. cū abl. &* *Remolior, Remoror,* 469.23  
*Huic resp. simpl<sup>9</sup>, &c.* 126.8 *Redintegro, 137.27* *Remoueo, Ac. cū abl. & A,* 506  
*Quotus partit. cū g.* 372.39 *Redoleo,* 301.20.318.28.319.1 *Remuneror, Acc. cū abl.* 501.32  
*Ei resp. Prim<sup>9</sup>, 2<sup>9</sup>, &c.* 126.7 *Redundo cū abl.* 463.11 *Sic Remunero, & acc. cū d.*  
*Quotus cū n. Quisque,* 598.33 *Redundatus passiuē,* 140.36 *Remurmuro, d.* 454.31 [485.7  
*Quouis, 590.28. Cū g.* 585.35 *Redux, rēducis, cr. br.* 673.2 *Ren, rēnis,* 665.29 (d. 446.27  
*Quiniscumque,* 24.6 *Refercio, 336.30. Acc. cū abl.* *Renideo, 305.15. & Renitor cū*  
**R** *Refello,* 329.28 (499.27 *Renuncio, Acc. cū d.* 484.36  
*R, liquida,* 651.38. *R, in fine* *Referbesco,* 319.27 [7 *Cum d. solūm,* 446.29 [32  
*Rabula, m.* 153.31 [693.20 *Refero, Acc. cū d.* 488.21. 485 *Renno, 321.25. & Renurus,* 322  
*Rado, 325.4. & Ramex, m.* 181 *Refert cū g.* 419.39.566.27 *Reor, 338.2. Ratus, p. b.* 648.33  
*Rana epicœn.* 195.12 (31 *Cum g. Tanti, &c.* 421.20 *Reordior, cū acc.* 469.23  
*Rapax cum g.* 370.7 (37 *Cum d.* 422.6. 446.16 *Repello, 329.28. Acc. cū abl. &*  
*Raphael, 153.36. & Rapio,* 320 *Cū acc. & præ. Ad,* 421.38 *Repensio, 501.14 (Ab, 506.37*  
*Rapum, & Rapa, e,* 295.33 *Cū abl. Mea, Tua, &c.* 420.39 *Reperio, 336.19. Repperi.* 654.8  
*Raresfacio secundā. l.* 658.21 *Refert p. Necessē, p. l.* 653.38 *Repeto, Acc. cū abl. & A. l. Ab,*  
*Rastrū, rastra, & rāstrū, in plu.* *Refertus cū g. l. abl.* 408.15 *503.5. Cū duob. acc.* 497.10  
*Ratiōcinor,* 469.22 [275.8 *Reflecto,* 645.33 *Repetundarum, &c.* 286.17  
*Ratis, is, & Rates,* 298.35. & 38 *Refrāgor cū d.* 427.9. 446.18 *Repleo, 316.23. Réplio,* 309.1  
*Ratum à Reor, p. br.* 648.33 *Refrāgo, as,* 446.19 (506.33 *Repono, Acc. cū d.* 485.24  
*Rauenas, atis, adiect.* 19.12 *Refreno, Ac. cū abl. & A. l. Ab,* *Reporto, Acc. cū abl. & Ab,* 506  
*Rauis, rauim in acc.* 217.1 (34 *Refrigeo, 317.33. Refrigeſco,* *Reposco cū du. acc.* 496.30 [36  
*Re, præ. p.* 143.13. *Br. in cōp.* 653 *Refugio cū abl.* 463.14 [505.26 *Acc. cū abl. & A. l. Ab,* 502.34  
*Reāte neut.* 161.9.183.15.277 *Regio, 160.19. & Rego,* 328.9 *Repotia,* 267.17 (38  
*Récido, 324.38 (521.14* *Regno cū d. l. abl.* 446.21 *Reppuli, 720.12. Reprimo,* 329  
*Recipio cū d.* 446.13. *Recept<sup>9</sup>* *Regnor, & Regnatiu,* 141.5 *Reptici<sup>9</sup> & Reptiti<sup>9</sup>,* 625.39  
*Reciproca, Sui, & Suus, non es-* *Regredor, Abl.* 463.12 [140.35 *Repugno cū d.* 446.31. 427.9  
*se propriē relatiua,* 133.40 *Regula, pr. l.* 650.37 (295.35  
*Recipr. Suus quā. vlt. dū,* 570.36 *Relatiuum,* 124.15.280.22 *Requies, ei. l. atis,* 197.19. 212.6  
*Reclamo, Reclamito, d.* 466.10 *Desideratur interdū,* 613.21 *Requiro, Acc. cū abl. & A. l. Ex,*  
*Recondo, 311.7 (cū De,* 424.1 *Eius constructio,* 333.1. & 35 *Acc. simul eum d. l. ibid.* 14  
*Recordor, g. l. acc.* 423.12. *abl.* *Religio, & Relligio,* 625.39 *Resequor cū acc.* 469.23 (24  
*Reclū, 372.5. Recl<sup>9</sup> dicitur Ni<sup>9</sup>* *Religiosus, D.* 396.39 [720.11 *Resero, 332.17. & Reses, idis,* 212  
*149.19.341.17. & Recudo,* 325 *Relinquo, 330.19. ac. cū d.* 494 *Resex, rēsecis,* 215.8. *& Resideo*  
*[37* *[37* *(454.32* *Resilio,*

Resilio, 337.26. ¶ Resipio, 321.35	Robur, 161.19.211.25. ¶ Rodo, Salamin, inis, 211.1. cr. l. 666.	Sator, & ius, cum d. 397.13	Scrobs, interci. g. 187.32	Seminocales octo, 631.35
Resisto, 335.9. Cum d. 446.32	Rogadi, siue Interrogadica fus, Salamis, vlt. l. 696.38 [21	Satis, 144.32. cum g. 584.26	Scrobis, cr. br. 672.16	Senarius Iambicus ¶ su, 704.
Resono, 307.38. Cum d. 454.33	dicitur Ge <sup>o</sup> , 149.22 (284.25	Satisfac, 31.5. cum d. 446.41	Scrobis, is, 296.9.298.35	Legitimus, 705.24 (17
Respergo, 340.37 [Ibid.	Rogatu in abl. tantum, 281.39	Satisfaciu cu d. 447.4.427.7	Scrupulu, & Scrupulus, 298.7	Pedes si <sup>o</sup> vari, 706.3 [705.32
Respondeo cu d. 446.33. cu acc.	Rogo cum duob. acc. 496.31	Satum a Sero. p. br. 648.33	Scrutor cum acc. 469.24	Qualis apud Terent. & Plaut.
Responso cum d. 454.35	Cum pra. A. l. Ab, 503.13	Satur, 170.19.204.29. cr. br.	Sculpo, 330.17. ¶ Scurror cu d.	Senatusconsultum, 196.22
Respublica, Reip. & c. 196.24	Rorat, 612.39. Cu acc. 468.15	663.19. Cu g. l. abl. 408.18	Scurra. m. 153.31 (452.23	Senatu in d. olim, 231.21
Respuo, 321.17. Respinguo, 327	Cu abl. 463.16. ¶ Ros, 286.23	Satereta, & Sateretu, 296.6	Scutum, & Scutu <sup>o</sup> 298.12. & 29	Senatu, us. l. ius, in g. 231.18
Restat d. 427.39. 446.36 (28	Rostrorum, 262.9.267.32	Saturnalia, ium, 249.39.250.37	Scylla, nauis. n. 160.16.161.10	Senecta, 246.5.247.7
Restis, em. l. im, in acc. 218.22	Rostru. l. Ibid. 34. ¶ Rubeo, 317	Savior, aris, cum acc. 469.24	Scyphus, masc. 176.13	Senectus, a, um, 247.8 [177.8
Restituo, Acc. cum d. 485.7	Rubigo, & Robigo, 625.41 [39	Saul, is, cr. l. 673.6	Se, 143.13. ¶ d. in comp. 654.40	Senectus, us, 214.3.700.8
Resudo cum abl. 463.15	Rubus incerti g. 188.33	Scabo, 323.16. ¶ Scala, 261.12	Secerno, Acc. cum abl. & A. l.	Senex senis, 214.37 [243.8
Resulto cum d. 446.38	Ructor cu acc. 469.24	Scalpo, 330.16	Secate, 243.39 (Ab, 506.41	Semi, Sedeni, dist. l. 250.17. &
Rete, is, & Retis, is, 295.36 [13	Rude in abl. a Rudis subst. 224	Scando, 324.19.326.26	Seco, 308.32. Secatur <sup>o</sup> , non	Senium, 248.17 (18
Reticeo, 313.31. ¶ Retro, 688	Rudens. m. 179.32.224.36	Scandix, is, f. 181.18 (29	Secturus, 141.2.307.35	Senon, Senonis, 669.17
Retrosu, & Retrosus, 591.41	Rudimenta, 115 [402.14	Scapula, & scapulu, 258.12. &	Secors, dis, cum g. 372.7	Sensa, orum, 267.32.297.36
Retrouersus, antep. l. 661.28	Rudis adiect. g. l. acc. cum Ad.	Scatebra, 256.30 (20. & 23	Sector, aris cum acc. 469.25	Sensile, 222.23. ¶ Sentio, 336
Rettuli dup. t. apud poet. 654.	Rudo, 325.2 (213.25	Scateo, Scaturio cum abl. 463	Secubo, se p. m. restit, 308.21	Sensiti, p. sensisii, 40.19 (21
Retudo, 324.24 [8.720.11	Rudus, eris, non Ruder, 170.8	Scaturio esse meditat. 306.5	Seculum. l. Saculum. 625.41	Sentis. m. 173.23.256.2
Reuereor cum acc. 469.24	Rugo, as, 136.9. ¶ Rumex, in-	Scazon, 211.4. Carm. 704.38	Secundum pra. acc. 578.30.142	Serum pro, orum, 234.24 [32
Reuertor, 340.13 [l. ab, 506.40	Rumpo, 330.18 (cert. g. 188.5	Dicitur Choliabus, ¶ 34. Clau-	Secundum cu abl. l. d. 411.29 (32	Seorsum, Seorsus, 144.23.715
Reuoco, Acc. cu abl. & pra. A.	Runcinor cum acc. 469.24	Scelus, 213.36 (dicas, 705.27	Securis, im, in acc. 217.3	Sepelio, Sepio, 336.15. & 21
Rex, 153.33. 215.1.665.29 [37	Ruricola. m. 158.40	Scenopégia, orum, 251.15 (& 29	I, vel, E, in abl. 222.5	Seps, pro serp. m. 179.31
Rhenus, & Rhenu, 160.5.295.	Ruo, 321.21.649.5 [524.27.525	Schema, is, Schema, e, 298.12	Securus cum g. 270.32.369.28	Seps, is, & sepes, sepis, 296.12
Rhetorica, 250.5. Rhetorice, 199	Rus, raris, 286.26. Ad q. Quos	Scibam, pro sciebam, 102.16	Cu abl. & A. l. Ab, 412.34	227.8. Seps cr. l. 665.29
Rhinoceros, otis. m. 174.36 [38	Rure. l. Ruri, ad vbi, vnde, qua,	Scidi, a Scindo. p. br. 647.28	Secus praep. 142.32.578.32	September, bris, 211.18 (250.17
Rhodanus, & Rhodanu, 160.5	Rursus, 591.4. (524.7.525.31	Scilicet, pr. l. 660.10	Secus aduerb. 144.30	Septeni, septideni, distribut.
Rhodope. f. 165.20 [528.34	S	Scin' Audin', & c. 692.37	In Sedec finica Hebraea. p. ac.	Septentrio, & Septemt. 625.41
Rhodop vrb. & insula. n. 160.14	S, liquida, 632.10.634.29	Scio, vlt. br. 686.39	736.29. Vlt. br. 690.33	Septentium pro, oru, 234.24 (21
Rhypodes, neut. l. 172.18. & 24	Olim elidebatur, 718.12	Scipiades, e, patrony. m. 729	Sedeo, 316.10. Sedet, pro placet	Septingeni, Septuageni, 250.
Ricimer, viri. n. 665.3 (¶ 28	Sabulo, & Sabulum, 295.38	Scipiones in. plur. 242.20	cum d. 427.39. 454.38	Sepulchru, & Sepulcru, 626.1
Rictus, us, & Rictu. l. 298.12	Sacer cum g. l. d. 383.38	Scire pro scientia neut. 163.16	Sedes, pr. l. 650.38 (25	Sequor, 338.10. cu acc. 469.24
Rideo, 316.17. ¶ Ridicul <sup>o</sup> cu d.	Sacerdos com. d. 157.17	Sciron, onis, cr. l. 670.33	Sedulo, 688.14 ¶ Segniter, 144	Ser, Sers, cr. l. 666.3. 252.39
Rien, 168.34 (397.2	Sacrifico cum acc. l. d. 451.15	Sciscitor, & Scitor, Acc. cu abl.	Segnitias, & segnitia, 296.11	Seraphim, vlt. acut. 736.24
Rigeo, 317.39. Rimor, 469.24	Sacro sanctus cum d. 397.6.661	& pra. A. l. Ab, 503.27. & 32	Seleucia, p. l. 641.36	Serapis, idis, & Serapis, 212.38
Rim <sup>o</sup> , Ritis, p. com. 677.22	Sadoc, vlt. l. 690.34 [37	Cum Ex, ¶ 29. & 34	Sementis, 218.28	Seremat, bat, 612.41 (¶ 40
Ringor, 303.19.328.11 (676.25	Scnio, & Scnu <sup>o</sup> cu d. 452.21.397	Scopa, aru, 261.15. Scopa, ¶ 16	Semiambustus, 715.37.	Seria, 267.35. ¶ Sero, is, 332.12
Ris, vlt. in subiunct. p. d. Casu-	Sagum, & Saga, e, 296.1 (7	Scorpio, onis. m. 166.5.296.8	Semianimis, Semiermis. Semi-	Serod aduerb. vlt. com. 687.1
re beneficio, 697.2	Sagutu, & Saguntum, 160.27	Scorpius, ibid. Scriba. m. 153.30	homo, 715.34.35. & 38	Serpens, dub. g. 189.23 (236.16
Risadir, neut. 183.34	Sal. m. l. neut. 167.23.168.1	Scribo, 323.17. Acc cu d. 488	Semis. l. Semissis. 174.25	Serpentiu. l. cum, in g. plu.
Riualis, li. l. e, in abl. 224.13	Salis, cr. br. 663.36. 255.39	Scriptus, saepe fut-	Semisopitus antep. br. 633.1	Serta, orum, 267.39. Serta, e,
Roboraria, orum, 267.23	Neutr. plur. caret, 245.30	Scripturio, 305.28 (aud. 614.16	Semiustus disyll.	Seruassim fut. 111.3 [268.4

784	SE,	(179.8	SI,	SO,	SP,	ST,	SV,	785
Seruitium, 162.8.	¶ Seruit <sup>9</sup> .	f.	Simillimus, 129.25	(38 Sociam pro,orum. 234.22	Sparta, & Sparte, es, 296.21	Sterilefco, à Sterilis, 137.29	Subeo cū d. 428.30.447.19	
Serum. 243.39	(244.11		Simois, enis, 213.5.	Vlt. l. 696	Socrates, is. 212.20.219.39	Sterilis cū g. l. abl. 408.21	Cū acc. l. d. 21. ¶ Suber neut.	
Seruus cū d. 397.19.	¶ Sefamū,		Simon, onis, cr. l. 668.11.694	Socrus. 154.40 (Socrate. 220.1	Spatium teporis ad q. Quadiu? offeratur p. Acc. l. abl. 530.24	Sterno, 330.1. ¶ Sterto, 334.37	Subdico, 491.9 (161.27	
Sesamoidis, herb. neut. 172.18			Simul, 144.25	[28 Soldalis, e. l. i. in abl. 224.15	Specierum in g. plu. 233.27	Steti à Sto pen. br. 647.28	Subgranda, & Subgradiū, 296	
Sescunx, unci. m. 181.7			Simulacrum, 650.26	Sodes p. Si audes. 98.27	Species pro modo, 70.23	Stigma, 165.17 (cr. b. 662.39	Subiaceo, 447.23 428.30 (31	
Sestertii, & Sestertius, 296.13			Sinai, pen. acuta, 736.30	Sodoma. pen. br. 673.12	Species Nomin. Pron. & c. due	Stipes, itis. m. 171.18.212.15	Subiatio, Acc. cū d. 491.9	
Sestertium p. orū, 235.22 (13			Sinape neut. 155.32 (296.16	Sol. 167.23.210.36 p. du. 691.9	Primitiua, & Deriuatiua, 148	Stipendarius cum d. 397.35	Subiicit, p. Subiicit, 647.12	
Sestos, & Sefio. 160.28. Seu, 146			Sinapi, & Sinapis, 166.13	Soles in pl. 245.34.242.37	Specio, is, priscū, 321.27 (38	Stipulor cū acc. 469.25. cū d. 428.30.447.24. & 25.426.14.	Subiunctiuus modus, 57.24	
Sauer <sup>9</sup> cū d. 397.21. Acc. cū In,			Sinapi. l. e. in abl. 222.4	Sole p. Soli olim. 201.13 (& 40	Specillū, & Specillus, 296.23	Stirps, 188.24.214.15 (447.8	A constructione dictus, 61.40	
Sex. omni. g. 158.25 (Ibid. 22			Sincerus, & Syncerus, 626.1	Solemnis. l. Solemnis. 626.2	Speciosus cum d. 397.32	Stirpes, is, 296.28.375.29	Cōiuncti <sup>9</sup> , & Adiuncti <sup>9</sup> 47.24	
Sexaginta, vlt. l. 680.39 (22			Sinciput, pitis, 167.22.214.22	Cum d. 397.27	Speculor cum acc. 469.25	Sto, 303.28.211.9. Cū d. 447.8	Particula quib <sup>9</sup> adiug. 30	
Sexageni, Sexcenti, 250.21. &			Sine prap. abl. 579.21.142.39	Soleo, 318.37.319.28	Spec <sup>9</sup> , us, dub. g. 187.38.296.10.452.25. Cū abl. 463.29 (7	Stoic <sup>9</sup> , Stoicides, Stoicida, 642	Subiungo, acc. cū d. 491.9	
Sexilis, 160.2.182.21 (242.20			Sidon. f. 167.26. cr. br. 669.18	Neutropassiuū. 319.35 (369.20	Specub <sup>9</sup> in d. pl. 231.35. (25	Stoic <sup>9</sup> , Stoicides, Stoicida, 642	Subleuo, pr. semp. l. 645.11	
Sexi <sup>9</sup> cas. dicitur ablt <sup>9</sup> 149.22			Singiberis, 170.13	[16 Solers. l. Sollers. 626.2. cum g.	Specus, neut. Tertiz. 188.1	Stomachor cū d. 452.18. Acc.	Sublimē, 609.13. Vt. br. 663.30	
Si, cū Indic. & Cōiūct. 603.36			Singuli, e, a, distrib. 125.26.250	Solicitus, & Sollicitus. 626.2	Sp. cu, 188.4.286.39.296.25	Sorax, Stóracis, 664.10 (467.2	Submitto, Subnecto, Acc. cū d.	
Cū Optat. 52.23 p. Quauis			Cū g. partit. 373.9	Solicitor. 129.37 (249.8	Spei. pen. br. 638.21.639.6	Sorangia, & Sragulū, 296.29	Submittor, 339.35 (491.9. & 10	
Sibi, 685.20. Vlt. com. (602.18			Singultio, 336.16	Solitus cū d. 397.30. ¶ Solium,	Spelynx, gis, spelunca, 180.31	Strenuor, Strenuū <sup>9</sup> . 130.13	Subnitor, 339.35 (491.9. & 10	
Sibilus, Sibili. l. Sibila, 272.17			Sinister cū d. 397.22. Vnde Si-	Solæcisinus. 605.30.147.8 [35	Speradi verba cū Infinit. 73.38	Strepeo, 330.17 ¶ Strideo, 316.11	Suboleo, 318.27 319.1. cum d.	
Sibolest. pen. acuta, 736.28			nisterior, Sinistimus, 129.17	In quo diff. à Barb. 623.35	Sperchaos, 209.11. 641.37	Strido, 325.29	Suborior d. 447.28 [447.27	
Sic. semper produc. 690.28			Sinistrā, aduerb. 591.23	Solæcophanes. 172.17.212.21	Sperno, 330.2 (meo. 626.31	Strigo, 327.30	Subrepeo cū d. 447.29. cū acc.	
Sicanis, Sicelis, idis, 726.30			Sinistrorsum, 591.39	Solon, onis. 670.35. ¶ Solor cū	Spero cū acc. l. d. 455.2. p. Ti.	Strigilis, e. l. i. in abl. 223.8	Subrogo Acc. cū d. 491.9 [576	
Sicoris, 221.25 (Vlt. br. 686.7			Sino, 330.1. ¶ Sinon, 670.34	Solum. i. 249.11 (acc. 469.25	Sphinx, Sphingis, 180.1.215.2	Strigilum, 228.35 (247.22	Subscribo p. Faueo cū d. 447.	
Sicubi, 587.34. pr. l. 660.25			Sinum, 249.2.296.17	Soluo. 335.3.325.23. Acc. cū abl.	Spica, & Spicum, 298.12 & 30	Struo, 321.23. ¶ Strues, 246.6	Subscuo, idis, 214.1. f. 178.37	
Siculam pro,orum, 234.29			Sinus, is, Ibid.	500.23. l. d. 485.8. Solūm. 145	Spinter neut. 169.7 (249.16	Strux, 215.362.40 (acc. l. g. l. d. 491.9	Subsequor cum acc. 469.25	
Sicuti, vlt. br. 686.1 (324.2			Siquando, pr. l. 660.7	Solus vocat. habet. 280.25 [6	Splen, enis. m. 167.20. ¶ Spin <sup>9</sup>	Studeo cū d. 425.16.447.14. cū	Subseruio, Subfisto cū d. 447.	
Sicyon, onis, 670.36. ¶ Sido,			Siquidem, 146.15. pr. br. 660.3	Sono. 306.23. Sonaturus. 142.2	Spolio, 499.17 [161.32	Studio <sup>9</sup> cū g. l. d. 384.5.370	Subfido, 327.11 (33. & 35	
Sidon, onis, 228.33. cr. com. 671			Siquid, substantiuū. 22.32	307.35. Cū acc. 468.5. & 17	Spōdeo, 316.12. Acc. cū d. 485.	Stupefacio, e, br. 657.28 [27	Subfiet p. Subfit, 95.4	
Sidonis, pen. com. 726.13 [12			Siquid, substantiuū. 22.32	Sonipes. m. 187.18 [cr. b. 669.20	Spōde <sup>9</sup> . 700.30. 641.29. (4	Styrax, 181.20.664.10 (176.13	Substantiuum N. 121.21	
Sidoni <sup>9</sup> itidē antep. com. Ibid.			Siren, enis, cr. l. 665.29	Sōphia, 641.11. ¶ Sopbron, onis	Spons, 286.40. Spōtis, & te,	Stryx, gis, fæm. 180.1.215.2	Dicitur Fixum. Ibid. & 127.3	
Sidus, & Sydus, 626.1.213.23			Siris, siritis, srint, p. Siueris,	Sopor. 245.32. pr. br. 650.39	Spumo cū abl. 463.24 (281.34	Suadeo. Per se adeo cū d. 451.18	Subst. ū g. 364.14. Cū a. l. &	
Siem, Sies, & c. 94.39 [1			suēritis, suerine. 40.19	Soracte, & Soractis. 296.20	Sponsalia, orū, 268.15 [403.16	Suadus cū d. 397.38 [719.19	pre. D. l. Ex. Ibid. 26.47.3.	
Sigillatim, & Singillatim, 626			Siryux, gis. 155.2. ¶ Sis. p. Si uis	Sorbeo. 313.22. ¶ Sorbo. 323.33	St, interiectio, 145.23. Stadiū,	Suauis, 397.40. Fit quadrifyll.	Cū g. l. ablat. Laudis au [40	
Sigillatim, & Singillatim, 626			Sisyphus, m. l. neut. 190.25 [98.27	Sordeo cū d. 452.24 (314.14	Stacte, es, Stacta, e, 296.27	Suauis, 397.40. Fit quadrifyll.	Vituperationis, 356.21	
Signifer, & c. à Fero, 204.31			Sisto. 335.7. ¶ Sithon. cr. b. 669	Serdes. 261.18 [261.11	Stannum, plu. caret, 243.40	Suauis, 397.40. Fit quadrifyll.	Subst. ambig. signif. quomodo	
Significo, Acc. cū d. 485.3			Sithonis, idis. 726.39 (19	Sory, yos. metalli genus. 166.29	Stat cū d. 427.40.447.7	Suauis, 397.40. Fit quadrifyll.	copulada cū Possessiuis, 369.	
Siler neut. 161.19.244.12			Sitis, sitim, in acc. 217.3.246.4	Sortior cum acc. 469.25	Statiua, orum, 268.23	Suauis, 397.40. Fit quadrifyll.	Cū primitiuis 7.15. & 35 (8	
Silex dub. g. 191.37. ¶ Siligo,			Situm à sino. p. br. 648.33	Sofia. 200.3 [282.5	Statiua, orum, 268.23	Suauis, 397.40. Fit quadrifyll.	Substerno. Substituo, Acc. cū d.	
Silua, & fylua, 626.1 [210.23			Situc, cōiunctio. disjunct. 146.12	Sofpes omni. g. 159.11.212.17	Statiua, orum, 268.23	Suauis, 397.40. Fit quadrifyll.	Subsum cū d. 447.38 (491.10	
Sillio trifyll. p. Dieraf. 719.15			Smaragd <sup>9</sup> . m. 176.37 (664.10	Cū abl. & pra. A. l. Ab, 412.40	Statiua, orum, 268.23	Suauis, 397.40. Fit quadrifyll.	Subtraho, Acc. cū d. 493.38	
Silufco, 305.23 (tre, ibid. 26			Smilax, cis, fæm. 181.37. cr. br.	Soteria, orū. 268.8 (m. 179.38	Statiua, orum, 268.23	Suauis, 397.40. Fit quadrifyll.	Subter, iuxta. 666.9	
Siluester, 11.13. Siluestris, &			Soboles. 247.11. Socer, 204.21	Sotularis. 174.15. ¶ Spadix, sicū	Statiua, orum, 268.23	Suauis, 397.40. Fit quadrifyll.	Subter, iuxta. 666.9	
Cū abl. 411.3. Siluofus. Ibid. 4.			Socius cū g. l. d. 383.40.397.25	Spargo. 328.4. Acc. cū d. l. abl.	Statiua, orum, 268.23	Suauis, 397.40. Fit quadrifyll.	Subter, iuxta. 666.9	
Similis cū g. l. dat. 380.28				308.25	Sparta, & Sparte, es, 296.21	Suauis, 397.40. Fit quadrifyll.	Subter, iuxta. 666.9	

Sūmofses ꝑ Sūmouiffes, 40.31  
 Sūmus superl. irregul. 131.19  
 Spēcular, & Speculū, 651.7  
 Supeliex, 181.38.215.8.214.38  
 Super, a, um, 130.40. Vnde  
 Superior, Suprem<sup>o</sup> derivatur.  
 Super cū acc. ꝑ Supra, 581.27  
 Pro Inter. Ibid. 29. & 582.14  
 Pro Ultra Prater. V. 9. & 13  
 Et cum ꝑbis quietis, 582.5  
 Cum abl. pro De, 581.32  
 Et cū ꝑbis quietis. Ibid. 35  
 Súperat. ꝑ suppetit. cū d, 448  
 Supérbivo. 448.15 [14.427.39  
 Supercreſco, Supercurro cū d.  
 Supércubo, 308.21 [448.16  
 Superbus cum d. 398.5  
 Supérdo, 311.5. ꝑ Superfit, 109  
 Superſtuo cū abl. 463.38 (26  
 Superſtius cum d. 398.6  
 Superſundo, Acc. cū d. 491.17  
 Superſgredior cū d. l. acc. 448  
 Superi, orum, 252.30 [19  
 Superiatio, 300.2. Acc. cum d.  
 Supinſideo cū d. 455.2 (491.17  
 Superlatiuum. n. 127.15  
 Vnde formetur. Ibid. ꝑ. 40  
 Que illo careant, 127.27 (32  
 Que rim Supl. habeat, 374  
 Suplasiua ſine Poſitiuis, 131.18  
 Eorū conſtr. cū g. plu. 373.30  
 Cū g. Partitionis, 379.29  
 Cum g. Collectiui, 375.9 (25  
 Cū g. Noſtrūm, Veſtrūm, 567  
 Cū pre Ante, & Inter, 378.20  
 Cum pre. Ex, E, De, 377.25  
 Cū Poſitiuorū caſib<sup>9</sup>, 379.25  
 Superl. aduerbia cū g. 585.5  
 Cū abl. & pre. ꝑ. 7 [684.40  
 Supnē ad q. Vnde 590.5. Vl. br.  
 Supſedeo, 300.18. cū d. l. acc.  
 448.23. Cū abl. 463.40

Superſtes, itis, 212.17. omn. g.  
 159.11. Irreg. in plu. 282.4  
 Cum g. l. d. 384.9. 398.8  
 Superſto cū d. l. acc. 448.26  
 Superſum cum d. 448.29  
 Superuacuuſ cum d. 398.10  
 Superuenio cum d. l. acc. 448.31  
 Superuio cum d. 448.35  
 Supina vnde dicta, 545.15  
 ꝑ a eſſe Inſinēt. 544.9 (556.6  
 Sup. in V. m. ate ſe caſ<sup>9</sup> nō adm.  
 Suorū ꝑb. caſ<sup>9</sup> retinēt. 556.13  
 Amant ꝑba mot<sup>9</sup>. ꝑ. 6. & 16  
 Quæ pen. habeat. l. 648.28  
 650.7. Quæ br. ꝑ. 15. 648.33  
 Supin, V. ferē paſſiua eſſe, 91.37  
 Caſū nullū admittere, 550.34  
 An ſignificēt actiōē, 557.4  
 A quibus ꝑbis orientur, 93.31  
 Suppar cum d. 398.13 (426.10  
 Supparafitor cum d. 448.38  
 Súppar<sup>9</sup>, & Súpparum, 296.36  
 272.23 (448.13. 427.40  
 Suppédit, ꝑ Suppetit. cum d.  
 Suppédito, Acc. cū d. 485.7  
 Suppéditor Deponēs cū ac. 469  
 Suppetia, 281.36. 287.5 (25  
 Súppetit cum d. 448.39  
 Súppetito, 301.25. cū acc. 449.1  
 Suppleo, 316.23 (cum d. ꝑ. 3  
 Supplex, 227.5. cum d. 398.14  
 Supplico, 308.30. cū d. 449.4  
 Supplodo, 300.29  
 Suppone, Acc. cum d. 491.10  
 Supra pre. 142.33. ad ꝑ. 589.30  
 Surduſ cū g. 372.8. cū d. 398.15  
 Cum acc. & pre. Ad, 402.20  
 Surgo, 328.9 (eſſe ꝑb. 7635  
 Surreptū erit, & ſimilia vniu.  
 Surrexe, ꝑ Surrexiſſe, 4019  
 Surreptio, 301.25. Acc. cum d. l.  
 abl. & pre. A, 507.2. 508.2  
 Surſum

Suffect<sup>9</sup> cū G. l. d. 382.12. 378  
 16. Cū abl. 408.24. & De. l. b.  
 Syncebiſis, vniu. Orat. 627.6  
 Suspendo, Acc. cum D. 491.10  
 Súſpicor cū acc. 469.26  
 Suſtollo, 332.36. Suſtuleram,  
 Syntaxis, 341. Inſta, & Figura  
 pro Suſtulſſem, 66.30.  
 Subul, opp. neut. 161.9. 183.25  
 Suus poſſeſſiuum cum G. 563.16  
 Cū G. Vni<sup>9</sup>, Sol<sup>9</sup> & c. 564.3  
 Et cū G. Cuiuſq; , Ibid. 20  
 Eiuſ cōſenſuſ cū Subſtātiuſ  
 568.14. 569.28. 570.23  
 Suus reciproco qñ ſit locuſ, 571  
 36. 572.2. & 31. ꝑ Propriuſ ꝑ  
 41. Pro Ei<sup>9</sup>, Ipi<sup>9</sup>, Illi<sup>9</sup> 572.21  
 Suus Subſtāntiuum, Ibid. 38  
 Sycophantor cum D. 449.6  
 Syllaba ex quit<sup>9</sup> ſiat, 115.32. 631  
 21. Et<sup>9</sup> diſtributio in Breuem,  
 Longam, Cōmuncm, 636.11  
 Quio<sup>9</sup> quæq; ꝑor. cōſtet. Ibid.  
 De ſyllaba cō. 709.15. 711.8  
 Syllabice adiectiōēſ corrip. 683  
 Syllēpſis quid ſit, 615.26 [11  
 Eiuſ variæ ſignif. 618.4 (34  
 Diſcrimen à Zeugmate, 616  
 Fit var. mod. 617.2. & deinc.  
 Syllogiſmuſ m. 176.14 (11.13  
 Sylueſco, 137.29. Sylueſter;  
 Symbolū, & Symboluſ, 296.37  
 Symphōnia, p. br. 640.20  
 Syncope quid ſit, 732.27. Fit  
 in G. omniū ferē decl. 233.37  
 234.1. & 20. In verbis, 40.7  
 Synereſis ſig. 712.36 (& 16  
 Dicitur Epithyſalēph<sup>9</sup>, &  
 Synecphorēſis, Ibid. [21  
 Diſcrimē à Synalēpha, 716  
 Variēciuſ cōtraction. 715.26  
 Synalēphe, 716. Vñ dicta, Ibid.  
 22. In quo diſſ. à Synar. Ibid.  
 Quibus modis ſiat, 716.34

Fit in diuerſis carm. 717.15  
 Tanti, Tantiū, 536.8 (287.15  
 Tantiū, tres caſuſ hab. 281.14  
 Tantiūm, 145.6. 365.10. Cū Po  
 ſitiuo, 596.29. Cū Cōp. 597.7  
 Tantiuſ redditiuum, 124.29  
 Tapes, ètis, m. 172.17. 212.3  
 Tapetū, & Tapetiū, 297.4.  
 Tapindōſis, 629.12 (qu<sup>9</sup>, 130.27  
 Tapróbane, ſ. 160.14. Tardilē-  
 Tartarus, Tartara, orū, 273.2  
 Tautologia, orat. viciū, 629.15  
 Taxo cū Acc. 474.34 (628.9  
 Taygetuſ, Taygeta, o. ſ. 273.11  
 Taygete, ſ. Ibid. (Pr. l. 641.23  
 Te, adiectiō ſyllabica, b. 683.11  
 Tecmeſſa, 646.2. 631.39  
 Teges, 212.5. ꝑ Tegula, 650.38  
 Tego, Acc. cū Abl. 438.27  
 Telamon, dnis, 670.37  
 Telluſ, 185.31. 213.33. 246.4  
 Temno 330.10. (vl. l. 684.26  
 Tempe, 165.28. 268.26. 280.5  
 Tépero, D. l. Abl. cū A. 449.8  
 Acc. ſimul cū D. Ibid. (402.24  
 Tépeſtiū cū D. 398.20. cū Acc.  
 Tpa ꝑb. 38.1. 148.24 (68.25  
 Qñō alia alijs reſpōdeat, 61.7  
 Tépuſ ꝑ Acc. l. Abl. eſſetur ad  
 q. Quadiūſ 530.10. ꝑ abl. ad  
 Tépuſ ꝑ téporē, 611.7 (qñ ꝑ. 19  
 Tépuſ in ſyllaba quid ſit, 636.7  
 Tenax cū G. 370.5. ꝑ Tendo  
 595.34  
 Tenebræ, 261.25. (324.40  
 Tenedoſ, vrbiſ, & Inſ. n. 528.34  
 Teneo, 313.23. Tenor cū G.  
 479.4. 475.20. cū duobuſ d.  
 692.7  
 Teneuſ cū G. 370.38. (495.41  
 Tenuior, Tenuiſim<sup>9</sup>, 130.18  
 Tenuſ ꝑ ꝑ. cū Abl. l. G. 143.1  
 Tenuſ ꝑ ꝑ. cū Abl. l. G. 143.1  
 Tenuſ ꝑ ꝑ. cū Abl. l. G. 143.1  
 Tenuſ ꝑ ꝑ. cū Abl. l. G. 143.1

Tantalid<sup>9</sup> patrony. m. 728.9  
 Tantiū, 145.6. 365.10. Cū Po  
 ſitiuo, 596.29. Cū Cōp. 597.7  
 Tantiuſ redditiuum, 124.29  
 Tapes, ètis, m. 172.17. 212.3  
 Tapetū, & Tapetiū, 297.4.  
 Tapindōſis, 629.12 (qu<sup>9</sup>, 130.27  
 Tapróbane, ſ. 160.14. Tardilē-  
 Tartarus, Tartara, orū, 273.2  
 Tautologia, orat. viciū, 629.15  
 Taxo cū Acc. 474.34 (628.9  
 Taygetuſ, Taygeta, o. ſ. 273.11  
 Taygete, ſ. Ibid. (Pr. l. 641.23  
 Te, adiectiō ſyllabica, b. 683.11  
 Tecmeſſa, 646.2. 631.39  
 Teges, 212.5. ꝑ Tegula, 650.38  
 Tego, Acc. cū Abl. 438.27  
 Telamon, dnis, 670.37  
 Telluſ, 185.31. 213.33. 246.4  
 Temno 330.10. (vl. l. 684.26  
 Tempe, 165.28. 268.26. 280.5  
 Tépero, D. l. Abl. cū A. 449.8  
 Acc. ſimul cū D. Ibid. (402.24  
 Tépeſtiū cū D. 398.20. cū Acc.  
 Tpa ꝑb. 38.1. 148.24 (68.25  
 Qñō alia alijs reſpōdeat, 61.7  
 Tépuſ ꝑ Acc. l. Abl. eſſetur ad  
 q. Quadiūſ 530.10. ꝑ abl. ad  
 Tépuſ ꝑ téporē, 611.7 (qñ ꝑ. 19  
 Tépuſ in ſyllaba quid ſit, 636.7  
 Tenax cū G. 370.5. ꝑ Tendo  
 595.34  
 Tenebræ, 261.25. (324.40  
 Tenedoſ, vrbiſ, & Inſ. n. 528.34  
 Teneo, 313.23. Tenor cū G.  
 479.4. 475.20. cū duobuſ d.  
 692.7  
 Teneuſ cū G. 370.38. (495.41  
 Tenuior, Tenuiſim<sup>9</sup>, 130.18  
 Tenuſ ꝑ ꝑ. cū Abl. l. G. 143.1  
 Tenuſ ꝑ ꝑ. cū Abl. l. G. 143.1  
 Tenuſ ꝑ ꝑ. cū Abl. l. G. 143.1  
 Tenuſ ꝑ ꝑ. cū Abl. l. G. 143.1





790	VE.	VE,	VI,	VI, VL, VM,	VN, VO, VR,	VS, X, Y, Z,	791
Veionis, 658.38.	Veles, 212.16	Dandi, & Redd. 485.5. & 17	Vester, possessiu. 132.9. Cū g.	Virgilius, & Vergilius, 626.6	Vndo cū abl. ac. 464.19. & 24	Vsum à paucis, vt par est, col. 1.2	
Velficor cum d. 449.22		Declaradi, & p. mit. & li. 84.36	Vestrum, Nostri & n. 564.34	Vigili in voc. p. acut. 733.14	Vnedo, ònis, 10.9. & 25 (223.8)	plurisq; in medio cursu de-	
Vello, is, 329.17. & Veluti, vlt. l.		Emendi, & Vendendi, 534.36	Vestito, ac. cū abl. 498.11	Vit <sup>9</sup> neut. 178.21. 248.13. 280.8	Vnguis, m. l. 18.37	E. l. i. in abl. feri, 302.30 (do. 92.20)	
Vendo, 311.7. 534.37 [686.5]		Verba Euentus, & similia, 427	Vestitissim <sup>9</sup> 131.20 (bat. 102.0)	Vis, int. & g. 287.37. p. l. 696.22	Vnicuiq; contr. p. s. m. 714.22	Vtinam, 52.30. p. Quomo-	
Venefica, Veneficus, Veneficiū,		Fauendi, 425.10. 426.14 (10)	Vestratis, & te, olim, 18.31	Vis in acc. pl. 230.13. 698.10	Vni man <sup>9</sup> , 29.8.5. vno, 167.4. & Postquam, 592.18	Vnus voc. habet, 10.32. 281.6	Vt p. Ne, 602.35. Vtne p. Ne, 603
secundā longā, 657.36. & 38		Implēdi, & Oneradi, 499.5	Veter, Veterimus, 129.31	Viscū & Visc <sup>9</sup> i. 2. 7. 29. 245.37	Vnus voc. habet, 10.32. 281.6	Vt p. Ne, 602.35. Vtne p. Ne, 603	
Veneficus cum d. 398.27		Iugēdi, 485.8. Intellig. 507.17	Veto, 306.23. 307.35	Viscus, eris, 269.16. Viso, 332.24	Vocalis sex, 115.24. 631.21	Vterq; Vterius cum g. 373.2	
Veneol. Vaneo, 626.5. Anom.		Liberadi, & Priuandi, 499.5	Vetus, eris, 213.23. 227.6	Vitai in pl. 247.18. Vitai, 201.3	Vones ancip. apud Lat. 536.29	Vter, 124.10. Voc. caret, 280.22	
102.32. 103.9. cum d. 452.31		Petendi, & Percotadi, 502.16	Vibex, icis, 182.4. 215.7. cr. l.	Vitabund <sup>9</sup> cum acc. 403.36 (23)	Vocant, Appellant, & c. 344.9	Vter, tris. 211.20. Vti pl. l. 686.1	
cū abl. & prae. A. l. Ab, 519.22		Obediendi, & Obsequēdi, 426	Vicēni, distr. 250.19 [666.21]	Vitalis cū d. 398.35. Vitrū, 249	Vocatus similis Nō. 196.38	Vtilis, Vtilis D. l. acc. cum	
Veneror cōm. 518.38. 469.27		Remouēdi, 505.11 [26.427.6	Vicia, e, 244.12 (287.29)	Vitupero cū acc. non g. 474.17	Vocatus similis Nō. 196.38	Vtilis, Vtilis D. l. acc. cum	
Venio, 336.10. cum d. 449.23		Repugnandi, 426.27. 427.8	Vicin <sup>9</sup> , 398.29. Vicis, 281.10	Viuarium, 269.20 (Ibid.)	Vocant, Appellant, & c. 344.9	Vtilis, Vtilis D. l. acc. cum	
Venor cū acc. 469.26 (211.19)		Studiendi, 425.11. 426.16	Victito cū abl. 464.17	Viuo, 335.2. Cū abl. 464.15. Ac.	Vocant, Appellant, & c. 344.9	Vtilis, Vtilis D. l. acc. cum	
Venumdo 311.5. & Venter, tris.		Vestiendi, 498.11. & 18	Victrix. f. in sing. 180.2	Vixet p. vixisset, 40.19 (468.22)	Vocant, Appellant, & c. 344.9	Vtilis, Vtilis D. l. acc. cum	
Venue, 185.40. 213.24		Verba Hebraea, Cāin, Ecē, & c.	Vidētrix. f. in sing. 180.2	Vlciscor, 338.7. Cōm 519.2. 515	Vocant, Appellant, & c. 344.9	Vtilis, Vtilis D. l. acc. cum	
Vepres, 171.35. 256.4. 235.29		que in pen. acutur, 736.27	Vidētrix. f. in sing. 180.2	Vlcis, 179.2. 213.23. 31. 469.27	Vocant, Appellant, & c. 344.9	Vtilis, Vtilis D. l. acc. cum	
Ver, 169.6. plu. caret, 248.13		Vercingetōrix, gis, 215.5	Vidētrix. f. in sing. 180.2	Vllus, part. 125.9. Vllā in g.	Vocant, Appellant, & c. 344.9	Vtilis, Vtilis D. l. acc. cum	
cr. l. 665.27. Vlt. l. 693.19		Vereor, 469.27. 449.26	Vidētrix. f. in sing. 180.2	Vlterior, Vltim <sup>9</sup> , 130.34 (201.6)	Vocant, Appellant, & c. 344.9	Vtilis, Vtilis D. l. acc. cum	
Verber neutr. 169.6. 287.24		518.39. 509.35	Vidētrix. f. in sing. 180.2	Vltimus cum d. 398.36	Vocant, Appellant, & c. 344.9	Vtilis, Vtilis D. l. acc. cum	
Verbū quid sit, 134.14. 135.30		Vēritum est. 112.8. 114.4. 136	Vidētrix. f. in sing. 180.2	Vltima syll. f. cōmunis, 711.35	Vocant, Appellant, & c. 344.9	Vtilis, Vtilis D. l. acc. cum	
Verb. genera, 134.29. 418.21		Vēritum est. 112.8. 114.4. 136	Vidētrix. f. in sing. 180.2	Nec acurnda vnquam, nec	Vocant, Appellant, & c. 344.9	Vtilis, Vtilis D. l. acc. cum	
Personale, 134.16. 342.33. & 36		Vēritum est. 112.8. 114.4. 136	Vidētrix. f. in sing. 180.2	stetenda, 738.3	Vocant, Appellant, & c. 344.9	Vtilis, Vtilis D. l. acc. cum	
Imperf. 134.17. 112.2. 511.30		Vēritum est. 112.8. 114.4. 136	Vidētrix. f. in sing. 180.2	Vltior, Vltim <sup>9</sup> , 130.34 (201.6)	Vocant, Appellant, & c. 344.9	Vtilis, Vtilis D. l. acc. cum	
Actiuum, 134.30. 466.30		Vēritum est. 112.8. 114.4. 136	Vidētrix. f. in sing. 180.2	Vltimus cum d. 398.36	Vocant, Appellant, & c. 344.9	Vtilis, Vtilis D. l. acc. cum	
Passiuum, 134.31. 510.7. 512.8		Vēritum est. 112.8. 114.4. 136	Vidētrix. f. in sing. 180.2	Vltima syll. f. cōmunis, 711.35	Vocant, Appellant, & c. 344.9	Vtilis, Vtilis D. l. acc. cum	
Neutrū 418.23. 419.22. 134.32		Vēritum est. 112.8. 114.4. 136	Vidētrix. f. in sing. 180.2	Nec acurnda vnquam, nec	Vocant, Appellant, & c. 344.9	Vtilis, Vtilis D. l. acc. cum	
Cōmune, 135.1. 418.39. 511.25		Vēritum est. 112.8. 114.4. 136	Vidētrix. f. in sing. 180.2	stetenda, 738.3	Vocant, Appellant, & c. 344.9	Vtilis, Vtilis D. l. acc. cum	
Deponēs, 135.5. 419.1. 468.23		Vēritum est. 112.8. 114.4. 136	Vidētrix. f. in sing. 180.2	Vltior, Vltim <sup>9</sup> , 130.34 (201.6)	Vocant, Appellant, & c. 344.9	Vtilis, Vtilis D. l. acc. cum	
Diminutiuum, 135.28 [ & 35		Vēritum est. 112.8. 114.4. 136	Vidētrix. f. in sing. 180.2	Vltimus cum d. 398.36	Vocant, Appellant, & c. 344.9	Vtilis, Vtilis D. l. acc. cum	
Inchoat. 135.20. 305.21. & 30		Vēritum est. 112.8. 114.4. 136	Vidētrix. f. in sing. 180.2	Vltima syll. f. cōmunis, 711.35	Vocant, Appellant, & c. 344.9	Vtilis, Vtilis D. l. acc. cum	
Iteratiuū, seu Freq 137.33. 135		Vēritum est. 112.8. 114.4. 136	Vidētrix. f. in sing. 180.2	Nec acurnda vnquam, nec	Vocant, Appellant, & c. 344.9	Vtilis, Vtilis D. l. acc. cum	
Meditatiuū, 137.30. 305.38 (26		Vēritum est. 112.8. 114.4. 136	Vidētrix. f. in sing. 180.2	stetenda, 738.3	Vocant, Appellant, & c. 344.9	Vtilis, Vtilis D. l. acc. cum	
Perfectum, 135.23 (505.11		Vēritum est. 112.8. 114.4. 136	Vidētrix. f. in sing. 180.2	Vltior, Vltim <sup>9</sup> , 130.34 (201.6)	Vocant, Appellant, & c. 344.9	Vtilis, Vtilis D. l. acc. cum	
Verba Abstinenti, 504.38		Vēritum est. 112.8. 114.4. 136	Vidētrix. f. in sing. 180.2	Vltimus cum d. 398.36	Vocant, Appellant, & c. 344.9	Vtilis, Vtilis D. l. acc. cum	
Accusandi, & Absol. 473.18		Vēritum est. 112.8. 114.4. 136	Vidētrix. f. in sing. 180.2	Vltima syll. f. cōmunis, 711.35	Vocant, Appellant, & c. 344.9	Vtilis, Vtilis D. l. acc. cum	
Admonendi, 480.14 [426.9		Vēritum est. 112.8. 114.4. 136	Vidētrix. f. in sing. 180.2	Nec acurnda vnquam, nec	Vocant, Appellant, & c. 344.9	Vtilis, Vtilis D. l. acc. cum	
Aduladi, & Auxiliadi, 425.10		Vēritum est. 112.8. 114.4. 136	Vidētrix. f. in sing. 180.2	stetenda, 738.3	Vocant, Appellant, & c. 344.9	Vtilis, Vtilis D. l. acc. cum	
Aestimandi, 482.15 [485.9		Vēritum est. 112.8. 114.4. 136	Vidētrix. f. in sing. 180.2	Vltior, Vltim <sup>9</sup> , 130.34 (201.6)	Vocant, Appellant, & c. 344.9	Vtilis, Vtilis D. l. acc. cum	
Anteponendi, & Postponendi,		Vēritum est. 112.8. 114.4. 136	Vidētrix. f. in sing. 180.2	Vltimus cum d. 398.36	Vocant, Appellant, & c. 344.9	Vtilis, Vtilis D. l. acc. cum	
Auferadi, & Accip. 505.7. & 9		Vēritum est. 112.8. 114.4. 136	Vidētrix. f. in sing. 180.2	Vltima syll. f. cōmunis, 711.35	Vocant, Appellant, & c. 344.9	Vtilis, Vtilis D. l. acc. cum	
Cōmittendi, & Cōpar. 485.11		Vēritum est. 112.8. 114.4. 136	Vidētrix. f. in sing. 180.2	Nec acurnda vnquam, nec	Vocant, Appellant, & c. 344.9	Vtilis, Vtilis D. l. acc. cum	
Cōmodadi, & Incōm. 425.11		Vēritum est. 112.8. 114.4. 136	Vidētrix. f. in sing. 180.2	stetenda, 738.3	Vocant, Appellant, & c. 344.9	Vtilis, Vtilis D. l. acc. cum	

LAVDEO.



## Prætermissa sic restituentur:

- P** 49. 6. §. 25. loco paradigmatis, Parens, substituendum Civis.
- P** 11. §. 35. loco nominis, Felix, ponendum Frequens.
- P** 12. §. 40. post &c. adde, Sic idem sapius & ibi §. 38. dele sapius.
- P** 22 in tit. legendum PRONOMINVM.
- P** 28 §. 5. post Fut. adde, imperf. & sic in reliquis Fut. Indicatiui.
42. 29. Scribe Coniunctiui, dele Substantiui.
128. §. 25. post Postrem<sup>o</sup> adde, Supra, Superior, Supremus.
176. 23. ante Costos, adde, Cyperos pro iunco f. Plin. lib. 21. cap. 18. Cyperos durissima, &c.
191. 12. post dicit, dele, Rudens, saepe masc. Plaut. sem. fecit in Rud. Heus mane, dum hanc tibi, quã tradis, pro se cum complico.
249. 19. loco Virg. pone Sertum.
279. 10. post Furium, adde Mustaceum. Iuvenal. Satyr. 6. — nec est quavis cernam Mustaceo perdas. Mustaceo, ei. Cato de Rust. c. 171. Mustaceos sic facito, &c.
300. 23. post vsu, adde, Senec. epist. 14. Fecit, ut dicit. Apud quem etiam Fecit, ut dicit.
300. 23. post Cl. ante ad Cass. lib. 12.
300. 23. post Indovis, adde, Rudis.
382. 29. exemplum Virg. Georg. 3. reponendum infra, §. 38. post Gentibus.
382. §. 38. exemplum Taciti lib. 12. Scribendum supra, §. 29. post tua.
387. 2. post Diu. adde, lib. 1.
390. 20. post Diu. adde, lib. 1.
398. 28. ante Senec. pone ¶ Verax.
403. post lineam 33. adde Tit.
- De Nominibus in Bundus cum casu verborum à quibus oriuntur.
412. 33. Scribe Ouid. & expunge Lucan.
424. 27. post Cas. adde Bell. Gall. 7.
426. 18. Leg. Tibull. non Catul.
430. §. 1. ante ¶ Auerfor. adde, ¶ Aduenio pro Accurro. Tacit. 1. Annal. Properantibus Blasus aduenit.
503. 34. post volo, adde ¶ Mendico, Emendico. Idem — à me mendicas malum. Suet. in Aug. cap. 91. Stipem quotannis emendicabat à populo.
590. 41. istousque, non illousque.
641. 30. post, ¶, adde, I, ante alias vocales producunt, que
653. 21. post Superaddo, adde, Ab, Ad, Ante, Circum, Id, Ob, Per, Super, que sunt breues: in Amoueo, Erumpo, Deduco, Disupto, Separo, A, E, De, Di, Se,
681. 33. post 4. adde, Theb.

